met· deus· amen·

Alle lu ia·

Do minus in

scendens in al tum

N. Inv. 1910.

111

I

nz

Joannes Ryznal

J

7 +

x

In octo libros physicorum Arlis

Prooemium

Inscribuntur hi libri ab Arte de physico auditu seu de naturali auscultatione quia ut refert Themistius in prooemio huius operis cum subtiliorem et difficiliorem contineant doctrinam a proprijs tantum discipulis auscultabantur; unde etiam inter acroamaticos et auscultatorios reponuntur ad differentiam aliorum librorum qui faciliores sunt et magis populares quales sunt libri Rhetoricorum et historiae animalium, appellati sunt ab ipso Arte Exoterici vel extranei quia non solum à discipulis et auditoribus proprijs sed etiam ab alijs extraneis audiebantur et intelligebantur. Inter libros autem physicorum obtinent hi octo primum in ordine locum et ante alios explicantur, quia ab universalibus quaelibet disciplina inchoatur ut ipsemet Artes. hic docet et nos videbimus infra. In his autem 8 libris explicantur principia et passiones entis naturalis in communi deinde in libris de Coelo agit de prima specie corporis id est de corpore simplici, quod quia dividitur in corruptibile et incorruptibile primis duobus libris agit de incorruptibili id est de Coelo, alijs vero duobus agit de corruptibili id est de elementis, postea incipit agere de corpore misto, et quia mistum fit ex generatione et corruptione mistorum specialiter agit de generatione et corruptione. Ubi etiam de elementis quatenus misceri in mixto; deinde descendit ad species mixtorum et dividit mistum in animatum et inanimatum, et primo quidem aliud est imperfectum inanimatum ut nix grando fulmen de quibus agit in libr. Meteor. aliud perfectum ut sunt metalla lapides de quibus temporum iniuria paucos aliqui habemus. De animato autem ut exacte agat quia species illorum sunt diversae pro diversitate animatum agit primo generatim de Anima, in libris vero de historia animalium et de partibus agit specialiter de ijs. In quibus omnibus libris omnis materia physica continetur, et omnis species corporis naturalis.

Quae de modo procedendi et divisione horum librorum dici possunt vide apud Toletum hic initio Lib. Conimb. de quibus nos etiam aliquid infra

Disputatio Prooemialis
de quibusdam praeviis ad 8 lib. Physicorum Aristotelis

Praemittenda quaedam sunt quasi prolegomena, antequam ipsam explicationem et discussionem earum quaestionum quae in 8 lib. phys. continentur aggrediamur. Et primo quidem de obiecto Physicae quaestionem instituemus: deinde de primo cognito et a quibus incipiendum universalibus an minus universalibus

Quaestio 1
De Obiecto Physicae.

Suppositis iis quae in Logica dixi de obiecto in genere, aliisque pertinentibus ad scientias in communi restat inquirendum quodnam sit obiectum physicae, qua in re duplex est difficultas 1ma quodnam sit obiectum physicae et quam late pateat huius scientiae obiectum: Ab aliquibus enim nimis extenditur, ab aliis vero coarctatur. ubi vero convenerunt de latitudine et obiecto physicae alteram excitarunt difficultatem, sub qua scilicet ratione et conceptu formali et nomine debeat assignari obiectum, nos utramque difficultatem duplici sectione expediemus

Sectio 1
Quod sit obiectum physicae!

Quaestio hic est de obiecto attributionis ad quod omnia referantur quae tractantur in hac scientia, vel ut principia vel ut passiones, non est autem quaestio de quovis obiecto partiali.

Dico 1. In physica obiectum attributionis est Ens seu substantia seu corpus naturale vel mobile realiter sumendo: est communis aut. in citandum. Prob. 1mo illud est obiectum scientiae cuius principia et passiones in ea scientia considerantur. Sed in physica considerantur principia et passiones corporis vel substantiae naturalis. Prob. min. in physica agit de materia et forma quae sunt principia corporis, item de motu quantitate quae sunt proprietates eiusdem. Prob. 2do quoad rationem obiecti formalis. Obiectum formale est id quod ita limitat obiectum materiale ut

sub ea consideratione sit obiectu[m] unius tantu[m] habitus et non alterius. Sed esse naturale vel mobile ita limitat corpus vel substantiam aut Ens ut sub hac consideratione sit obiectu[m] solius physicae. Ergo esse naturale vel mobile est obiectu[m] formale physicae. Ergo Ens vel substantia vel corpus naturale vel mobile est obiectu[m] attributionis physicae

Hinc colliges 1mo physicae obiectu[m] non esse compositu[m] accidentale ut volebat Caietanus in opusculo de naturali potentia quia compositu[m] accidentale est ordinatu[m] ad corpus substantiale et quae de ipso considerantur, primario considerantur in ordine ad corpus naturale. Deinde solu[m] compositum substantiale ex Arist[otel]e est naturale. Ergo cu[m] scientia physica sit naturalis solum compositu[m] substantiale habebit pro obiecto.

Collige 2do Obiectu[m] physicae non esse Ens naturale commune completo et incompleto id est prout complectitur materiam et formam seorsim sumpta. Quia obiectu[m] scientiae considerantur per se et non propter aliud tantum. Sed substantiae incompletae considerantur in physica solu[m] propter compositu[m] et totum substantiale scilicet ut partes et principia illius Quia sicut se res habet ad esse ita et ad cognosci et considerari. Sed materia et forma nihil sunt aliud essentialiter quam partes et principia corporis naturalis. Ergo non considerantur per se.

Collige 3tio Substantiam mobilem communem sensibili et insensibili non esse obiectu[m] physicae. Substantiae enim sensibiles et insensibiles non continentur inter obiectu[m] physicae quia physica non abstrahit a materia sensibili neque etiam ratio formalis nempe mobile vel motus convenit spiritualibus rebus. Ita Arist[otel]es 11 Metaph. Summa 3. c. 1 ea solu[m] dicit spectare ad physicam quae neque sunt neque definiuntur sine materia sensibili

DICES. Substantia naturalis pertinet ad physicu[m]. Sed Angeli sunt substantiae naturales. Ergo ad physicam pertinent etiam Angeli. Maior patet quia Angeli non sunt substantia supernaturalis.
R[espondeo] Aequivocationem committi in ijs terminis substantia naturalis Nam diversimode accipitur hic substantia Naturalis. Quantu[m] autem ad rem praesentem substantia naturalis nihil aliud significat

quam habens intrinsecum et primum principium motus sensibilis et quietis, qua ratione excluduntur Angeli. Nec dicas Aristotelem tractasse de primo motore et motore caeli in 8 phys. Nam egisse dicendus est de motore ut de principio motus, eo quod ad eandem scientiam, ad quam aliquod obiectum pertinet, pertinet etiam agere de principio illius, quod fieri potest etiamsi non participet intrinsecam rationem formalem obiecti modo ad illam conducat.

Collige 4to obiectum physicae non esse sola corpora mista ita ut excludantur simplicia id est elementa. Nam etiam corporibus simplicibus convenit esse corpus naturale, principium motus etc. Nec refert quod etiam elementa considerentur in ordine ad mista. Potest enim aliquid et per se et in ordine ad aliud considerari ut vidimus in Logica.

Collige 5to obiectum physicae adaequatum et attributionis esse omnem et solam substantiam completam corpoream, reliqua vero forma, angeli etc licet aliqua ratione considerentur a physico ut conducentia et principia obiecti physicae, non sunt tamen species obiecti physicae. Nec in hoc sensu sunt obiecta partialia, quia materia et forma ita sunt principia, ut non participent rationem formalem obiecti physicae ut videbimus. Similiter licet intelligentiae sint principia motus physici in caelo non sunt tamen obiecta partialia, quia non sunt principium motus sensibilis in eo in quo est etc.

Sectio 2

De Obiecto physicae quoad modum loquendi, vel sub quibus nominibus debeat assignari?

Inter autores qui in re conveniunt quoad obiectum physicae controversia est quibus vocabulis illud debeat proponi. Toletus hic q. 2 dicit obiectum physicae Ens naturale. Conimb. hic q 4 a 3 et Thomistae communiter volunt esse Ens mobile. Pererius lib. 2 c 3. ait corpus mobile vel etiam naturale esse obiectum. Scotus et Scotistae substantiam naturalem. Alii recentiores substantiam mobilem.

Nota 1mo obiectum scientiae ideo apud autores passim dici subiectum quia est id quod in conclusione demonstrationis subijcitur et de quo passio praedicatur ita Aristoteles, post.

ait Una Scientia est Unius generis subiecti, ex quo fit ut sub illo conceptu assignandum sit in scientijs obiectum sub quo possit esse in demonstratione subiectum. Subiectum autem demonstrationis debet esse convertibile et cognosci tale et adaequatum cum passione seu praedicato ut patet 1 post. c. 4.

Nota 2. Quamlibet Scientiam debere initio supponere suum obiectum ut notum. Quia alioquin non esset maior ratio Cur aliquis uni quam alteri se aplicet disciplinae. Unde Aristoteles 1 post. docet quod de subiecto praecognoscendum sit quod sit et quid sit? Cognoscere praeterea debet quod nihil sit quod pertineat ad talem scientiam et non contineatur sub tali obiecto. pro quo agnoscendo debet habere aliquam mensuram, qualis in physica est motus sensibilis. Ex quo habetur non posse physicam habere aliquid pro obiecto, de quo dubitet an sub illo contineatur omne id cui convenit motus sensibilis.

Nota 3 ex Pererio c. 2 Corpus tripliciter posse accipi vel pro Mathematico et hoc nihil aliud est quam Quantitas dicens trinam dimensionem quatenus consideratur praecise et seorsim à materia; vel pro Metaphysico et hoc est compositum metaphysicum ex summo genere substantiae et corporeitate ut differentia; vel denique pro corpore physico quod nihil aliud est quam substantia completa exigens Quantitatem et trinam dimensionem. Nihilominus tamen nomine corporis formaliter et ordinarie intelligitur substantia quanta et extensa, quia audito nomine corporis omnes statim concipimus aliquid habens molem et Quantitatem, quare si physica habeat pro subiecto Corpus deberet supponere quod omne id cui convenit motus sensibilis sit corpus extensum, hoc autem non potest supponere cum non sit per se notum et ab antiquis negatum fuerit qui censebant indivisibilia moveri vel atomos qui non sunt corpus extensum et contra illos agit Aristoteles 6 phys. t. 32 et alibi ubi probat omne quod movetur debere esse divisibile. Et sic S. Thomas negat posse initio physicae assignari pro obiecto corpus cum non sit notum sola corpora moveri etiamsi notum sit omne corpus moveri. Ad rationem autem obiecti requiritur ut nec excedat nec excedatur à mensura talis obiecti quae est passio omnium notissima talis obiecti ita ut passio cum obiecto convertatur. His positis

DICO 1. Non bene assignari obiectum materiale physicae sub nomine corporis. Probatur sub illo conceptu est

est assignandum obiectum physicae sub quo possit ab addiscente assumi tanquam subiectum demonstrationis. Sed sub conceptu corporis non potest initio assumi tanquam subiectum demonstrationis. Ergo obiectum physicae initio non est assignandum sub conceptu et nomine corporis. Maior patet ex not. 1. Minor probatur quia initio physicae non est notum quod corpus naturale sit convertibile et adaequatum cum motu sensibili. Subiectum autem demonstrationis debet cognosci adaequatum et convertibile cum passione ut diximus. Confirmatur nomine corporis intelligimus substantiam aliquam divisibilem affectam quantitate; sed non est per se notum quod omne habens naturam seu principium motus sensibilis sit quantum et extensum. Ergo non est per se notum quod solum corpus sit principium motus.

Dices 1. Non est necesse ut initio physicus demonstret sed debet expectare usque ad 6 phys. hunc enim ubi fuerit demonstratum quod omne mobile sit corpus notum erit corpus esse convertibile cum motu. Sed contra quia in 3 phys. Aristoteles demonstrat motum eius quod definitionem quae tradi debet per proprium et adaequatum subiectum sicuti traduntur definitiones omnium proprietatum. Ergo ante 6 phys. iuxta methodum et ordinem Aristotelis cognoscendum est quid sit subiectum proprium et adaequatum motus sensibilis. Confirmatur nam initio physicorum Aristoteles inquirit principia obiecti. Ergo ne temere hic potius quam illa inquirat et assignet debet ipso initio cognoscere eius obiectum

Dices 2. Non est idem quantitas et corpus ergo potest intelligi corpus sine quantitate et consequenter sine extensione. R. verum esse quod assumit argumentum, acceptio tamen communis corporis est pro substantia extensa, cum ergo non sit notum solam substantiam extensam esse subiectum motus non potest sub nomine corporis assignari obiectum physicae, nec obstat quod realiter sunt idem corpus et substantia nam non sunt idem formaliter

Dices 3. In scientia disputatur de obiecto. Ergo non debet esse per se notum. R. distinguendo antecedens. Disputatur ad investigandam essentiam et quiditatem, permittendum

illius Concedo: ad habendam solam rationem notitiam illi
us et latitudinis quod requiritur ut assignetur pro obiecto
et nego

Dices 4 Ille terminus in descriptione alicuius rei de
bet adhiberi qui est genus proximum et proxima radix illius
praedicati unde ab Arist. 2 post t 17 et 6 Top. loco 12
damnatur definitio quae fit per genus remotum ut si dicas
homo est ens vel substantia rationalis. Sed Corpus respe
ctu obiecti physicae habet se tanquam genus proximum
quia revera corpus est convertibile cum moti sensibili
substantia autem et ens sunt remota genera. Ergo sub
nomine corporis assignandum est obiectum physicae. Vide
Pererium lib 2 c 7 ubi late prosequitur argumentum.
R. distinguendo maiorem ille terminus debet adhiberi qui
est proxima radix et proximum subiectum passionis, si notet
sit omnia quibus convenit passio contineri sub illo subie
cto vel quod idem est esse genus proximum et convertibi
le concedo. Si ignotum vel dubitetur an sit convertibile
cum passione et adaequatum subiectum passionis nego:
Corpus autem licet revera sit convertibile cum moti sensi
bili et contineat omnia ea quibus convenit motus, id ipsum
tamen non est notum, ac proinde sub nomine corporis
non est assignandum obiectum.

Dico 2, Melius assignatur obiectum materiale physicae
sub nomine substantiae quam sub nomine entis. Probatur quia
subiectum materiale debet assignari quantum fieri potest
immediatius rationi formali. Sed ratio formalis in physi
ca est naturale vel mobile ut videbimus et illi immedi
atior est substantia et proximius subiectum quam ens
Ergo debet assignari substantia, cuius modi notitia tra
ditur in Logica

Dices. Illud debet esse subiectum physicae quod ponitur
in definitione principalis passionis illius qui est motus.
Sed in ea ponitur ens ergo subiectum materiale erit ens
Min. probatur quia motus definitur esse actus entis in potentia
R. distinguendo minorem ponitur ens substantive nego parti
cipialiter concedo id est id quod existit primo enim modo
ens simpliciter est transcendens, secundo modo simpliciter non

facit contra nos. Unde nec S. Thomas est contra nos quando obiectum physicae vult esse Ens mobile, nam nomine Entis simpliciter prolati intelligit substantia ut habet Sotus 1 phys. q. 2

Dico 3. Melius assignatur pro ratione formali mobile quam naturale ita S. Thomas citatus Conimb. Ferrarius. Probatur Illud optime assignatur pro ratione formali alicuius scientiae quod expresse et formaliter explicat rationem sub qua considerantur omnia quae pertinent ad talem scientiam sed huiusmodi est vox mobile respectu physicae. Ergo sub isto nomine debet assignari obiectum formale. Minor probatur quia obiectum seu ratio formalis sub qua considerantur omnia in physica est habere in se principium motus et quietis sed mobile formaliter et distincte importat id quod est principium vel radix motus, quam non nisi virtualiter et quasi confuse dicit vox naturale. Ergo accommodatior est vox mobile quam naturale

Dices Non bene explicatur obiectum scientiae per terminos aequivocos. Sed uterque terminus assignatus tam substantia quam mobilis sunt termini aequivoci. Ergo non recte per illos explicatur obiectum physicae. Minor probatur substantia enim est commune quid ad creatam et increatam; mobile etiam duo significat potentiam scilicet proximam ad motum, quae est proprietas quaedam corporis naturalis, potentiam item remotam seu radicalem ad motum quae est principium a quo oritur potentia motus. Respondeo distinguendo maiorem non recte explicatur obiectum per terminos aequivocos quando habentur minori Concedo. quando non habentur nego. ut fit in nostro casu. Nam ut ostendimus corpus sumitur physice mathematice et metaphysice, Naturale etiam est aequivocum, nam significat id quod habet naturam, id quod est secundum naturam, id quod non est supra naturam et observandum ergo est in his casibus ut illud assignetur nomen quod minorem patitur aequivocationem, et aliunde melius explicat rationes requisitas ad obiectum. Unde melius assignatur substantia, quia apud physicos quibus proponitur obiectum

Substantia mobilis semper similiter eodem modo pro sub-
stantia creata ut potest principio motus sensibilis. Mobile autem
non est expositum tot significationibus nec extenditur ad tam
diversas acceptiones.

Restat aliquid dicendum de mente Aristotelis et sane vix ali-
quid certi potest colligi cum varie loquatur et indifferen-
ter his vocibus utatur. Nam 6 metaph. t. 1 ait naturale esse
circa talem substantiam in qua est principium motus et quie-
tis. 2. vero phys. t. 18 et 1 coeli t. 57 vocat corpus natu-
rale. Item 10 metaph. t. 5 et 6 ait omnem substantiam
mobilem spectare ad physicum. Unde bene Averroes ex Aristotele
modo unum modo aliud usurpat nomen pro obiecto physi-
cae ut videre est 2 metaph. com. 5 et 4 metaph. com. 3.
Quare ut dixi nihil certi colligi potest de mente Aristotelis nec
argumentum ex autoritate hac in re habet magnam vim
pro parte altera.

Quaestio 2
De primo Cognito et quibusdam alijs conten-tis in prooemio textus

Primis quinque textibus praemittit Aristoteles prooemium et primo
quidem textu reddit rationem cur initio physicae agat de prin-
cipijs. quae ratio in forma syllogismi disposita sic se habet. In omni
scientia quae est de rebus habentibus principia causas et ele-
menta procedendum est ex cognitione illarum ad alia demon-
stranda. Sed physica est de huiusmodi rebus. Ergo primo in
ea debemus cognoscere principia et ex eorum cognitione
procedere ad alia demonstranda. Maiorem non probat Aristoteles
sed supponit. Quae patet ex definitione sciendi. Quia tunc
nos scire arbitramur cum principia prima novimus
A secundo vero textu et deinceps per reliquos quatuor
Aristoteles dat ordinem procedendi quem sequi debemus in
investigandis principijs: procedendum scilicet esse ex no-
tioribus nobis ad notiora natura, id est a notioribus se-
cundum sensum ad notiora secundum se. Quod patet quia
supposito nostro modo imperfecto cognoscendi progredimur
ex magis sensibilibus ad ea quae sunt minus sensibilia et
magis occulta quae sunt notiora secundum se. Quaedam autem
sunt notiora secundum nos quae notiora natura videbimus post-

Sectio 2

Praemittuntur quaedam ad intelligentiam difficultatum circa textum Aristotelis

Nota 1. Nomine universalis non intelligi aliquid abstractum de quo nos in Logicis, neque de universali formaliter accepto sed de gradu et natura illa quae vere in natura universalis et non de quacumque natura universali sed de universali sensibili tantum. Nam cuicumque gradui debentur quaedam certa accidentia et proprietates ratione quarum sensibiles sunt gradus substantiales. v.g. Corpori est Quantitas, Animali motus progressivus, Homini talis figura etc. et ratione eorum accidentium sensum percipi possunt illi gradus. Inter hos ergo gradus sensibiles ille qui prius et facilius cognoscitur a nobis est ille qui habet accidentia magis sensibilia et quae facilius percipiuntur. Hinc est quod Aristoteles ait incipiendum esse a notioribus secundum nos, ad notiora secundum naturam progrediendum. Notum autem secundum nos dicitur illud ex Aristotele etiam 1 post t. 5 quod est propinquius sensui et consequenter magis sensibile, notum autem secundum naturam quod est magis remotum a sensibus. Nec obstat quod idem Aristoteles ait, quod magis universalia longissime distant a sensibus et consequenter quod sint magis nota secundum naturam cum tamen videatur contrarium esse verum nam ibi est solum sermo de universalibus abstractis et non sensibilibus.

Nota 2. Per Confusum intelligi totum sive potentiale sive actuale. Dicitur autem confusum quia in illo pluralitas partium confunditur, quod non est ita intelligendum quasi a parte rei detur aliquod totum confusum et sine ordine et distinctione partium. Sed dicitur confusum respectu nostri modi intelligendi quia scilicet a nobis confuse concipitur non distinguendo in illo partes. Sciendum enim est duplicem esse cognitionem alteram confusam alteram distinctam. Cognitio distincta est illa in praesenti materia quae repraesentat aliquod unum cum distinctione suarum partium seu quod idem est Cognitio distincta est repraesentatio rei ita ut per illam possimus reddere rationem de perfectionibus rei, talis est cognitio v.g. Hominis quam quis habet etc.

de homine sibi præsente in debita distantia. Cognitio confusa est qua cognoscitur aliquod totum sine distinctione suarum partium seu cognitio imperfecta tali modo repræsentans res ut nesciat cognoscens ex hoc illius reddere rationem de perfectionibus, talis est cognitio quam quis habet de homine veniente à longe, primo enim ex motu cognoscimus esse animal, postea ex figura hominem, tandem ex tali figura petrum. Unde res confusa est denominatio extrinseca a cognitione non repræsentante distinctionem et ordinem partium.

Nota 3. Notius apud Aristotelem idem esse atque aptius ut cognoscatur, et duplex assignatur. Aliud enim est notius nobis, aliud natura, quia duplici ex capite desumi potest aptitudo objecti ut cognoscatur. Imo ex ipsa natura objecti, quo enim est perfectius Ens, et minus dependens eo est natura sua notius, quia cognoscibilitas sequitur ad Ens. Unde ad perfectius Ens sequitur perfectior et maior cognoscibilitas seu aptitudo ut cognoscatur. 2do desumi potest huiusmodi aptitudo ex modo nostro cognoscendi. Nam cum omnis nostra cognitio ortum habeat à sensu, et objecta applicentur intellectui mediante sensu, illa sunt aptiora ut cognoscantur spectato nostro modo intelligendi quæ sunt magis sensibilia quia facilius aplicantur intellectui. Cum ergo effectus sunt ut plurimum magis sensibiles quam Causæ, ideo ut plurimum sunt nobis notiores. Causæ vero quia perfectiores sunt et minus dependent sunt natura sua notiores.

Nota 4. Universale dupliciter posse esse totum scilicet totum actuale et totum potentiale. Universale est totum actuale si accipiatur prout constat ex partibus Metaphysicis: totum vero potentiale prout habet sub se inferiora ut Animal quatenus habet sub se Speciem hominis equi etc. quæ respectu animalis habent rationem partis potentialis.

Sectio 2

V. Magis Universalia sint nobis notiora?

DICO 1. loquendo de cognitione distincta magis Universalia ut sunt totum potestativum seu potentiale non esse

ita nota nobis sicuti minus universalia v.g. notius est animal quam vivens. Est communis et ratio est quia minus universale ut totum potentiale continet sub se pauciores species quam magis universale et consequenter potest facilius homo reddere rationem de illo quam de magis universali quod est distincte cognoscere. Confirmatur Cognitio distincta qua magis universalia cognoscuntur ut totum potestativum dependet a cognitione distincta qua similiter minus universalia cognoscuntur ut partes potestativae. Ergo minus universalia ut sunt totum potestativum sunt cognitione distincta notiora nobis quam sunt magis universalia

DICO 2. Cognitione distincta magis universalia ut sunt totum actuale esse nobis notiora quam minus universalia. Probatur Cognitio qua minus universalia cognoscuntur ut totum actuale dependet a cognitione distincta qua cognoscuntur magis universalia, quia minus universalia componuntur ex magis universalibus ut Homo ex animali. Ergo magis universalia sunt notiora si accipiantur ut totum actuale cognitione distincta. Confirmatur Magis universale habet pauciores gradus et partes quam minus universale ut est totum actuale, quia vivens habet pauciores gradus quam homo

DICO 3. Gradus magis universales esse nobis notiores quam gradus minus universales dum imperfecto modo et dependenter à sensibus operamur. Ita S. Thomas 1 p. q 85 a 3. et communiter Thomistae quos videre est apud Rubium q. 3 in 1 c. 1 phys. qui eandem sequitur. Probatur. Ille gradus prius ab intellectu cognoscitur qui habet accidentia magis sensibilia et quae facilius percipiuntur. Sed gradus magis universales habent huiusmodi accidentia. Ergo gradus magis universales sunt nobis notiores. Maior est certa quia intellectus ex operatione sensus determinatur ad cognoscendum. Ergo illud prius ab intellectu cognoscitur quod etiam prius et facilius à sensu percipitur. Minor probatur quia accidentia debita gradui magis universali in maiori distantia percipiuntur à sensu

et cum minori attentione potentia quam accidentia debita gradui minus universali ut patet in homine veniente à longe. Confirmatur quia praedicatum magis universale est cognoscibile pluribus ijs eo quod reperiatur in pluribus ut animal quod reperitur in pluribus quam homo

Obijcies 1 Ex Scoto in primum dist. 3 q 2 ubi docet contrarium Minus universale est prius et magis cognitum quia habet plura accidentia sensibilia. Sed distinguendum est habet plura accidentia sensibilia manifestantia magis et prius gradum inferiorem nego: manifestantia gradum superiorem concedo.

Obijcies 2. Minus universalia sunt propinquiora singularibus quae sunt sensibilia Ergo minus universalia sunt nobis notiora. R minus universalia esse propinquiora singularibus in constitutione substantiae singularis concedo. Nego autem esse propinquiora secundum sensibilitatem illud enim est propinquius singulari secundum sensibilitatem quod habet accidentia propria ratione quorum singulare est magis sensibile. Sed accidentia debita gradui magis universali faciunt singulare magis sensibile. Hinc cum a longe nobis objicitur petrus prius cognoscimus quod sit singulare corpus, deinde quod sit singulare animal etc. Quod autem minus universale sit propinquius singulari in constitutione substantiae singularis non facit ut facilius cognoscatur quia facilior cognitio est circa magis sensibile

Obijcies 3. Aristoteles 1 Metaph. c 2 et 1 post t 5 ait universalissima difficilius a nobis cognosci cum sint à sensu remotissima. Deinde 2 post t 22 docet facilius esse definire speciem infimam quam subalternam et ideo in definitionibus investigandis procedendum esse à minus universalibus ad universaliora R Aristotelem primum locum intelligendum esse de ijs gradibus qui abstrahunt a corporeo et sensibili ij enim quo sunt abstractiores et universaliores ut est Ens et substantia eo sunt cognitu difficiliores. Ad 2dum R Aristotelem ideo illud dicere quia docebat definitionem optime inquiri per divisionem seu per viam resolutivam, in inquisitione autem per divisionem

incipiendum esse à minus universalibus, quia hac ratione genus proximum in specie infima facilius reperitur, et prius quam genus subalternum speciei, quod plures divisiones prae supponit. Ceterum est et alius modus inquirendi definitionem per compositionem in quo modo procedimus a magis universalibus ad minus universalia.

Quaeres. Quid sit nobis notius singulare an universale? R. loquendo de singulari sensibili certum videtur singulare esse nobis notius, tum primo quia cognitio confusa intellectiva sequitur sensitivam cuius objectum est singulare sensibile, tum quia non est contra rationem intellectus ut cognoscat directe singularia.

Quaeres 2. An quae sunt nobis notiora possint etiam esse natura notiora? R. affirmative. Nam potest esse aliqua causa quae sit magis sensibilis quam effectus et per consequens nobis notior: aliunde hoc ipso quod sit causa est magis independens et nobilior et notior natura, quare sicubi Aristoteles videtur docere contrarium intelligendus est non loqui universaliter sed solum in plerisque causis et effectibus physicis in iis praesertim de quibus hoc loco agit. Corpus enim naturale est sensibilius materia et forma. Aristoteles profitetur se velle à notioribus nobis inchoare doctrinam et tamen incipit à causis et principiis intrinsecis quae sunt notiora natura. Augetur difficultas Aristoteles dicit a notioribus nobis est incipiendum, notiora autem sunt nobis universalia et tota et tamen ille incipit a principiis et partibus totius. R. Aristotelem etsi incipiat à principiis adhuc incipere ab universalibus et notioribus nobis. Nam prius naturam entis mobilis generatim simpliciter et communium principiorum rationem enodavit ut inquiunt Conimb. c 1 q 2 a 5 veluti interea sub confusa notitia potentiali partibus subjectis, hoc est agendo initio de causis et principiis primo loco investigat principia corporis naturalis in communi et inter ipsa principia et causas primo inquirit

Disputatio 2

De principijs rerum Naturalium in Communi

Agit Aristoteles a t. 6 usque ad 69 de principijs rerum naturalium in communi, ubi relatis et reiectis sententijs antiquorum suam tandem proponit, et probat tria tantum esse principia. Omittimus autem paraphrasim textuum quia facilis est, videat qui vult apud autores philosophicum Conimbr.

Quæstio 1

De Essentia et numero Principiorum

Sectio 1

Quid sit Principium?

Describitur principium in communi et latissime sumptum ab Aristotele 5 Metaph. t. 1 Omnibus igitur principijs proprium est esse primum unde aliquid sit aut fit aut cognoscitur. Et primo per ly esse seu esse id intelligitur tam verum esse quam abusivum qualis est privatio et negatio. Per ly primum intelligitur in eo genere et in ea ratione in qua est primum, non enim debet habere aliud ante se in illo genere alioqui non esset primum in illo genere. Per ly unde intelligitur quaecunque derivatio etiam latissime sumpta. Per ly est aut fit aut cognoscitur triplex status rei id est primus productionis quod est fieri, conservationis quod est esse, et cognitionis quod est cognosci, per has tres particulas ultimas ostenditur divisio quaedam principij latissime accepti in omnes suas partes.

Triplex enim est communiter principij acceptio. Prima est pro Causa quae vere influit in effectum, unde ad Causam non satis est quaecunque connexio et consecutio unius ad alterum sed requiritur dependentia positiva qua effectus recipiat esse à Causa. 2do pro eo quod realiter producit et communicat esse suum alteri licet illud non pendeat ab ipso, talis est pater aeternus in divinis respectu filij, hinc est quod pater dicatur principium filij non tamen Causa, quia Causa est principium cum vera dependentia quod sonat imperfectionem

Cuius rei rationem a priori indicat S. Thomas, p. q 23 a. 1 quia scilicet dependentia semper importat distinctionem realem substantiae et entitatis eius quod dependet et eius a quo dependet, in divinis autem una est simplicissima substantia omnium trium personarum. Quod si interdum SS. patres appellant patrem Causam filii utuntur nomine Causae in latiori significatione quo modo usurpatur etiam ab Arte interdum. Nam 12 metaph. t 12 privationem appellat Causam quando vero 4 metaph. c 2 dicit principium et Causam se habere ut ens et unum, sensus est quod sicut unum non distinguitur ab ente, ita Causa non distinguitur a principio, licet non omne principium sit causa. Et cum 5 metaph. t 1 dicit totidem modis dici Causam quot principia. Sensus est negativus non positivus, id est non pluribus modis dici Causas ac principium, licet pluribus modis dicatur principium quam Causa. Tho accipitur principium pro eo quod non causat quidem realiter aliud nec dat illi esse sed habet necessariam connexionem cum eo ut punctus est principium lineae, aurora diei, exordium orationis, privatio generationis.

Ex quibus omnibus habetur commune esse omni principio ut sit aliquomodo prius principiato, vel illo quod est ab ipso, quia Artes definiunt principium esse primum quod aliquid aliud est esse prius, hoc enim dicit solum antecessionem, illud vero dicit etiam negationem prioris

Quod si dicas pater in divinis est principium filii et tamen non est illo prior ut docet S. Thomas 1 p. q 42 a 3 in Corpore. R. potest S. Thomam negare solum in divinis prioritatem simpliciter id est durationis, vel prioritatem naturae et dependentiae secundum quam prioritatem prius potest esse sine posteriori, et producens est perfectius producto. Aliunde tamen concedit ordinem naturae seu originis inter personas divinas quatenus una est seu originatur ab altera quod omnes admittunt licet ipse non velit in modo loquendi usurpare et admittere nomen prioritas. Quamquam

ut bene Soarez d. 12 Metaph. s. 1 numquam id expresse nega-
verunt. Scotus tamen in secundum d. 28 q. 3 et alibi affirmat
in divinis esse prioritatem realem, quae tamen nec sit pri-
oritas durationis nec perfectionis et naturae sed originis
quatenus una persona vere accipit suum esse ab altera
qui modus loquendi veritatior est ut advertit Hurtadus
hic d. 1 et Soarez citatus. Vasquez etiam 1 p. d. 42 c. 4.
Neque dicas principium et principiatum esse correlativa, inter corre-
lativa autem non dari prioritas cum sint simul. Sed R.
quando dicitur principium esse prius principiato subintelligitur
esse prius eo cuius est principium quatenus est principium
seu quatenus exercet rationem principij et alterum princi-
piat. Itaque principium ut principium est prius eo quod
principiatur specificative acceptum, ut relativum autem
et reduplicative acceptum est simul cum eo

Sectio 2

Quot sint principia rerum naturalium et quae?

Nota 1. Nos hic loqui de principijs essendi non cognoscendi
nam motus v. g. est principium cognoscendi res naturales non
autem est principium ex quo res ipsa constat. Rursus nos
hic loqui de principijs incomplexis et non complexis id est
non de aliquibus propositionibus universalibus quae dicuntur
axiomata ex quibus deducuntur conclusiones. Atque hic esse
sermonem de principijs intrinsecis ex quibus res natu-
rales constant non extrinsecis qualia sunt causa effici-
ens et finalis nam de intrinsecis hic erat apud antiquos

Nota 2. Autem hic non tam probari dari principia illa
~~sed~~ tantum tria contra antiquos cum quibus erat lis
de quorum opinionibus vide Soarez d. 15 s. 2 Fons. lib. 1 c. 7
q. 2 s. 2 dubius et lib. 4 c. 5 Conimbr. et Rubium in Quaestione

Nota 3. Autem quaerere principia rei tam in fieri quam
in facto esse, id est tam in prima productione quam in
conservatione, et primo quidem t. 41 assumit tanquam
concessum ab omnibus principia huiusmodi esse contraria
quod etiam constabit ex dicendis, et hic saltem sunt duo
Non esse infinita tum quia principia debent esse notissima
ut res per illa cognosci possint tum quia tria sufficiunt ex dicendis

probat deinde t. 55 dari tantum principia scilicet prin-
cipia sunt contraria. Ergo plura duobus. Probatur consequentia.
Unum enim contrarium non recipit in se actionem alterius
contrarii. Ergo debet dari tertium principium receptivum
actionis contrarietatis et de quo contraria se expellunt
Densitas non recipit in se raritatem neque raritas densitatem
privatio formae non recipit in se formam. Ergo. Porro
ostenditur ultra Aristoteles probare tria tantum principia materiam
formam et privationem assumendo duo concessa ab anti-
quis. Primo dari transmutationem unius in aliud ut cum
ex ligno fit ignis. Ex nihilo nihil fieri. Ex quibus colli-
gitur tria tantum esse principia

DICO 1. Dantur principia rerum naturalium in fieri
nec plura nec pauciora tribus scilicet materia forma
et privatio illius formae quae de novo producitur. Est
Aristotelis et communis Peripateticorum. Probatur ex discursu Aristotelis
quoties cumque datur transmutatio unius in aliud, debet dari
id quod transit, terminus a quo transit, et terminus ad
quem transit. Sed de facto datur talis transmutatio
Ergo de facto dantur tria principia.

DICO 2. Duo tantum sunt principia rei in facto esse
materia scilicet et forma. Probatur quia ex his constat res
privatio autem excluditur quia in tantum est principium
rei in fieri in quantum transit res de non esse ad esse
Sed in facto esse seu conservari non transit res de non
esse ad esse. Ergo privatio non est illius principium in facto
esse   Confirmatur ex discursu Aristotelis ubi t. 63 probat
duo tantum esse principia rerum naturalium in facto esse ex
paritate compositi accidentalis, Musicus enim componitur
tantum ex Musica et Homine ubi Musica habet rationem
formae non rationem materiae

OBIICIES 1 Causa efficiens et finalis sunt etiam
principia Ergo sunt plura quam tria. Respondeo communiter haec
ab Aristotele assignari principia intrinseca rei in fieri et
sine quibus non potest intelligi res in fieri, qualia prin-
cipia non sunt causa efficiens et finalis.

DICES 1 Privatio non est principium intrinsecum
rei etiam in fieri et tamen est principium. Ergo etiam effi-
ciens potest esse principium. Respondeo distinguendo primam
partem Antecedentis privatio non est principium intrinsecum

componens ipsum et permanens concedo. Non est principium intrinsecum et de conceptu rei in fieri nego, quia ad hoc ut intelligatur res fieri de novo satis est si concipiatur subiectum quod a non esse compositi vel a non esse ignis transeat ad esse ignem in quo conceptu includitur materia quae est subiectum privatio formae ignis et ipsa forma ignis.

Dices 2. Omnis actio ut actio in suo conceptu etiam involvit agens. Sed transmutatio est actio. Ergo transmutatio involvit agens: R. cum Fonseca lib 5 c) q1 5) Conimb. hic q) a 6 et Rub. concedendo maiorem distinguendo minorem. Transmutatio est actio realiter et identice transeat, formaliter et secundum conceptum nego minorem et consequentiam. Unde quamvis ipsum fieri sub conceptu actionis includat causam efficientem, nos tamen hic loquimur de fieri solum prout significat transitum subiecti a non esse ad esse sub quo conceptu non importatur formalitas actionis neque passionis. quia verbum transeo est neutrum. propterea Causa efficiens non ingreditur conceptum rei in fieri seu rei dum est sub transitu. Ex quo patet privationem esse de conceptu rei in fieri et consequenter esse principium intrinsecum non autem causam efficientem

Dices 3 Etiam forma praecedens est de conceptu transitus. Ergo etiam est principium intrinsecum. Probatur Antecedens ex Arist. t 43 ubi dicit album non fieri ex non albo quomodocumque sed ex nigro. R. negando Antecedens. Nam aer vere transit a tenebroso ad luminosum et tamen non datur forma positiva praecedens, et quando datur non est principium quia non potest immediate ex altera forma. Ad Autem R. Arist. solum velle quod praerequiratur nigredo non vero quod ipsa sit de conceptu transitus, potissimum vero ut ostenderet non fieri quodlibet ex quolibet, sed solum fieri ex subiecto determinato et apto ad recipiendam formam, eadem ratione dispositiones quae praerequiruntur ad formam non sunt principium quia sunt complementum materiae et absolute loquendo non imbibuntur in conceptu transitus, sed sunt solum conditiones tenentes se ex parte materiae ad hoc ut ab agente naturali recipiat formam.

Obiicies 2 Terminus ad quem est compositum

Ergo non forma. Probatur Consequentia quia si forma esset esset terminus ad quem est principiatum et non principium. Respondeo distinguendo Antecedens Compositum est terminus ut quod concedo ut quo nego, forma enim est principium ut quo. Ad probationem Consequentiae nego suppositum nam nomine principiati intelligimus non solum id quod fit, sed quod intrinsece involvit ut partes sui principia.

Obijcies 3. Privatio ex Aristotele t. 65 est principium per accidens. Ergo non sunt tria principia per se. Respondeo Aristotelem intelligendum esse respective rei in facto esse non in fieri, maxime cum accidentarium sit materiae habere privationem in quo sensu dici potest. vel materia quae est Ens per se per accidens est non Ens. Item cum t. 66 dicat privationem esse unum et idem cum materia intelligendum materialiter non formaliter quatenus non est quid positivum diversum. Item quando ipse ait principia semper manere ly manere accipi debet pro requiri id est privationem semper requiri in fieri ita Simplicius et S. Thomas.

Obijcies 4. In prima productione rerum non praecessit privatio et tamen fuit productio naturalis. Ergo Respondeo Aristotelem in sententia cuius loquimur non agnovisse istam primam productionem eo quod posuerit mundum ab aeterno, deinde talis productio non fuit naturalis in ratione mutationis vel transitus qualis solum est praecedente privatione

Obijcies 5. Privatio non est dum res fit. Ergo non est principium per se rei in fieri. Aristoteles probat cum res fit est forma. Ergo cum res fit non potest esse privatio alioquin simul esset forma et eius privatio. Respondeo transeat Antecedens nego Consequentiam nam de ratione principij per se in communi accepti non est ut sit simul cum principiato, sed ut sit aliquid ante et ad quod immediate sequatur principiatum quod bene convenit privationi respectu rei in fieri, necessario enim praecedit rem quae fit et quamvis tunc non sit privatio potest tamen denominari principiatum et principiative quia tunc res

quod fit sequitur ad privationem tanquam ad terminum a quo quod sequella est principiatio specius principiationis et a quo denominatur principium in actu secundo. Hoc obstat quod tunc privatio non sit, nam denominationes extrinsecae non requirunt semper subiectum tunc existens cui tribuitur denominatio, sic Antichristus denominatur tunc cognitus licet nunc non existat.

DICES. Ergo forma non est principium quia forma sequitur ad mutationem R. Cum Suario D. 12 s. 3 n. 9 distinguendo Antecedens sequitur ordine executionis concedo intentionis nego. Ordo autem intentionis sufficit ad rationem principii quia indicat mutationem quod essentialiter dicat ordinem ad formam ut acquirendam.

Ex dictis colligitur solutio illius quaesiti. V. Ecce Aristoteles agat de principiis generationis an rei genitae. Scilicet Aristotelem hic per se inquirere principia rei genitae. Nam cum in proemio huius libri intendat agere de principiis sui obiecti primo et per se quod est substantia mobilis, dicendus est voluisse agere de principiis ex quibus intrinsece constituitur obiectum, quia tamen non poterat facilius investigare quam per principia generationis seu transmutationis ideo consequenter et secundario de illis disserit. Vel potius quia Aristoteles non agat de principiis rei genitae quomodocumque sed quatenus est sub generatione res genita, ideo etiam tradit principia generationis, qua ratione solvitur illud Aristoteles t. 57 ubi dicit Aristoteles se velle agere de principiis cuiuscumque generationis de quibus deinde t. 68 se dicit egisse. Solvitur inquam dicendo Aristotelem voluisse agere de principiis quae reperiuntur in quacumque generatione et transmutatione non quia sunt principia ipsius generationis sed quia sunt principia cuius rei, quae generatur dum est sub illa circumstantia generationis, similiter solvuntur reliqua quae obiici possunt ex Aristotele.

Colligitur 2do solutio alterius dubii An hic agat Aristoteles per se de principiis communitatis, an vero solum de principiis causalitatis. Sunt autem principia causalitatis principia propria substantiae naturalis quae ita dicuntur quia substantia est causa accidentium principia autem communitatis sunt rationes principii communes substantiae

naturali et Composito Accidentali Hic autem sunt mate
ria et forma communis ad formā substantialem et Acci
dentalem. Dico ergo Arlem primo et per se hic agere
de principijs causalitatis non autem de principijs com
munitatis. Nam Arles hic agit de principijs obiecti physici
sed obiectū physicū est solū substantia naturalis vel mo
bilis maxime cū antiqui non inquisiuerint nisi principia
Contra quos hoc loco agit Arles, nec obstat quod
Arles saepe adducat exempla suae doctrinae in composi
tis Accidentalibus quia illis exemplis utitur tanquā facilioribus
et clarioribus. Quod confirmatur ex eo quod t. 63 affirmat exem
pla etiam artefactorum. Itaque licet t. 57 dicat se agere de prin
cipijs omnis generationis et afferat etiam exempla mutationis acci
dentalis: non propterea dicendus est agere per se de his principijs, affert
enim illa exempla mutationis accidentalis, et explicat eius principia
ut ex illis tanquam notioribus investigaret principia substantialia: quia
re considerationem principiorum compositi accidentalis, ordinat ad
considerationem et cognitionem compositi substantialis, quod solū
primo et per se consideratur in physica.
Collige 2do quomodo Arles probet principia physica cum ta
men probari non possunt principia essendi in scientia illa huius
scientiae obiectū constat ex illis principijs. R. non esse absurdū
quod physica vel alia scientia probet principia essendi sui obiecti
a posteriori et per effectus, demonstratio autem talis est a poste-
riori quia per mutationem et motum probat dari illa tria
principia hac ratione. Corpus naturale non fit ex quolibet
sed fit ex contrarijs, quia agens intendit operando assimilare
sibi passū antea dissimile. Ergo actio et mutatio est inter
contraria. Sed unū contrariū non potest recipi in alio
Ergo debet dari aliud receptivū utriusque contrarij. Hinc intelli
ges quomodo verū sit illud quod ex Arle communiter dicitur
Contra negantem prima principia non esse disputandum
est enim intelligendū de illo qui negat prima principia cogno
scendi, qualia sunt in physica accidentia sensibilia motus et
quae sunt principia cognoscendi licet sunt principia essendi
respectu subiecti proprij

SECTIO 3

In quo sensu accipiatur particula ex in definitione primorū principiorum

Nota 1. Duplex esse elementū seu materiā aliud Componens aliud

transiens. Componens est id quod inexistit rei cuius est elementum ut materia et forma inexistunt in composito. Transiens est illud quod recedit transit dum aliquid fit de novo sic ligna quae recedunt et corrumpuntur dicuntur materia et elementum ignis, alimentum quod corrumpitur dum in eo introducitur forma viventis dicitur materia viventis et aliti et a Theologis substantia panis et vini quae in Eucharistia transmutatione succedit dum succedit corpus et sanguis Christi sub accidentibus panis et vini dicitur materia Eucharistiae eadem ratione privatio quae recedit dum fiunt res naturales dici potest materia transiens vel elementum transiens.

Nota 2. Particulam ex ab Arte tribui causae materiali sive permanenti sive transeunti. Maxime 7 Metaph. t 24 ubi docet proprie eam particulam importare habitudinem materiae vel elementi sicut per particulam unde explicat causam efficientem per ly per causam formalem per ly propter causam finalem. Licet in sensu ampliori particula ex tribui possit omnibus causis. Vide Fonsecam 5 Metaph. c 2 in expositione textus.

Nota 3. Principia ab Arte t 22 ita definiri oportet inquit principia neque ex alterutris esse, neque ex aliis sed ex his omnia in qua definitione explicanda multorum ingenia fatigantur et in varias abeunt opiniones. Ego omissis aliis faciliorem et conformiorem Artis menti amplector

DICO ergo 1 particula ex semper eodem modo sumenda est ut importans habitudinem elementi et materiae seu permanentis seu transeuntis in ordine rerum naturalium, ita ut sensus sit principia rerum naturalium sunt illa ex quibus tanquam ex elemento vel permanente vel transeunte fiunt res naturales ipsa vero principia neque ex aliis neque ex se invicem fiunt ut res naturales ita multi recentiores et Conimbr. hic c 5 q 1 a 4. Fonseca 5 Metaph. c 7 q 2 s 1 Rubius q 1 n 95.
Probatur primum quia in hac explicatione particula ex in maxime propria significatione accipitur ut patet ex Arte citato 7 Metaph. Secundum quia explicat omnia quae sunt de conceptu primorum principiorum substantiae naturalis in communi. Nam quatenus prima sunt non debent fieri ex aliis neque ex alterutris, et quatenus sunt principia substantiae naturalis debent ex illis fieri omnes

substantias naturales. Et hac ratione explicata definitio nulli alteri convenit.

Obijcies 1. Forma fit ex privatione tanquã ex materia transeunte, item fit ex materia tanquã ex subiecto saltem si sit forma materialis. Ergo sunt ex alterutris principia. R. distinguendo antecedens. Forma fit in ordine rerũ naturaliũ ex privatione et materia nego, fit alio modo transeat. Forma enĩ non est res naturalis. Definitio aute intelligi debet quod non fiant ex alterutris in ordine rerũ naturaliũ quia in hoc ordine debent esse prima principia, ait enim Aristoteles t 77 omnia fieri ex contrarijs

Dices 1. Haec explicatio non videtur ad mentem Aristotelis qui non reddidit pro ratione prima contraria non fieri ex alijs vel alterutris quia non sunt in ordine rerũ naturalium sed quia sunt prima et quia sunt contraria. R. Aristotelem hoc ipso quod dicat non fieri ex alterutris quia sunt prima adstruere nostram sententiam, neque enĩ aliter prima sunt nisi in tali ordine rerũ naturaliũ alio enim modo non sunt prima. Nam forma ex materia est et materia à Deo.

Dices 2. Aristoteles dicit principia non fieri ex alijs quia sunt contraria. Ergo non est ad mentem illius de ordine rerũ naturaliũ. R. distinguendo antecedens. Aristoteles dicit principia non fieri ex alijs quia sunt contraria tanquã ex materia permanente et componente concedo. Non fieri ex alijs tanquam materia transeunte nego. t. enim 42 urget Aristoteles antiquos a quibus acceperat definitionem qui volebant principia esse componentia, contra quos arguit. Cum enĩ privatio etiam sit principiũ et consequenter contrariũ alteri principio quod est forma recte arguit unũ non fieri ex alio id est non componi ex alio, quia sunt contraria et unũ contrariorũ non componitur ex alio. Ex quibus patet quomodo conciliandus sit Aristoteles quando hoc t 42 dicit principia non fieri ex se invicem quia sunt contraria (quod quidem non est intelligendũ de materia quae nulli est contraria) textu vero 43 ait album fieri ex non albo, non enĩ vult aliud quam album fieri ex non albo tanquã ex materia transeunte licet non fiat tanquã ex materia permanente et componente

Ex his colliges quare Aristoteles vocet principia primo contraria cum contrarietas proprie sit solũ inter terminos positivos

et prima contrarietas solū est inter primas qualitates, quæ ideo vocantur primæ quia ex ijs fiunt alteræ qualitates contrariæ. Quia nimirum ut Conimb. 1ᵘ c 5 q 2 a 2 contrarietate loquendo dicuntur quæcumque sunt incompossibilia, et sic sumuntur etiam pro privatione opposita quomodo forma et eius privatio dicuntur contraria. vocantur etiam primo contraria quia ad eam contrarietatem alteræ contrarietates reducuntur, ipsa autem non revocantur ad aliam contrarietatem

Colliges hoc ex tex. 50 ubi inductione probat alias contrarietates tandem revocari ad contrarietatem formæ et privationis, calidū enī et frigidū sunt contraria et revocantur ad formā et privationem non quia ab illis generantur sed quia ratione formæ et privationis habent ut sint contraria seu incompossibilia in tantū enī calidū est contrariū et incompossibile frigido in quantū trahit semper eius negationem simpliciter in subiecto cui inexistit ita tamen ut idem subiectū sit etiā capax frigoris quæ negatio in subiecto capaci formæ opposita est privatio. Ipsi calidū semper requirere in subiecto negationem simpliciter sui oppositi, quia negatio secundū quid non est sufficiens ad hoc ut duo dicantur opposita. Musicū et album ergo non sunt incompossibilia quia licet musicū quatenus musicū non sit albū potest tamen illud quod est musicū esse simpliciter album quare requirit solū in subiecto negationem albi secundum quid.

Collige 2do principia non esse simpliciter prima in omni genere. Nam ut vidimus materia fit à Deo forma ex materia et privatione. Item elementa non esse prima principia in ordine rerū naturaliū nam ipsa sunt ex alijs principijs in tali ordine. licet sint prima principia respectu mistorū

Sectio 4

An et quomodo tria principia conueniant in Una ratione principij?

Suppositis ijs quæ dixi in Logica de Analogia proportionis quæ explicatur per particulam sicut, cū analoga non sunt unū sed plura convenientia tamen inter se quantū satis est ut possint applicari illi particula sicut. Neque

requirunt analoga quod unum habeat intrinsece illud idem quod alterum. sed quod habeat suum esse intrinsecum et proportionem cum aliquo alio hoc presupposito

Nota 1 Duobus modis posse aliqua inter se convenire uno in ratione aliqua absoluta prescindendo ab omni alio quomodo conveniunt homo et equus in ratione animalis 2do per ordinem et comparationem ad aliud qua ratione convenire dicuntur analogice sol fons et cor in ratione principii nam licet hom differentiis secundum se considerata nullam habeant convenientiam si tamen considerentur in ordine et cum comparatione ad aliud verum erit dicere sicuti se habet sol vel eius ultima differentia ad lumen ita se habet cor ad vitam et fons ad flumen. Quare ad hoc ut aliqua per ordinem ad aliud habeant convenientiam satis est si sint fundamentum comparationis et proportionis in ordine ad aliud quamvis inter se sint omnino diversa et opposita.

Nota 2. Inter ens et non ens si inter se comparentur et non in ordine ad aliud tertium considerentur non posse dari rationem illam intrinsecam communem neque univoce neque analogice. Ratio est quia non ens hoc modo consideratum negat omnem rationem intrinsecam entis. Ergo id quod est ens et id quod non est ens si secundum tantum modo comparentur non possunt habere ullam rationem communem. Patet consequentia quia ubi unum negat adequate alterum non est convenientia. Antecedens probatur Omnis ratio quae est in ente est ens. Sed non ens negat omne ens. Ergo privatio negat et tollit omnem rationem quae sit in ente secundum se considerato absolute.

Nota 3. Posse dari rationem aliquam analogam communem enti et non enti per ordinem et comparationem ad aliquod tertium ut privatio et forma licet non conveniat in ratione entis et ratione significata per tale nomen possunt tamen convenire analogice in ratione principii quatenus utrumque est aliquid requisitum ad ens naturale et quatenus sicuti materia et forma necessario antecedunt aliqua ratione compositum, ita privatio secundum suum non esse antecedit necessario idem compositum. Unde habemus fundamentum affirmandi quod sicut se habet esse positivum materiae et formae ad compositum substantiale ita se habeat non esse privationis ad idem compositum

Nota 4 privationem esse formam qua formaliter constituitur principium in actu secundo, sicuti actio est forma qua formaliter constituitur agens in actu secundo, et quemadmodum impossibile est intelligere actionem agentis et illud non agere ita impossibile est intelligere principiationem alicuius principij et illud non principiare.

Dico 1 Tria principia non conveniunt solum aequivoce Est Communis. Probatur Aequivoca non possunt unica definitione definiri. Sed principia ut patet unica definitione definiuntur sub ratione principij. Ergo ratio principij non est aequivoca. Maior patet quia aequivoca habent essentias omnino diversas et in nullo conveniunt

Dico 2 Materiam formam privationem convenire analogice in ratione principij analogia proportionis. Est etiam Communis inter recentiores. Probatur prima pars 1mo ex Aristotele 12 Metaph. t. 28 ubi ait haec tria analogice esse eadem. Probatur 2do ex not. 3. Probatur 3tio Non conveniunt aequivoce solum et in nomine ut probatum est neque etiam univoce quia ratio principij tribuitur in ultimis differentijs horum trium de quibus differentijs etiam praedicatur quia materia ut subiectum est principium rerum naturalium, forma ut terminus ad quem, privatio ut terminus a quo. Ergo ratio principij praedicatur de differentijs principiorum. Ergo conveniunt analogice.

Ultimo probatur universaliter Conclusio Esse aliquid prius principiato est aliquid Commune intrinsecum Enti et non Enti id est privationi et reliquis principijs. Ergo conveniunt analogice analogia proportionis. Patet Consequentia quoad secundam partem quia unum principium non est tale per attributionem ad alterum analogatum principale. Antecedens probatur et primo de materia et forma patet quia illas esse priores composito nihil est aliud quam illas esse tales entitates ad quorum positionem sequatur effectus: quod vero esse prius principiato sit intrinsecum non Enti probatur etiam quia privationem esse priorem et antecedentem Compositum nihil est aliud quam ita esse in tempore immediate antecedenti ad illud in quo est Compositum. Esse autem privationem in tempore immediate antecedenti formaliter est non Ens nihil enim positivi hic intervenit

Dices. Privationi convenit ratio principii extrin-
sece ab ipsa principiatione quae est aliquid reale. Ergo non
convenit illi intrinsece. R. negando antecedens quia ipsa pri-
vatio secundum se est principium in actu primo sicut forma et
materia in qua denominatione principii in actu primo
convenit cum aliis principiis, quia ut dixi ipsamet privatio
secundum se est terminus a quo requisitus ad mutationem
et non propter metaphoram ad alium terminum a quo

Dico 3. Denominationem principii in actu secundo
respectu privationis non importare solam formam extrin-
secam positivam. Probatur privationem esse principium rei natu-
ralis in actu secundo et privationem esse aliquid prius
unde sequatur res naturalis. Sed hoc non est mera denomi-
natio à forma et sequella positiva extrinseca. Ergo pri-
vationem principiare et esse principium in actu se-
cundo non importat solum formam extrinsecam. Minor patet
nam probatur quia privationem esse antecedentem rei na-
turales in fieri importat coexistentiam privationis tempo-
re immediate antecedenti ad illud in quo fit res na-
turalis. Haec autem coexistentia est aliquid negativum
sicut et ipsa privatio. Confirmatur licet nunc esset
principium et produceretur compositum si tamen priva-
tio immediate ante non fuisset non diceretur principi-
are, nam si in hoc instanti crearetur à Deo materia prima
igni appropriata, in eodem instanti ignis ageret in illa
et produceret alium ignem, et tamen ignis de novo pro-
ductus non principiaretur a privatione cum non praecessis-
set privatio, alioqui in eodem instanti esset forma in
subiecto et privatio quod implicat.

Obiicies 1. Si datur aliqua ratio communis enti
et non enti vel illa ratio est ens vel non ens, neque enim po-
test assignari medium. Si primum ratio illa non poterit esse
intrinseca non enti. Si secundum non est intrinseca enti.
R. illa ratio communis proprie loquendo neque est ens neque
non ens sed conceptus obiectivus includens utrumque unde
neque dicat adaequate ens neque non ens, sed confuse utrumque

et quando aplicatur enti determinatur ad Ens per mo-
dum expressionis conceptus. quando autem aplicatur non
enti determinatur eodem modo ad non Ens. Sicuti in
simili diximus de ratione Entis communi Deo et creaturae
cum quaeritur an illa ratio sit creata vel increata. Item de
ratione communi substantiae et Accidenti, omnes enim istae ra-
tiones analogae includunt omnia sua inferiora et ea in
confuso dicunt, explicite vero rationem illam in qua omnia
inferiora conveniunt.

Objicies 2. Non Ens secundum sua intrinseca tollit
totum quod dicit Ens et destruit omnem rationem intrinsecam
Entis. Ergo non possunt habere ullam convenientiam et ullam
rationem communem. R. distinguendo Antecedens. Tollit omnem
rationem absolutam intrinsecam enti concedo, omnem ra-
tionem intrinsecam enti quae desumitur per comparationem
ad aliud nego Antecedens. deinde nego consequentiam. Nam ad
Analogiam non requiritur quod non habeat intrinsece illud
quod habet aliud ut dixi sed quod habeat intrinsecum suum
esse proportionatum alterius esse et hoc quidem in ordi-
ne ad aliud.

Objicies 3. Privatio denominatur principians
seu principium in actu secundo formaliter a sua principia-
tione sicuti agens ab actione. Sed haec est forma positiva
extrinseca privationi. Ergo a forma positiva privatio est
principium in actu secundo. R. negando maiorem nam
principiatio privationis in actu secundo sive privatio
principians in actu secundo importat duo, in recto qui-
dem ipsum fieri principiati in obliquo privationem imme-
diate ante fuisse, et si alterum horum desit non est prin-
cipiatio privationis in actu secundo ut patet ex dictis.

Dices Coexistentia privationis tempore antecedenti
non tenet se ex parte formae denominantis sed ex parte subie-
cti denominati. Ergo forma denominans est sola ratio
positiva. R. negando Antecedens quaedam enim denominationes
non solum desumuntur a forma sed etiam a certa et determi-
nata ratione subiecti, ita simitas dicitur a curvitate et

tali subiecto nempe naso. Unde coexistentia privationis tempore antecedenti potest se tenere ex parte rationis et ex parte subiecti denominati ciam denominantis

Collige primo formam denominantem materiam et formam principium in actu primo esse earum potentiam causandi et principiandi soluti quod ab earum essentia et entitate non distinguitur. Formam vero denominans privationem principium in actu primo est non repugnantia quam habet ut ad illam sequatur res naturalis quod non repugnantia includit ipsam privationem et eius coexistentiam eo tempore vel instanti cum non repugnat ut in tempore sequenti fiat res naturalis.

Collige secundo ab illa principiatione saltem inadaequate privationem dicatur principium in actu secundo quod est principiatio materiae et formae respectu compositi in quod cumque illa sit

Disputatio 3
De principijs rerum naturalium in particulari

Egimus obiter et sub quadam ratione communi de principijs rerum naturalium, nunc descendendo magis ad particularia de ijs agemus.

Quaestio 1
De Materia Prima

Multae sunt acceptiones materiae apud philosophos et variae illius divisiones ut Pererius lib. 5 c 3 insinuat: magis recepta est divisio qua utitur S. Thomas. 1 2dae q 7 a 4 in materiam ex qua, in qua, et circa quam. id est ex qua aliquid fit tanquam ex elemento et parte componente, in qua aliquid recipitur tanquam in subiecto, circa quam versatur operatio tanquam circa obiectum ut circa coloratum potentia visiva. 2do dividitur in transeuntem et permanentem de quo supra. 3tio in remotam et proximam seu in primam et secundam prima est illa quae non est determinata ad unam formam substantialem sed est indifferens ad quodcumque compositum. Secunda est eadem materia sed affecta accidentibus et dispositionibus particularibus quibus determinatur ad recipiendam aliquam determinatam formam. Porro materia ab autoribus varijs compellatur nominibus S. August. vocat illam abyssum prope nihil, alij fundamentum naturae alij Chaos, alij sylvam, alij matrem rerum communissimo autem nomine materia prima seu primum subiectum vide Soarez qui tractat de materia prima d 13 Fonsecam lib 1 c 7. q 2 et 3. et lib 5 in expositione cap. 2di q 7. Pererium lib 5 c 2 Hurtadum d. 2 physicae Conimb. Molinam Rubium etc.

Sectio 1
An et quid sit Materia prima.

Dico 1. Dari Materiã primã primũ subiectũ rerũ naturaliũ transmutabiliũ. Pbr ex transmutatione substantiali in qua necessario dandũ est aliquod subiectũ quod à privatione formæ transeat ad ipsam formã et cũ ea constituat compositũ. Pbr 2do ex Arte t. 52 datur compositũ substantiale. Sed hoc necessario constat ex una parte potentiali et perfectibili et ex altera actuali et perfectiva. Ergo datur materia prima quæ est pars potentialis. Pbr Arr proseculum in homine in quo datur anima rationalis quæ remanet etiam pereunte homine. Confirmatur. cum nutritur et augetur homo non advenit nova pars animæ quæ est indivisibilis neque augentur sola accidentia quia requiritur fundamentũ illorũ. Ergo adiungitur nova pars materiæ. Porro libris in locis Artes describit materiam 1 Metaph. per negationes scilicet materia nec est quid nec quantum nec quale nec aliquid aliud neque horũ negationes sed id de quo omnia prædicantur. et sensus est quod materia non sit ullũ ex prædicamentis cũ non sit Accidens neque substantia completa, neque negatio sed subiectũ omniũ formarum 2do primo Phys. t 82 describitur per proprietates materia et primũ subiectũ uniuscuiusque ex quo fit aliquid cũ insit per se et non secundũ Accidens et si corrumpitur aliquid in hoc abibit ultimũ. dicitur ~~ex quo fit aliquid~~ subiectũ primum ad excludendũ materiã secundam item elementa quæ sunt materia mixti et materiam rerũ artificialium quæ non sunt prima in genere subiecti. dicitur ex quo fit aliquid ad ostendendũ materiã esse causam formæ. dicitur cũ insit ad excludendam privationem et reliquas causas extrinsecas compositio. dicitur et non secundũ Accidens ad excludendas dispositiones accidentales. dicitur et si

corrumpitur aliquid 3. ad explicandam proprietatem materiae quod sit ingenerabilis et incorruptibilis et semper ipsa ut ultimum subiectum remaneat. Tertio demum 9. Metaph. c. 2 dicitur materia esse id ex quo inexistente fit aliquid quae definitio clara est et explicat propriam rationem Causae materialis. Particula vero ex soli Causae materiali proprie convenit

Dico 2. Bonae sunt hae descriptiones ut patet ex dictis. Confirmatur quia adaequate definiunt et explicant naturam materiae illamque distinguunt ab aliis.

Hinc collige materiam non esse substantiam completam et perfectam tum quia hoc dicitur in prima definitione per illam particulam materia non est quid seu non est hoc aliquid. tum quia in secunda et tertia dicitur ex illa fieri aliquid cum insit seu inexistente et per consequens componente cum altera comparte similiter incompleta.

Sectio 2

An materia sit quid simplex vel an composita ex forma corporeitatis

Triplex est acceptio corporis apud philos. Primo pro corpore physico, vel pro composito ex subiecto et forma substantiali 2do pro corpore mathematico id est pro quantitate trinae dimensa. 3tio pro gradu metaphysico qui est principium trinae dimensionis: et quidem in duabus ultimis acceptionibus materia non est corpus cum neque materia sit quantitas neque quid completum aut substantia praedicamentalis. Corpus autem metaphysicum seu quod est in praedicamento substantiae est substantia completa.

Difficultas solum est an materia sit corpus physicum id est an sit aliquid compositum ex subiecto et determinata forma substantiali ratione cuius debetur illi trina dimensio et ratione cuius vocatur corpus. An vero sit

quid simplex ex se carens omni forma et omni actu physico et exigens trina dimensionem ratione cuius exigentiae dici possit corpus. Quare 1ma sententia dicit in materia includi formam quandam quam vocant corporeitatis per quam constituatur in esse corporis absolute et in genere. quam etiam formam semper retineat et in omni transmutatione substantiali secum deferat ita Avicenna et ex parte Scotus et Henricus apud Suarez d13 s3 n4. 2da sententia negat illam formam communem materiae et communis auctorum cum qua

Dico materiam non esse corpus substantiale compositum ex forma corporeitatis sibi communi. probatur multis rationibus ab auctoribus aductis sed una alterave sufficiat 1mo nulla est necessitas ponendi talem formam generi communem et communem materiae ergo non datur. Neque enim multiplicanda sunt entia sine necessitate. Antecedens probatur vel huiusmodi forma generica est necessaria ut materia disponatur ad alias formas suscipiendas; vel ut illi formaliter tribuat esse corpus. neutrum dici potest ergo non est necessarium. Nec quoad primam partem probatur quia materia satis disponitur ad recipiendas formas substantiales per accidentia contrariis mixtis formis et quemadmodum recipit formam corporeitatis sine praevia dispositione ita potest recipere alias formas. Secunda pars eiusdem minoris probatur etiam quia vel huiusmodi forma tribuit tantum esse genericum corporis vel etiam esse specificum et determinatum talis corporis. Non primum quia eadem forma quae dat alios gradus potest etiam tribuere gradum genericum corporis sicut eadem anima quae tribuit formaliter esse rationale tribuit etiam esse viventis esse animal etc. Et in formis accidentalibus eadem albedo dat esse album coloratum quale etc. neque dici potest secundum quia si illa forma tribueret esse specificum reliquae formae substantiales

essent superflui. Rdo pbr à priori hoc ipso qd forma corporeitatis rejicitur per omnia composita cum materia, jam non videtur esse amplius forma, quia forma per hoc distinguitur a materia quod materia sit indifferens quid formâ autem ratio contra hens et contracta.

Objicies 1 Anima rationalis non est forma corporea. Ergo non potest homini tribuere esse corporis et consequenter debet dari alia forma quæ sit forma corporeitatis. R. concedendo Antecedens nempe Animam rationalem non esse in se corpoream id est extensam, nego tamen consequentia. Nam tribuere esse corporis nihil aliud est quam cum materia constituere compositum cui debeantur trina dimensio; unde forma saltem ordine intentionis prior est ipsa trina dimensione. Ubi Aduerte omnem gradum inferiorem continere superiores sic homo continet gradum viventis corporis et virtus omnem formam materialem determinatam ubi qua specie continere in se rationes genericas superiores; ideo etiam Anima rationalis licet in se formaliter non sit corporea continet tamen virtualiter saltem eosdem gradus superiores.

Objicies 2. Quantitas semper comitatur materiam; sed omnia accidentia debentur alicui formæ et illam consequuntur. Ergo in materia debet esse aliqua forma illi connatura exigens illa accidentia quæ non erit alia quam forma corporeitatis. Rdent Conimb. hîc c 4 q 2 a. 1 distinguendo minorem, accidentia quæ inserviunt ad operationem ut calor frigus etc debentur formæ et illam consequuntur transeat accidentia quæ non sunt principia operationum debentur formæ et nego. talia enim accidentia potius debentur materiæ quatenus sine illis nullam potest recipere

formā, cuiusmodi accidens est Quantitas ubi etc.
R. alio modo distinguendo minorem Omnia accidentia
debentur formae alicui determinatae nego. debentur for
mae indeterminatae transeat et sic Quantitas cum
exigatur à materia cuius totū esse est ad formas
exigitur ab illâ in ordine ad formā indeterminate,
quia cum quacumque eavū constituit compositū et prin
cipiū completū trinae dimensionis. neconon quidem est
ut dixi in q. de Analogiis §. 3 talem vel talem termi
nationem Quantitatis seu talem figurā deberi formae
determinatae. Nam ad formā Equinis non sufficit ut
materia habeat quantitatem quomodocumque termina
tam sed debet esse in capite illo rotunda in digitis
oblonga.

Obijcies 3. In omni corruptione semper rema
net corpus. Ergo in materia manet forma corporeitatis
R. distinguendo Antecedens. Remanet idem corpus nego diver
sum transeat et nego consequentiam. Nā cum gradus cor
poris debetur à forma quae afficit materiam mutata for
ma mutatur esse corporis.

Ex his collige primo quā constitutivus gradus generic
corporis seu corpus metaphysicū debere esse constitutū
corpus physicū ex materia et forma aliqua quod conse
quatur trinâ dimensio. Nam gradus metaphysici desu
muntur à toto composito physico ut ostendimus in
universalibus: et propterea gradus metaphysicus cor
poris est principiū completū trinae dimensionis invol
vens primū genus substantiae sub quo non continentur
incompletae substantiae qualis est materia. Utrū autem
materia sit principiū incompletū quantitatis parū curo,
quia quantumcumque exigat quantitatem semper tamen
exigit eam cū ordine ad formā ad quā ut dixi tota

est et essentialiter ordinata. Unde optime dicitur totum compositum exigere ut quid completum suam dimensionem et quantitatem etiam sequi ad formam ordine intentionis, licet non executionis cum prius afficiat materiam quam formam. Natura enim primo intendit tanquam finem inducere formam in materiam et propter hunc finem disponit eandem materiam per quantitatem et reliqua accidentia

Sectio 3

An Materia prima habeat propria existentia?

Celebris est quaestio inter Scotistas et Thomistas hac de re dum quaerunt an materia prima ita sit pura potentia ut nec quidem actum entitativum ex se habeat. quae tamen quaestio ipsis ut bene Hurtadus d. 2 physicae S 6 nullum facessit negotium qui existentiam non distinguunt ab essentia actuali, cum enim existentia sit ratio per quam magnificae res constituuntur extra suas causas et a qua dicuntur esse actuales seu actu a parte rei et extra nihil quae ratio opponitur rationi possibilitatis vel obiectivae quam res dicuntur habere intra suas causas. nullum inquam facessit negotium hoc ipso enim quod materia prima sit pars componens totum actuale et sit actu pars peculiaris compositi et non solum habens rationem possibilis, habet propriam existentiam actualem in composito et non existit per existentiam formae. Quare cum putem existentiam non distingui ab actuali essentia quod etiam deo volente in Metaphysica probabimus non habeo opus hanc quaestionem fusius hic prosequi. solum superest ut solvamus obiectiones Thomistarum

Obijciunt ergo 1 Et est fundamentum Thomistarum Materia est pura potentia. Ergo non potest in se habere aliquem actum admixtum. probatur consequentia alioqui non esset pura potentia, quia particula illa pura dicit negationem cuiuscunque actus. Respondeo distinguendo consequens non

potest habere admixtum actum respectiue cuius dicit pura potentia concedo; habere actum qui non opponitur illi purae potentiae nego. Et sic negatur assumptum probationis et quod pura potentia dicat negationem omnis actus vocatur ergo materia pura potentia quia nihil habet de actu informante licet habeat et sit actus entitatiuus sicut ignis procedendo qui dicitur esse tantum in potentia causae. Ubi **Aduerte** nomen actus ut bene doces D. n. 7. multiplicatur sumi posse. Nam interdum absolute interdum respectiue dicitur; aliquando enim dicitur actus quia actuat aliquid quomodo forma est actus materiae et sic est actus respectiuus quia est actus alterius; aliquando vero dicitur ita quia in se est actuale quid et non potentiale quamuis nihil aliud actuet quomodo Deus et Angeli dicuntur actus, et sic est actus absolutus qua etiam ratione materia potest dici actus in quantum est extra nihil

Dices. Purus actus nihil habet admixtum de potentia ergo pura potentia nihil admixtum de actu. Consequentia patet quia pura potentia debet summe distare a puro actu qualis est Deus. Contrariorum enim eadem est ratio.

R. distinguendo consequens si pura potentia supponatur esse sine extra causas nego, si intra causas vel etiam non sine transeat. Ad probationem dico similiter cum distinctione puram potentiam quae undequaque et omnem actum negat debere distare summe a puro actu transeat non autem puram potentiam solum in ordine ad actum informantem. Et quidem non bene infertur ex eo quod detur perfectissimum sine posse etiam dari imperfectissimum excludens omnem perfectionem; Nam hoc ipso quod sit sine habere debet perfectionem aliquam: neque etiam materia proprie et magis est contraria Deo actui purissimo quam quidcunque res creata quae hoc ipso quod sit creata deficit a puro actu et habet aliquid de potentia

Obijcies 2. Si materia haberet propriam existentiam non posset facere unum per se cum forma. Probatur sequela Nam ex duobus entibus actu non fit unum per se.

R. negando sequelam ad probationem antecedentis distinguo ex duobus entibus in actu completo concedo, incompleto nego potest enim ex duobus entibus in actu incompleto fieri unum per se si unum se habeat ut actus informativus alterius ut potentia eiusdem rationis et praedicamenti et una petat non existere sine altero seu sit essentialiter ordinatum ad alterum.

Obiicies 3. Existentia materiae non potest se habere per modum potentiae neque etiam existentia formae per modum actus. Ergo ex illis non potest fieri una existentia completa per se. Probatur antecedens quia neutra existentia recipitur in altera. R. negando antecedens. Existentia enim cum non sit distincta ab essentia actuali si essentia est potentia etiam erit existentia potentia et consequenter existentia et essentia formae recipitur in illa. Unde etiam solvitur aliud argumentum nimirum existentia formae recipitur in forma. Ergo non in existentia materiae. Solvitur nimirum eadem ratione negando quod recipiatur existentia formae in forma cum non sit distinctum quid a forma: nisi velis dicere recipi in essentia formae tanquam actum entitativum et in materia tanquam actum informativum perficientem et complentem existentiam materiae quae ex se est incompleta. Ex quo etiam non sequitur quod existentia formae recipiatur in duobus subiectis quia essentia formae non est proprie subiectum cum identificetur realiter cum existentia.

Dices Existentia formae recipitur in materia Ergo debet illi tribuere effectum formalem. Ergo debet illam facere existentem. Ergo existit materia per existentiam formae. R. distinguendo consequens debet tribuere omnem effectum formalem quem potest nego, aliquem concedo et sic nego secundam consequentiam quia effectus formalis existere non habetur praecise ab existentia. Sed ab existentia et essentia identificatis inter se tribuit quidem etiam aliquem effectum formalem et denominationem existentiae formae, materiae, nempe existere complete et perfecte; unde materia ab existentia

formul denominatiuo existere complete non tamen existere simpliciter, hunc enim effectum formalem habet materia formaliter à propria existentia sibi identificata

Sectio 4

An et quomodo Materia sit potentia ad formas substantiales?

Agimus hic de potentia passiva materiæ quæ est positiva capacitas ad recipiendas formas, nomen autem potentiæ dupliciter sumi potest 1mo pro potentia quæ per actum non destruitur sed manet cum actu qua ratione cum ambulamus dicimur habere potentiam ad ambulandum 2do pro potentia habente carentiam actus qua ratione dicitur esse lignum potentia ignis, et Aristoteles 9 Metaph. t 2 ait lignum rude esse potentia Mercurium. Hurtado d 8 Metaph. s 2 aliis verbis rem explicat dum dicit aliud esse habere potentiam ad existendum, aliud esse in potentia ad id, primum habent res etiam dum existunt

[margin: de potentia ad actum ... valet argumentum ... ratio]

unde etiam non destruitur per actum et a quo ad potentiam valet consequentia affirmative. Secundo sumitur pro aptitudine ad existendum cum privatione eiusdem existentiæ absque tamen aliqui et non in ... Carentiam actus in tali potentia includi abstractive non vero exclusive, sicuti in animali rationale includitur abstractive non vero exclusive quia quamvis Animal possit intelligi sine rationali et quantum est de se illud formaliter non importet non tamen illud repugnanter excludit, seu ita ut nequeat cum illo consistere. His positis difficultas est quomodo materia sit potentia seu utrum hæc potentia distinguatur à materia quo quare

Suppono 1mo Non esse quæstionem de potentia proxima materiæ cum enim potentia proxima materiæ seu determinata includat saltem in obliquo accidentia determinativa materiam ad hanc potius formam quam illam, certum est saltem inadæquate distingui a materia

et illi esse aliquid superadditum. Quaestio ergo solum est de potentia remota an illa sit aliquod accidens superadditum materiae

Suppono 2do hanc potentiam non esse realiter distinctam a materia alioquin ad hanc potentiam dabitur in materia alia potentia per quam illa recipiat, et si secunda etiam est distincta dabitur processus in infinitum. Imo sicuti illa potentia immediate recipitur in materia quare non poterunt aliae formae immediate recedere. Si vero illa potentia non inhaeret sed subsistit. Ergo illa est primum subiectum. Ergo materia non est primum subiectum. Vide Hurtadum S. 4 qui bene ostendit si illa potentia esset aliquod accidens non fieret hinc ex materia et forma substantiali unum per se sed per accidens. Sensus ergo quaestionis est: v. Utrum potentia materiae quae est identificata cum ipsa materia distinguatur saltem ratione ab illa tanquam proprietas metaphysica ab essentia eo modo quo risibilitas distinguitur ab essentia hominis: an vero potentia sit ipsa essentia materiae. quod idem est ac quaerere an eadem sit potentia radicalis et formalis in materia comparando materiam tam ad sustentandas quam causandas formas seu etiam ad recipiendas solum.

DICO 1. Potentia remota seu universalis est de essentia materiae ita Suarez dicta D. 13. S. 8 Conimbr. 1 Phys. C 9 q 3. a. 3. Rubius 1 Phys. tract. de materia q 2. Fonseca 5 Metaph. c 7. q 3. S. 8 Hurtadus D. 2 Physica S 2. Prob. 1mo ratione a priori sublato per impossibile vel possibile quo cunque et relicta materia habetur conceptus potentiae. Ergo potentia est de essentia materiae. Consequentia patet ex regula universali dignoscendi quid sit de intrinseca ratione alicuius. Prob. Antecedens sublato quocunque et relicta materia relinquitur comparans formae et indeterminatum quid. Ergo determinabile

Ergo in potentia ad determinationem id est formam. Confirmatur primo ex Arte 2 de Animat. 2 et alibi ubi in verbo praedicat potentiam de materia quod fieri non posset nisi esset illius essentia. Confirmatur 2do non potest definiri materia nisi per esse potentiam ut patet ex Arte. Confirmatur 3tio Phys. ex t. 82 ubi ait subjici aliquid ex quo in existente fiat, hoc autem ipsius natura est. Sed quod est natura alicuius est eius essentia. Ergo subjici formae quod est vere per formam est de Essentia materiae. Ergo potentia est de Essentia.

Dices cum Toleto 1. q. 14 Concl. 3 potentia duplicater sumi uno modo pro quadam aptitudine proxima ad recipiendum, altero modo pro principio substantiali unde talis aptitudo fluit; prior est Accidens materiae altera essentialis. Sed contra ablata illa aptitudine primo loco posita et relicta materia seu secunda aptitudine adhuc manet subjectum formarum indifferens indeterminatum, compars etc. Ergo et potentia.

Obijcies 1 Materia dicitur habere potentiam. Ergo non est potentia. R. negando consequentiam. Materia enim dicitur habere potentiam sicut homo dicitur habere rationalitatem. potentia enim differentia materiae est cuius genus est esse incompletum.

Obijcies 2 Artes in praedicamento Qualitatis ponit potentiam et impotentiam. Ergo potentia non est de Essentia materiae. R. Artem id asserere indefinite, ad verificandam autem propositionem indefinitam sufficit quod aliquae potentiae ponantur in praedicamento qualitatis, non vero omnes. nam etiam natura est principium et potentia motus et tamen non ponitur in praedicamento Qualitatis. Illae ergo potentiae sunt Qualitates quae adveniunt substantijs completis et iam constitutis in suo esse.

Obijcies 3. potentia activa substantiae naturalis est Accidens. Ergo etiam potentia passiva. R. negando Consequentiam. Disparitas est quia potentia activa convenit substantiae naturali ipsa in ordine ad perficiendum aliud

prius autem res quaelibet in suo esse perficitur quam ordinatur ad perficiendum aliud, et ideo substantia naturalis prius supponitur in suo esse et essentia constituta et perfecta quam habeat potentiam activam: ex quo fit quod potentia activa sit accidens quia advenit rei iam constitutae in suo esse. Potentia vero materiae passiva est ordinata ad perficiendum ipsam materiam intrinsece recipiendo scilicet formam: nec etiam potentiae productivae proprietatum per emanationem si dantur non sunt accidentales et superadditae essentiae cum producant proprietates in ipsa substantia non in subiecto extrinseco ut aqua quae in seipsa producit frigus.

Obijcies 4 potest secundum conceptus essentialis materiae per hoc quod sit ens incompletum exigens tamquam proprietatem potentiam passivam: sed in hoc conceptu non includitur potentia tamquam aliquid essentiale. Ergo non est de essentia materiae. R. negando maiorem nam est implicantia in adiecto. hoc ipso enim quod est incompletum est complebile ab altera comparte et determinabile et non ut ratio formalis et determinans. Ergo ut determinabilis et inferens. Ergo ut capax determinationis id est formae.

Dices. Vera est ista propositio causalis ideo materia habet potentiam passivam quia est ens imperfectum et incompletum. Ergo prius est materiam esse ens incompletum et imperfectum quam habere potentiam passivam. Ergo potentia passiva non est eius essentia. R. negando causalem in antecedente positam. Nam etiam forma est ens incompletum et imperfectum et tamen non est potentia passiva quia nec est perfectibilis. Si autem per ens incompletum intelligis perfectibile et indeterminatum tunc nego propositionem etiam illam esse veram in sensu causali rigoroso sed solum in formali: sicuti solemus dicere ideo ridet quia est rationale quae propositiones videntur sonare causalitatem licet non sint tales in rigore.

S

V. Potentia materiæ ad formas accidentales sit illi Essentialis

Adverte. Hic non esse quæstionem V. Materia prima immediate omnia accidentia in se recipiat, sed quæstio solum est an immediate per suam entitatem respiciat accidentia quæ sit eadem indivisibilis potentia per quam respicit formas substantiales. Cum enim respectus ad formas substantiales sit essentialis materiæ, dubium oritur an etiam respiciat accidentia et an respectus ad Accidentia sit idem realiter et formaliter cum priori respectu et per hunc Essentialis materiæ.

Adverte 2. Dicere ordinem Essentialem et transcendentalem non esse idem ac dependere ab alio; relatio enim transcendentalis solum sonat nexum quo una res essentialiter est connexa alteri et essentialiter respicit aliud quod potest fieri sine dependentia de qua dependentia dicam infra.

Adverte 3. Quoniam id quod dicit ordinem Essentialem ad aliud dicatur specificari ab illo per hoc specificari nihil aliud intelligi quam inter illas res eam intercedere proportionem ut ex notitia illius entitatis ad quam altera ordinata est essentialiter deveniri possit in notitiam alterius, et ex notitia prædicatorum essentialium illius proportionaliter sciri possint prædicata essentialia alterius, et ex negatione ac carentia perfectionum Deffectus ~~et imperfectio~~ alterius: Hinc dicimus si implicaret effectus, implicaret etiam Causa hinc et ex perfectione effectus colligimus perfectionem Causæ et quia ordo seu res dicens ordinem talem dicatur specificari à termino primario et formali, non vero secundario et materiali, videndum est quid sit esse terminum primarium, quid secundarium, supposito hoc quod res possit ordinari ad plures terminos diversos. Quare dico nomine termini primarii intelligi id quod se habet ut finis et bonum per se intentum, et in ordine ad quod ex primaria intentione res ordinatur tanquam ad finem, cum finis sit mensura rei ad se ordinatæ et quod se habet ut ratio hic alia

respiciantur. Termino vero secundario intelligitur id quod se habet vel ut medium et non propter se sed propter aliud quemadmodum amantur medicamenta propter sanitatem vel ut id quod participat rationem illam communem primario intentam. In idem recidit quod dicitur illum esse formalem et primarium terminum qui si non esset vel ad quem si non esset ordo non intelligeretur usque perfectius ac cum intelligebatur esse ad illum. Secundarius vero cuius absentia non auget minorem perfectionem essentialem in ordine. Ita theologi dicunt creaturas non specificare cognitionem vel omnipotentiam Dei. Omnis enim cognitio accipit speciem ab obiecto illo quod si non cognosceretur cognitio non intelligeretur usque perfecta essentialiter. Quod si tamen cognitio intelligeretur usque perfecta etiamsi non cognosceretur illud obiectum, tunc illud obiectum non specificat. Eiusmodi autem sunt creaturae respectu Dei; unde si per impossibile implicaret leo nulla perfectio primaria et essentialis Deo deesset sed Deus esset adhuc intrinsece perfectus licet non posset creare leonem vel etiam cognoscere. Quare nec specificat ut dixi creatura potentiam vel cognitionem Dei quia sine hac intelliguntur infinite perfecta illa duo. Neque dicas etiam secundarius terminus specificat quia licet inferre si non esset possibilis terminus secundarius nec esset possibilis ordo, sic si non essent possibilia media nec esset possibilis intentio efficax finis; hoc enim sequitur ex eo quia neque esset possibilis terminus primarius qui habet necessariam connexionem cum termino secundario, ac proinde negatio ordinis ex negatione termini secundarij non infertur nisi per locum extrinsecum remote quia scilicet sublato illo termino sequitur ablatio per locum etiam extrinsecum termini primarij, ex cuius defectu sequitur etiam per locum extrinsecum immediatius tamen defectus et negatio ordinis ad se. Unde in re nostra si non essent possibiles dispositiones quae se habent ut media respectu formae substantialis, nec esset possibilis ipsa forma substantialis sed aliqua alia quae non haberet connexionem cum dispositionibus

Adverte 4 Quamvis sit an electio mediorum et intentio finis possint esse actus diversi semper tamen intentio finis efficax est electio mediorum saltem virtualiter terminate et in confuso, et prudentes viri non appetunt finem efficaciter nisi praemissa consultatione mediorum eo quod realiter loquendo cum media causent finem seu necessario requirantur ad finem, modus assequendi finem sit ponere media. Quare cum materia non habeat intellectum pertinuit ad auctorem naturae dare materiae potentiam ad formas substantiales per modum motiva tionis efficacis ad finem, et consequenter quod talis potentia respiciat etiam media et aequivaleat actui intentionis et electionis. Unde fit in eodem actu efficaci finis qui est circa media non sit distinguere duplicem formalitatem intrinsecam et obiectivam alteram respicientem finem, alteram media, eo quod obiectum primarium et terminus formalis sit unus et idem et consequenter unus et idem formalissimus ordo; in quo erit solum distinguere duas formalitates extrinsecas quatenus idem ordo modo concipitur magis distincte in ordine ad media, modo in ordine ad finem. sicuti actio et passio distinguuntur solum formalitate extrinseca quatenus eadem entitas realis modo magis concipitur distincte in ordine ad agens, modo ad subiectum, cum alioquin tam agens quam subiectum ingrediatur conceptum essentialem realis qualis modo denominatur actio modo passio, prout modo magis concipitur distincte cum agente modo cum subiecto. Sic idem formalissimus actus denominatur modo intentio, modo electio, prout modo magis distincte concipitur cum mediis, modo cum fine. Etenim lex generalis est ex diversitate terminorum subordinatorum non diversificari ordines eo quod in terminis subordinatis reperiatur una et eadem ratio formalis primaria motiva specificativa et se habens tanquam finis

Adverte 5 materiam dicere ordinem essentialem et transcendentalem ad formas substantiales tum quia sunt

eius bonum et finis, tum quia hoc ipso quod materia intelligatur incompleta substantialiter ut subiectum, iam intelligitur in ordinare ad alteram compartem et consequenter esse essentialiter ad illam ordinatam.

Dico 1. Materia prima non respicit tanquam terminum primarium et specificativum accidentia sed ut terminum secundarium. Probatur. Materia prima non appetit accidentia ut finem et ut bonum ultimum in quo possesso quiescat. Ergo non appetit ut terminum primarium. Antecedens constat. Consequentia patet ex Adn. 3. Confirmatur 1mo eadem ratione potentia materiae respicit accidentia qua intentio efficax media; sed media respicit ut terminum secundarium. Ergo etiam materia accidentia ut terminum secundarium. Confirmatur 2do vera est haec causalis potentia materiae respicit formas accidentales quia respicit formas substantiales, in eo quod formae accidentales non sunt bonum per se materiae. Ergo primo et per se respicit formas substantiales et secundario accidentales, cum quibus non facit unum per se sicut facit cum formis substantialibus.

Dico 2. Materia per eundem indivisibilem ordinem non solum realiter sed etiam formaliter formalitate intrinseca et obiectiva respicit respicit formam substantialem ut finem, accidentia ut media. Est multorum recentiorum. Probatur. Quotiescumque aliquid ita respicit duos terminos ut unus sit adaequata ratio formalis cur respiciatur alter sufficit unus ordo formaliter ad utrumque; sed forma substantialis et accidentia ita se habent ut forma substantialis sit adaequata ratio propter quam accidentia respiciantur à materia. Ergo materia per unicum formaliter ordinem respicit formam substantialem et accidentia. Minor constat ex dictis cum accidentia sint solum dispositiones in ordine ad formam substantialem quae est adaequata ratio formalis et finis specificans ordinem. Maior probatur. Quia hoc sonat esse terminum secundarium seu respici propter alterum et se habere ut medium scilicet quod nulla ratione sit aptus terminare se solo ordinem. 2do probatur maior. Quotiescumque duo termini ita se habent etc. ut unus sit adaequata ratio cur alter respiciatur datur tantum unus terminus specificans. Sed ubi datur unus terminus specificans est unus formaliter ordo

Ergo hic est unus tantum formaliter ordo. Hoc probatur quia potentiae non distinguuntur nisi per ordinem ad terminum specificantem ex quo arguitur eius essentia et consequenter distinctio. hoc probatur quia ille est terminus specificativus qui habet rationem finis; sed in nostro casu tantum est una ratio finis. Ergo unus terminus specificativus et

Objicies 1. Materia non respicit essentialiter accidentia formas vero substantiales respicit essentialiter. Ergo non est idem ordo saltem formaliter. probatur prima pars antecedentis quia materia cum accidentibus non facit unam essentiam. Item si per impossibile implicarent accidentia non argueretur immediate implicantia materiae et eius essentia Ergo non respicit essentialiter illa R. concedendo antecedens et eius probationes nego tamen consequentia potest enim aliquid per indivisibilem ordinem etiam formaliter respicere duo subordinata, unum essentialiter alterum non essentialiter; et de hoc ordine semper erit verum dicere quod sit essentialis respectu cuiuscumque termini, non tamen essentialiter respiciens quemcumque terminum. Et hoc nihil aliud est quam quod licet respiciat utrumque terminum unus tamen tantum specificet, unus est ut finis, unus ut primarius: quare ablato vel implicante termino secundario immediate non infertur implicantia essentiae et perfectionis essentialis illius rei quae dicit ordinem

Dices 1. potentia materiae vel ordo ut est ad accidentia est posterior potentia eiusdem et ordine ad formas substantiales. Ergo non est eadem formaliter potentia et ordo ad utrumque terminum; quia alioquin idem formaliter esset prius et posterius. probatur antecedens quia potentia materiae et ordo primario esset ad formas substantiales secundario ad accidentales Ergo. R. negando antecedens. ad probationem concedo antecedens nego consequentia

Dices 2. Obiectum primarium est prius secundarium post Ergo ordo etiam respicit unum prius alterum posterius. Nam iuxta esse est etiam respectus ad esse. R. distinguendo antecedens est prius possibile prioritate temporis loquendo quoad esse utrumque nego. Si autem loquamur de existentia actuali accidentia, sunt prior est prius prioritate excellentiae concedo. et rursum distinguo consequens respiciat unum prius si de prioritate temporis loquatur.

num nego si loquamur de prioritate excellentiae concedo. Nam vere ordine intentionis prior est forma substantialis (et excellentior) quam accidentalis quia haec propter illam intenditur, sed hoc tamen non arguit diversitatem formalem in ipso respectu.

Obijcies 2. Intentio finis et electio mediorum differunt saltem formaliter et aliquando sunt actus diversi; sed potentia ad formas substantiales et accidentales se habet ut electio et intentio. Ergo differunt saltem formaliter. Probatur maior diversa est bonitas specificativa in medijs et in fine in medijs enim est bonitas utilis, in fine bonitas honesta vel delectabilis. R. negando maiorem loquendo de formalitate intrinseca et intentione efficaci finis. Ad probationem maioris nego etiam antecedens; media enim expetuntur propter bonitatem finis, et non propter propriam bonitatem Bonitas enim utilis nihil aliud est quam bonitas honesta vel delectabilis extrinsece participata ratione habitudinis et proportionis quam habent media ad causandum finem quia prout diversimode conducunt ad finem ita diversimode participant bonitatem finis

Obijcies 3. Ad id solum materia dicit ordinem essentialem quod est eius finis et bonum. Sed sola forma substantialis est finis et bonum materiae. Ergo ad solam formam substantialem dicit ordinem essentialem. Ergo non ad accidentia. R. primo si materia dicat aliquem ordinem ad accidentia non potest dicere alium quam essentialem quia ordo est ipsa essentia materiae. R. secundo in forma negando maiorem nempe quod solum dicat ad id ordinem essentialem quod est eius finis, sed etiam ad id quod participat finem et bonum seu quod est medium ad illud. Ratio est quia cum medium ut medium non habeat aliam bonitatem quam finis, atque adeo bonitas quae reperitur in fine reperiatur in medijs. Si ordo est essentialis ad finem debet etiam esse essentialis ad media

Dices. Alia est habitudo materiae ad formas substantiales alia ad accidentales. Ergo saltem formaliter distinguitur una ab altera. Probatur antecedens ad formas substantiales est per modum exigentiae ad accidentales per modum non repugnantiae R. negando antecedens. Ad probationem dico ad accidentia esse etiam per modum exigentiae

Materia enim exigit accidentia non quidem absolute sed respective propter formas substantiales ad quas essentialiter ordinatur, et quas si non ordinarentur accidentia materia sibi illa non exigeret. quod omnia non arguunt duas formalitates obiectivas in illo respectu.

Obijcies 4 Intellectus assentit Conclusioni propter praemissas et tamen assensus praemissarum et Conclusionis differunt ad minus formaliter. Ergo etiamsi materia respiciat accidentia propter formas substantiales adhuc tales respectus erunt distincti saltem formaliter

R. negando Consequentiam, disparitas est inter actus apetitus et intellectus. Nam cum intellectus specificetur a vero et diversa sit veritas praemissarum et Conclusionis quia sunt diversa obiecta, ideo actus intellectus erunt diversi. actus vero apetitus qui specificantur à bono et idem sit bonum quod per se adaequate expetitur ab apetitu in electione mediorum et intentione finis, consequenter non erunt actus diversi. R. deinde sicuti per eundem actum assentitur quis obiecto Conclusionis propter obiectum praemissarum ita per eundem actum voluntatis amat quis media propter finem.

Ex dictis Collige 1mo implicantibus accidentibus implicaturam quidem non solum haec numero materiam. sed etiam speciem; Cuius tamen materiae implicantia non infertur immediate sed mediate, quatenus implicantibus accidentibus implicarent sibi formae quae illa ut dispositiones exigunt et quatenus implicantibus dispositionibus nullum agens naturale posset inducere formam in materiam.

Collige 2do Non esse universaliter verum Axioma illud Actus et potentia sunt in eodem genere quod aliqui desumunt ex Arte 12 Metaph. t. 26 qua de re vide Soares D. 24 S. 2 n. 13.

Collige 3tio Quando dicitur substantiam esse propter operationem ex Arte 2 de Coelo t. 17 Sensum esse substantiam inclinare ad operationem cum enim datae sint illi potentiae ad operandum necesse est ut mediantibus illis potentiis inclinetur ad operationes

Sectio 6

An Materia habeat apetitum ad Formas et quas?

Duplex est appetitus unus elicitus qui est actus vitalis potentiae appetitivae; alter est innatus ita dictus per metaphoram ab appetitu elicito; est autem appetitus innatus potentia cum inclinatione et propensione ad suam perfectionem unde non quaelibet potentia naturalis est appetitus innatus, sed ea tantum quae est circa suam perfectionem aqua enim habet potentiam receptivam caloris non tamen appetitivam. Porro appetitus elicitus multiplex est prout bonum in quod fertur est in diverso statu: et quidem si feratur voluntas in illud non curando eius existentiam et acquisitionem dicitur actus simplicis complacentiae; si sit circa idem ut absens curando eius existentiam dicitur desiderium; unde obiter habes posse bonum praesens adhuc desiderari secundum durationem futuram ita desideramus vitam longiorem etc. Demum circa bonum praesens dicitur fruitio delectatio gaudium. Totidem etiam modis iuxta proportionem possumus distinguere appetitus innatos. Quare dicendum materiam exercere hos omnes actus circa formas per aequivalentiam primo enim amore simplicis complacentiae amat omnes formas secundo appetitu desiderii formas absentes et praesentem secundum denominationem futuram, absolute tamen fruitur praesenti. His positis

Difficultas est quomodo materia possit appetere formas absentes et frui praesentibus, quia cum absentem non possit naturaliter habere una cum praesente, necesse est ut praesentem fastidiat. Sed dicendum materiam non appetere formas absentes absolute sed sub conditione si priorem amiserit

Difficultas altera est an materia appetat formas corruptas, et quidem quod materia appetat formam corruptam videtur clarum; nam eadem debet esse materia sub forma producta et corrupta sed materia antequam corrumperetur prior forma erat potentia ad illam et illam appetebat Ergo nunc cum corrupta est adhuc est potentia ad illam et illam appetit. Respondeo quia corruptio non tollit quidditatem

formas vel materia ergo si ante ruptas suâ quiddita
tem se respiciebant et appetebant etiâ post corruptione
id facient. Hoc difficultas est an materia appetat for
mas corruptas ut primo producibiles quam ample citat
Suarez d 43 s 3 n 19 an vero ut secundo producibiles
in quam partem inclinat Hurtadus hic s. 3 §§ 38 et § 40
quia postquam forma est corrupta adhuc manet ens
ergo possibilis simpliciter. Ergo non habet repugnantiâ
ad essentiâ. Sed si possibilis est continetur in virtute causa
in naturalium atque adeo remanet in causis ratio potentiae
naturalis illius. Unde inquit semel corrupta forma adhuc
est simpliciter possibilis, impossibilis autem per accidens
et secundum quid quia voluit Deus concurrere cum agente
creato ad secundâ illius individui productionem

Mihi probabilius est materiam non appetere formas
corruptas ut secundo producibiles. Ratio est materia non
habet potentiam naturalem ad formas secundo producibiles
ergo neque appetitum consequentia patet appetitus enim est potentiâ
cum inclinatione ad perfectionem naturaliter possibilem
nemo enim appetit quod naturaliter habere non potest
Antecedens probatur ad illas formas est potentia naturalis quas
potest naturaliter recipere. Sed secundo producibiles non
potest naturaliter recipere. Ergo non habet potentia natu-
ralem ad illas. Hoc probatur illas formas potest naturaliter
recipere quae produci possunt ab agente naturali. Hanc
passiva x ˣpotentia naturalis duo dicit illa scilicet de qua hic loqui
mur unum in recto id est entitatem materiae, alterum
in obliquo id est agens naturale potens naturaliter pro
ducere formâ. Sed agens naturale non potest natura
liter reproducere eandem numero formâ vel effectû eo quod
non detur naturaliter regressus a privatione ad habitû
saltem adaequatae formae. Ergo de primo ad ultimû non
respicit ut secundo producibiles. Alterum si a Deo repro
duceretur eadem forma adhuc materia illa posset re
cipere illâ per potentiam obedientialem quae est ipsa ma

materia in recto connotans agens supernaturale in obliquo saltem quoad modū id est agens miraculose. Verū quidem est quod faceret Chũ per se cũ forma quoad substantiam non tamen quoad modū. Unde nec illã respiceret simpliciter secundũ modũ.

Addit Hurtadus potentiam materiæ fore naturalem quia forma tunc simpliciter est possibilis licet per accidens sit impossibilis et supposita extrinseca voluntate Dei. Sed contra semper manet hoc quod materia non possit ab agente naturali recipere formã secundo ergo non est potentia naturalis quæcunque oriatur q' d nullũ agens naturale possit naturaliter producere secundo formã. Neque iter est quod forma maneat possibile et in virtute Causarũ; non enĩ manet in virtute Causæ naturalis etiam quoad modum licet quoad substantiam; nec respectu agentis naturalis naturaliter operantis etiã quoad modũ. Quare dicendũ materiam appetere formã corruptam ut primo producibilem: nec impedit quod sit corrupta nam adhuc habet illa hoc quod sit semel producibilis, producibile enĩ cũ sit terminus potentialis abstrahit a tribus temporibus. Non tamen apetit ut dixi formã corruptam iterũ habendam nam ad hoc nunquam habuit materia apetitũ vel potentiam naturalem. Neque etiam impedit quod potentia illa corrupta semel forma non possit reduci in actum quia non est potentia ad iterũ sed ad semel, potentia autem ad semel habendam formã non potest bis reduci ad actũ.

Aduerte solũ 1. Cum quæritur nunc postquã est corrupta forma materiã habet potentiam et apetitũ ad illam nec ne? Distinguendũ est si ly nunc cadat supra potentiam bene dici potest materiam nunc habere potentiam. Si ly nunc cadat supra formam habendã ita ut sensus sit materia habet potentiam ad habendã formam nunc falsa est propositio.

Aduerte 2. Si materia non esset potentia nisi ad formã unam, illa corrupta deberet destrui quia nullum amplius haberet officium

Aduerte 3. Quando dicis si materia dicit potentiã naturalem ad formas ut primo producibiles, et obedientialem

ad easdem ut secundo praedicabiles sequi quod potentia naturalis et obedientialis saltem formaliter distinguantur. Rdū est distingui iuxta obliqua nempe penes diversa agentia quae important ly naturalis et obedientialis, licet simpliciter potentia solum importet materiam v.g.

Tertia difficultas est quomodo materia aspectat et respiciat formas substantiales. et primo quidem suppono materiam non ordinari ad formā in communi praecisam a suis particularibus; alias hic ordo materiae non esset independenter ab intellectu: unde nec dici debet quod ordinatur ad rationem termini in communi in sensu formali et reduplicative accepto, in quo importatur communitas quae est ipsissima cognitio, aut ratiō involvens cognitiōnem: non in quantum accipitur in sensu formali sed specificativo et materiali id est pro quo supponit terminus in communi, et tunc ipsa individua quod etiam bene ostendit Hurtadus d. 8 phys. S. 3. Quaeritur ergo V. materia ita respiciat formas in particulari determinate ut si non esset possibilis forma canis v.g. diceretur materia non habere praedicatum illud intrinsecū quod est respicere formā canis et per consequens nec esset hāc materia: vel certe omnes formas in confuso et vage respiciat ita ut si non esset possibilis forma canis, adhuc esset eadem materia quia illam non respicit immediate et determinate. Sicuti aliqui Theologi loquuntur de Omnipotentia Dei quam dicunt manere etiamsi creatura implicaret

Multi recentiōres dicunt materiā respicere formas in confuso ita ut exigat possibiles esse aliquas licet non omnes. Quare si non esset possibilis forma canis v.g. esset eadem materia modo essent possibiles aliae formae: si vero omnes repugnarent non fuisset eandē materiam quia cū entitas materiae essentialiter sit incompleta et complebilis per formā, si nulla esset forma possibilis, materia non esset complebilis consequenter nec materia neque ullū esset possibile compositū. tam enī esset tunc completa materia quā nunc Homo. Alii aliis terminis rem explicant dicendo qd materia respiciat

rare formas et non determinate et respectu illius supponere confuse et indeterminate, sub termino autem supponente confuse non potest descendi determinate.

Ergo malo sequi contrariam sententiam dicendo materiam respicere formas in particulari determinate; ita quidem ut terminus primarius quem respicit materia sit ratio perfectivi substantialiter, secundarius vero forma haec vel illa in particulari et determinata. Ita aliqui recentiores quam etiam ex parte tenuit Hurtadus citatus. et quidem quod ratio perfectivi substantialiter sit terminus primarius patet ex Not. 3 S 5. quia ratio cur respiciat hanc formam determinate in particulari est ratio perfectivi substantialiter a qua etiam ordo specificatur et qua ablata necesse est destrui essentiam et perfectionem seu praedicata materiae; implicante autem hac forma particulari licet implicaret hic numero materia non tamen essentia materiae. sicuti Theologi aliqui dicunt omnipotentiam Dei primario respicere quod non implicat contradictionem, secundario vero hanc vel illam rem possibilem qua implicante maneret atque perfecta omnipotentia Dei quia adhuc posset facere quod non implicat contradictionem; licet non maneret haec numero omnipotentia.

Dices Cum Hurtado S. 4 et 5 ubi fuse hunc modum dicendi de termino primario impugnat. repugnat potentias physicas connotare terminum communem deinde particularem, quia illae sunt extrinsecae denominationes ab actibus intellectus. Item perveniente hac forma repugnat etiam ratio communis perfectivi substantialiter ut pote identificata cum particulari forma; ratio enim communis identificatur cum particularibus. Tertio Causa physica respicit terminum ut producibilem a parte rei; sed terminus ut producibilis est singularis et non communis. Ergo non respicit ut communem.

R. nos per terminum Communem non intelligere abstractum nam contra hoc bene procedunt argumenta Hurtadi; sed nomine termini communis intelligimus rationem illam propter quam Causa respicit terminos particulares, nam licet materia respiciat omnes formas particulares ratio tamen cur eas respiciat est quia ~~om~~ est ratio perfectivi substantialiter. Sicuti ratio

Cur omnipotentia respiciat Creaturas est ratio possibi
litatis. in quo sensu terminus Communis non est denomina
tio extrinseca. Sed est ipsa entitas rei participans tale
praedicatum seu ipsae entitates participantes tale praedicatum
unde etiam pereunte forma in particulari perit aliqua ra
tio perfectionis substantialiter ut pote identificata cum tali
forma non tamen perit simpliciter ratio perfectionis ut sic
illam ad veritatem huius propositionis quae est negativa
requiritur quod nulla esset possibilis forma. Eadem hac
ratione dicendum terminum ut producibilem non tam
esse singularem quam singulares quia producibilitas
ut producibilitas non tantum uni singulari sed omnibus
convenit. Ergo si potentia respicit terminum ut producibi
lem respicit illum sub ratione aliqua quae pluribus convenit.

Quod vero materia respiciat formas in particulari
determinate et non confuse probatur si anima rationalis haec
v.g. non esset possibilis, etiam non esset possibilis haec ma
teria. Ergo materia respicit illam ut talis est et in particulari
et determinate. Probatur Antecedens ab Hurtado § 7 § 77 Hic
ordo per se respicit animam rationalem vage sicuti
quamvis aliam formam quia respectus ad directum vage est
ad omnia singularia sub disiunctione. Ergo etiam respicit
determinate. Probatur Consequentia inde colligis tu materiam
respicere Animam vage quia pereunte termino vage
vel vago perit materia. Sed pereunte termino de
terminate perit etiam materia. Ergo si respicit illam vage
respicit etiam determinate. Probatur Hoc pereunte termino de
terminato perit terminus vage vel vagus sed pere
unte termino vago perit materia. Ergo pereunte ter
mino determinato perit materia. Deinde probatur terminus vagus
est haec vel illa forma. Sed implicante determinato ter
mino non est haec vel illa sed solum haec. Ergo pereunte
determinato termino perit vagus terminus. Confirmatur
primo Materia nunc de facto non respicit chimeram
etiam vage sed in dicto casu anima esset chimera
ergo non respiceret illam. Atqui nunc respicit et aliud
illa est determinata ergo respicit determinate.

Confirmatur 2do ex suppositione termini Confuse vel Confusâ
in qua nullum determinatum ex inferioribus requiritur de quo praedi-
catum illius propositionis verificetur quod tamen requiritur in
suppositione determinata ut apparet in hac propositione aliqua
navis est necessaria ad navigandum: quod inde oritur quia
suppositio confusa est de termino Communi affecto signo particu-
lari ita supponente pro inferioribus ut in singulis sit sufficiens
fundamentum ut de iis verificetur praedicatum seu potentia ad
navigandum in qua fundatur necessitas praedicati quod in qua-
libet navi reperitur: Sed in replicante Anima rationali
non reperiretur sufficiens fundamentum ratione cuius posset
de illa verificari praedicatum seu quod sit necessaria ad com-
positum substantiale. Ergo non respiceret illa etiam vage. Atqui
modo respicit. Ergo respicit determinate.

Objicies 2. Ex hoc sequi quod Angelus comprehendens ma-
teriam cognosceret omnes formas possibiles. Sed illae sunt
infinitae. Ergo cognosceret infinitas. Atqui naturaliter com-
prehendit materiam ut pote rem naturalem. Ergo naturali-
ter cognoscit infinita. Respondent primo aliqui negando mi-
norem dicendo materiam hanc non respicere formas possi-
biles nisi in hoc rerum ordine quae sunt finitae. Sed quidquid
sit Respondeo distinguendo maiorem Angelus comprehendens mate-
riam cognosceret distincte omnes formas possibiles nego
Confuse quod sunt infinitae concedo et concessa minori
eodem modo distinguo Consequens. Ratio est quia in materia
non continetur adaequate forma, neque materia est Causa adaequata
formae, unde quantumcumque illa materia penetretur non ta-
men propterea omnis effectus illius possibiles cognoscetur distincte
quia ratio possibilis desumitur à Causa adaequata. Ita com-
muniter Theologi dicunt Angelum quantumcumque penetret suum
intellectum non propterea scire omnes suas cogitationes quas
potest elicere vel eliciet, quia non continentur adaequate
omnes illae intellectiones in intellectu angelico. Sed in intellectu
et Speciebus illorum objectorum. Et quia non scit quorum objectorum
species sit habiturus non scit quas cognitiones possit vel sit
eliciturus.

Dices. Angelus Comprehendens meam cognitionem sci-
ret omnes terminos et objecta distincte ad quae mea cognitio

dicit ordinem. Ergo etiam comprehendens materiam distincte cognoscet omnes terminos et formas. R. negando Consequentiam. Disparitas sumitur ex diversitate respectus transcendentalis. Nam cognitio respicit ut repraesentatio sua obiecta ac proinde comprehensa repraesentatione et imagine impossibile est non cognosci repraesentatum seu obiectum. At vero materia respicit formas ut causa inadaequata ac proinde dependentes ab altera causa quibus nisi etiam comprehendatur non cognoscuntur omnes effectus distincte.

Respondent Alii aliqui ad primum argumentum in obiectione factum concedendo totum argumentum neque illud inveniunt absurdum quod Angelus cognoscat infinitas formas possibiles etiam distincte. Certe de potentia absoluta non potest id negari Nam Anima Christi Domini cognoscit infinita futura ut communiter Theologi dicunt.

Obijcies 2. Hac ratione materia esset potentia infinita quia continet et respicit formas infinitas etiam determinate R. negando Antecedens quia potentia infinita debet habere de se sufficientem et adaequatam virtutem ad infinitos effectus sine indigentia alterius qualis non est materia. R. 2do negando simpliciter fore infinitam sed tantum secundum quid; quia licet contineat infinitas formas et sit causa infinitorum effectuum non tamen in omni genere. Sed tantum in tali genere nempe in genere formae. Sicuti non ex eo Angelus est infinitus quia Angelus continet infinitas species possibiles sub se; neque propterea infinite est perfectus quia sub Angelo possunt dari perfectiones infinitae minores et minores; Unde non bene ex termino infinito syncategorematice colligitur potentia infinita

Obijcies 3. Implicante Anima rationali materia non esset aeque perfecta ac modo est. Ergo Anima rationalis est terminus formalis et specificans ordinem materiae Ergo non respicit illam ut secundarium terminum. R. distinguendo Antecedens non esset aeque perfecta perfectione aliqua individuali Concedo, perfectione essentiali nego. perfectio autem essentialis est quod sit compars deter

nabilis Compositi est quod totum maneret licet multiplicaret anima rationalis.

Collige cognitionem quae terminatur ad plura obiecta sublato aliquo non mutandam essentialiter sed tantum non fore ita quae fuit et quamdiu enim manet ratio imaginis et etiam repraesentationis tamdiu manet cognitio, quamdiu autem manet unum obiectum manet ratio repraesentationis et ratio imaginis. Ergo et ratio cognitionis quae minuitur aliter erit imperfectior illa cognitione quae repraesentabat omnia obiecta sic dixi cognitionem repraesentantem chimaeram et positivum quae non fore eandem si non repraesentaret chimaeram

Criterium. Quaeritur 1° An materia sublunaris sit una et dicimus quod sit una specie facile probatur. Est unica ratio specificans materia. Ergo materia est una specie. Quod autem non sit una numero probatur quia est discontinua neque credibile est Deum Dominum materiam esse continuam

Quaeritur 2. An materia sit ingenerabilis et incorruptibilis? Et quidem difficultas nulla est materiam fuisse creatam a Deo et posse annihilari; sed tantum quaeritur an in alio sensu possit dici ingenerabilis et incorruptibilis: quod quidem dici potest quia cum materia sit primum subiectum non potest ex alio fieri quod proprie vocatur generari: neque etiam est corruptibilis cum maneat sub omni forma

Quaestio 2
De Forma et Privatione

Hac quaestione agemus de forma et privatione. Plura dicimus de forma sicuti et de materia in tractatu de Causis ubi de eorum causalitate et aliis agemus

Sectio 1
An et quid sit Forma Substantialis?

Multiplex est acceptio formae videat qui vult Fonsecam lib. 5 (1) Conimbr. 1 Phys. q. 9. Suarez D. 15. Hic vero sumimus formam pro parte determinativa compositi respectu materiae seu partis indeterminatae

Dico 1 Dari formam substantialem physicam realiter à materia distinctam est communis autem exceptis aliquibus antiquis. Probatur Datur anima rationalis quae est pars substantialis compositi humani faciens cum materia unum per se. Ergo in omnibus corporibus dantur formae substantiales. Antecedens probatur in libris de Anima et est de fide definitum in Concilio Vienensi et Lateranensi 5to sub Leone decimo Ses. 8. Et habetur in cap. de Summa Trinitate. pro qua etiam re Valentia prima parte d. 6 q 2 puncto 1 Rubius 2 phys. c 1 q 3 n 30 multa loca Aristotelis et rationes adducunt probatur 1 Consequentia. Materia cum qua Anima rationalis facit unum per se est substantia essentialiter incompleta alioqui non posset cum alio facere unum per se Ergo ubicumque illa fuerit petet substantialiter compleri ad hoc ut faciat unum per se; sed illa est aliquando extra hominem et separata ab Anima rationali et tamen tunc constituit unam substantiam completam per se Ergo tunc habet aliquid substantiale per quod completur hoc autem est forma. Ergo datur forma Aliis etiam argumentis probatur a recentioribus Conclusio.

Obijcies. Forma est in materia ergo non est substantia quae est Ens per se et non Ens in alio. R. ex dicendis forma est in materia tanquam pars constitutiva totius qualiter non est Accidens quod non est de constitutione totius.

Dico 2. Forma non est tota quidditas et essentia compositi Est communis et sumitur ex Aristotele 7 Metaph. t 60 ubi ait forma est qua aliquid est. Porro forma ex Aristotele 2 phys. t. 28 est ratio eius quod quid erat esse et 2 de Anima definitur esse actus corporis: Unde à Toleto 1 phys. Conl. 2 et Soario citato S 5 n 1 forma dicitur esse substantia simplex et incompleta quae est actus materiae et cum ea constituit substan

tiam completam ex quibus colligitur formam non esse totam quidditatem ut dixi et essentiam totius simplicem ut dixi etiam ex Arist. 7 metaph. t. 60 ubi affert exemplum syllabae ba quae non est solum b et a sed conflatum ex his

Sectio 2

Quid sit privatio et quando principiat!

Arist. 5 Metaph. t. 27 definit privationem dicendo si non habeat aliquid eorum quae apta sunt haberi. Quare supra negationem addit capacitatem in subiecto formae oppositae. unde non dicitur caecus lapis ut dicitur homo. nomine autem capacitatis intelligitur positiva inclinatio subiecti ad illam formam; licet interdum sufficiat non repugnantia respectu tamen agentis naturalis qualem habet aer ad recipiendum lumen; quam quidem capacitatem privatio non importat in recto sed in obliquo: nam non dicitur privatio capacitas sed esse negatio in subiecto capaci. Haec est notandum quod denominetur privatio ab aliquo quod importatur in obliquo, nam simitas denominatur simitas a subiecto naso quod importatur in obliquo. Porro applicando ex eodem Arist. loco citato multipliciter accipitur nam aliquando privatio dicitur carentia formae in subiecto apto habere formam solum ratione generis licet ratione speciei sit ineptum, ita talpa dicitur caeca quia animal sub quo ipsa continetur tanquam genere potest videre: interdum privatio est carentia formae in subiecto apto habere formam licet non pro eo tempore ut catuli recenter nati dicuntur caeci: propriissime tamen privatio est carentia formae in subiecto apto et pro eo tempore habere formam; sed quod illa careat propter impedimenta mere contingentia et praeter naturam

Quaeres 1. An privatio sit ens reale secundum quod dicit in recto nam de obliquo nulla est difficultas cum sit ipsum subiectum. Alii negant alii affirmant sed quaestio est de nomine ad quam respondetur cum distinctione: si per reale intelli

gis id quod est oppositum ficto concedo privationem esse
realem: si vero per reale intelligis positivum nego esse
realem: unde verum est dicere privationem nemine cogi-
tante esse à parte rei, abusive tamen et improprie cum
non sit ens nisi abusivum.

Dices 1. Privatio est idem numero per se cum
materia. Ergo positivum quid. Respondeo esse idem numero negative
id est non distinctum ens, est tamen non ens. Dices 2.
Privatio non est nihil. Ergo positivum quid. Nego consequentiam
Nam nihil aliquando excludit solum positivum et ita priva-
tio est nihil, aliquando omne id quod non est fictum et tunc
privatio non est nihil. Dices 3. tenebrae dicuntur
esse ergo sunt positivum quid. Sed hac de re in Logica
egimus in q. de ente rationis in fine

Quaeres 2. An privatio et forma immediate oppo-
nantur. Respondeo immediate opponi secundum quod dicunt in recto, quia re-
se habent ut ens et non ens. Absolute ergo opponuntur privatio
forma ratione eiusdem subiecti in ordine ad cuius capa-
citatem est oppositio

Dico 1. Tot esse privationes in materia quot sunt
formae quas potest recipere et actu non habet ita Perenius supra
c. 24. Hurtad. §8 et alii. Probatur privatio nihil est aliud nisi non esse
formae. Sed tot sunt non esse formae quot sunt formae. Ergo tot
sunt privationes quot sunt formae. Confirmatur quia si una
esset privatio plurium formarum sequeretur in eodem subiecto
esse simul privationem et formam quod est contradictio
probatur sequela quia materia quae nunc habet formam ligni
habet privationem ignis; sed privatio ignis est privatio
etiam ligni. Ergo materia habet privationem ligni et
formam ligni

Dices. 1. Tenebrae est unica privatio omnium forma-
rum lucis. Ergo datur unica privatio plurium formarum. Respondeo
negando antecedens tenebrae enim sunt quoddam aggregatum
ex omnibus privationibus lucis, perveniunt autem unica
privatione quod fit per adventum cuiuscumque lucis perit
aggregatum quod vocatur tenebrae

Dices 2. Ex his sequitur dari infinitas privationes
Respondeo 2mo in sententia eorum qui volunt materiam respicere
solum formas in hoc rerum ordine falsam esse sequelam

maioris. R. ndo transeat sequela nego illud unde sequitur
absurdum quia hoc non est dari actu infinitum positivum
a parte rei sed potius est non dari infinitum actu siquidem
privationes sunt negationes tantum. Unde etiam in rigore lo-
quendo non dicuntur privationes proprie multiplicari vel
etiam inter se distingui quia multiplicatio numerus et distin-
ctio sunt passiones et praedicata entium positivorum.

Dices 3. Materia respicit omnes formas sub ratione
formae ut sic seu sub ratione perfectivi. Ergo etiam privatio erit
ad formam ut sic. Ergo erit unica privatio R. negando conseq-
uentiam. Ratio disparitatis est quia materia est subiectum commu-
ne omnium formarum proinde una. Privatio autem non
est negatio formae existentis in subiecto. Ergo saltem non
potest esse una privatio formae illius quae existit et for-
mae quae non existit quia alias esset privatio et non
esset; esset quatenus est formae negatio non existentis
non esset quatenus esset negatio formae existentis quia
hoc ipso quod forma existat non est privatio

Pro altera tituli parte Nota hic non esse quidproque
per quid privatio principiet in actu primo certum enim est quod
principiet per suam entitatem quia ipsa privatio secun-
dum se requiritur ad mutationem. Ergo ipsa secundum se prin-
cipiat in actu primo. Neque etiam hic agimus de princi-
piatione privationis nam hanc supponimus esse eandem
entitatem positivam causalitatis materiae quaecunque illa
sit formaliter diversa pro diversitate principiorum
respectu quorum est principiatio et hic includit tanquam
partem ipsum principium respectu cuius est principiatio.

Quaeritur ergo solum quando principiat privatio, an scili-
cet quando est an vero quando non est? Duplex autem
est fieri et mutatio rerum, alia est instantanea alia succes-
siva: in mutatione instantanea forma tota simul et
in instanti producitur v.g. lumen anima rationalis etc.
Unde in mutatione instantanea simul est fieri et factum
esse et in eodem instanti in quo verum est dicere verum
fieri verum est dicere (loquendo de instanti intrinseco)
rem factam esse. In mutatione successiva forma per
partes producitur ut calor et similia, unde non est idem
fieri et factum esse; in mutationibus ergo instantaneis

privatio tota simul deperditur sicut tota forma simul introducitur. in successivis autem prius deperditur una pars privationis deinde alia sicuti forma introductio successive

Dico 2. In mutationibus instantaneis privatio principiat quando non est actu. Probatur privatio tunc principiat cum res naturalis est in fieri. Sed cum res naturalis est in fieri instantaneo tunc privatio non est Ergo privatio tunc principiat in mutationibus instantaneis quando actu non est. Minor patet quia cum res est in fieri tunc sequitur ad privationem, rem autem sequi ad privationem est ipsam privationem principiare actu. Hoc primum argumentum probatur in mutatione instantanea simul est fieri et factum esse Sed privatio non est quando res est in facto esse. Ergo neque est cum res est in fieri instantaneo. Probatur 2do privatio principiat ut terminus à quo recedendo et exercendo incompossibilitatem cum forma. Sed hanc exercet quando primo non est. Ergo tunc principiat. Hoc probatur quando est privatio tunc materia non transit ad formam ad quam transit cum primo illam habet. Ergo tunc recedit privatio. Ergo tunc principiat.

Dico 3. Etiam in mutationibus successivis privatio principiat quando actu non est. Probatur In mutationibus successivis res non est fieri tota simul sed secundum partes Ergo in iisdem mutationibus privatio non principiat tota simul sed secundum partes Consequentia probatur quia tunc privatio actu principiat quando res est in fieri. Sed quando est in fieri pars illa formae quae principiatur à parte privationis privatio illa partialis non est. Ergo in mutationibus successivis privatio actu principians non est

Obijcies 1. Privatio tunc actu principiat quando est actu terminus à quo. Sed quando non est, non est terminus à quo Ergo quando non est non principiat.
R. Imo distinguendo maiorem. Si lij actu cadat super terminum à quo concedo si cadat super esse nego; potest enim aliquid esse actu terminus à quo etiamsi non sit actu quia ad hoc ut sit actu terminus à quo satis est quod principiatio actu sit et quod praecesserit privatio

Obijcies 2 Omne principium debet coexistere principiato. Ergo non principiat privatio quando non est R. distin

quendo antecedens principium positivum concedo negativum nego. Ratio est quia principium positivum per realem influxum et positivam communicationem dat esse principiato negativum vero principium solum recedendo principiat principiatum

Obijcies 3. Nunc privatio actu principiat quando est eius principiatio actu; sed quando est principiatio actu ipsa privatio est. Ergo principiat quando est. R concedendo iorem negando minorem

Dices. Si privatio nunc principiat quando non est. Ergo nunc principiat quando existit compositum. Ergo privatio principiat rem in facto esse et non solum in fieri. Probatur secunda sequela Quia tantum privatio principiat in quantum immediate ante praecessit; sed in mutationibus instantaneis rem in facto esse immediate praecessit. Ergo principiat rem in facto esse R concedendo primam sequelam negando secundam Ad probationem distinguo maiorem in tantum privatio principiat in quantum immediate ante praecessit si includat in conceptu illius quod principiatum concedo: si non includatur nego praecedere enim solum non sufficit ad hoc ut dicatur principiare; privatio autem non includitur in facto esse licet includatur in fieri rei

Adverte autem privationes non percipi per sensus exteriores sed ex non visione lucis usque infert intellectus aerem tenebrescere.

Adverte praeterea privationem non solum natura debere praecedere formam sed tempore. Ita si privatio solum natura praecedat formam posset esse in eodem instanti cum forma quod implicat. Nam cum privatio sit non esse formae sequeretur quod eodem instanti reali esset forma et non esset

In Secundũ Librũ Physicorũ

Totus hic liber divisus est in tres partes. 1ma est de natura et arte. 2da explicat discrimen inter scientiam physicã et alias. 3tia est de Causis Corporis Naturalis. Secundam partem hic omittimus de ea enim in Logicis, vel quasi hic pertractabimus

Disputatio 4
De Natura et Arte

Multae sunt acceptiones huius nominis natura apud Arlem et phos. Primo enim ex ipsa nominis impositione natura significat generationem viventium, quae dicitur nativitas derivatur enim natura à nascendo et est quasi nascentia. Secundo sumitur pro Deo ut pote principio universalissimo rerũ omniũ. Tertio pro collectione omnium maxime rerũ creatarũ in quo sensu ab Arte dicit naturam pendere a primo motore. 4to nomine natura intelligitur essentia cuiuscunque rei ut contradistincta ab accidentibus et ipsa substantia in quo sensu dicit naturam humanam fuisse assumptam a verbo. Ultimo pro partibus compositi substantialis, vel certe pro principio intrinseco motus intrinseci. Ex natura derivatur nomen naturale quod etiã varie accipitur 1mo quatenus opponitur artificiali 2do ut opponitur casuali et fortuito et significat id quod fit cum intentione operantis 3tio ut opponitur violento et significat id quod fit iuxta inclinationem operantis 4to quatenus opponitur voluntario seu spontaneo et significat id quod fit ex necessitate. 5to ut opponitur supernaturali. Demum naturale hic sumitur pro eo quod est aliquid conflatũ ex naturis materia scilicet et forma. Pro notione vero artis supponendũ ex dictis in Logica illam esse unum ex quinque habitibus intellectus et solũ superest videndũ in quo differat a natura et qui sunt effectus artis.

Quaestio 1
De Natura

Agunt hac de re Toletus, Rubius, Hurtadus d. 7 physic. Pererius lib. 7. Fonseca 5 Metaph. c. 4 q. 1 et 2 et alii

Sectio 1
Quid sit Natura?

Aristoteles 2 Ph. 8 definit naturam esse principium ac causam motus et quietis seu quiescendi et movendi in eo in quo est primum et per se et non secundum accidens.
Dicitur principium et causa quae particulae sunt loco generis. Dicitur autem principium quia ita dicebantur ab antiquis ob quorum reverentiam Aristoteles non solet mutare nomina ab ipsis usurpata sed si opus est aliquid illis superaddit. sic quia principium magis late patet quam causa addidit particulam causa ut ostenderet naturam non esse quodlibet principium sed causam motus. privatio enim est principium et non est proprie natura quia non componit ens naturale licet Aristoteles appellet illam aliquo modo naturam quatenus inservit ad mutationem rei naturalis.
Dicitur movendi et quiescendi vel motus et quietis per quae tanquam per proprietates nobis notiores explicatur natura. nomine autem quietis non intelligitur privatio quaecumque motus. sed permanentia et quiescentia in suo proprio loco quae est perfectio rei debita. Nomine vero motus intelligitur omnis mutatio physica id est alteratio augmentatio et motus localis quidquid sit de generatione substantiali. Dicitur in quo est quae particulae referendae sunt ad naturam et motum ita ut sensus sit naturam esse ita principium motus ut in eo subiecto in quo est intrinsece natura sit etiam motus. et ponitur hoc ad excludendum principium motus ab extrinseco subiecto respectu cuius motus tale principium non est formaliter natura. unde causa efficiens et finalis non sunt qua tales formaliter natura sed tantum materialiter. quod expli

catio. Communis est autoribus et interpretibus excepto Burcia in 2do phys d. 1 q. 7 qui particulas illas ita refert ad naturam ut sensus sit naturam esse principium motus illius subiecti in quo est natura non vero in quo est motus. in quam etiam sententiam inclinant aliqui recentiores et ex hac colligunt principium effectivum prout principium effectivum habere rationem naturae et etiam per ordinem ad principium effectivum extrinsecum dici aliquid naturale. Sed hac de re infra. Dicitur primum quod particula accipitur adverbialiter et idem est ac primo; unde illam communiter referunt autores ad hoc in est et non ad hoc principium et ita sensus erit natura est principium motus et quietis eius in quo primum seu primo inest id est quod tale principium sit constitutivum rei seu subiecti in quo est motus. per quod excluduntur aliqua alia principia intrinseca ut gravitas levitas ars saltandi etc. quae non sunt natura. Dicitur per se non secundum accidens quae particulae idem significant nisi quod per secundas explicetur magis distinctius quod natura debet esse principium constitutivum rei non accidens eiusdem. Primo etiam idem significat quod hoc primum quia id quod convenit alicui rei per se est aliquando praedicatum primum eiusdem. Additur tamen hoc per se quia medicina usque est primum principium sanitatis eo quod non sit aliud prius illo, non est tamen praedicatum per se illius in quo est cum tali arte adhuc esset his per se

Difficultas est de particula et in quo sensu accipiatur. Omissis aliis dico particulam et non debere prout disiunctive accipi ita ut sensus sit: natura est principium motus vel quietis, licet enim non sit in omnibus simul principium utriusque tamen sensus est ubicumque sit motus et quies vel alterutrum horum debere esse a natura: et sic partim copulative partim disiunctive accipitur. Sic 2 de Anima Aristoteles t. 24 definiens

Animā ait esse id quo vivimus sentimus movemur
et intelligimus quia ubicumque sunt haec omnia ibi est Ani-
ma, vel ubicumque est aliquid horum ibi est Anima

Ex dictis collige motum vaporis ascendentis sursum non esse naturalem aquae quia vapor non differt substantialiter ab aqua quia principium motus illius est tantum levitas quae non est primo per se &c. neque constitutivum eius in quo est natura et motus. Substantia autem aquae non est principium talis motus. Collige 2do integrum sensum definitionis esse natura est non solum principium sed etiam Causa motus et quietis modo in subiecto sit motus et quies vel alterutrum in eo in quo est intrinsece tale principium primo et per se ita ut tale principium sit constitutivum ipsius subiecti in quo est motus. Collige 3tio motum et quietem non esse proprie opposita sed se habere ut viam et terminum

Objicies 1 Natura differt a substantiis spiritualibus Ergo in definitione debuit illas excludere Arist. R Aristotelem hoc supposuisse eo quod antiqui cum quibus agebat solam materiam dicebant esse naturam, materia autem non est quid spirituale et hic suppo ut tanquam ab adversariis admissum substantias spirituales non esse naturam: non loquor hic de Anima rationali sed de intelligentiis

Objicies 2. Natura est quid absolutum. Ergo male definitur in ordine ad motum. R distinguendo antecedens est quid absolutum praedicamentaliter transeat, transcendentaliter nego natura enim est potentia motus

Objicies 3. Sunt aliquae artes quae per se sunt principium motus intrinseci. Ergo male per motum intrinsecum distinguitur Ars a natura. R 1mo distinguendo Antecedens sunt principium per se motus secundum substantiam nego secundum modum concedo: Logica enim verbi gratia quae est directiva operationum internarum concurrit ad modum operationum ut scilicet sint rectae et non necessario ad substantiam illarum eo quod possint esse operationes sine Logica et quidem recte. R 2do Artes non esse Causas et prin-

cipia proprie neque enim physice causant sed solum diversive, neque etiam constituunt subiectum illud in quo est motus. Cum autem Aristoteles distinguit artem à natura per hoc quod natura sit principium motus intrinsecum, Ars extrinsecum, intendit hoc de arte factiva non activa

Objicies 4. Ex Aristotele hic t. 12 ubi ait corpus non esse naturam et tamen est principium primo et per se ergo corpus non esse principium motus ut quo sed tantum principium motus ut quod

Sectio 2

Quibus conveniat ratio Naturae ?

Peripatetica ut vigiliunt Conimbricenses hic c. 9 q. 3 a. 2 est doctrina materiam et formam esse naturam quod apparet ex t. 10 Aristotelis ubi utramque appellat naturam et t. 12 docet formam esse magis naturam quam materiam propterea &c.

Suppono 1mo Notum cuius dicitur natura principium vel posse accipi latius pro qualicumque proprietatis productione vel in rigore Aristotelico pro motu proprie dicto qui solum est respectu rei completae existentis et cuius affert exempla Aristoteles; Quare in utroque sensu potest exagitari quid sit. Secundo principium motus vel potest sumi adaequate vel inadaequate. ut principium motus progressivi in homine non est sola Anima nec sola materia sed utraque diverso tamen modo et in diverso genere causandi; materia enim ut causa materialis indifferens forma vero ut causa determinata et determinativa materiae

Certum est 1mo Materiam esse causam determinatam alicuius motus latius accipiendo nomen motus ac proinde naturam respectu illius motus. Materia enim est principium determinatum quantitatis extensionis localis ergo hoc respectu talium est natura saltem in sententia eorum qui proprietates dicunt emanare ab essentia unde tota definitio naturae convenit materiae.

Certum est 2do Materiam non esse naturam expr

Compositum respectu motus proprie et stricte accepti
Cum enim motus stricte acceptus non oriatur nisi ab Ente
Completo, materia autem ex se et extra Compositum
non sit Ens Completum non potest ab illa qua talis est
oriri motus. Quaestio ergo solum est utrum materia
intra Compositum sit natura. Pro qua re

Adverte materiam existentem in Composito ut in igne
duobus modis posse considerari 1mo secundum se et suam enti-
tatem quae est indifferens et indeterminata ut tam possit
esse materia et pars ignis quam cuiuscumque alterius Com-
positi. 2do prout est actu vincta formae tali et pro-
ut est pars huius determinati compositi, quam quidem
determinationem non habet materia a se solum sed partim
a sua entitate partim a tali forma quae partialiter
et principaliter est ratio ut materia sit pars huius
compositi et non alterius. His positis

Dico 1. Materia non est natura per se sumpta in
Composito sed in quantum est pars determinata compositi
determinati: seu quod idem est materia non est natura
nisi per formam a qua partialiter accipit esse partem
determinatam compositi determinati et exigentis talem
motum: ita Fabarela lib 1 de mat. C 7 quem sequuntur re-
centiores communiter Suarez D. 43 S 4 n 9. ad finem
et clarius n. 27 Item tractatu de voluntario D. 2 q 2.
Probatur 1mo ex Aristotele 1 de partibus animal c 1 ubi dicit natura-
lem magis de Anima quam de materia docere debere
quia materia natura potius per Animam quam e contra est
Probatur 2do Materia existens in composito per se tamen conside-
rata non est formaliter et non concipitur formaliter
esse in eo in quo est motus. Ergo respectu talis motus non
est natura. Patet consequentia ex definitione naturae.
Probatur Antecedens subiectum denominationis talis motus est Compo-
situm seu totum sed materia per se sumpta formaliter qua
talis non consideratur nec est in Composito formaliter. Ergo
formaliter non est ubi est motus. Ergo formaliter non est
natura respectu illius. Probatur 3tio Quia sequeretur alias quod
nullus motus esset violentus. Probatur ex definitione violenti

3 Ethic. c) Violentum est iuxta Arist. cuius principium externum eiusmodi est ut ei neque qui agit neque qui patitur quidquam conferat. Sed materia quae est principium passivum praescindendo à forma et secundum se spectata tantum confert ad unum motum quantum ad aliud. Ergo si materia ut sic est natura. Omnis motus erit a principio passivo aliquid conferente seu quod idem est erit a principio quod est natura ac proinde omnis motus erit naturalis et nullus violentus

Respondent Conimbr. hic c) 9 3 a. 2 motum esse violentum et dici talem ratione formae non ratione materiae cui omnis motus est naturalis. v.g. calefactio est aquae violenta quia est contra inclinationem formae licet non sit contra inclinationem materiae. Motus autem cui forma repugnat quae magis est natura et cuius potior est habenda ratio, est composito violentus simpliciter et naturalis secundum quid. Similiter fere Fonseca respondet q 2 § 8 ad 3. Sed contra Arist. vocat illum motum violentum simpliciter et sine addito ad quem nihil confert passum, sed ad omnem motum per hos autores aliquid confert passum. Ergo nullus motus erit simpliciter violentus. Nomine ergo naturae intelligimus non qualecumque principium vel causam sed causam determinatam et inclinantem ad motum, et licet explicite id non videatur posse colligi ex definitione naturae quae nihil aliud explicite dicit quam esse principium seu causam motus eius in quo est primo et per se etc: colligitur tamen id implicite et patet ex argumentis factis praesertim ex tertio, et communi sensu hominum qui nomine naturae intelligunt semper quandam exigentiam: id enim dicimus est iuxta naturam id est exigentiam

Ex dictis collige materiam existentem in composito et prout determinatur à forma esse naturam actu, per se vero consideratam posse dici naturam in potentia quia materia prout determinatur à forma est principium tantummodo motus boni et connaturalis composito in quo ipsa est actu. Ergo ut determinatur à forma

est actu natura. Qua distinctione conciliantur multa loca Aristotelis quibus passim affirmant recentiores et quibus videntur sibi contraria. Collige praeterea materiam secundum se spectatam respectu motus non proprium esse dicendam potentiam neutram, et sit principium indifferens eorum.

Dico 2. Forma est natura absolute est communis peripateticorum cum Aristotele qui variis in locis praesertim t 12 vocat [illegible] naturam, dicit enim: Forma magis est natura quam materia et 5 Metaph. t 5 dicit formam absolute esse naturam et ratio est quia forma est principium et causa determinata motus in quo est primo et per se etc.

Dices. Haec forma est natura nisi connotet materiam in obliquo. Ergo materia erit natura respectu formae. Probatur antecedens quia forma non potest esse actu natura nisi actu existat in composito, sed non potest actu existere in composito nisi connotet materiam ut comparantem. Ergo. Respondeo concedendo antecedens negando consequentiam et ratio est quia forma connotat materiam tanquam rationem communem principio violento et naturali atque adeo parti et principio indifferenti eo quod materia tam sit principium motus violenti quam naturales recipiendo illos. Materia vero connotat formam secundum rationem propriam naturae et sic forma est ratio formalis naturae respectu materiae non vero materia respectu formae. Quod totum inde patet quia forma est ex se et ratione suae entitatis determinata ut constituat hoc potius compositum quam aliud: nam forma ignis secundum se et suam entitatem repugnat esse in alio composito quod non habet materiam, et consequenter forma ignis per suam entitatem est determinata et inclinat ad certos motus in bonum talis compositi. Unde licet forma determinetur a materia ad esse in composito non tamen ad esse in certo et determinato composito. Cuius rei radix ipsa est

Objicies 1 Materia secundum se causat motus naturales. Ergo secundum se est natura. Probatur antecedens quia causat eosdem motus quos causat forma. Respondeo distinguendo antecedens causat motus naturales specificative concedo, reduplicative nego, id est causat motus qui sunt naturales, sed non

respectu sui sed respectu formæ; respectu enim materiæ
sunt potius motus violenti, nisi in quantum materia iam
determinata est à forma, tunc enim ratione illius deter
minationis inclinat ad illos motus.

Obijcies 2. Si materia secundum se non est natura
sequitur quod in composito sit tantum una natura quod est absurdum. Probatur
sequela. ratio dans esse naturæ est forma. sed illa est unica ergo unica
est natura. Respondeo negando sequelam ad probationem distinguo maiorem
ratio dans esse naturam est una ultimata concedo, adæquata
nego: nam esse rationem determinatam et principium determi
natum conflatur ex eo quod determinatur et ex ratione determi
nante nempe ex materia et forma, et quia denominatio
cadit supra materiale, hinc est quod materia vocetur
natura: proinde erunt duæ naturæ si rigorose loqui velimus.

ratio dans esse de
terminationē est na
tura- sed hoc dat for
ma tanquā ultima
[illegible] concedo tanquā
adæquata nego

Obijcies 3. Corruptio aliqua est naturalis ut Aristoteles
lib. de Iuventute et Senectute c. 4 et ex communi hominum sensu
id patet qui dividunt mortem in naturalem et violentam:
sed omnis corruptio est contra inclinationem totius et illi
est mala. Ergo aliquis motus contra inclinationem totius
est naturalis, non alia de causa quam quia non est contra
inclinationem materiæ secundum se consideratæ. Ergo mate
ria secundum se est natura. Respondeo distinguendo maiorem corru
ptio est naturalis id est est à natura ut natura nego; est
naturalis id est proveniens a principio intrinseco concedo
quatenus in composito est principium indifferens uno et alteru
formas contrarias: et hac ratione dividimus mortem in natura
lem et violentam, quia violenta est illa quæ est ab agen
te extrinseco, naturalis vero quæ est a principio intrinseco
sed per accidens et contra intentionem

Obijcies 4. Aristoteles 3 phys. t. 1, ait se agere de motu
qui motus ponitur in definitione naturæ; sed inter motus
quos ibi enumerat ponit etiam generationem et corruptio
nem. Ergo hi sunt motus positi in definitione naturæ. Ergo
sunt à natura formaliter. Iam sic argumentor. Genera
tio et corruptio non possunt esse à natura nisi quia sunt
secundum inclinationem materiæ secundum se sumptæ. Ergo
materia secundum se sumpta est natura formaliter.
Probatur Antecedens. Materia non inclinat ad generationem prout
determinatur à forma Antecedenti quia ut sic generatio
non est illi bona; neque determinatur à forma sequenti
quia forma sequens est posterior ipsa generatione.

R. Adtem occasione motus positi in definitione naturae
agere de motu et ut melius cognoscatur essentia motus
agit de motu in communi, non de motu naturali tantum:
Quare ex hoc non potest colligi generationem et corruptio-
nem esse motus positos in definitione naturae. Quod si
generatio dicatur motus naturalis, ideo fit quia procedit
ab aliquo quod est productum per motum intrinsecum. in dedatione seu
Viuens enim generatur ex semine cuius productio fit
per motum intrinsecum in ipso viuente, licet per eius excretio-
nem producatur deinde viuens extrinsecum. vel certe
dicitur naturalis quatenus opponitur artificiali vel
supernaturali

DICO 3. Si spectetur res significata hoc nomine
naturae et metaphysice potius quam physice totalis essen-
tia absolute et simpliciter uno principaliter dici potest
natura. Est Suarez d. 15 Metaph. s. 11 n. 6. Conclusio expli-
catur antequam probetur. Primo ergo forma communi-
ter distinguitur in metaphysicam et physicam. Physica
est de qua egimus in d. 3. Metaphysica duplex est
altera quae etiam logica dicitur et est differentia respe-
ctu generis. altera est tota essentia siue simplex ut
angelica siue composita ut humana: et haec dicitur forma
metaphysica rei per se subsistentis quae se habet ut subiectum
et terminus naturae. Secundo Cum nomen naturae
ex dictis desumptum ex S. Thoma 1 p. q. 13 a. 6 signi-
ficet ortum seu nascentiam principue viuentium, bene
tota essentia dici potest natura quae est terminus gene-
rationis ultimus et completus; materia vero et for-
ma ex quibus constat essentia erunt partes natu-
rae non natura in hoc sensu sicuti hoc et illa sunt
partes dictionis non dictio: Quamquam cum nomen
naturae Aristoteles tribuerit materiae et formae uno et primatione
dici potest ly natura esse analogum ad naturam completam
et incompletam sicuti dicitur ens esse commune completo et
incompleto. Neque obstat quod tota essentia vocetur ens
naturale, nam non est nouum in aliquibus concretis ut
abstractum et concretum non differant secundum quod significant
sed solum ex modo significandi, quia concretum duo signi-
ficat et quando est adiectiuum significat per modum
adiacentis et requirit aliud terminum cum quo habeat com-
pletam significationem, quando vero est substantiuum
non requirit ut entitas et ens bonitas diuina et bonus etc.

et Aristoteles initio 2 Phys. pro eodem accipit naturale et naturam. Sive dicas ens naturale distingui a natura sicut includens ab incluso, ut natura sit sola essentia, ens vero naturale conflatum ex essentia et subsistentia. Sicut ergo entia incompleta dicuntur entia per attributionem ad ens completum quod est ens simpliciter, ita materia et forma in hoc sensu dicuntur naturae per attributionem ad totalem essentiam quae absolute et simpliciter dicitur natura. Comparando vero materiam et formam inter se dici potest materia esse natura seu pars naturae per modum syncategorematis. forma vero per modum categorematis: eo modo quo ly omnis significat syncategorematice et indeterminate ly vero homo categorematice et determinate eo quod sicut ly omnis non determinate significat nisi iungatur cum homine ita materia non habeat rationem principii determinati seu determinatam inclinationem ad aliquem motum quod est esse naturam nisi iungatur cum forma. His positis

Probatur Conclusio primo auctoritate Aristotelis expressa 5 Metaph. t. 5 ubi postquam varias acceptiones naturae tradiderat subdit natura inquit quod ex ambobus his est id est ex materia et forma. et paulo inferius ex dictis inquit prima et quae proprie dicitur natura est substantia eorum quae in seipsis ut ipsa sunt principium habent. ubi vides naturam dici conflatum eorum quae substantiam constituunt. Probatur 2do ex communi sensu hominum qui naturam verum appellant essentiam illam, et communis modus dicendi apud Theologos est naturam non generare Item verbum divinum assumpsisse naturam humanam et non naturas. Probatur 3tio Toti essentiae applicatur definitio naturae. ut sit principium adaequatum motus, quare materia et forma erunt partes naturae et solum per attributionem ad totam essentiam quam constituunt dicentur natura. Sic expresse Aristoteles loco citato. postquam dixit compositum esse proprie naturam subdit materia ex eo quod est susceptiva dicitur natura. praeterea

omnia quae dicuntur de natura applicari possunt toti essentiae. Et primo natura dicitur esse principium primum et per se motus intrinseci quod bene convenit essentiae quatenus ipsa est primum principium completum motus. Deinde natura dicitur convenire quod sit in subiecto quod intelligendum vel de subiecto denominationis quod est suppositum, vel de forma substantiali quae cum in aliquo sensu sit etiam natura bene dicitur natura esse in subiecto. Item hoc non posse intelligi de omni natura in sententia multorum, patet inde quia caelum quod per multos est corpus simplex et est natura non habet verum subiectum in quo inhaereat. Nec obstat quod tota essentia dicatur hic naturale et componi ex naturis, quibus conveniunt integra definitio naturae: nam materiae et formae conveniunt esse principium inadaequatum motus non adaequatum et sic analogice tantum et per attributionem ad totam essentiam conveniunt illis definitio naturae sicuti materiae convenit definitio entis per attributionem ad hoc completum

Collige breviter omnem formam licet inadaequate potiori tamen iure quam materiam esse naturam quod non solum intelligendum de formis materialibus sed etiam de Anima rationali quod fuse probat Zabarella c. 3 de Natura. Conimbr. 2 phys c 1 q 4 quia anima rationalis est etiam principium motuum sensibilium. Item Anima rationalis ex concilio Lateranensi sub Leone decimo, et ex concilio Viennensi sub Clemente quinto est vera et naturalis forma hominis constituens cum corpore compositum. Ergo est vere natura. Consequentia patet quia forma est natura Atqui Anima rationalis est forma Ergo est natura. Cum autem Aristoteles 1 de partibus c 1 ait physici non esse agere de Anima rationali intelligendum de ea quando est in statu separationis nam tunc non est principium motuum sensibilium

Collige 2do Caelum esse naturam etiamsi sit prin-

cipiū solius motus in sententia Arlis qui posuit mundū ab aeterno et in aeternū duraturū. Quod si aliquando quiescet in fine mundi dico talem quidem non posse notam Arti. 2do nec illa est contenta in definitione naturæ in qua continetur solū quies quæ est terminus motus et per motū acquiritur tanquā perfectio ut est centrū acquisitū à lapide per motū deorsum.

Sectio 3
Qui sint Motus Naturales

Suppono discrimen inter motū naturalem artificialem et violentū esse. Quod naturalis est à principio intrinseco ut dixi S. præcedenti iuxta inclinationem illius quod movetur ut est v.g. motus lapidis deorsum centrum. Artificialis est a principio extrinseco vel si est ab intrinseco aut est per accidens ut est sanatio ægroti eiusdem qui est medicus; aut non est ad substantiam motus ut est ars saltandi ordinata non ad substantiā motus pedū sed ad talem modū scilicet regulatū; aut denique principiū talis motus non est consuetudini ratio. vel motus violentus est ut definit Artes 3 Ethic. c. 1 cuius principiū eiusmodi est ut ei neque agit neque qui patitur quidpiam conferat. Et etiam alibi t 28 aut ille motus dicitur violentus qui est ab extrinseco. et nunc communiter a doctoribus violentū dicitur id cui nullam vim confert mobile vel passum, vide S. Thomas 1a 2æ q 17 articulo primo per hoc conferre vim non intelligit quomodocumque causare materialiter aliquem motū sed ita ut inclinet ad illum; confert enim vim quit unumquodque in quod tendit secundum propriam inclinationem vel voluntariam vel naturalem.

Naturale ergo oppositū violento dicit inclinationem ut dixi S. præcedenti determinatam ad aliquem certū motū. Motus autem omnis in rigore sive violentus sive naturalis sumi debet per comparationem ad totū. et ratio est quia prius intelligitur aliquid esse simpliciter quam in rem; et cū eius simpliciter sit totū respectu illius dicetur

motus vel naturalis vel violentus prout est iuxta vel contra inclinationem determinatam illius. Quare

DICO. 1. Motus qui non est iuxta inclinationem formae in composito est violentus composito. Probatur: Materia prout est in tali composito appetit conservationem talis compositi. Ergo et conservationem talis formae. Ergo quod non est iuxta inclinationem determinatam formae neque est iuxta inclinationem determinatam materiae neque compositi. Probatur 2do. Cum quia materia prout est in tali composito appetit formam. Ergo et illud quod forma. Ergo vice versa quod non est iuxta inclinationem formae neque erit iuxta inclinationem materiae et per consequens neque compositi.

Ex his collige 1mo motum elementorum gravium et levium esse naturalem saltem ratione principii passivi quod sufficit ad rationem naturae: et ratio est quia talis motus est iuxta inclinationem determinatam talium corporum.

Collige 2do motum localem viventium esse naturalem tam respectu principii activi quam passivi. Motus vero progressivus licet non sit naturalis aliquibus partibus viventis quatenus aliquae partes petunt esse deorsum in dum vivens per motum ascendit sursum, est tamen naturalis simpliciter toti quatenus est in bonum et iuxta inclinationem totius.

Collige 3tio motum alterationis corruptivum non esse naturalem: alteratio enim corruptiva est cum aliquid acquirit dispositiones sibi oppositas: ut cum aqua calefit haec alteratio non est naturalis quia non est iuxta inclinationem subiecti. Motus vero augmentationis in viventibus est naturalis, est enim eadem ratio ac de motu progressivo.

Collige 4to generationem substantialem non esse motum naturalem, non respectu formae genitae quae est posterior ipsa generatione et per consequens nequit esse principium illius; non respectu agentis quia non est in eo subiecto in quo est agens; non respectu subiecti quia illud est indifferens ad hanc vel aliam generationem.

Collige 5to In multorum opinione motum Caeli (non loquendo in sententia Aristotelis) esse naturalem ratione principij passivi. Quia caelum talem motum exigit qui active a principio extrinseco provenit, unde qui ex futura post diem iudicij dicitur illi iuxta hos auctores violenta. Alij dicunt caelum ratione sui esse potentiam neutram ad motum et quietem, nec illum ex his esse illi naturale cum ad utrumque sit indifferens: ratione tamen universi motus est illi naturalis quatenus est in bonum universi motus, et consequenter quatenus ratione universi inclinat ad illum caelum. De qua re nos in libris de Caelo. Materia autem prima respectu formarum substantialium est potentia naturalis et non neutra licet sit indifferens ad hanc vel illam formam, quia ut bene Caietanus et Soto apud Suarium n 12 in singulis formis reperitur ratio illa communis formae ad quam rationem ex natura sua et primario ordinata est et inclinat materia: Et aliunde materia numquam esset potentia naturalis quia numquam est nisi sub una forma determinata respectu cuius per se non est potentia naturalis. Adde per nos materiam respicere secundario quidem tamen determinate hanc formam vel illam, et per consequens appetere supposito quod non habeat aliam.

Collige ultimo multos motus posse vocari naturales si naturale sumatur prout opponitur supernaturali. Est autem supernaturale quod est supra omnem naturam ut videbimus in Corollario. Sic dicimus naturale esse igni calefacere, frigefacere aquae etc.

DICO 2 praeter motus naturales et violentos dari etiam motus neutros et respectu illorum est potentia neutra est Scoti quem citat Suares d 43 s 4 n 10 Conimb. 1 phys c 9 q 12 a. 4 Molina 1 p. q 12 a. 1 d. 2 ad finem Prob. Dantur aliqui motus qui neque sunt contra neque iuxta inclinationem subiecti. Ergo dantur motus neutri et consequenter p

tentia ad illos est potentia neutra. Ubi Intellectus sem-
per potest moveri circulariter ad motum ultimum spiritum
et lignum et marmor et similia sunt indifferentia
ad recipiendam hanc vel illam formam, superficies ad re-
cipiendum hunc vel illum colorem et huiusmodi, quando mo-
tus patri neque sunt iuxta neque contra inclinationem
subiecti. Ubi Nota hanc potentiam neutram vel me-
diam magis proprie vocari in ordine ad motus qui
fiunt in subiecto ab agente extrinseco naturali: nam
in ordine ad supernaturale agens magis communiter
dicitur potentia obedientialis de qua nos aliquid
infra

Centum Quaeres. Quid sit supernaturale?

Resp. cum Communi sententia illud omne et solum esse su-
pernaturale in sua entitate seu quoad substantiam
quod superat vires totius naturae id est quod nunquam
possit esse a parte rei per solas vires naturae nec ad
exigentiam alicuius naturae. Quare ad supernaturale
quoad substantiam requiritur omnino ut id nec exi-
gatur a natura nec possit a causa creata produci.
Illa vero quae possunt quidem aliquando esse per
naturae vires non tamen in his circumstantiis appel-
lari solent supernaturalia quoad modum ut est resti-
tutio visus caeco productio rosae in hieme. Hic est
modus concipiendi hominum quando aliquid dicunt
esse supernaturale et hoc videtur sonare ipsum nomen
quod est supra facultatem naturae id est substantiae
creatae vel creabilis quae est principium et radix motus
sensibilis. Hinc oritur non posse dari substantiam
supernaturalem quia non potest dari substantia supra
omnem substantiam cum non possit esse supra seipsam

Quaeres 2. Quando dicimus hoc supernatu-
rale esse quod superat vires naturae an intelligamus
vires passivas vel vires activas? et quidem iuxta hunc
etiam et recentiores aliquos qui naturam deinunt
et motus naturales etiam producere penes principium
productivum ita ut efficiens quia efficiens respectu sui motus
dicatur natura, quantumcumque illum non recipiat

iuxta hos in quam autores videtur manifestum
quod quandocumque aliquod accidens superet vires
passivas naturae nec debeatur ulli subiecto, ~~et~~ si ta-
men non superet activas fore supernaturalem. Contra
quos DICO supernaturale quoad substantiam debere
superare vires naturales passivas et activas nec fore
supernaturale si non superet vires utrasque totius subst-
antiae creatae. Probatur: subiectum et eius potentia passiva
naturalis non aliter dicitur naturalis seu posse natu-
raliter recipere aliquid, nisi quatenus potest deter-
minative a causa efficiente quae naturaliter id potest
illi dare v.g. aer naturaliter potest recipere in se
species albi, non quia eas exigat ad sui conservatio-
nem, sed quia potest dari agens naturale quod
eas naturaliter producat in aere. Et in hoc sensu
communiter dicunt philosophi nullam esse potentiam activam
naturalem cui non respondeat aliqua potentia passi-
va naturalis. Deinde patet ex ipsis terminis nam
posse naturaliter recipere aliquam formam est posse
illam recipere sine miraculo, vel sine productione
miraculosa. Ergo si agens operatur sine miraculo
sive si motus vel actio est naturalis agenti etiam
erit patienti. Ex quibus habetur non posse aliquid
esse super vires naturales omnis passi quin etiam
sit super vires naturales agentis, et hoc ipso quod ali-
quid sit supra vires naturales passi, debere esse supra
vires naturales agentis.

Ex quo infertur contra Murciam supernaturale non
esse nisi superet vires tam activas quam passivas
et per consequens naturale oppositum supernaturali erit id quod
neutras vires superat. Ergo naturale non solum desumitur
penes vires activas ergo efficiens ut efficiens non erit na-
tura quia naturale est a natura si ergo motus ve-
ctu efficientis praecise non est naturalis neque efficiens
praecise erit natura. Fateor quidem motum aliquem
efficientis v.g. calefactionem procedentem ab igne dici
naturalem, quia nec ignis habet proportionem et ...

ad producendū actū motu non tamen prout naturale opponitur supernaturali sed prout opponitur voluntario et tunc idem significat ac ignem habere inclinationem et propositionem ut dixi, imo necessitatem positis debitis circumstantijs producendi sine electione et si per naturale nihil aliud intelligas quam habere incl. et propositionem procul dubio Deus respectu cuiuscumque effectus potest dici natura sed non in eo sensu in quo loquimur cū Arte

Quaestio 2
De Arte
Sectio 1
Quid sit Ars et per quid distinguatur a Natura?

Nomine artis intelligimus unū ex quinque habitibus intellectus numeratis ab Arist. 6 Ethic. c. 3 et est Qualitas quaedam per quā redditur intellectus promptus ad eliciendos actus regulatiuos operis faciendi. Dari autem huiusmodi habitū constat experientia; experimur enī facilitatem in exercendis operibus artificiosis, praecepta autem seu actus talis habitus dicuntur Ars actualis

Quaeri hic potest in quo conueniant et per quid differant Ars et natura? Pro quo DICO quod conueniant primo Ars cū natura in hoc quod sicut natura est principiū determinatū talis motus et effectus ita etiā Ars. 2do quod sicut natura per motū intendit producere effectū sibi similem ita et Ars producit effectū similem formae quam habet in mente artifex ex Arist. 7 metaph. t. 23. Differunt autem per hoc quod Ars non est principiū constitutiuū rei uti est natura. Deinde differunt quod forma producta ab alia forma naturali est actiua et viua; forma enī ignis producta producit aliā formā ignis, forma vero producta ab arte est mortua nec productiua alterius formae.

Quaeri etiam hic solet An Ens artificiale sit diuersae rationis à naturali. Pro quo dicendum formā constitutiuā Entis artificialis esse Accidens eiusdem rationis cū alijs quae naturaliter producuntur. ita Pererius lib 7 c 3 et alij infra

in materia de Quantitate ubi ostendunt figuram situa-
lem non esse aliud praeter praesentiam localem seu talia
ubi. Probatur Conclusio Quia in statua v.g. nihil novi po-
in ligno sed statua consurgit per extractionem alicuius
partis ligni. Probatur 2do In cathedra v.g. quae
est aggregatum per accidens ex pluribus lignis et clavis
non potest explicari in quo subiecto sit hoc accidens
scilicet figura cathedrae. Unde infero cum cathedra mu-
tat locum amittere suum ubi in quo consistit figura
situalis cathedrae et consequenter non manere eandem rea-
liter et metaphysice, sed solum moraliter quia succedit
per motum nova figura cathedrae similis priori: sicuti
dicitur esse idem fluvius qui est nunc et ante centum
annos etiamsi non sit eadem aqua

Sectio 2

An Ars concurrat physice et utrum possit producere effectus naturales?

Pro primo quaesito Dicendum 1) Artem solum di-
rective concurrere ad opus artis ut diximus in Logica d. 1
et est communis cum Suarez m. disp. 44 s 16 n 37 Probatur quia
non est necessarius alius concursus praeter directivum
ergo frustra ponitur. Probatur antecedens sufficienter operans deter-
minatur ad eliciendum et formandum opus artis per hoc quod
dirigatur a praecepto artis. Ergo frustra ponitur concursu-
s Ars effective ad tale opus. Confirmatur quia ars
est in intellectu, opus vero artis saepe fit ab alia poten-
tia. Ergo solum directive concurrit Ars. Probatur consequentia
quia tunc Ars se habet per modum imperantis ille autem
qui imperat solum moraliter concurrit ad opus imperatum
nec obstat quod Aristoteles artem vocet principium effectivum
operis et principium per se, nam intelligit de principio
effectivo morali seu directivo, et in hoc sensu dicitur
etiam per se principium

Pro 2do quaesito Nota 1. quaestionem esse de omnibus
formis naturalibus an possit ab arte produci et fieri prae-
sertim vero de auro an ab arte chymica possit pro-
duci. Et quidem certum est modum illum qui communiter
praescribitur a chymicis vel alchymistis esse fallacem et insuffi-
cientem ad verum aurum efficiendum, qui pro materia

conficiendi auri communiter assignant sulphur et argentum vivum quibus intermixta fiunt auri veri, sic fiunt, fit ut Ab igne et caloris extrahatur semen auri quod lapidem philosophorum appellant et tantae virtutis esse tradunt ut quodcumque illo aspergitur convertatur in aurum. verum huiusmodi Ars ut dixi prout hac ratione traditur ad minimum est falsissima et damnabilis quod patet ex autoritate sacrorum Canonum. Cap. spondent in extravagante lib. 1 ubi Joannes 22. damnavit hanc artem tanquam perniciosam et fallacem. Praeterea patet experientia Cum enim multi diu multumque laboraverint et experti sint hunc modum conficiendi aurum, nihil tamen efficere potuerunt. ideo adeat qui vult Conimbr. loc. 4 7 a. et 2

DICO 2. Ars non potest per se efficere opera naturalia nisi applicando activa passivis. Est Conimbr. q 6. et aliorum autorum. Probatur. Ars ex eius solum directive concurrunt non efficitive ad opera artis. Ergo non possunt efficere nisi applicando activa passivis nam qui aquam infundit pulveri sicco non producit ipse ramam sed solum applicat dispositiones quae requiruntur ad productionem ramae. Consequentia praecepta artis non habent vim producendi immediate formam naturalem sed solum artificialem. Ergo non efficiunt per se opera artis. Probatur Antecedens forma naturalis est illa quae est a natura non ab arte.

Ex quibus habetur non esse impossibile quod Ars producat aurum verum ut bene Conimbr. q 7 neque est ratio in contrarium. Maius dubium est An de facto fuerit aurum verum productum. Et quidem plerique dubitant propter experientiam multorum. Cum enim plurimi omnibus seculis tentaverint id efficere, non videtur tamen ullus pervenisse ad perfectionem artis et confecisse verum aurum, aut certe si ex fornacibus suis verum extraxerunt aurum, repertum postmodum est eos fraude tantum delusisse alios miscendo clam pulveres aureos aut inijciendo verum aurum ex quibus nullo negotio idem aurum extraxerunt. Ego tamen non dubito quando quoque factum esse verum aurum et auri formam inductam esse materiae alicuius alterius metalli opere et studio Alchimistarum, moveor ex eo quia vidi hisce oculis Florentijs in Magni Ducis Galaria clavum inferiori parte aureum et purum ac probatum aurum superiori adhuc ferreum in qua re non potest fraus ulla intervenire. Quod vero aliqui dicant non esse verum aurum illud quod fit opera Alchimistarum quia non patitur omnes formas ut loquuntur, meo iudicio non est satis ut excludatur a ratione veri auri, etiam in una neque probra parum deficiat nam etiam aurum eductum ex visceribus terrae non quod altero perfectius est in subtiliores neque diduci potest laminas. Sed hic Alchimistas quorum nullum vidimus nec audivimus divitem ex hac arte evasisse quia procul dubio maiores sunt expensae quam fructus et utilitas.

Disp. 5. de causis in communi

Sectio 1
Quid sit Causa et quae eius Divisiones.

Definitio Causae in Communi nullibi ex textu colligitur

Definitionem Causae in Communi nullibi perfectam tradidit Aristoteles sed unam quamque solum descripsit ut vidimus in textu unde tamen aliquam definitionem colligere licet ex ipso t. 68 scilicet Causa est illa per quam res pon[...] dimus ad interrogationem propter quid res est, ipsum enim propter quid ait Aristoteles reducimus aut ad formam aut ad efficiens aut ad finem aut ad materiam. Dixi unde quia hoc propter quid potest pressius accipi, prout solum extenditur ad finalem. vel etiam latius prout comprehendit conditiones et principia. ideo autores et interpretes excogitarunt alias conditiones Causae in communi quibus descriptio Aristotelica magis illustratur ut

[...]ijs illustratur ab autoribus [...] Fonseca

Fonseca 1 Metaph. C2 q2 S3. qui Causam definit esse id à quo aliquid per se dependet. eodem modo Conimbr. q 1 a 1 Pererius C 1 Causa inquit est quod in suo genere per se et principaliter concurrit ad constituendum effectum. Soarez S2 n 3. sic definit Causa est principium per se influens esse in aliud quam approbat Hurtadus S[...] sicut et Conimbr. Rubius etiam Soarij descriptionem acceptat. Alij aliter rem definiunt quod tamen omnes definitiones in re vix discrepant; ostentatior tamen est definitio Soarij quia brevior et clarior est. Nam dicitur principium quod est superius quid. Dicitur per se ut distinguatur à principijs et Causis per Accidens. Dicitur influens ut distinguatur a principijs quae non sunt Causae ut privatio. Dicitur denique esse in aliud vel in effectum quia ad rationem Causae physicae requiritur ut id quod causatur sit distinctum a Causa. Unde pater in divinis non est Causa filij quia non producitur aliud sed ali[...]

Explicatur

Objicies tamen Contra 1mo In divinis processionibus licet non procedat aliud in natura procedit tamen aliud suppositum, filius enim est suppositum distinctum a patre et spiritus sanctus a patre et filio Cur ergo id non sufficiat ad verum influxum? Et Cur hoc aliud sonat naturam et non suppositum. Sane gratis hoc fingitur et sine fundamento. Confirmatur aliud Homo vere dicitur genitus et Causatus quia terminus formalis nempe unio accipit esse à generante, sed suppositum filij est terminus formalis et accipit esse. Ergo ratione illius filius dicitur genitus et Caussatus.

Disputatio 5

De Causis in Communi

In 2da parte huius libri quod a t. 27 sumit initium agit Arles de Causis ubi t. 28 aggreditur definire quatuor genera Causarum per se et 1mo Causam materialem definit esse id ex quo fit aliquid cum insit ut ex aere fit statua. 2do Causa formalis eodem definitur esse ratio ipsius quod quid erat esse vel ratio per quam constituitur essentia rei 3tio t. 29 Causam efficientem ait esse id unde primum principium mutationis et quietis 4to Causa finalis est id cuius gratia aliquid fit a t vero 30 varias affert Causae divisiones maxime in remotam et proximam — Definiunt Causam in particulari

Quaestio 1

De quibusdam requisitis

Aliqua primum expediemus quae Communia sunt omnibus Causis ne in singulis explicandis eadem repetamus et ut melius cognoscatur ratio Causae. Porro hic cum Arle de Causis agunt Toletus Rubius Co. nimbricenses Hurtadus d. 8. Fonseca, metaph. c 7 Soarez d 12 metaph. qui citant alios antiquiores.

Sectio 1

Quid sit Causa et quae eius Divisiones?

Varij varias dant responsiones iuxta sua principia theologica. Hurtadus § 10 respondet ideo patrem in divinis non esse causam filij, nec patrem et filium Spiritus Sancti quia omnis causa debet esse prior natura effectu suo eo quod productio effectus non sit de illius essentia sed aliquid ab illa dimanans; unde prius intelligitur esse entia in suo esse completa quam prodeat in externam actionem. Aliunde personae divinae formaliter constituuntur relationibus id est productionibus activis vel passivis, ita ut ipsa paternitas formaliter sit generatio activa, et ipso filius patris, filiatio filij, spiratio passiva Spiritus S. Quo posito facile ultimum discrimen quia influxus et causalitas supponit naturam et essentiam causae at generatio in divinis non supponit patrem sed formaliter constituit illum. Ergo generatio non est causalitas et influxus. Respondetur ergo in divinis quod pater producat filium non tamen causet quia deest illa conditio et ratio causae nempe prioritas naturae quae iuxta communem sensum philosophorum et Patres ad causam requiritur. Unde bene in symbolo Athanasij filius dicitur genitus non factus et similiter Spiritus S. procedens non factus. Ex quo etiam patet responsio ad confirmationem. Est quidem prioritas originis in divinis sed haec non sufficit ad rationem causae

Obijcies 2. Subsistentiae verbi respectu totius compositi quod est Christus convenit definitio causae et tamen subsistentia verbi non est causa. Ergo mala definitio. Prob. Ant. quia nullus effectus causatur specialiter ab aliqua persona divina. Ergo neque iste, loquendo de effectibus ad extra. Respondet Hurtadus negando minorem quia Christus causatur et pendet a verbo non tanquam totum a parte, pars enim videtur sonare imperfectionem sed tantum tanquam totum a principio intrinseco. Ita etiam ut videre est apud Vasquez in 3. p. d. 16 c 4 n 27 aliqui dicunt subsistentiam verbi reduci ad causam formalem quatenus unita humanitati tribuit illi effectum formalem subsistentiae. Reducitur inquiunt quia quod non informet non est causa formalis proprie

Ad probationem respondent verum id esse de Causalitate effectiva non vero ea quae formaliter in unione hypostatica consistit

Dices. Subsistentia verbi influit pertinenter in humanitatem Christi quia vere ab illa pendet et sustentatur et tamen non est Causa pertinenter humanitatis, quia operatio et Causalitas ad extra ut dixi est communis tribus personis. R. negando Antecedens et nego humanitatem dependere et sustentari a subsistentia verbi ut a priori sed solum dependere ut a posteriori et tanquam a termino quod non arguit influxum physicum ac proinde potest esse unius solius personae.

Causa alia per se alia per Accidens

Pro 2da parte tituli Adverte primam divisionem esse in Causam per se et Causam per Accidens. Est Aristoteles 2do Phys. t 32 et 5 meta ph. t 3. Causa per se est illa a qua ut tali est Causalitas effectus ut ignis Causalitas ab igne. Causa per Accidens multipliciter dicitur et communiter est illa quae est coniuncta cum vera Causa alicuius effectus u g cum dicitur musicus aedificat. Musica est Causa per Accidens quia est coniuncta cum arte aedificandi in eodem homine.

Universalis Particularis

Dividitur 2do in Causam universalem et particularem 1ma est quae plures potest effectus Causare et si possit omnes erit infinita et Causa prima 2da est quae potest determinatum effectum producere

Proxima Remota

Dividitur 3tio in Causam proximam et Remotam 1ma est inter quam et effectum nihil mediat ut Pater est Causa proxima filii 2da inter quam et effectum Causa proxima mediat ut Avus respectu filii.

Physica Moralis

Dividitur 4to in Causam physicam seu Naturalem et Causam moralem. 1ma est quae realiter et per se veram actionem producit effectum 2da est cui secundum prudentem hominum existimationem tribuitur effectus ita qui dat consilium belli est Causa moralis belli, qui imperio vel precibus vel etiam consilio movet aliquem ad peccatum est Causa moralis peccati. Alias plures divisiones omitto quae non tam sunt divisiones Causae in Communi quam Causae u g efficientis ut in principalem et instrumen

talem et de quibus suo loco.

Dividitur postremo divisione omnium celeberrima in quatuor genera Causarum nempe genus Causae materialis, Formalis, Efficientis et Finalis. Et haec praedicta divisio ex interrogationibus quibus si fiat satis sufficienter cognoscitur cuiuslibet rei essentia. Horum generum definitiones supra retulimus; distinguuntur autem inter se quatuor haec genera in ratione Causae quia habent diversas virtutes et diversos modos Causandi. Materia enim causat ut potentia et ut aliquid perfectibile. Forma ut actus et ut aliquid perfectivum. Efficiens ut principium unde motus. Finis ut bonum appetibile. Per hoc tamen non excluditur quin una eademque entitas possit habere multiplicem rationem Causae in ordine ad diversa; imo et in ordine ad idem. Nam primo eadem forma respectu materiae et compositi exercet rationem Causae formalis eadem etiam est Causa efficiens et principium activum ut quo effectivum similium ut forma ignis est principium effectivum formae ignis. Item eadem forma est Causa finalis et formalis respectu materiae eo quod materia respiciat illam tanquam suum bonum et pulchritudinem. 2do Causa Efficiens et materialis possunt esse eadem entitas ut intellectus respectu actus vitalis licet non sit universaliter verum eandem entitatem posse subire quodcunque genus Causae. Nam certum est eandem entitatem non posse esse materiam et formam respectu eiusdem, semper enim ista debent esse distincta. Sicuti nec potest eadem entitas esse Efficiens et Finalis.

Materialis Formalis Efficiens Finis

Quomodo distinguantur in ratione Causae

Objicies. Instrumenta agentium item objecta respectu actus, denique idea sive exemplar sunt verae Causae quia vere influunt per se in effectus et tamen non continentur in his quatuor generibus Causarum. Ergo mala et inadaequata est divisio. Resp. instrumenta revocari ad genus Causae efficientis; objecta vero actuum si sumantur ut moventia potentiam per speciem sui et concurrentia cum illa ad producendum actum pertinent ad Causam efficientem saltem remotam. Si vero sumantur ut terminantia ipsum actum vel reducuntur ad Causam formalem extrinsecam quatenus

sicuti forma est illa quae dat tale esse determinatum vel ita dicitur determinat actum in tali specie, vel certe non habet illam causalitatem in actu, sed tantum innumeris terminis per solam habitudinem seu ordinem alterius ad ipsum dicitur. De idea videbimus in sequentibus ad quod genus causae referatur. Pro nunc satis est referri vel ad efficientem vel ad formalem

Sectio 2

Per quid distinguatur Causa a Conditione!

Cum tam conditio quam causa requiratur ad hoc ut effectus recipiat esse, dubium est in assignanda aliqua regula generali qua sciamus quodnam ex pluribus requisitis sit principium influens in effectum, et quid sit tantum conditio sine qua non, quod quidem conditiones communiter in causis assignantur approximatio, dispositio subiecti, existentia causae &

Suarez d. 17 s. 2 n. 5. ait difficile esse assignare regulam universalem in omnibus pro assignando discrimine inter causas et conditiones. Ipse tamen assignat hanc regulam scilicet consideretur ratio generalis aut modus eius quod requiritur ad effectum, et si constat cum generali illa ratione non posse consistere virtutem causandi, recte colligitur requisitum illud esse tantum conditionem. Hac ratione colligitur approximationem esse conditionem tantum quia vel nomine approximationis intelligitur relatio aut modus aliquis aut certe negatio quantitatis et spatii intercepti, quorum nulli convenit esse activum seu habere virtutem agendi. Verum haec regula non videtur sufficiens ad distinguendas omnes conditiones a causis. Alii alias regulas tradunt sed quae obscurae sunt et patiuntur instantias eo quod non possit una regula causis tam diversis applicari et tam diversis conditionibus. Ideo omissis aliis

1. Pro causa finali sit haec regula causa finalis est id cuius gratia aliquid fit, unde ratio causandi in fine est bonitas et appetibilitas ratione cuius agens movetur ad acquirendum finem. Illa ergo quae participant bonitatem habent rationem causae

finalis. Caetera requisita sunt tantum conditiones ut cognitio et apprehensio finis: unde cum quis studet propter lucrum debet quidem cognoscere bonitatem lucri tamen non movetur ad studendum propter cognitionem sed propter lucrum

2. Pro Causa efficienti fateor rem esse difficilem assignare discrimen inter Causam efficientem et conditionem: et ratio difficultatis est quia cum ad agendum requiratur approximatio non minus quam ipsa Causa, diceret quis posset approximationem non esse conditionem sed concausam. nec sufficit si dicatur ad rationem Causae requiri ut contineat effectum nam hoc non requiritur nisi ad Causam adaequatam et principalem, approximatio autem in casu nostro esset solum Causa inadaequata vel etiam instrumentalis. Item urgere aliquis posset cum ad volendum aliquod bonum seu aliquod obiectum prius requiratur actus intellectus, talem actum esse Causam volitionis. Quare pro hoc sint duae regulae. 1ma Non posse esse aliquid Causam adaequatam alicuius effectus nisi illum contineat id est nisi sit aeque perfectum vel perfectius effectu, quia nemo dat quod non habet. 2da Quotiescumque aliqua proprietas necessario requiritur ad faciendum effectum et tamen aliunde constat esse sufficientem virtutem in illo cum quo est connexa talis proprietas, recte colligitur proprietatem illam tantum esse conditionem. Quando vero aliunde non constat esse sufficientem virtutem, dicendum est illam proprietatem esse Causam. Ita plerique colligunt species intentionales effective concurrere cum potentia ad eliciendam cognitionem, et approximationem solum esse conditionem, quia ignis se solo est sufficiens producere alium ignem etc. Quam regulam tandem amplectitur Soarez in fine dicti numeri.

3 Pro assignando discrimine inter Causas intrinsecas et conditiones quod sit aliis terminis dici solet inter Causam formalem denominantem et constituentem effectum formalem et conditionem est regula toties dicta in Logica praesertim in quaestione de relatione § 5 et 6

4. Pro dignoscenda Causa materiali et conditione res est difficilis. Et ratio difficultatis est Quia diceret quis

possset materiam non esse Causam materialem respectu formae sed tantum Conditionem: sicuti est respectu Animae rationalis quae in prima sui productione requirit materiam, sed cum hoc discrimine, quod Anima rationalis requirat materiam in prima sui productione, formae vero caeterae requirant etiam illam in conservatione: adeo ut semper se habeat materia ut conditio, frustra enim multiplicantur Causae sine necessitate. Pro ptero hoc argumentum fateor difficile esse afferre rationem convincentem materiam esse proprie Causam alligentem existentiam ... et quae trahat effectum de non esse ad esse, sicuti efficiens. Si quae tamen regula est dignoscendi Causam materialem a conditione quia pendet ex explicatione ipsius Causae materialis et rationis Causalitatis eiusdem infra in disputatione de Causa materiali tradetur.

Sectio 3

An Causae possint esse sibi invicem Causae seu de mutua Causalitate et prioritate?

Occasionem quaestioni dedit Aristoteles hic t 30 his verbis sunt autem quaedam quaedam et ad invicem Causae ut laborare Causa est bonae valetudinis et haec laborandi. Sed non eodem modo, sed hoc quidem ut materia illud autem ut principium motus. Idem repetit 5 Metaph. t 2. Quem locum explicantes autores Communiter tractant quaestionem praesentem. Cuius quaestionis sensus est An Causa efficiens v.g. possit Causare effectum aliquem in genere Causae efficientis et ab eodem effectu in eodem genere Causari ita an materia possit Causare formam in genere Causae materialis et a forma Causari materia in genere Causae formalis? Et universim an possint Causae esse sibi invicem Causae. Pro qua re gnoscenda omnis Causa est prior suo effectu in eo genere in quo est Causa, videndum quo genere prioritatis debeat esse prior. Quare

Notandum 1 suppositis et omissis multis prioritatis acceptionibus de quibus Aristoteles in Postpraedicamentis et 5 Metaph. (Quas bene explicat et prosequitur Hurtadus d 8 s 6) solam

explicandam esse hic prioritatem naturae quod est propriae prioritas Causae. De qua sic loquitur Aristoteles citatus in Metaph. c. 11 Quaedam vero inquit secundum naturam et substantiam priora et posteriora dicuntur, quaecunque contingunt absque aliis esse, ista vero sine illis minime. Et sensus est quod prius natura sit posse esse unum sine alio, posterius, non posse esse sine alio id est Causam sine effectu non vero effectum sine Causa. Quare talis prioritas ut bene advertit Suarez d. 26 s. 2 n. 18 sonat independentiam Causae et dependentiam effectus. Loquimur autem hic de Causa in actu primo id est de ipsa entitate Causae; nam si sermo sit de Causa in actu secundo quatenus dicit Causalitatem non potest esse neque intelligi sine suo posteriori id est effectu; Quia terminus seu effectus existit terminando actione et actio existit tendendo in terminum Causa autem in actu primo per Causalitatem fit Causa in actu secundo et consequenter non prior quam ipsa Causalitas. In quo sensu Aristoteles 2 Phys. t. 36 loquendo de Causa in actu secundo sic ait quod causae efficiunt atque ea quorum sunt Causae simul sunt et non sunt. Et sensus est quod quando est Causa actu Causans est simul effectus et quando non est Causa actu Causans non est effectus. Item explicatur prioritas naturae in ordine ad Conceptus nostros, id est quod potest concipi existere absque eo quod illo modo concipiatur existere aliud; nam cum entitas Causae non pendeat in esse ab effectu et possit sine illo existere, poterit etiam concipi sine effectu. Ubi tamen

Adverte. Non esse contra prioritatem naturae quod non possit concipi Causa sine effectu possibili. Nam prioritas naturae est ratione existentiae non possibilitatis

Nota 2. Ex Hurtado S. 6. Quemadmodum universale est prius subsistendi consequentia et ab universali ad inferius non tenet consequentia; neque enim dicere possumus est Animal ergo est Homo licet e contra liceat dicere, est Homo ergo est Animal; Quia universale in cognitione sui non pendet a singulari vel potius ab inferiori eo quod sine Homine cognosci possit Animal. At particulare in cognitione sui pendet ab universalis cognitione

quatenus cognito inferiori Cognoscitur superius et non è contra ut dixi. Unde nec dicuntur ad Convertentiam - Sic a Causa ad effectum non tenet Consequentia neque Sic dicuntur ad Convertentiam, cum Causa sit prior subsistendi Consequentia seu a qua non valet subsistendi Consequentia. Neque dicas ab essentia ad proprietates tenet Consequentia et tamen essentia est Causa proprietatum item a Causa necessaria ad effectum tenet Consequentia et dicuntur ad Convertentiam valet enim dicere est homo Ergo risibilis. Ignis est applicatus Ergo ignis B est productus. Nam ut bene Hurtadus ex Suarez id non fit ob rationem Causae sed aliunde ita ut dicam concedendo essentia cum proprietatibus et de igne A cum igne B dicamus ab illo non fieret, quod maxime in sententia quae habet veritatem qui negant essentiam producere sibi suas passiones. Quod autem id non fiat ob rationem Causae patet quia alioquin si ex ratione Causae id fieret ubicumque esset Causa deberet valere et tenere talis Consequentia quod tamen manifeste falsum est in Causa libera, in qua nullo modo valet Consequentia ad effectum. Et in particularibus etiam Causis non tenet Consequentia nisi naturaliter loquendo. Signum ergo est si tenet Consequentia a Causa ad effectum id non oriri ex ratione Causae sed quod semper, quia talis independens est in suo esse ... cognosci ab effectu, sed aliunde vel ex necessitate operandi vel quia est Essentia et radix proprietatum.

Nota 3. Ex dictis deduci cum concipitur effectus existens quod debeat multo magis concipi existens omne id quod est Causa eius, imo et omnia ea quae vel ut conditiones vel ut Causae praerequiruntur ad ponendum tale existens saltem in confuso et implicite. Non enim est concipibile quod aliquid in sua existentia dependens ab alio ut à priori (non loquor hic de Causa finali) existat et illud prius non existat. Cum enim effectus hoc ipso quod sit existens sit extra Causas quomodo potest dici extra Causas si nec ipsae Causae sint. Unde necessarium omnino est ad actualem dependentiam effectus quod Causa existat. Quod bene ostendit Hurtadus S. 5 contra quosdam

stas impossibile esse quod Causa non existens per physicum influxum causet existentiam effectus. Quare etiam autores plerique admittentes naturae prioritatem et Causalitatem dicunt existentiam requiri in Causa non solum ut conditionem sed etiam ut rationem et virtutem constituentem Causam ita ut quando intelligitur Causa in eo priori in quo antecedit effectum debeat necessario intelligi eius existentia et non solum debeat necessario habere illam: quod docet etiam Suarez d. 31 § 10. Et probatur quia non solum a parte rei sed etiam per intellectum virtus causandi debet continere effectum et illi proportionari sed effectus causatur non solum secundum essentiam sed etiam existentiam. Essentia enim existens est effectus Causae. Ergo virtus causandi non solum a parte rei sed etiam per intellectum includit existentiam alioqui non proportionaretur effectui nec contineret totum effectum.

Nota 4 distingui etiam solere duplicem prioritatem etiam in quo etiam a quo. Una est illa quae intercedit inter res quarum una est prior altera duratione vel tempore sicut avus est prior tempore nepote et dicitur prior prioritate in quo. Prioritas a quo duplex est, altera naturae quam explicuimus et intercedit inter entitatem Causae et effectus. Altera originis quae intercedit inter dependentiam et rem dependentem seu inter principiationem et principiatum. Quam Hurtadus § 7 §§ 150 vocat naturae prioritatem imperfectam: et utraque prioritas stat cum simultate temporis ita ut in eodem instanti sit Causalitas et effectus et in eodem possit esse Causa et effectus v.g. sol et lumen. Differt autem prioritas originis a prioritate naturae per hoc quod prioritas originis requirat necessario et essentialiter coexistentiam sui posterioris, vel illius quod a se est eodem instanti, eo quod sit solum prioritas viae seu Causalitatis. Via autem et Causalitas non potest esse nec intelligi sine suo termino et Causato. Prioritas vero naturae est prioritas independentiae, id est quod possit actu existere et consequenter intelligi existere sine suo posteriori ut bene intelligitur existens entitas ignis

absque eo quod intelligatur signum unefactum a se. Unde distinguunt Theologi in eodem instanti temporis multa signa rationis seu instantia ita ut in primo aliquid intelligatur prius in altero alterum posterius absque ulla dependentia ut iusi docent Theologi in materia de Trinitate. Cur autem prioritas causalitatis vocetur prioritas originis ratio est propter similitudinem ma- gnam quam habet haec prioritas cum prioritate originis in divinis, quatenus pater est principium filii sed cum omnimoda simultate temporis naturae et rationis. Deinde simul natura dupliciter dici potest positive et negative positive quidem si sunt duae causae simul re- quisitae ad aliquem effectum, negative vero si non sunt requisitae et ordinatae ad unum effectum, quocunque autem modo dicatur simul natura sunt illa quorum unum non pendet ab altero neque alterum ab uno.

Nota 5. Certum esse causam efficientem et finalem posse esse sibi invicem causas. Est expressa sententia Aristotelis ut patet ex textu citato et facile probatur quia ex ea nulla sequitur implicantia. Cum non causet finis secundum existentiam actualem sed solum ut est cognitus v.g. medicamenta causant effective sanitatem quae est finis et ipsa sanitas causat finaliter medicamenta non tamen ut existens sed ut directive repraesentata. Idem dicendum de causa materiali et finali nam in composito substantiali materia causat materialiter compositum, ipsum vero compositum causat finaliter materiam. Idem etiam dicendum de causa formali et finali forma enim substantialis causat formaliter compositum et causatur ab eodem finaliter eo quod finis formae sit etiam compositum: Si vero finis accipiatur pro ipsa forma cum ex Aristotele idem sit finis et forma non possunt esse invicem causae quia inter causam et effectum debet intercedere distinctio saltem includentis et inclusi seu inadaequata qualis est inter partem et totum

DICO 1. Idem non potest esse causa et effectus sui ipsius immediate. Est communis autem contra Rubius 2 phys. tract. q 2 putat inveniri naturae notam. Ratio etiam sumi- tur communiter afferri quod inter causam et effectum

debeat intercedere distinctio. Verum hoc argumentum non habet magnam vim contra Soarez qui d. 26 Metaph. § 4 n. 17 et 3 p. tomo 3. d. 49 s. 1 et d. 50 § 4 in fine et contra Coninc qui tomo de Sacrament. in Materia de Eucharistia a 4 dubio 5 videntur admittere non requiri distinctionem inter causam conservativam et effectum. Item humanitatem Christi in Eucharistia posse concurrere ad actionem substantialem sui ipsius quos infra impugnabo cum quibusdam recentioribus qui illam sententiam saltem ex parte sequuntur.

Quare alia via invenimus pro conclusio ex ipsis principiis Soarez qui ut vidimus d. 12 Metaph. § 2. dicit causam esse principium influens esse in aliud. Quo posito sic arguo primo causa est principium influens esse in aliud. Ergo impossibile est quod possit aliquid esse causa immediata sui ipsius, sive principalis sive etiam instrumentalis. ~~Pro~~ Consequentia quia ~~causa et~~ effectus in hoc casu non est aliud. Secundo omnis causa secundum esse per quod causat est prior natura et independens ab effectu. Sed ista eadem entitas quod est causa quatenus est effectus est posterior natura et dependens. Ergo eadem entitas indivisibilis est prior et posterior dependens et independens. Tertio si vel probabilis esset haec sententia informaretur plura dogmata nostrae fidei et religionis christianae quod scilicet Deus Pater sit improductus quod Spiritus S. distinguatur a Filio et Filius a Patre, quod una persona non procedat a seipsa etc. Posset enim aliquis dicere Patrem in divinis ut praeexistentem cum suo esse independenter ab alio posse esse principium actionis qua item habeat idem esse a seipso. Item Filium ut procedentem a Patre et ut praeintelligitur cum suo esse accepto a Patre per generationem posse esse principium generandi vel spirandi seipsum et per consequens dandi sibi item illud esse etc. Unde miror quosdam recentiores audere insinuare quod producere seipsum solum naturaliter repugnet quia scilicet numquam ad fuit visum. Ex hoc deduci potest non posse idem esse causam efficientem et formalem sui ipsius ita ut totum suppositum ejus unius sit causa efficiens suae formae, et forma idem ejus causet formaliter constituendo ejus

Dico 2. Non possunt duo etiam realiter distincta causare se invicem in eodem genere causae. Est ea communis Suarez d. 27 s. 2 saltem quoad primum et Hurtad. d 8 s 8 Albertinus q 13 cond. 13 et alii multi qui alias tenent in diverso genere causae posse causas se mutuo causare. Probatur 1mo Si duo se possent causare in eodem genere sequeretur causam secundum existentiam esse priorem et non priorem suo effectu. Hoc implicat ergo. Probatur sequela. Esse quidem priorem quia omnis causa realis est prior suo effectu quatenus intelligitur existens non intellecto effectu. Deinde non esse priorem quia est effectus quia prioritas et posterioritas non solum dicit quod id quod est causa intelligatur independenter ab alio sed etiam quod aliud quod est effectus non intelligatur sine causa vel independenter ab illa. Nam Angelus v.g. intelligitur independenter à materia prima et tamen non habet hanc prioritatem respectu illius, quia minime materia prima non debet intelligi dependenter ab Angelo sed potest intelligi sine illo. In casu autem posito si Petrus v.g. dependeret ab aliquo effectu et causaretur ab eo quem causat in eodem instanti ille effectus esset vere causa Petri et per hunc esset prior natura Petro ergo posset intelligi independenter a Petro. Ergo non esset posterior Petro et per hunc nec Petrus prior illo effectu quia ibi non est posterioritas respectu effectus nec est prioritas respectu causae. Sequeretur ergo Petrum esse priorem et non priorem illo effectu a quo accipit esse pro eodem instanti.

2do Probatur vel causare se invicem est perfectio vel imperfectio. Si primum ergo debet admitti in Deo quod Pater producat Filium et Filius Patrem. Hoc dicas in Deo dici non posse propter suam infinitatem; Nam dici posset propter eandem infinitatem Filio convenire hanc perfectionem producentis. Si ergo non repugnat duo se invicem producere aperietur via Sabellico hoc dicendi in divinis. Si secundum debent explicare in quo consistat haec imperfectio cum producere simpliciter sonet perfectionem

Probatur a Suarez reductione per singula genera Causarum; nam materia non potest causari ab alia materia alioquin non esset primum subiectum. Neque forma quatenus exercet rationem Causæ formalis potest formaliter Causari ab alia forma. Si enim haberet et reciperet aliam formam iam esset subiectum illius et per consequens materia. Similiter Causa efficiens dicitur esse primum principium unde motus. Si autem Causaretur ab effectu suo in eodem genere Causæ non esset simpliciter primum. Nam in quantum causaretur esset secundum vel posterius. Verum hæc ratio non est efficax ut ostendat repugnantiam. Nam dici posset materiam non esse productam independenter ab omni subiecto sed sustentari à forma in genere Causæ materialis. Deinde saltem instrumentalis Causa non est primum omnino principium unde motus. Ergo ibi non valet ratio adducta.

DICO 3. Repugnat quod duo se invicem Causent etiam in diverso genere Causarum: sive sic non possunt duæ veræ Causæ reales et Causantes secundum existentiam esse sibi invicem Causæ in diverso genere. Ita Suarez citatus saltem quoad primum esse. Hurtadus Albertinus et multi recentiores Contra Fonsecam 5 Metaph. c 2 q 16 s 3 - Conimbr. hic c 7 quæst. 9 a 3. Vasquez 1a p. d. 211 c 2 et recentiores.

Probatur 1mo argumento allato primo loco pro præcedenti Conclusione scilicet quod una eademque entitas esset prior et non esset prior, dependens et independens quod repugnat. Probatur 2do Si materia est Causa formæ et vicissim forma Causa materiæ sequitur quod utraque sit Causa sui ipsius consequens est absurdum. Ergo et Antecedens. Probatur sequela Quod est Causa Causæ est Causa Causati. Hoc probatur quia materia esset prior seipsa et præsupponeret seipsam nam materia existens præsupponit ipsam formam eo quod forma sit requisita ad existentiam materiæ tanquam eius Causa. Sed forma materialis præsupponit materiam existentem. Ergo materia præsupponit seipsam.

Quibus vix vel leviter Conantur infringere autores Contrariæ sententiæ has rationes 1mo dicendo textum

illud Aristotelis ex quo desumitur prioritas naturae et ex quo colligunt plerique duo requiri ad prioritatem naturae scilicet ut ab eo quod est prius dependeat aliud et ipsum nullo modo a suo posteriori. Dicendum nihilominus non ita esse intelligendum illum textum. nam ~~text~~ Aristoteles ibi definit id quod est adaequate prius ita ut nullo modo sit posterius, et ad hoc quidem requiruntur illae duae conditiones: vel certe definitionem illam intelligendam esse formaliter et secundum quid solum ut scilicet sint priora illa quaecumque contingunt absque aliis esse in eo genere dependentiae et causalitatis in quo sine istis alia esse non possunt, ut etiam vult S. Th. in praesenti v.g. materia a qua forma pendet in genere causae materialis potest esse sine forma quantum est ex vi dependentiae in genere causae materialis quia in hoc genere materia non pendet a forma sed solum dependet in genere causae formalis. Unde potest esse materia prior quam forma quatenus causat in ratione causae materialis et quatenus causatur in genere causae formalis a forma esse posterior, et sic non erit contradictio quia convenit rei ratione duarum formalitatum quatenus potest concipi materia ut causa materialis praescindendo a formae existentia et vice versa forma existens ut causa materiae praescindendo ab existentia materiae. 2dum est effugium quo dicunt posse existentiam alicuius rei concipi conceptu inadaequato et conceptu adaequato. conceptu inadaequato concipitur existentia quandoquidem tota et indivisibilis existentia concipitur sed non concipitur esse extra omnes causas et per consequens non concipiuntur omnes causae sed aliquid tantum; Conceptu vero adaequato concipitur quando tota existentia concipitur esse extra omnes causas, et consequenter omnes causas actu existere. 3tium est quo dicunt effectum esse priorem sua causa in uno genere et posteriorem in altero. Et quando contra urgetur esse prius et

posterius natura esse aliquid reale et non secundum modum nostrum concipiendi, licet explicetur per ordinem ad nostros conceptus. Ergo si forma ut est prior et posterior materia in diverso genere debet in ipsa entitate formae assignari aliquid reale per quod formaliter sit prior et aliquid diversum per quod formaliter sit posterior quam materia; sed non potest assignari quia eadem indivisibilis entitas formae secundum omnes formalitates per te est causa et effectus materiae. Ergo non potest in ipsa entitate formae assignari aliquid reale per quod formaliter sit prior et aliquid diversum per quod formaliter sit posterior quam materia. Respondent aliqui rationem formalem a qua entitas formae constituitur prior materia esse ipsam causalitatem et dependentiam per quam materia dependet a forma, quae causalitas quatenus connectitur cum forma tanquam cum virtute a qua procedit constituit illam causam et priorem materia. Ratio vero formalis per quam eadem forma constituitur posterior est causalitas per quam materia causat formam quae causalitas terminata ad formam denominat illam effectum materiae et posteriorem.

Sed contra primum modum dicendi est quia ad prioritatem naturae quae reperitur in causis non sufficit id quod dicunt illi autores. Ratio est quia prioritas naturae non est x praecise ubi non est posterioritas, sed ex eo quod concepto uno non concipiam aliud, hoc aliud non est posterius. Ergo nec alterum prius. Hoc probatur: ex eo quod concipiam angelum non concepta materia prima, materia prima non est posterior natura ipso angelo. Ergo nec angelus prior natura. Ergo requiritur ad prioritatem naturae quod hoc possit concipi sine illo et illud nequaquam sine hoc. Contra 2do. Si ratione duarum formalitatum res aliqua potest esse dependens et independens prior et posterior, scilicet materia in genere causae materialis independens et prior, in genere causae formalis dependens, sequitur

duo posse esse sibi invicem causas in eodem etiam
genere. Probatur sequela. Ponamus duas causas efficientes in-
vicem A et B quo posito dicam ego causa A in quantum
causa est praescindit à B et sub hac formalitate est prior
ergo omnis causa B in quantum causat A praescindit ab A
et sub hac formalitate est prior. Ergo etiam in causis ei-
dem generis salvatur contradictio ratione diversarum for-
malitatum. Si enim ipsi autores ratione diversarum forma-
litatum in specie salvant duo se posse causare in di-
verso genere, cur non etiam ratione diversarum forma-
litatum invicem salvari potest duo se mutuo causare
in eodem genere? Ulterius quod si concedas non
repugnare quod etiam duo in eodem genere se invicem
causent tunc sic arguo. Possunt duo se invicem
causare in eodem genere simpliciter nec in hoc est
contradictio ratione diversarum formalitatum. Ergo potest
idem producere seipsum. Probatur sequela. Nam posset dici per
conceptum praecisivum concipi idem ut causam non concurrendo
seipso ut effectu. Deinde inveniuntur duae formalitates
quatenus idem modo conciperetur per similitudinem ad
ea quae sunt tantum causae et non effectus ut est Deus
etc. et postea posset idem concipi ut effectus per si-
militudinem et comparationem ad ea quae solum cau-
santur et non causant. Respondetur sicuti ln dicis
quando concipitur materia ut causa formae concipitur
materia sed non in quantum est effectus formae seu depen-
dens à forma, ita dicam ego hanc entitatem concipi
sed non in quantum dependet vel est effectus sui ipsius

Contra idum modum dicendi est scilicet quod
non possit concipi existentia alicuius rei conceptu inade-
quato sed quod debeat concipi extra omnes causas
et per consequens omnes causas existere. Contra inquam
est si potest concipi materia prima existens absque eo
quod concipiatur forma, quae est illius causa, existens
vel absque eo quod concipiatur esse extra formam sequitur

quod possit etiam concipi materia prima existens absque eo quod concipiatur existens efficiens Causa id est Deus. Sed hoc implicat in communi sententia. Ergo et id unde sequitur. Probatur sequela non minus res est in potentia et voluntate unius Causae verae et influentis quam sit in voluntate et potentia alterius. Ergo si potest concipi existentia materiae non concipiendo formam quae est vera Causa physica per se etiam potest concipi materia non concipiendo Deum. 2do Contra est ad hoc ut sit vere existens effectus debent vere omnes Causae existere Ergo ad hoc ut intelligatur existere effectus debent omnes Causae prius intelligi existere. Probatur Consequentia Existentia rei dicit intrinsecum et essentialem ordinem ad existentiam omnium Causarum. Ergo non potest concipi existentia rei quin concipiatur ille ordo et consequenter terminus ordinis sive termini ordinis qui sunt existentiae Causarum quod si potest concipi ille ordo absque eo quod concipiantur termini illius potest existentia rei concipi sine existentia illius Causae quod est inconceptibile nec ipsi adversarii admittunt. Confirmatur forma materialis non potest concipi secundum suam essentiam et differentiam nisi ut dependens a materia, per hoc enim distinguitur a spirituali: sed implicat concipere dependentem a materia sine existentia materiae. Ergo semper forma materialis involvit in suo conceptu existentiam materiae. Ergo est simpliciter posterior et nullo modo prior.

Contra tertium modum loquendi est quod quia nos hic loquimur de Causa in actu primo et non in actu secundo involvendo Causalitatem 2do Causa involvendo Causalitatem non est prior natura sed ad summum origine et per hoc simul cum effectu 3tio Etiam in Causis eiusdem generis posset inveniri similes modus loquendi et excusandi prioritatem et posterioritatem.

Sectio 4

Soluuntur obiectiones

Obiicies 1. Forma frigoris est Causa expulsionis formae caloris a manu, et negatio caloris est Causa cur introducatur forma frigoris; Nam nisi non sit forma

caloris seu nisi sit negatio caloris non introducetur
forma frigoris. Ergo sunt sibi invicem causa positio
formae frigoris et negatio formae caloris. Respondeo introdu-
ctionem frigoris esse priorem expulsione caloris seu
negatione caloris in materia, quia talis negatio causatur
a positione frigoris seu consequitur positionem frigoris;
nec urget quod si non expellatur calor non potest poni
frigus. Nam particula illa si non est causalis in hoc
loco sed indicat quod illud sequatur tamquam effectus
secundarius introductionis formae oppositae. Sic etiam di-
cimus nisi esset risibilitas non esset homo. Est igitur
talis negatio seu expulsio formae praecedentis effectus se-
cundarius formae quae introducitur; cuius effectus pri-
marius est concretum quod fit et resultat ex forma
et unione cum subiecto; quae unio est causalitas talis
concreti ad quam consequitur negatio formae praecede-
ntis. Et quia sola unio non sufficit (nam posset
uniri forma nova et non expelli vetus) venit in par-
causalitatis decretum Dei nolentis conservare formam ve-
terem oppositam propter ipsam formam novam. De for-
mis negativis ut expulsione tenebrarum ab aere, cum
talis expulsio non sit quid diversum ab ipsa introductio-
ne formae positivae lucis, non potest fieri comparatio
prioris et posterioris inter productionem lucis et produ-
ctionem tenebrarum.

DICES 1. Frigus est dispositio ad conservandam
formam aquae in materia; forma etiam aquae conservat
frigus ut suam proprietatem. Ergo datur mutua causalitas.
Respondeo cum Fonseca 5 metaph. c 2 q 3 s 3 formam dependere
in conservari a frigore ut a posteriori non ut a priori
saltem quoad aliquos gradus. Ego pro nunc dico eos
gradus qui sunt dispositio ad formam frigoris non depende-
re ab illa; reliquos vero dependere exigitive tantum
qua de re infra.

DICES 2. Negatio caloris se habet ut dispositio mate-
riae ad recipiendam formam frigoris, sed dispositiones sunt
priores. Ergo et negatio caloris. Respondeo negando maiorem
et esto se haberet negatio ut dispositio materiae, non tamen
se haberet aliter quam removens prohibens quod non est

quid positivum et per consequens non est prius natura

Objicies 2. In aperiendo fenestram in qua venti ventus enim est prior apertione fenestrae quia est Causa ut fenestra aperiatur, et apertio fenestrae est prior ingressu venti quia nisi loco cedat fenestra ventus non ingredietur. Ergo apertio fenestrae et ingressus venti sunt sibi invicem causae. R. prius esse ingredi ventum in cubiculum quam aperiri fenestram. Haec probatur procedendo consentaneè ad alias formas oppositas inter se sicuti in forma caloris expellitur a forma frigoris, per invicem possibilitatem quam habebat in ordine ad idem subjectum illarum formarum; et ideo formam frigoris esse in subjecto dicimus esse quid prius quam non esse formam caloris in eodem. ita cum fenestra loco cedat, vento per invicem possibilitatem quam habent in ordine ad eundem locum ventus et fenestra, ventus erit causa quod fenestra non sit in loco ubi erat, et consequenter, prius natura erit ventum esse in loco fenestrae quam fenestram non esse in loco ubi erat. Et cum supponatur fenestram esse intra cubiculum prius ingredietur et erit ventus intra cubiculum quam aperiatur fenestra et non sit in loco ubi erat.

Objicies. 3. Duo ignes se mutuo conservant duae manus se mutuo calefaciunt vinum calefacit stomachum et stomachus vinum. R. duos ignes se mutuo fovere et conservare non causando in se aliquid adinvicem sed magis resistendo contrario frigori. Idem dicendum de duabus manibus nisi calefiant per motum receptum in utraque manu. Deinde stomachus non causat illum calorem in vino secundum quem vinum calefacit stomachum sed alium diversum.

Si duo baculi A et B occurrant in unam partem facientes angulum ita se mutuo fulciant ne cadant vel procedant ulterius tunc se mutuo causabunt. nam baculum A esse ubi est, habetur a baculo B sine quo procederet ad partem dextram. Item baculum B esse ubi est habetur a baculo A qui est ratio cur baculus B non procedat ulterius et ruat in partem sinistram Ergo isti duo baculi mutuo se causabunt in ordine ad locum

Pro solutione Adverte. Certum esse baculum A
esse hic ubi nunc est, non haberi a baculo B nam etiam-
si baculus A debuisset progredi ulterius devenisset
prius in locum ubi nunc est; et idem dico de baculo B
supponitur ergo uterque in instanti praecedenti fuisse
ubi nunc est, et quod deinde tum in tempore sequenti
non moveantur ulterius. Dicendum ergo est con-
servationes utriusque baculi in loco ubi sunt esse
simul et neutram altera priorem; sed causam con-
servationis baculi A hic seu talis ubi baculi A esse
primo talem virtutem resistivam in baculo B et in
baculo A esse talem virtutem motivam, quae excedatur
a resistentia baculi B: praeterea requiritur ut con-
ditio quod prius in instanti antecedenti fuerint ibi
ubi nunc sunt et nunc non sit alia causa poten-
tior impellens baculum A, et idem dic de baculo B
Quibus positis habetur causa adaequata conservatio-
nis talium baculorum in tali loco

Dices 2 Quando digiti cum se mutuo seu invicem
comprimunt unus est causa alterius compressionis
Ergo datur mutua prioritas inter illos. R. Argumentum
esse idem ac de duobus baculis et sic ibi applicanda
est eadem solutio

Dices 2. Adhuc semper manet vera ista pro-
positio, nisi baculus A conservaretur hic seu haberet
tale ubi baculus B non conservaretur hic: sic nisi ex-
staret forma materia non existeret. R. hic nisi non
semper importare prioritatem causae sed aliquando si-
multatem effectuum dependentium a causis simul existen-
tibus. Exemplum habemus in sententia ponentium rela-
tionem modum distinctum; valet enim dicere nisi esset
una relatio non esset altera correlatio v.g. nisi
esset filiatio non esset paternitas et e contra: et
tamen in ea sententia una relatio non est causa
alterius et prior alia sed simul natura. Item si non
esset animal non esset rationale et tamen animal

non Causat rationale. Ad rem nostram hic dicimus nisi existeret forma non existeret materia, hoc nisi non facit sensum Causalem, sed solum arguit quod non existeret materia exigens formam: et clarius de baculis nisi baculus A esset hic baculus B non esset hic valet solum arguitive et consequenter, quatenus supponeret quod non esset Causa conservativa baculi B hic nec tanta vis resistitiva: sicuti ex negatione paternitatis arguitur defectus filius vel filii et per consequens negatio filiationis

Dices Quin in Sacramento Eucharistiae cessat esse Corpus Christi sub speciebus panis et producitur alia substantia naturalis ex. vermis; nam ex una parte prius erit ultima dispositio requisita ad formam vermis quam reproductio materiae, quatenus in tantum producitur materia in quantum ponitur dispositio vermis. Ex alia parte talis dispositio debet in eo instanti inesse in materia quo producitur forma 2o quod simul sit ultima dispositio et forma. Atqui materia est prior forma. Ergo et dispositione. Ergo erit mutua prioritas inter productionem materiae et ultimam dispositionem. Resp. in hoc casu rem ita se habere in tempore antecedenti ad productionem materiae sunt omnes dispositiones praeter ultimam, et praeterea est Causa sufficienter applicata ad producendam ultimam dispositionem pro instanti sequenti in quo perseverat idem agens, eodem modo applicatum, ad quod spectando Deus creat materiam quae simul cum tali agente est causa adaequata ultimae dispositionis ac proinde productio ultimae dispositionis non erit prior productione materiae

Dices Redire difficultatem in introductione Corporis Christi sub speciebus; nam causa cur accidentia non inhaereant in substantia panis est Corpus Christi quod effective conservat talia accidentia, atque ita prius est esse Corpus Christi quam accidentia non inhaerere in substantia panis. Ex alia vero parte prius est accidentia

conservari nec destrui ab alia Causa oposita quam esset Corpus Christi. Cum in tantum introducatur Corpus Christi in quantum conservantur accidentia panis. R. hanc veram ita procedere, in tempore immediate antecedenti ad introductionem Corporis Christi accidentia subiectari in substantia panis et non esse in eo tempore Causam destruentem talem substantiam et Accidentia. Deinde in ipso instanti introductionis Corporis Christi, prius est esse Causam destruentem talem substantiam et accidentia, item decretum Dei ad hoc respiciens, et introductionem Corporis Christi quam accidentia conservari ab eodem in genere Causae efficientis, quia accidentia pro illo instanti non conservantur à Corpore Christi.

Objicies 6. Qui admittunt praecisionem objectivam dicunt per intellectum frangi eandem entitatem indivisibilem, ita ut una pars concipiatur per unum conceptum et altera non: in homine usque concipiatur Animal nullo modo concepto rationali. Ergo eodem modo dici potest per intellectum frangi posse eandem existentiam ita ut per unum conceptum concipiatur ut Causa non concepta ut existentia ut effectus est. R. praecisionem objectivam non suffragari adversariis, nec instantiam allatam esse ejusdem rationis cum quaestione proposita. Nam qui admittunt praecisionem objectivam non propterea dicunt quod concipiendo hominem possim praescindere ab Animali et rationali partibus componentibus eundem hominem, et generatim quando concipitur aliquod totum ut totum non potest praescindi à partibus licet una pars praescindat ab alia. Extenditur etiam haec doctrina ad ea quae involvuntur praesuppositive et Causaliter ad aliud ut non possit concipi illud aliud sine iis quae essentialiter involvit saltem in confuso et indeterminate a quibus habet suum esse. Unde fit ut concipiendo rem existentem ut existentem non possim praescindere ab eo quod tale esse existens sit determinatum et acceptum ab alio. Atque hoc est quod aliqui advertunt quod affirmando Consequens non possimus non affirmare antecedens, et affirmando Antecedens possimus

praescindere ab affirmatione consequentis, etiamsi illud antecedens exigat consequens ut fit cum essentia exigit proprietates. Quod confirmatur ex eo quod saltem per divinam potentiam id quod est prius natura alio, possit conservari sine illo saltem in aliquo instanti seu tempore: at id quod est existens et accipit esse non potest nec per divinam potentiam esse sine eo a quo accipit esse saltem videtur in natura

Dices potest fieri quaestio an materia sit facta a Deo? Ergo in eo casu concipitur materia existens sine dependentia a causa. Respondeo distinguendo illam particulam dependentia explicite et distincte concedo, implicite et confuse nego. Ita etiam ex eo quod possit fieri quaestio an homo sit rationalis? non propterea concipiendo hominem praescinditur a rationali licet distincte talis perfectio non concipiatur in homine: sic in re nostra adhuc non praescinditur materia ab eo quod sit facta a Deo licet de hoc ipso fiat quaestio. Nam si concipitur materia realis qualis debet concipi, et si concipiatur existens a parte rei debet concipi cum dependentia a Deo

Obiicies Ultimo. Duo in esse possibili possunt pendere ab invicem. Ergo etiam duo possunt pendere ab invicem in existentia. Probatur consequentia Quia si quid obstat id obstat, quod idem esset prius et posterius. Sed hoc non obstat ergo. Hoc probatur Quia potest aliquid in esse possibili esse altero prius et posterius. Ergo etiam in esse actuali. Antecedens primi argumenti patet quia essentia formae in esse possibili est prior quam essentia materiae; verum enim est dicere si non esset possibilis forma non esset possibilis materia, et vice versa idem dici potest de materia; unde dicunt ad se invicem ordinem transcendentalem. Respondeo negando consequentiam ad probationem nego minorem. Ad cuius item probationem distinguo Antecedens potest aliquid in esse possibili esse altero prius et posterius natura nego, prius et posterius ratione transeat, et nego consequentiam Quia prioritas naturae ut bene Hurtadus § 154 non convenit rebus nisi in ordine ad existentiam actualem: et nos iam diximus superius difficultatem solum esse circa eas causas

quod ad Causandum requirunt existentiam actualem et non de iis quae secundum esse obiectivum concurrunt in quibus admittimus mutuam Causalitatem. Itaque materia in esse possibili licet dependeat a possibilitate formae dependet tantum ut à fine, ex cuius implicantia colligimus per locum extrinsecum implicantiam materiae et vice versa ex implicantia materiae implicantiam formae

Sectio 5
Examinatur sententia quorundam recentiorum.

Haec de mutua prioritate paulo fusius pertractavi quia ex hoc principio multa in decursu sunt deducenda; quia tamen aliqui recentiores videntur hac in re paulo aliter philosophari in gratiam illorum afferemus et impugnabimus peculiariter eorum hac in re sententiam et modum loquendi in quo non multum discrepant a modo loquendi. Palaus tom. 3 in 3. p. 849 s. et 850 et Palus Coninc tom. de Sacramentis in materia de Eucharist. ar. 4 dub. 5

Dicunt ergo isti autores 1mo non posse unam Causam efficientem producere alteram et vicissim ab illa produci quia primum esse; quod sic ostendunt. Implicat causam produci a suo effectu prima productione; sed si una Causa efficiens posset producere aliam et vicissim ab ea produci, causa produceretur a suo effectu. Ergo implicat. Probo maiorem quia si Causa posset à suo effectu produci prima productione, sequeretur quod idem simul existeret et non existeret; ut enim illa posset producere deberet existere quia nulla Causa non existens est apta ad producendum; ut autem posset prima productione produci deberet non existere quia quod iam existit non potest esse terminus primae productionis, cum prima productio sit ad primam existentiam rei. Implicat ergo quod prima productio supponat existentiam ipsius rei producendae. Ergo implicat ut Causa primo producatur à suo effectu. Confirmant quia omne agens agit in quantum est actu. Ergo prius debet considerari esse quam

agendi in illo hic enim fundatur in esse. Ergo esse ipsius erit prius quam esse effectus quem producat, hic enim est post virtutem agendi. Ergo nequit ab effectu suo produci primo quia alias effectus haberet esse primum et Causa ultimum

2do dicunt quod una Causa efficiens possit alteram producere et vicissim ab illa produci quoad secundum esse, (quod actio non tam productio quam conservatio dicitur) nullam videri sufficientem implicantiam. Quod etiam cum idem seipsum si ita autori naturae placeret actione conservativa non possit attingere? Fundamentum est quia in his casibus supponitur entitas primam existentiam existens, ac proinde in rerum natura cum omnibus suis proprietatibus et virtute activa. Itaque potest virtute illa in aliquod aliud sibi simile agere. Ergo vicissim potest hoc consimili virtute in illud agere. Item potest virtute illa in aliud agere. Ergo si voluntate autoris naturae virtus hic quasi reflectatur in illud ipsum unde a quo emanat, potest illa virtute seipsam conservare. Ex quo deducunt 1o neque alias Causas eiusdem generis posse sibi invicem esse Causas quoad primum esse quia singulae postulant proportionatam sibi existentiam ad hoc ut possint Causare, quam tamen hoc ipso quod sunt effectus alterius quoad primum esse supponuntur necdum habere. Itaque adeo essent antequam essent vel essent et non essent. Quod etiam ostendit eas nec in diverso genere sibi invicem posse esse Causas quoad primum esse. Quoad secundum vero nulla illis videtur implicantia sicut in casu superiori. 2do inter Causam et effectum quoad secundum esse non requiri distinctionem realem inter Causam et effectum sed ad summum inter Causam et Causalitatem seu effectum ut quo 3tio prioritatem naturae Causae non convenire nisi quando dat esse effectui primo seu primum esse non vero quando secundum seu quando conservat

Sed Contra ostendo vel argumenta recentiorum non habere illam vim, vel si habent aeque urgere de Conser-

natione ac de prima rei productione. Primum eius
argumentum nempe ad hoc ut Causa possit producere
deberet existere, quod autem possit prima productio
ne produci deberet non existere &c vel dicis deberet
non existere tempore et instanti praecedenti, et hoc verum
est: Sed hinc argumentum nullam habet vim cum ex
istentia et non existentia pro diverso tempore possit
eidem rei convenire: vel dicis deberet non existere
eodem instanti et hinc est falsum quia vere res
eodem instanti quo producitur. Quod si vero
reducas ad instantia rationis et naturae et dicis
ad hoc ut res causet debet intelligi existere in instan
ti rationis vel naturae A v.g. in quantum autem
producitur primo vel in quantum intelligitur effectus
producere illam primo, non intelligitur existere in in
stanti rationis vel naturae A Ergo pro eodem instanti
existeret et non existeret: et tunc argumentum si quid valet se
ons applico ad conservationem. Ad hoc ut res causet conservando
debet intelligi existere in instanti rationis vel naturae A v.g.
in quantum autem conservatur vel est effectus non intelli
gitur existere in illo instanti rationis A. Ergo intelligeretur
et non intelligeretur existere, vel existeret et non existeret
Ratio a priori est quia conservatio et prima productio quoad
ad entitatem non differunt intrinsece sed solum penes conno
tatum quatenus conservatio dicit rem fuisse tempore
antecedenti prima productio negat fuisse tempore
antecedenti si ergo quoad intrinseca eodem modo se habent
utique prima productio ac conservatio pro illo priori
rationis vel naturae in instanti eodem reali supponet
vel non supponet suum effectum.

Ad 2dum Argumentum iisdem verbis applico est autem
tale ut dixi Omne agens agit in quantum est actu. Ergo
prius debet considerari esse quam ratio agendi in illo.
haec enim fundatur in esse. Ergo esse ipsius erit prius
quam esse effectus quem producit, hic enim est post rationem
agendi. Ergo nequit a suo effectu produci quia alias
effectus haberet esse primum et Causa ultimum. Hic ingrav

applico Omne Conservans agit et conservat in quantū est actu (loquendo de conservatione non dispositiva sed effectiva) ergo prius debet considerari esse quam virtus agendi et conservandi in illo. Hæc enim fundatur in esse Ergo esse ipsius conservantis erit prius quam effectus quem conservat, hic enim est post virtutem conservandi, quæ non est diversa à virtute agendi: Ergo nequit a suo effectu conservari quia alias effectus haberet esse primū seu prius in hoc instanti et Causa conservativa ultimū

Ultimum Argumentū quo in particulari probant posse Causam efficientem unam quoad secundū esse producere aliam et ab eadem conservari pro eodem tempore (nam pro diverso tempore nulla est difficultas) imo idem conservare seipsū, est tale. In hoc casu supponitur iam existens sua existentia et habens virtutem Causandi seu conservandi aliud primaeus Causa efficiens ut qui potest virtute illa in aliud Ens sibi simile agere Ergo vicissim potest hoc Ens consimili virtute in illud agere. Item potest Causa seu hoc agens virtute illa agere in aliud Ergo et in se. Ad quod dico non plus requiritur ut Causa et virtus agendi existat in primo instanti reali quo aliam rem primo producit quam in tertio instanti reali in quo rem conservat (quod autem ante extiterit vel non est impertinens ad rem) ergo si existentia Causæ in primo instanti impedit quominus possit ab alio id est effectu eodem instanti produci; etiam existentia in tertio instanti reali impediet quominus possit ab effectu suo produci vel conservari. cū conservatio in entitate sua non sit nisi productio continuata seu cū connotatione effectus qui antecedenti tempore extitit. Quo argumento multo clarius ostenditur quod idem non possit conservare se ipsū pro eodem tempore: Nam Causa conservativa non solū supponitur ante id est in instantibus realibus antecedentibus existens; (imo potest non existere illis instantibus realibus antecedentibus) sed etiam in hoc tertio

instanti ante conservationem cum prius sit esse quam operari. Ergo non potest iam accipere esse per conservationem illam pro eodem instanti quia hoc esset esse ante quam esset atque adeo esset et non esset

Ad 4to Ad illud prioritatem naturae convenire causae et posterioritatem effectui solum quoad primum esse. Ad illud in quo dico falsum id esse et autem universaliter loquitur de causa, est autem conservativa causa aeque bene vere causa ac primo productiva. Deinde prioritas naturae qua causa intelligitur sine effectu non tamen effectus sine causa, fundatur in ipsa independentia causae quae independentia per hos auctores consistit in hoc quod effectus non tam sit necessarius quam causa. Atqui hoc aeque reperitur in causa conservativa. Ergo aeque debet esse prior effectu conservato et effectus conservatus posterior natura

Hanc impugno atque argumentis hanc sententiam

1mo In hac sententia non videmus quibus via ulla convincendi, immo aperitur via haeretico dicendi patrem in divinis producere seipsum. Probatur haeretica si pater produceret seipsum non sequeretur quod ab aeterno existeret et non existeret. Sed simpliciter quod existeret. Ergo ratio istorum autorum nihil probaret. Probatur Antecedens filius ab aeterno est productus et tamen numquam fuit verum quod non existeret. Ergo etiamsi pater produceretur non esset verum quod non existeret. Ergo si semel concedimus quod aliquid possit agere in seipsum non habemus ullam rationem naturalem cur non possimus dicere pater in divinis producit seipsum. Similiter hoc argumentum habet vim ad ostendendum vel potius non habet vim ad ostendendum cur filius ab aeterno non potuerit producere patrem et pater filium.

Impugnatur 2do ratione a priori quam toties insinuavi quia omnis causa secundum esse per quod

causat debet praesuppo[ni] in eodem instanti quo pro-
ducat effectum propter independentiam ad effectum. Ergo
non potest idem esse causa sui ipsius etiam quoad
secundum esse pro eodem instanti, quia idem praesuppo-
neretur ad seipsum prioritate naturae de qua hic loquor
quae licet involuat in sui explicatione nostrum intelle-
ctum est tamen et fundatur in rebus ipsis quarum una
dependet ab alia.

CXXIV. Quaeres, Quid sit dependere et quid sit dependentia?

Pro solutione Aduerte duplicem esse dependen-
tiam et dupliciter aliquid posse dependere ab alio
scilicet à priori et a posteriori. Dependentia a prio-
ri est dependentia effectus a Causa; et in hoc sensu de-
pendere nihil aliud est quam fieri ab aliquo. Depen-
dentia vero a posteriori est quando una entitas ad
suum esse exigit alteram consecutive non ut acci-
piat esse ab illa. Hurtadus d. 2 physicae § 8
dicit dependere ita esse quando res aliqua non
potest existere sine alia, ab ea tamen non Cau-
satur. Soarez d. 15 § 8 n. 18 dicit dependere ab
alio tanquam a posteriori illud quod ita est
connexum cum alio ut separatum ab illo non exigat
conservari nec naturaliter possit existere sine illo.
Ita materia ad suum esse actuale exigit formam
non quod forma det esse materiae, sed quia cum
sit pars et incompleta essentialiter exigit ad sui exi-
stentiam alteram comparte[m]. Ita etiam materia
dependet a quantitate; ita essentia exigit proprie-
tates quarum est principium necessarium. Unde ex
ablatione posterioris non sequitur in re ablatio
prioris nisi solum tanquam a signo et ratione,
nam si ablata est proprietas signum est ablatam esse

Essentiam. Et haec quidem dependentia a poste-
riori ex suo conceptu quia dependentia a posteriori
non involvit imperfectionem quia in rigore non
dicit nisi quandam connexionem causae ad effectu-
vel essentiae cum passionibus, licet ex ratione aliqua
particulari possit dicere imperfectionem. Prima
autem dependentia vel à priori semper involvit im-
perfectionem; unde fit ut illud quod dependet ab
alio dependentia à priori non possit esse nec
intelligi sine illo a quo dependet. Ubi tamen ad-
verte non esse verum universaliter Omne illud
quod non potest intelligi sine alio, dependere ab il-
lo nam actio per se non pendet a termino et tamen
non potest intelligi sine illo; Et cognitio alicuius ob-
jecti non potest intelligi sine illo a quo tamen non
semper pendet in esse. Quod vero dependet ab alio
ne tanquam à posteriori potest intelligi sine illo (lo-
quendo de existentia actuali ita ut posterius non de-
beat affirmari existere quando affirmatur existere prius
licet affirmando prius affirmetur necessitas habendi po-
rius vel saltem non impossibilitas. Sic amor alicuius
boni importat cognitionem existentem eiusdem, ita ut
qui affirmat amorem etiam debeat cognitionem boni
amati affirmare; cognitio vero necessitans ad amorem
non dicit ipsum amorem; adeo ut qui affirmat talem
cognitionem affirmet quidem necessitatem habendi amo-
rem non tamen affirmat ipsum amorem: sic qui concipit
et affirmat rem aliquam existere et affirmat necessi-
tatem habendi proprietates eius non tamen affirmat ipsas
proprietates existentes. Quare bene Fonseca 5
metaph c 2 q 3. sectione 1 et 3 cognoscens hanc depen-
dentiam a posteriori vel ut ille a concomitante

dicat quidam esse quod tam in fieri quam in conservari sunt posteriora, et a quibus res conservantur non simpliciter sed à posteriori; quo etiam facto accidentia alia conservant subiectum, locus naturalis conservat locatum etc. vide etiam hac de re Soarez citatum et 2 tom. in 3 p. 285)

Quaeres 2. Quare dependentia à priori sonet fieri, seu quare dependentia à priori est inter effectum et Causam. Ratio dubitandi est quia etiam in divinis filius accipit esse personale a patre et Spiritus S. a patre et filio et tamen non dicitur dependere nec filius nec Spiritus S. Uno verbo quaeritur in quo consistat et fundetur ratio dependentiae quae inter Causam et effectum intercedit. Respondeo rationem dependentiae huius consistere in eo non quod effectus accipiat esse a Causa simpliciter et quomodocumque (quoniam ut dixi etiam in divinis filius accipit esse personale a patre) sed quia accipit esse non cum ea necessitate qua Causa est. Causa enim respectu Causati est necessaria saltem ex suppositione effectus; effectus autem respectu Causae non est necessario sed contingenter quia potest saltem virtute primae Causae id est Dei impediri effectus ne accipiat esse a Causa secunda; quandoquidem esto Causae secundae aliquae sint necessariae in operando, dependent tamen a Causa prima sine cuius influxu non possunt producere suum effectum. Ob hoc vero in divinis licet filius à patre et Spiritus S. ab utroque accipiat esse personale non dicitur intercedere dependentia à priori, quia personalitates illae productae sunt, non minori necessitate quam producentis personalitas, cum quidquid in Deo est necessarium sit. Sed Quaeres ulterius

Quare id quod est Contingens dicitur esse dependens?

Et hoc ipso quod est Contingens, iam indiget beneficio et gratia alterius ac proinde iam dicat imperfectionem dependentiam et obligationem qua alteri est obligata eo quod sibi det esse cum potuerit non dare illud; unde etiam in suo conceptu non potest absolui ab illo dante sibi esse. Et hoc incidit quod dixi superius scilicet dependere esse quam fieri sonet creaturam accipere esse (nam fieri in diuinis negatur a Patribus et Theologis fieri necessario factus esse) hoc ipso autem quod creatura est, est indifferens ad esse vel non esse et per consequens dependens et egens beneficio dantis

Pro Complemento dependentiae Aduerte 1°

Non omne id quod ab aliquo tanquam a conditione pendet propterea dependere ab illo tanquam à priori; sunt enim conditiones in duplici differentia quaedam praecedunt vero quaedam sequuntur, ita aproximatio et dispositiones sunt conditiones antecedentes introductionem formae et sunt priores natura forma ipsius in respectu autem materiae accidentia et respectu essentiae proprietates sunt conditiones posterioris generis

Aduerte 2°. Item etiam dici dependere à fine circum cum finis ad hoc ut Causet non requirat actualem sui existentiam res non poterit ab illo dependere proprie tanquam à priori sed neque etiam proprie tanquam a posteriori quia finis est primus in intentione quod est autem primum non potest esse posterius.

Disputatio De Causa Mat[erialis]

Disputatio
De Causis Materiali et Formali ad invicem consideratis

Agimus hac Disputatione de Causa materiali et formali comparando illas ad invicem, quo modo se licet se habeant et quid praestet materia circa formam et forma circa materiam

Quaestio I
De Causa Materiali
Sectio I
Quomodo Materia prima sit Causa Materialis et quorum effectuum?

Causa materialis ab Arte [illegible] t 26 describitur est id ex quo aliquid fit cum insit. Dicitur id per quam particulam explicatur quod Causa materialis debeat esse aliquid reale positivum cum debeat componere totum positivum. Dicitur ideo ex quo ut ostendatur propria [illegible] Causae materialis diversa etiam a forma, licet [illegible] veniat ex quo, quatenus ex illa etiam ut intrinseca [illegible] ponitur totum, [illegible] tamen ex quo in alio sensu [illegible] nempe ex quo tanquam praeexistente et indifferente quod solum convenit materiae et Causae materiali [illegible] Dicitur 3tio cum insit ad distinctionem alterarum Causarum extrinsecarum quae particula materiae et Causae materiali non convenit nisi ratione ultimi effectus id est ratione totius compositi, non autem [illegible] effectus ut quo

Dico I. Materia Causat compositum. ita Communiter Suarez d. 13 s 7 Pererius lib 8 c 2. Fonseca metaph c 2 q 1 s 3 Conimbr. [illegible] c 7 q 8 a. 1 Rubius n 64 Probatur Imo ex Arte 1 phys t 64 et sequentibus docet quod omne quod fit semper est compositum a

per se fieri ex materia seu subiecto. Ergo materia est Causa Compositi. prob[atur] ille ratione Causa materialis est id ex quo fit aliquid cum insit. Sed compositum fit ex materia quae ipsi inest. Ergo materia est Causa materialis compositi.

Obijcies 1. Materia est Causa ut primum subiectum. Sed non est subiectum compositi. Ergo neque Causa. R[espondeo] distinguendo minorem. Non est subiectum compositi recipiens in seipsum compositum concedo; non est subiectum compositi id est pars subiectiva seu illa pars compositi quae in se recipit alteram compartem cum qua ipsa constituit compositum per exhibitionem sui ipsius et nego. Sicuti et quaelibet. Et hoc est proprium causarum intrinsecarum quod quia causant totum per hoc quod dent seipsas toti uniendo se, denominationes illis quae proprie conveniunt partibus secundum quod ad invicem differunt, non conveniunt illis proprie respectu totius causati; sic nec materia est subiectum recipiens compositum sed formam nec forma informat compositum sed materiam.

Obijcies 2. Si materia causaret totum compositum causaret seipsam. Sed hoc est absurdum. Ergo prob[atur] sequela compositum nihil aliud est nisi materia et forma unita. Ergo si materia causat compositum causat materiam et formam unitas. Ergo seipsam. R[espondeo] negando sequelam maioris. ad probationem concedo antecedens distinguo consequens causat materiam et formam unitas adaequate et secundum totum educendo de non esse ad esse nego inadaequate concedo. Argumentum autem procedit a sensu composito ad sensum divisum; ex eo enim quod materia sit Causa compositi id est partium collective sumptarum et in esse unito infertur esse Causam partium distributive sumptarum et secundum entitatem. Confirmatur responsio

ex eo quod neque causa efficiens causet totum producendo omnia quae sunt in toto de non esse ad esse; sed aliquando solam unionem et tamen dicitur causare totum. Ergo etiam materia licet necesse ret aliquando formam causet, poterit dici causare totum causando unionem.

Obijcies 3. Materia in tantum est causa in quantum est subiectum sed non est subiectum nisi formae. Ergo non est causa nisi respectu formae. Ergo non causat nisi solum formam. Prob. patet quia materia definitur subiectum primum. R. nego maiorem si minores aliter accipiatur; neque enim causat materia solum subiectando sed etiam componendo: ad probationem dicitur per hoc cum in in definitione causae materialis ponitur [illegible] non ea illa non solum esse subiectum ex quo aliquid fit sed etiam intrinsece componere; quae duo optime distinguuntur in sententia eorum qui sustentationem negant involvere informationem.

et prout in est

Dico 2. Materia prima causat materialiter omnes formas substantiales materiales est communis contra Suarez S. 3. Prob. per hoc distinguitur creatio a productione agentis creati quod creatio sit nullo concurrente subiecto. productio vero naturalis quae dicitur eductio fiat dependenter à subiecto; sed forma materialis non creatur sed educitur. Ergo fit concurrente et concausante materia. Confirmatur ex Arist. 5 metaph. t. 29 ubi docet formam esse ex materia. Dixi formas materiales nam respectu formae rationalis quae causatur non est causa sed conditio in primo fieri; unde respectu illius est potentia receptiva non sustentativa.

Obijcies materia est causa intrinseca [illegible] non est causa intrinseca formae. Ergo non est caus[a]

formis ℞ distinguendo; non est Causa Corpo- reus intrinseca Concedo. Non est sustentans et intime recipiens nego

DICO 3. Materia Causat materialiter Unionem eductionem Quantitatem ubi proprium Qualitates materiales etc. Prob. Omnia haec dependent à materia non in genere Causae efficientis vel saltem non solum in genere Causae efficientis. Ergo materialis. Sed haec Conclusio ex dicendis melius patebit

QUAERES. Cur non dici posset materiam esse etiam conditionem respectu formarum materiatum sicuti dixi esse conditionem respectu animae rationalis cum hoc discrimine quod respectu Animae rationalis sit solum conditio in primo fieri respectu vero formarum materialium sit quasi continuata conditio. ℞ et ex hoc petendum discrimen quod supra quaerebamus inter Causam materialem et conditionem. Et primo suponendum Causam materialem non esse Causam in illo sensu rigore in quo est Causa efficiens. Sed solum esse Causam sustentativam ut Communiter dicunt Philosophi; sustentare autem sonat prohibere ne cadat, in primo autem instanti in quo res fit, non potest cadere et destrui; quare sustentatio est respectu conservationis tantum; ita ut si forma sit talis ut vivere sine sustentante materia, materia erit Causa illius si autem forma non viveret etiamsi materia illam non sustentaret, materia non erit Causa illius ut accidit in anima rationali quae etiam sine materia conservatur. Consistit ergo ratio Causae materialis in hoc ut sit aliquid exigitum tanquam sustentativum in conservari à forma, quod si non exigatur in conservari erit tantum conditio etiam in primo fieri. Unde hoc ipso quod materia à formis materialibus exigatur in conservari non potest exigi ut conditio sed ut Causa et non solum ut Causa in conservari sed etiam in primo fieri

quia licet in primo fieri non cognoscatur sufficien-
ter an materia sit solum conditio an Causa ex con-
servatione tamen formae colligitur an fuerit in primo
fieri materia conditio vel Causa

Quaeres 2. Quid sit formas educi e potentia
materiae? Qua de re Suse Fonseca 5 metaph. c 2 q
Severinus lib 5 c 5 Rubius tract 2 q 1 Smucia d. 6 q
et lib 2 d 3 q 1 Hurtadus d 4 s 2 Suarez d. 15 s 2
ubi multiplices errores antiquorum refert qui ut salvarent
hoc principium ex nihilo nihil fit vel negabant formas
substantiales vel dicebant illas latitare in materia
nec de novo produci sed prodire ex occulto in mani-
festum. Refert item aliorum opinionem qui secundum
quandam inchoationem volebant formas esse in ma-
teria, quos omnes bene impugnat cum aliis citatis
autoribus. Quare n. 10 peripatetica et vera in quantum
sententia est formas substantiales quasdam esse spiritu-
ales et fieri ex nihilo, alias materiales quae fiunt
ex subiecto et a subiecto dependent; secundi generis
formas materia continet in potentia. Unde etiam
educuntur; primi generis non continet in potentia
licet sit in potentia ad illas tanquam ad compartes
cum quibus constituit unum per se naturale. Hurtadus
vero 14 affert tres modos quibus explicatur quid sit
educi e potentia materiae. Conimbricenses 1 Phys.
q 12 a. 5. alium afferunt modum explicandi. Quibus vero
cuique ut potuerint satis confuse explicantibus.

Dico. Formas educi de potentia materiae in-
continenti nihil aliud esse quam agens naturale exigi-
re illam tanquam sustentantem et excipientem suam
partem seu formam quae cadat, saltem pro sequenti
duratione id est actionem illam agentis naturalis
esse talem quae nulla potentia possit esse quin a
materia, in qua sit illa actio et per quam produ-

talis effectus seu forma quae exigit in conservari etiam materiam ut sustentetur ab illa. Et hoc est quod communiter dicitur creationem distingui ab eductione quod prima fiat ex nullo subjecti id est non concurrente et sustentante subjecto effectum illius et se; eductio vero fiat concurrente eo et sustentante. Ac proinde creatio non requirit necessario et quantum est ex natura sua subjectum praeexistens; eductio vero essentialiter praerequirit subjectum a quo in fieri et esse dependet forma quae educitur

Dices. Productio animae rationalis semper praerequirit subjectum existens, nunquam enim creatur anima rationalis nisi sit corpus organizatum. R. Anima rationalis praerequirit quidem subjectum connaturaliter ut conditionem et id non ex natura creationis ut creationis sed ex eo quod sit forma corporis; nihilominus tamen de potentia absoluta Dei posset creari anima rationalis sine praeexistente subjecto. Ex quibus etiam colligitur contra Conimbricenses citatos. Accidentia supernaturalia fieri dependenter a subjecto et educi de potentia ejusdem non quidem naturali sed obedientiali vide Suarez citatum

Quaeres 3. An praeter materiam primam etiam aliae entitates possint exercere causalitatem materialem. R. Affirmative, et primo coelum est subjectum quantitatis in omnium sententia. Angeli et anima rationalis recipiunt suos actus. Quantitas in sententia multorum est subjectum caeterorum accidentium et ad minus sui ubi. Omnia item reliqua accidentia habent suum ubi &c. vide Suarez d 14 s 4 n 5

Sectio 2

Utrum dentur plures formae partiales in una numero materia?

Non est hic locus inquirendi utrum tot sint formae quot sunt praedicata essentialia: ut forma dans esse sensibile

et alia forma dans esse corporeitatis, alia dans esse subst-
tiale etc. Neque etiam hic inquirimus v.g. formae elemen-
ti maneant in mixto. Neque etiam v.g. de una forma cor-
poreitatis, de hac enim iam egimus, de aliis vero suo loco
agemus. Hic ergo solum tractabitur a nobis quaestio illa
celebris v.g. plures formae imperfectae et subordinatae
animae principali dentur in aliquo composito ut v.g. in
homine dentur formae carnis ossis cartilaginis etc.
insuper Anima rationalis.

Partem affirmativam tenet Scotus in 4 d.
q 3. a 2 § ad rationes. Lessius de perfectionibus di-
vinis lib 13 c 21 n 123 Coninck tomo 1 de sacramen-
tis q 76 a 2 dubio 1 Bandinus lib 2 de Anima disputatio-
ne 8va qui ipse hanc sententiam propugnat et alii
recentiores.

Negativam tenet S. Thomas 1 p. q 76 a. 4 Aegidius
Romanus et Herveus libris integris de unitate formae
conscriptis. Quos sequuntur Thomistae et Suarez
d 13. s 3 et d. 15 s 8 n 29 Vasquez tomo 3 in 3
d 186 c 2 Fonseca 7 metaph c 12 q 1 s 7 Conimb.
1 de generat. c 4 q 19. Hurtadus d 4 physica
s 3 et multi recentiores

Dico 1. probabilius est in viventibus praeter ani-
mam viventis non dari formas partiales. Probatur
Nulla est necessitas ponendi tales formas simul cum
Anima seu forma viventis. Ergo non debent poni.
argumentandi modo utitur Aristoteles 1 de Anima t.
ad probandum quod in uno vivente una tantum detur
Anima. Nam inquit si sunt plures Animae partiales
debet dari aliqua quae se habeat ut continens et
respectu aliarum. Atqui haec continens si ponatur
est illa sola a qua possunt procedere omnes op-
rationes quae fiunt a vivente. Quod argumentum
Aristotelis si concludit idem omnino probabit non esse
necessarias formas partiales. Idem Aristoteles 2 de p
tibus Animalium c 9. habet Natura inquit eadem

ossis et Cartilaginis est quamquam plus minusve quod ratione interest. Ergo os et Cartilago non differunt specie cum non differant secundum naturam. Item 2 de Anima t. 8 ait carnem et os post mortem esse æquivoce carnem etc. Rndent aliqui ita intelligendum esse Autem quod dicit ea esse æquivoce talia quoad rationem quatenus oculus post mortem non est amplius instrumentum videndi aut Caro sentiendi. Sed hæc glossa non est iuxta textum et ideo ipsi etiam Conimbricensibus displicet quia plus loco citato dicat Animam esse formam constitutivam oculi quoad substantiam, et oculum sine Anima esse sicut oculum pictum. Oculus autem pictus est æquivoce oculus quoad substantiam et non tantum quoad usum

Probatur 2do In Corruptione hominis v.g. quod est vera mutatio substantialis non producerentur aliquid de novo. Nam adversarii volunt manere easdem formas partiales absente Anima, et nullam aliam de novo produci quod est contra rationem Aristotelis qui probat Corruptionem unius esse generationem alterius, et e contra; et est contra definitionem mutationis substantialis quæ dicitur esse mutatio totius in totum etc.

Probatur 3tio Ex regula dignoscendi principium substantiale formale scilicet quod sit prima radix omnium quæ requiruntur ad Ens quod resultat ex tali forma sicut dispositiones et proprietates sunt accidentia quæ exiguntur à forma. Ergo cum Anima exigit carnem oculum ossa etc ratio Carnis oculi ossis erit accidentale quid

Probatur 4to Si ponerentur illæ plures formæ in uno Composito, non videtur esse ratio refutandi eos qui admittunt plures Animas in uno vivente uti vidimus in primo argumento. Sequela probatur nam posset aliquis dicere vegetativa est subordinata rationali sicut partialis forma totali Probatur ultimo Materia cum forma substantiali facit unum Ens per se et Completum. Ergo ubi erunt plures formæ

erunt plura entia per se et completa: Atqui in homine sunt plures formae, ergo sunt plura entia per se completa. Ergo non unum. R. dent in ordine ad cum forma substantiali totali faciunt unum per se concedo; cum forma partiali incompleta et subordinata nego; sed contra illa entia sunt completa quae habent formam quae dat esse simpliciter; Atqui etiam formae partiales in sententia auctorum horum dant esse simpliciter. Ergo faciunt ens per se completum: et hac de causa caro R. reponitur in linea recta praedicamentali. At vero non est conceptibile quod desit formae partiali in ratione formae et quale incompletum habeat in ratione formae? Quodsi vero non habet cur non facit cum materia unum per se. Alias multas probationes praetereo quae passim inveniuntur apud recentiores maxime Suarez qui disput. 15 inquit non esse conceptibile quod una forma substantialis sit dispositio permanens ad aliam quia unaquaeque forma dat esse simpliciter et constituit essentiam completam in genere substantiae.

Dices 1 Sensus indicat dari huiusmodi formas. Ergo dantur. Probatur Antecedens non magis sensus indicat differre os a carne quam lapidem a ligno; sed lapis differt a ligno per formam substantialem, ergo et os a carne. R. negando Antecedens sensus enim non indicat diversitatem formarum substantialium qui non percipit illas cum solum percipiat accidentia ex quibus paulatim manuducitur intellectus ad cognoscendam substantiam. Diversitas porro substantiae non habetur solum a diversis accidentibus vel dispositionibus quae bene possunt procedere ab una eademque substantia: unde in homine operatio crescendi et loquendi quae sunt valde diversa non indicant diversitatem animae.

Dices: Si non darentur formae partiales Car-
nis et ossis, adimeretur nobis via colligendi diversita-
tem principiorum substantialium. Ergo dantur. Resp. Antecedens
unica via colligendi illa est diversitas dispositionum
et operationum; sed in osse et carne sunt dispositio-
nes diversae. Ergo et formae. Confirmatur quia non
solum videmus diversas sed etiam repugnantes et se
invicem destruentes dispositiones in partibus anima-
lis v.g. in corde calorem, in cerebro frigus. Ergo non
possunt ab una anima exigi, nam alias exigeret
sui destructionem.

R. viam colligendi diversitatem principiorum
substantialium esse diversas dispositiones non subordi-
natas, nec in eodem supposito nec in bonum alicuius
exigentis illas sicut accidit in vivente. Ad
confirmationem R. Animam eandem exigere opositas
dispositiones in diversis partibus materiae, per acci-
dens se invicem destruentes: unde negatur sequela quia
ut aliquid dicatur exigere corruptionem sui non
sufficit ut aliquid exigat quod est destructivum sui
per accidens. Et certe nec adversarii possunt ne-
gare saltem ultimate eas opositas dispositiones
debere referri in Animam quae est principium radi-
cale et formarum et dispositionum opositarum.

Objicies 2. Antequam corpus animetur
dantur tales partes organicae ossis carnis etc. et illae
remanent post adventum Animae; sed ante adventum
illius erant illae partes tales per formas proprias
partiales. Ergo et post retinebunt easdem. Respondeo
patebit melius ex libris de Anima pro nunc dico
organizationem illam antequam adveniat ani-
ma hominis a forma illa quae immediate antecedit
animam sive sit forma seminis sive quaecunque alia
provenire quae forma exigit illa in via et per
modum dispositionis ad formam viventem

Obijcies 3. Omne vivens constat corpore et Anima; sed corpus in illo non est sola materia prima, neque materia prima accidentibus affecta sumpta cum Anima. Ergo est materia prima cum distinctis formis partialibus. Hoc probatur quoad primam partem quia etiam in non viventibus est materia prima et tamen illa non dicuntur componi ex corpore et forma aliqua totali. Secunda pars minoris eodem modo probatur quia alias de ratione compositi substantialis formaliter essent accidentia. Tertia item probatur quia si anima dat esse corporis quando homo dicitur componi ex corpore et Anima sensus erit homo componitur ex anima et materia et Anima.

Pro solutione Nota difficultatem hanc esse quid v-galiter nomine corporis physici contradistincti a forma nam aliqui volunt per hoc corpus accipi solam materiam: alij materiam cum connotatione accidentium alij materiam primam cum aliqua forma indeterminate accepta ut videre est apud citatos authores praesertim apud Rubium de modo quo Anima informat corpus in Physica minori q. 5 n. 369. Jam Respondeo negando minorem saltem quoad tertiam partem ad probationem nego sequelam illam saltem quod si homo componeretur ex corpore et Anima componeretur ex Anima et materia cum Anima; nam Anima vel forma dans esse corporis non importatur in recto sed sola materia prima. Unde sensus illius praedicationis est Homo constat ex Anima et materia connotante id quod dat esse corporis saltem inadaequate; Nam Anima seu forma non est ratio adaequata dans esse corporis licet sit ultimata. Quoad primam partem non incongrue negatur minor nam esto non viventia non dicantur constare corpore et forma, hoc tamen est solum ex usu et modo loquendi hominum qui voluerunt partem materialem vocare corpus nisi ubi formalis vocatur Anima; et quia forma non viventium

non appellatur Anima etiam altera pars non appellatur Corpus. Alterum dissidium est de nomine. Quoad secundum etiam modum loquendi argumentum non habet magnam vim; nam etsi organicum et organicum dicat accidentia, illud tamen pro quo supponit corpus organicum et quod importatur in recto non est nisi materia; unde compositum non est ex anima et corpore organico ut organico sed ex Anima et eo quod est organicum.

Dices. Anima rationalis non dat esse corporis Ergo falsa responsio. Probatur Antecedens quia Anima non est corporea neque extensa. Ergo non potest dare esse corporis. Respondeo cum Rubio distinguendo Antecedens non dat esse corporis ut quod concedo ut quo nego id est non est extensa concedo; non facit cum materia compositum cui debeatur terna dimensio ut proprietas nego

Obiicies 4. Os habet aliam definitionem quam Caro Ergo differunt quoad formam. Respondeo habet aliam definitionem si consideretur secundum substantiam et essentiam suam os et caro nego; si secundum accidentia diversa quae requirit Anima in diversis partibus materiae ad conficienda instrumenta suarum operationum concedo. Quare os et caro secundum substantiam sunt homogenea saltem in homine vivente, heterogenea secundum accidentia; Os vero et Caro in homine vivente et deinde in mortuo uti diximus sunt heterogenea. Et quamvis sensus non videat disparitatem nihil refert cum illius non sit nisi percipere accidentia. Unde etiam quia homines fere ducuntur sensu dicunt manum mortuam et vivam esse eandem quia vident eadem fere accidentia utrobique

Dices. Ubi sunt eadem accidentia ibi est eadem in rigore forma; sed in manu mortua et vivente sunt eadem accidentia. Ergo eadem forma. Respondeo distinguendo maiorem ubi sunt eadem accidentia ut in subiecto adaequato alicuius formae ibi est eadem forma concedo

ut in subiecto inadaequato alicuius formae et nego.
Similiter respondeo ad minorem in manu mortua
et viuente sunt eadem accidentia ut in subiecto
adaequato respectu Animae nego ut inadaequato conce[do]
Anima enim cum non solum sit informatiua manus se[d]
aliarum etiam partium requirit ut etiam reliquae pa[r]
tes habeant dispositiones requisitas quae dispositio[nes]
in toto subiecto quamdiu durant augment manere
eandem Animam; ubi autem non omnes durauerin[t]
dispositiones in toto subiecto quamuis in aliquibu[s]
partibus durent non augment manere eandem for[mam]
etiam in partibus particularibus quae nihil de dispositioni
bus perdiderint de qua re inferius.

Obijcies 5. Id quod mouetur debet esse [in]
actu 5 Phys t. 5. sed in animalibus anima est m[o]
uens et corpus est quod mouetur. Ergo corpus debet [esse]
Ens actu non per ipsam Animam mouentem quia al[ias]
esset idem mouens et motum. Ergo per aliam ali[quam]
formam distinctam. R. 1mo concedendo totum excep[ta]
ultima consequentia et dicendo materiam esse Ens act[u]
actu entitatiuo per suammet entitatem prout dictum [est]
physica § 3. R. 2do Autem in illo textu non velle [quod]
Anima sit mouens et corpus motum; sed quod Anima
residens in aliqua parte principua corporis in qua etiam
facultas motrix residet, moueat reliquas partes corp[oris]
quae sunt etiam actu informata ab ipsa anima. vid[e]
Fonsecam 2 Metaph. c 12 q 7 § 9 ad 4.

Obijcies 6. Potest pars abscissa reuniri vi[uo]
viuente ac viuere sicut antea. Ergo retinuit eandem [for]
mam, alioqui non posset iterum ab ea informari quia
a priuatione ad habitum non datur regressus. R[espon]dent aliq[ui]
negando Antecedens ita Conimbricenses apud Suarez § 10 n 3
Caeterum esto reuniatur pars, id non fit ideo quia re[ti]
net forma partialis, imo nec omnes omnino dispositiones

tiones invariatis manent; sed quia per medicamenta producuntur dispositiones pristinae in parte abscissa quam Anima incipit denuo informare. Hec est inconveniens inquit Soarez ex partiali illa et momentanea privatione redire ad habitum; quia forma in se integra mansit et dispositiones quae in tali parte erant ad eandem numero formam eaedem pene remanserunt.

Sectio 3

Solutio Cuiusdam peculiaris Obiectionis Theologicae

Obiicies 7 sequi ex nostra sententia quod non fuerit idem Corpus Christi in Cruce et in sepulchro; sed hoc est contra SS Patres quos plurimos citat Fonseca et Coninch. R. 1mo negando minorem si intelligatur per Corpus materia prima connotans accidentia vel sola materia prima. R. 2do omissis aliis cum S. Thoma 3 p. q 50 a 5 ubi hoc argumentum ex professo examinat et solvit negando maiorem vel melius distinguendo maiorem non fuisset idem Corpus in sepulchro quod fuit in Cruce secundum omnia concedo; secundum ea quae sufficiunt ut dicatur idem Corpus simpliciter sine addito et nego. Nota enim ex D. Thoma loco citato aliquando aliquid dici simpliciter tale quia dicitur sine addito licet non sit tale totaliter, absolute tamen tale dicitur pro quo citat Autem 2 Topic c 4 in fine quia distinctione supposita asserit S. Doctor quod Corpus Christi vivum et mortuum non fuit idem simpliciter hoc sensu quod fuerit idem omnino totaliter; fuit tamen idem simpliciter hoc sensu quod potuerit dici idem sine addito: ad hoc enim ultimum sufficit inquit ut supposito sit idem Corpus Christi vivum et mortuum; supposito autem idem fuit quia non habuit aliam hypostasim seu subsistentiam quando fuit vivum ac quando fuit mortuum. Sed eandem Subsistenti[am]

[...]a nexui in quo differt ab aliis compositis in quibus ut videbimus mutatur suppositum saltem partiale. Pro qua do[ctri]na in universum melius intelligenda Nota non esse eandem rationem et paritatem inter Concre[t]a accidentalia et substantialia, nam ut dixi in Logica concreta accidentalia non multiplicantur nisi multiplicato subiecto quod semper importatur in recto; hinc est quod si tres albedines ponerentur in uno subiecto non fore nisi unum album et vice versa si una albedo poneretur in tribus subiectis fore tria alba; Concreta autem substantialia quae conflantur ex substantia seu supposito et natura certum esse quod ad solam multiplicationem suppositorum non multiplicantur. Nam de facto essentia divina est in tribus personis et tamen non sunt tres Dii unde expresse S. Thomas 3 p. q 3 a 7 ad 2 si duae inquit personae divinae assumerent unam naturam humanam diceretur unus homo cuius rei ut exactiorem reddamus rationem

Nota 2. Ex Arist. 7 Metaph. c 1 t 2 per hoc differre substantiam ab Accidente quod substantia sit primum Ens inentium a natura Accidens vero est Ens in ordine ad aliud id est ad substantia[m]

ad est ad substantiam; substantia autem ut bene notat S. Thom 3 p q 2 a 6 ad 3 ex Arist. dupliciter accipitur uno modo pro essentia sive natura alio modo pro supposito, et utroque modo accepta substantiae convenit signum demonstrativum hoc Concreta vero accidentalia hoc non habere et semper signum demonstrativum hoc cadere supra subiectum et idem dicendum de quibuscumque adiectivis

Nota 3. Substantia cum importet suppositum et naturam ita tamen ea importat ut illud quod exprimitur accipiatur determinate illud vero quod includitur et non exprimitur solum disiunctim ut si dico hic homo hic appellat naturam humanam determinate suppositum vero vel subsistentiam appellat disiunctim, et sensus est aliquod suppositum habens hanc naturam humanam. Cum vero dicitur hic persona hic Hoc appellat suppositum determinate naturam disiunctim et sensus est haec persona habens aliquam naturam intellectualem. quomodocunque vero dicatur semper tenendum est huiusmodi concreta supponere pro supposito in recto pro natura vero in obliquo in quo non differunt a concretis accidentium

Ex his habetur discrimen inter nomina substantiva substantialia et reliqua omnia adiectiva seu accidentalia, quod cum ex dictis ex Arist. tam suppositum quam essentia sit substantia et substantia sit primum his intentum a natura, consequenter nomina substantiva significantia naturam ut Homo important quidem illam ut formam non tamen advenientem sed ut primario constituentem ipsum primum hoc seu primariam essentiam eiusdem;

h

et ideo quando natura significatur formaliter et explicite per aliquod nomen substantivum cum signo demonstrativo tale signum cadit supra naturam modo explicato sicuti dixi hic homo significat aliquod suppositum vere habens hanc naturam;

Unde infertur quod si essent plura supposita habentia eandem naturam non forent plures homines quia non multiplicatur id supra quod cadit ly hoc vel hic. E contra vero concreta accidentalia cum significent formam accidentalem de cuius ratione est ut sit eius in alio seu alteri adveniens praesupponunt subiectum tanquam hoc aliquid constitutum in esse quod demonstrari possit determinate pro subiecto supra quod cadit tale signum: Quare hoc album facit talem sensum, hoc subiectum habens aliquam albedinem: Unde fit ut nisi multiplicetur subiectum quantumcunque multiplicetur forma nunquam concretum multiplicetur. Quae omnia pulchre declarat S. Thomas 1 p. q. 39 a. 3 ex quibus etiam infert Caietanus 3 p. loco citato propterea inquit licet unitas suppositi optime inferat singularitatem concreti substantivi quale est ly Homo; non tamen multitudo suppositorum infert pluralitatem nominis substantivi etc.

Dices Ex dictis videtur inferri si ponerentur tres humanitates in eodem supposito futuros tres homines quod cum aliis concedit Vasquez 1 p. d. 155 c. 4 eo quod diversa sit ratio in concretis accidentalibus et substantialibus nam in substantialibus unitas seu multiplicitas concreti sumitur a natura in accidentalibus vero a subiecto. R. negando sequelam tum primo quia sequeretur quod Christus Dominus essent duo viventes contra id quod habetur in symbolo Athanasii qui licet Deus sit et homo non duo tamen sed unus est Christus: patet sequela quia si duae humanitates cum uno supposito facerent duos homines ergo duae naturae

viventes cum uno supposito duo viventia. Legat qui vult Soarez qui hanc sententiam sequitur et probat 3 p. tom. 1 d. 13 s. 3. Ratio est quia ut aliqua sint plura debent multiplicari ea quae importantur in recto in ipsis et cum suppositum importetur in recto licet vage aliquando, ad hoc ut sint plures homines simpliciter deberent esse plura supposita per quae distinguerentur. Unde ratio ulterior desumitur quia cum suppositum sit terminus naturae per quem redditur incommunicabilis alteri, consequenter non possunt esse plura concreta substantialia v.g. plures homines, nisi sint plures rationes per quas naturae sint incommunicabiles, et unum negari possit de altero concreto in recto v.g. unus homo de altero homine; ut unum autem negetur de altero in recto, requiritur ut distinguatur etiam secundum id quod dicit in recto ab eodem. Cum vero suppositum sit quod importatur in recto in concretis substantialibus sequitur ad hoc ut sint plura concreta debere esse pluralitatem suppositorum. Ex quibus omnibus habetur ad pluralitatem concretorum substantialium requiri tam multiplicationem suppositorum quam naturarum, et altera deficiente non erit pluralitas concretorum. Unde etiam est quod licet corpus Christi vivum et mortuum possit dici diversum specie, quia ratio speciei praecise desumitur a forma; non tamen simpliciter potest dici diversum loquendo etiam de diversitate numerica quae desumitur a diversitate etiam suppositi

Obiicies 8. Si non essent formae partiales eaedem in mortuo quae fuerunt in vivo, sequeretur Christum mortuum habuisse aliquam formam quam non habuit vivus hoc est absurdum Ergo. Prob. seq. quia sequeretur quod resurgens Christus dimisisset aliquid quod habuit antea contra receptum a Theologis axioma Damasc. quod semel assumpsit numquam dimisit: vel quod forma in mortuo Christo non fuerit unita verbo. Unde si quis triduo mortis consecrasset hostiam non potuisset divinum verbum ponere sub speciebus panis

materiā Corporis Christi cū forma mortui; quia illud
solū Corpus ex vi verborū sub speciebus panis poni potuisset
quod erat Christi cū hæc verba proferret; sed forma
illa non erat Christi quia non erat unita verbo. Ergo
non fuisset posita. R. Concedendo sequela et negando
minorem ad primā partem probationis concedo in
rigore Christū dimisisse aliquid quod assumpserat
hoc tamen non est contra Axioma; Nam illud tantū
intelligitur de assumptione eorū quæ primaria inten
tione assumpta sunt ut ait Suarez d. 51 s. 3 Vasquez
et alij; non autem de assumptione eorū quæ secunda
ria intentione assumpsit, qualis est forma illa in Cor
pore mortuo quæ per Accidens fuit assumpta, ne
scilicet materia post discessū animæ maneret sine
forma. Ad 2dam partem probationis nego non
fuisse unitam verbo; et sic si quis in triduo conse
crasset ex vi verborū saltem concomitanter posuisset
illam formā mortui sub speciebus panis

Obijcies 9. Nisi admittantur formæ par
tiales non facile potest explicari quid veniat nomi
ne corporis in consecratione hostiæ. non materia pri
ma cum Accidentibus quia alias conversio panis
in Corpus Christi non esset transubstantiatio sed
transaccidentatio contra tridentinum. Non etiam
materia cū Anima ut dat esse corporis quia triden
tinū sessione 13 cap. 3. expresse definit animā
in hoc sacramento non esse ex vi verborū sed concomi
tanter, Esset autem ex vi verborū si Anima spectaret ad
formale significatū corporis: quia id ex vi verborū
est in hoc sacramento quod ad formalem signifi
cationem verborū spectat. nec dicas eam quidem
ut dat esse corporis esse formaliter ex vi verborum,
non autem secundū reliquos gradus qui tantū conco
mitanter ponuntur: Nam contra est reliqui gradus
sunt identificati cū illo gradu ac proinde non conco

mitantur sed identice ponuntur: Concomitanter enim poni cum corpore est ita poni ut licet non poneret concomitantia corporis, adhuc tamen formale significatum corporis salvaretur; implicat autem in praesentis consecrationis formale significatum corporis absque anima poni cum ponatur in praesentis consecrationis corporis viventis.

2º nomine corporis posse intelligi materiam primam connotantem accidentia; neque tamen sequitur ex hoc quod conversio panis in corpus Christi sit transubstantiatio, quia terminus conversionis primo et per se et in recto importatus est substantialis. De secundo modo loquendi hic nihil dico aliud, quam non significari solum formaliter nomine corporis corpus vivum sed commune ad vivens et mortuum. Videat qui Suarez citatum in 3 p. d. 88 s. 4. Solum adverte per hoc in verbis consecrationis intelligi corpus humanitatis suppositi habentis vel formam viventis vel defuncti.

Objicies Ultimo. Nos non venerari reliquias Sanctorum cum per nos nulla forma maneat in eis quae fuit in vivo corpore Sancti. Sed venera hoc argumentum nimium probat; nam etiam veneramur vestes Sanctorum quae non retinent formas partiales. Item sudariola vestes et quae nunquam habuere formas partiales. Veneramur ergo reliquias tanquam eas quae fuerunt talis Sancti partes vel habentes aliquid ad eum.

Sectio 4

An in Animali mortuo dentur Formae partiales vel cadaveris?

Duplex est hac in re sententia inter eos qui formas partiales 1ma Communis admittentium

formam cadavereitatis in animali mortuo
altera est aliquorum recentiorum admittentium
in animali mortuo formas partiales ossis car
nis et quas quidem formas non vocant ideo par
tiales et in eo sensu in quo partialistae admittunt
illas in vivente, quasi essent subordinatae alicui to
tali formae; sed quia in uno cadavere putant non
esse unam integram formam

Pro solutione Nota breviter non posse
unica forma informari partes discontinuas posse
tamen e contra eandem materiam continuam
informari diversis formis iuxta diversas partes
exemplum est in ligno viridi et sicco quod videtur
continuum ad sensum licet non sit continua nisi
sola materia. Rursus fundamentum Authoris ut vi
debimus quo negant in vivente multiplici
tatem formarum, est, debere dari unam Animam
continentem et colligantem omnia quod non
habemus necesse dicere in cadavere (in quo
apparet facilis dissolutio carnis ab osse ut
et caeterorum membrorum ab aliis; si autem esset
una forma continens sicut in vivente, non appa
reret tam facilis dissolutio. Praeterea cadaver
non est Ens aliquod per se intentum a natura
quod debeat habere perfectissimam unitatem cum
natura non intendat per se dissolutionem in qua
via est cadaver. Quibus positis

Dico 1. probabilius est in cadavere
dari plures formas. Probatur 1mo ex Authore post separationem
Animae nulla est necessitas ponendi

unicam formam quod requirat istam partium heterogeneitatem quam experimur in cadavere. Ergo non unica forma sed plures. Probatur Antecedens tota ratio ut ponatur heterogeneitas partium in viuente est diversitas operationum quas exercere debet Anima in corpore quod est principium totale exigens partes ad sui conservationem; sed talis ratio cessat in cadavere. Ergo in eo non est necessitas ponendi principium aliquod exigens istam heterogeneitatem.

Dices, Remanere talem heterogeneitatem ex necessitate materiae quia scilicet reperiebantur tales dispositiones in viuente, et deinde non assignatur causa illas destruens. Sed contra hoc non est probare dari unicam formam cadaveris, sed assignare rationem cur remaneat talis heterogeneitas quam ultro concedo: sed ea posita adhuc superest quaestio a qua forma tales partes informentur; cum autem non urgeat nos ratio ponendi unicam formam in cadavere sicut ponebamus in viuente malumus ponere plures formas. Unde cum laboravimus in explicando quomodo in viuente posita tanta heterogeneitate partium sit unica tantum forma, non erit necesse in cadavere ponere unicam formam quae exigat tantam heterogeneitatem partium quantam exigit Anima.

Probatur 2do ex notando separatam Animam partes corporis non continentur ut antea. Ergo non informantur unica forma. Patet Antecedens experientia. Consequentia probatur quia unica forma continet diversas partes ne fluant vel diffluant

uno si fluant reparat illas; at cum in cadavere et cito fluant et non reparentur non erit ratio cur in eo ponatur unica forma continens. Confirmatur hac ratione facilius Rdetur multis admirationibus quas objiciunt contra admittentes formam cadaveris scilicet lanam pellem carnes omnes demum vivi non differre et similia quid tamen in nostra sententia vim non habent nec relinquunt locus ad admiratonem.

Objicies. 1 Omnia alia composita substantialia informantur unica forma. Ergo etiam cadaver. R negando consequentiam et paritatem quia cadaver est aggregatum ex pluribus compositis substantialibus colligatis simul uti duo corpora aglutinata vel ut est eadem virga cuius media pars sicca sit media viridis.

Objicies 2. Ergo cadaver esset aggregatum per accidens uti acervus lapidum R concedo consequentiam quoad formas ita tamen ut omnes sint in una materia continua. Dicitur autem cadaver unum eius quatenus plures formae succedunt informando unicam materiam in via corruptionis quae antea informabatur ab unica Anima

Quaeres. Quid sit Causa Efficiens formarum partialium? R 2do quam alii assignant causam formae cadaveris eandem ego assignabo harum formarum. Pro pleniori tamen responsione

Nota 1. Cum Animal mori possit multipliciter ex causa igne ferro veneno morbo et consequenter causam per se applicantem tantum et removentem prohibens esse illam quae applicat ferrum venenum et immediatam vero causam esse dispositiones oppositas vivendi; negativam autem ultimam esse negationem conservationis. Causam vero positive dispositivam pro formis partialibus esse combinationem qualitatum requisitarum pro talibus formis

us pro forma cerebri pro forma Cordis est. Hic
autem oritur difficultas cum hinc harum formarum introdu-
cantur cum sunt dispositiones pro illis, quando a-
sunt tales dispositiones non est ratio cur desinat
esse Anima quae sufficienter animat corpus cum sunt
dispositiones requisitae iuxta naturam singularum fi-
gurare.

Nota 2. Animam requirere completas disposi-
nes pro sui conservatione in toto corpore quod
afficit indivisibiliter etiamsi Anima sit divisibili[s]
(exceptis animalibus imperfectis ut serpentibus etc.)
in hoc sensu scilicet quod si desint dispositiones
vel debita continuatio partium necessariarum cesset
anima informare corpus. Rursus Anima exi-
talem heterogeneitatem partium cum talibus accidenti[bus]
quae non solum conservant quomodocumque frigus
calorem etc et alia huiusmodi talium organorum
sed etiam in iis requirit tantum frigus calorem
tantum humiditatem siccitatem quibus deficientibus
licet maneant dispositiones alioquin sufficientes pro
conservatione talis organi si deberet informari pro-
pria forma, non tamen manet Anima quia
requirit organa taliter disposita pro suis operat-
ionibus. Quo posito dico requiruntur ad introdu-
nem formarum partialium ut formae cerebri pr-
negativum nempe ut in ea parte vel in aliis s-
quibus conservari non potest Anima non sint dispo-
sitiones requisitae pro anima. Alterum positivum
id est talis combinatio accidentium qua ~~[illegible]~~
cumque conservari possit entitas talis partis ut
cerebri. Ubi vero ita immutarentur dispositiones
pro cerebro ut non possit conservari entitas spe-
cum sua natura, tunc introducitur aliqua al[ia]
forma imperfectior.

Nota 3. Causam efficientem harum formarum
assignari posse valde probabiliter Deum qui in
alia creata causa supplet munus. Et certe ...

i.

ego. quis sit Causa productiva formis C. rerum quae remanent post combustiū lignū, aut quando na- scitur rana ex putredine; aut quando pisces resol- vitur in elementa per putrefactionem. quod illi dicent dicam ego, et quia probabilissima sententia est in his casibus seu agere dicas Causā creatā, probabi- lissimū est in nostro Casu illas formas produci a deo

Sectio 5

V. Plures formae totales possint infor- mare eandē numero materiam.

Suppono cū Communi sententia non posse duas for- mas totales substantiales naturaliter informare ean- dem numero materiam; quod prae ceteris bene ostendit Suarez d 15 s 10 n 67 sufficienter enī potentia materiae actuata est per unam formam Item formae diversae requirunt dispositiones natu- raliter incompatibiles quod est signū etiā eas esse naturaliter incompatibiles. Et certe si naturaliter posset materia habere duas formas totales substan- tiales non esset ratio cur non posset habere infi- nitas. Difficultas ergo tota est V. de potentia absoluta possint duae formae totales substantiales et non subordinatae informare eandem numero materiā

Communis sententia negat repugnare de poten- tia absoluta quam sequitur et probat Suarez citatus et 3 tomo in 3 p. d 48 s 3. Fonseca 5 metaph. c 4 q 4 s 5 Murcia in 2 phys d. 3 q 7 et alij plerique recentiores. Affirmationem ample- ctuntur multi Thomistae Complutenses d. 4 physica q 6 et aliqui recentiores qui tamen alijs princi- pijs rem defendunt

Dico 1 Non repugnat eandem materiā numero plures formas totales substantiales sustentare virtute divina. Haec sententia est Communis autorū princi

sententiae et eam etiam recentiores quidam amplectuntur qui alioquin favent secundae sententiae. Probatur nulla apparet repugnantia cum materia actu ultra formam canis non possit a Deo elevari ad causandam formam bovis in genere causae materialis sicut antea causaverat formam canis. Ergo potest materia una numero sustentare duas formas substantiales non subordinatas. Et certe haec conclusio difficultatem nullam potest habere si supponamus quod detur potentia obedientialis passiva quam plerique autem supponunt.

DICO 2. Non repugnat duas formas substantiales non subordinatas uniri eidem numero materiae saltem unione substantiali. Est etiam auctoritatum pro prima sententia et quorundam recentiorum pro secunda. Probatur 1mo per plerosque auct. non potest sustentare materia formam quin uniatur illi. sed probavimus posse sustentare duas form. Ergo potest uniri duabus formis saltem unione substantiali. Probatur 2do Nulla est repugnantia Ergo potest id fieri. Antecedens constabit ex solutione objectionum. Confirmatur Non repugnat plures numero formas accidentales uniri eidem numero materiae. Ergo neque substantiales. Probatur consequentia Non minus ~~est~~ ex Accidente et subiecto fit unum compositum Accidentale quam ex forma substantiali substantiale. Ergo sicut non obstante composito Accidentali potest advenire altera forma accidentalis, ita non obstante composito substantiali potest advenire altera forma substantialis. Confirmatur 2do Capacitas naturalis in ordine ad cer. gradus potest superari virtute divina. Ergo etiam in ordine ad aliam formam supposita iam una. Consequentia patet

communis enim conceptus hominum apprehendit eandem in
capacitatem in materia in ordine ad ingenti gradus ca
loris quam ad formam ligni et ignis. ubi Aduerte
nomine unionis informatiuae intelligi illam quae perficiat
utramque partem et intrinsece afficiat formam et materiam;
nomine vero sustentatiuae unionis intelligunt illam quae
solum intrinsece afficiat materiam ut in qua induit vel quam
perficit non autem formam: sicuti de facto unio hypostatica
afficit et perficit solam naturam humanam non
verbum

DICO 3. Non repugnat duas formas substantiales
non subordinatas uniri eidem numero materiae etiam
unionibus informatiuis. Probatur 1mo Nulla est repugnantia
ut vidimus ex solutione obiectionum. Probatur 2do Ad ho
minem si possunt duae formae substantiales uniri unio
one saltem altera sustentatiua, poterunt uniri unio
nibus informatiuis, vel si non unionibus informatiuis
nec sustentatiuis. Probatur Consequentia eadem ratio militat
pro his ac pro illis unionibus et idem argumentum ac re
pugnantia quae videtur esse in his est etiam in aliis
unionibus. Nam sicut arguis ex eo quod si materiae uni
tali formae substantiali unione informatiua adveniat
alia forma et eidem rursus materiae uniatur unione
informatiua, fore ens completum per se et non completum
Ita ego arguo non minus ex forma substantiali et mate
ria prima intercedente unione sustentatiua fit unum per
se completum quam intercedente unione informatiua. Ergo
si intercedente unione sustentatiua non sequitur fore
ens completum et non fore; neque sequitur si intercedat
unio informatiua. Probatur Antecedens in unione hypostatica
quae est sustentatiua per hos auctores qua interce
dente fit unum ens per se. quod optime confirmatur
ex symbolo Athanasij ubi dicitur Nam sicuti anima
rationalis et caro unus est homo ita Deus et homo
unus est Christus. Et certe non est ratio quare ex

forma et potentia eiusdem generis inter quas intercedit uni-
one sustentativa non fiat unum per se.
Item sicuti ex eo quod si praesupponatur ali-
subiectum materiam primam non fore primum sub-
-stratum secunda forma substantialis adveniens et praesup-
-ponens aliam in subiecto non foret primus actus et
huiusque nec forma substantialis. Ita ergo etiam argui-
non minus per unionem sustentativam quam informa-
-tivam advenit materiae habenti formam substantialem
alia forma substantialis. Ergo si in uno casu ar-
ex eo secundam formam non esse substantialem
etiam in secundo casu arguetur secundam for-
advenientem non esse substantialem.
Dices. Ex materia et forma inter quas cadente unione
sustentativa non fit unum per se et est adhuc esse-
aliter incompleta in ratione ipsa substantiali eo-
connaturaliter adhuc exigat formam substantialem
informantem se et actuantem. Sed contra
ut probavimus ex symbolo Athanasii etiam ubi
percedit unio sustentativa fit unum per se si sint
eiusdem generis. Neque obstat quod materia
in dicto casu exigat unionem informativa-
nam ex hoc non arguitur quod sit incomplet-
in ordine ad compositum sed in ordine ad tale c-
connaturale compositum. Unde etiam non exigit alia-
formam sed solum connaturalem unionem
Arg. 2do Talis unio sustentativa inter mate-
et formam repugnat. Ergo. et ratio est quia cum ad-
-versarii dicant illam unionem non perficere utra-
partem hoc ipso non potest esse unio inter illas
non est enim conceptibile quod duae partes in-
-pletae capaces perfectionis et complementi commun-
per unionem physicam, et quod utraque pars non
-ficiatur intrinsece sed de hac ratione inferius plur-

Obijcies 1. Impossibile est ut id quod est Ens
per se totum et substantialiter semel completum non sit Ens
per se totum et substantialiter completum: atqui si ma-
teria unita uni formae substantiali unione informati-
va posset adhuc aliquam aliam formam substantialem
ibidem per unionem informativam recipere, non esset
substantialiter completum Ens per se. Ergo esset et
non esset substantialiter completum Ens. Nova probatio nam
materia est substantialis potentia quae per primum actum
substantialem totalem unione informativa sibi unitum
actuatur perfectivo et completivo in ratione Entis per se
Ergo si secundus actus substantialis totalis pariter
unione informativa iam sic actuatam materiam commun-
icare posset deberet posse eandem complere et in ratione
Entis per se completi constituere, quod esset signum quod
non esset completa sed adhuc completibilis. Ergo materia
prima taliter actuata esset ultimo constituta et com-
pleta et non ultimo constituta ac completa.

R. distinguendo minorem non esset Ens completum in se
spectata materia concedo: non esset Ens completum
id est ex illa et forma non fuisset factum Ens comple-
tum et nego. Ad probationem R. distinguendo actuatur
per formam substantialem interveniente unione infor-
mativa perfectivo actuativo et completivo materia ita
ut illa in sua entitate desinat esse incompleta et
nego, ita ut maneat in sua entitate incompleta con-
cedo: neque enim materia per adventum formae et unio-
nis cuiuscunque desinit esse materia et pars potentialis
et completibilis. Quare quantumcunque sit informata
forma substantiali potest adhuc adveniente forma
substantiali altera compleri id est potest illam in-
trinsece recipere et pati, cum posse compleri et per-
fici in potentiali non sit aliud quam esse tale
Ens quod habeat capacitatem ut alterum sibi uniatur

unde etiā negatur per unā formā simpliciter ult-
compleri materiā ut non maneat saltem per poten-
tiam obedientialem ulterius complebilis

Dices Materia cum forma praecedenti iā est ens com-
pletum. Ergo non potest ulterius compleri. R. distinguendo Ante-
materia est ens completū cum forma praecedente per receptionem
complementi concedo, est ens completum per suam intrinsecam entitatem
et nego, et sic nego consequentiam quoad potentiam absolutam
quoad potentiam naturalem concedo. Pro quo habemus
argumentū a simili in sententia istorū autorū quando eu-
dem effectus accipit esse per duas causalitates addaequatas
et a duabus causis addaequatis, tunc una causa addaequata
dat esse completū et complete effectui. Ergo alia causa
addaequata non potest illi dare esse: item per unā causali-
tatem effectus accipit suū esse addaequatum et completū
Ergo non potest in eo genere amplius compleri id est
non potest accipere ab alia causalitate idem esse
Sicut ergo per hos autores in dicto casu non est contra-
dictio: ita imo multo minus erit in nostra casu
cum complementū quod habet materia sit per rece-
ptionem alicuius quod quidem licet intrinsece ill-
non est tamen ipsa ac proinde ut dixi relinquit ill-
capacem saltem supernaturaliter alterius alicuius fo-
rmae substantialis.

Rdeo 2do ad primū argumentū retorquendo ill-
Nam non minus fit unū completū per se ex materia
et forma substantiali intercedente unione sustentat-
quam informativa. Ergo sicuti non invenitur in primo
implicantia ita nec in secundo. Dices negand-
paritatem. nam quando intervenit unio solū sustenta-
tiva ex parte materiae, non perficitur nec comple-
materia: at vero quando intervenit unio informa-
tiva completur ac perficitur materia unde non p-
amplius compleri; sed contra imo est inconceptibile
quod ratio compleris unitur unione physica parti c-
plebili et quod pars complebilis non perficiatur. Rdeo
saltem non potest negari quin fiat unū per se
materia et forma quo posito redit nis argumen-

scilicet quod esset unum per se et non esset; nam esse per se unum est habere actum unum qui sit eiusdem generis cum potentia

Obijcies 2. Ex complementibus Omnes formae substantiales seipsis sunt immediate incompossibiles quia in actu exercito informant. Ergo si semel vult Deus formam hominis informare aliquam partem materiae, non potest velle ut eadem pars informetur alia forma. Probatur Consequentia non potest posita Causalitate non poni effectus Sed Causalitas qua una forma substantialis expellit alteram ab eodem subiecto est ipsa entitas formae introductae. Ergo illa posita non potest non poni effectus formalis qui est expulsio alterius. Respondeo distinguendo Antecedens formae sunt immediate incompossibiles spectando virtutem naturalem concedo, supernaturalem nego, et nego Consequentiam. Ad probationem nego minorem nam in rigore forma enim posita non est Causalitas expulsionis, licet expulsio sequatur connaturaliter ad positionem alterius formae ut effectus secundarius qui potest impediri sive privativus sive positivus sit

Dices. Effectus secundarius aliquando est de intrinseca ratione formae alicuius. Ergo saltem in illo casu non potest esse una forma in subiecto et advenire altera eidem subiecto Antecedens probatur forma cadaveris habet adiunctam necessario negationem et expulsionem totius et Animae viventis. Ergo effectus secundarius qui est expulsio formae alterius saltem in aliquo est de intrinseca ratione formae introductae. Respondeo negando antecedens ad probationem distinguo Antecedens forma cadaveris habet adiunctam necessario negationem totius ut forma cadaveris et specificative nego ut est sub hac denominatione et reduplicative transeat: nam esto possit cum forma cadaveris esse anima rationalis in eadem numero materia forte tamen non vocabitur nec denominabitur illa forma Cadaveris eo quod ad completam denominationem cadaveris requiritur absentia Animae viventis

Obijcies 3. Sicuti materia est primum subiectum ita forma substantialis est primus actus. Ergo sicuti ex eo quia materia est primum subiectum non potest praesupponere aliud subiectum quia iam non esset primum: ita ex eo quod forma substantialis est primus actus non potest praesupponere illius actus, alioqui non esset primus actus. Sed si d[ivinitus] forma informaret unam materiam unus primus actus praesupponeret aliud primum actum. Ergo ille non esset primus.

R. concedendo Antecedens distinguendo Consequens non potest praesupponi aliud subiectum cui alterum sit subordinatum concedo; quia hoc ipso illud quod praesupponit aliud non esset primum: non potest praesupponi aliud non subordinatum sed diversum plane et nego: ut enim dicam potest una forma quae nunc informat unam materiam informare postea vel simul aliam materiam

Obijcies 4. Non potest natura terminari duabus subsistentijs maxime propria et aliena (intelligendo adaequatis) Ergo neque materia informari duabus formis R. 1mo dubium valde esse inter Theologos an non possit natura creata duabus vel pluribus terminari subsistentijs etiam completis. Qua de re in metaphysica R. 2do si velimus uti autoritate poterit concedi Antecedens et negari Consequentia, quia [...] videntur agnovisse repugnantiam in primo ca[su] non autem in secundo

Obijcies 5. Quod advenit enti in actu non advenit per se sed per accidens hoc est non complet substantialiter. Ergo secunda forma adveniens non complebit substantialiter R. Regulam illam veram esse loquendo connaturaliter non autem in ordine ad potentiam absolutam Dei

Dico Ultimo. Potest virtute divina forma substantialis diversas et discretas materias seu subiecta simul informare Est autem certum pro prima sententia. Prob[atur] Quia hoc nulla involvit contradictionem, nam licet vis informativa ipsius formae determinata sit naturaliter

corpore ad suam tantum materiam tamen sicuti virtus activa agentis et virtus passiva materiae adiuvari possunt ut aliquid amplius efficiat vel recipiat quam secundum suam naturam efficere vel recipere posset: ita etiam virtus Causae formalis eodem divino concursu elevari poterit ut plures simul materias vel subiecta informet. Confirmatur ex Fonseca S. 3. Anima rationalis de facto informat diversas partes materiae continuas tota in singulis existens. Ergo potest etiam discontinuas. Patet consequentia Nulla enim est implicantia cur Deus non possit conservare eandem etiamsi partes discontinuentur. Imo aliquando ita factum esse probabile valde est ubi refertur in vita Beati Dionysii Areopagitae qui truncatus Capite illud gerens ad locum certum deportavit

Sectio 6

Inferuntur aliqua ex dictis et solvuntur

Quaeres) In Casu quo duae formae informarent eandem numero materiam essentne duo supposita? duae naturae vel duo composita. R. 1mo mihi probabilius videri esse duo supposita maxime si forma et materia subsistant sua eadem quae indivisibili subsistentia tunc enim posita nova forma debet poni nova subsistentia. R. 2do probabilius etiam esse quod essent duae naturae etiam quod natura dicat totam essentiam; nam licet materia dicatur natura quia tamen non dicitur natura nisi per ordinem ad formam a qua ubi accipit determinationem ita accipit esse naturam: proinde si duae sunt formae duplex natura et duplex erit essentia. Ratio a priori est quia nomine naturae et essentiae intelligimus id quod est principium et radix determinata passionum operationum qualitatum etc; sed revera in nostro Casu essent duo principia et radices duae determinatae passionum et talium quae in diversis plane aliis naturis reperiuntur. R. 3tio probabile mihi etiam esse in dicto Casu non fore duo composita

in ratione compositi. Ratio quae me movet est illa quam posuimus superius nempe quod sicut ad multiplicitatem et pluralitatem hominum requiritur pluralitas et multiplicitas tam subsistentiarum quam naturarum. Ita ad multiplicitatem compositorum videtur requiri multiplicitas utriusque partis maxime cum tam materia quam forma in hoc concreto et sub hoc nomine compositum importetur in recto. Neque dicas materiam esse partem indifferentem ac proinde ex unitate et multiplicitate illius non esse inferendam multiplicitatem vel unitatem compositi. nam materia non dicitur indifferens nisi in quantum ad sui conservationem non magis exigit hanc quam illam formam, quaevis quaelibet est ratio perfectiva substantialiter, quod tamen non impedit quominus haec materia constituat hoc compositum determinate. Sicuti etiam licet hypostasis importet subsistentiam indeterminate et naturam humanam determinate nihilominus ad pluralitatem hominum requiritur et multiplicitas humanitatum et subsistentiarum. Ita etiam licet materia importetur in hoc concreto ut pars indifferens tamen ut ut dicantur plura composita debebit etiam plurificari materia.

Dices 1. Ergo si duae animae rationales informarent eandem numero materiam essent duo homines et non duo composita. Probatur Antecedens essent duae subsistentiae et essent duae essentiae ac naturae humanae Ergo duo homines. R. Concedendo totum

Dices 2. Non sunt duo composita unum sed hoc est falsum Ergo. Probatur non sicuti ad multiplicitatem compositorum requirimus multiplicitatem utriusque partis, ita etiam ad unitatem compositi requirere debemus unitatem utriusque partis; sed in dicto casu non est unitas utriusque partis. Ergo non est simpliciter unum compositum. Ergo duo.

R. concedendo sequelam maioris loquendo in rigore et nego
minorem. Ad probationem nego maiorem. Ad instan-
tiam enim concreti substantialis satis est quod una pars
non plurificetur quae vel importatur in recto vel supra
quam cadit signum demonstrativum ut apparet in divinis
ubi licet multiplicentur subsistentiae quia tamen non
multiplicatur natura dicitur unus Deus: et in Christo
Domino licet multiplicentur naturae quia tamen subsi-
stentia non multiplicatur dicitur unus Christus

Dices 3. Si ad unitatem compositi non requi-
ritur unitas utriusque partis sequitur quod in casu
quo mea materia deperdita mea forma acciperet
aliam formam fore unum compositum. Sed hoc est absur-
dum. Ergo. Probatur sequela in isto casu non multiplicatur
utraque pars quia manet eadem numero materia
Ergo manet unitas compositi. Ergo unum compositum
R. 2do hoc argumentum non esse tam de re quam de
modo loquendi: quare si velimus nos accomodare modo
loquendi communi prudentum nego sequelam maioris nempe fo-
re unum et dicendum unum compositum: sicuti enim commu-
niter autores in casu quo paries deperdita una albe-
dine acquirit aliam dicunt esse aliud album a priori
licet illud quod in recto importat ly album idem maneat
quia nimirum illud quod importatur in obliquo deperit
et succedit illi aliud. Ita multo magis si velimus sequi
modum loquendi autorum debemus dicere in nostro casu fore
aliud compositum quia una ex partibus quae importatur
etiam in recto deperit et succedit illi alia. Et
esto doctrina illa de accidentibus seu concretis accidenta-
libus non sit vera prout volunt aliqui recentiores
a quibus non multum abhorreo, dum dicunt si paries
heri habuit unam albedinem et hodie deperdita hester-
na acquirat aliam posse me dicere vidi heri hoc album
Est tamen adhuc magna disparitas inter concreta

substantialia et accidentalia; quia in his illud penes quod desumitur multiplicitas, et illud supra quod cadit ly hoc semper manet tam hic quam ibi. At vero in concretis substantialibus quando depereuntur formae et acquiritur alia non manet illud omne supra quod cadit ly hoc. Ratio a priori est quia illa regula de multiplicitate utriusque partis ad faciendum duo concreta non valet nisi quando sunt actu illa penes quod desumitur multiplicitas; unde in dicto casu non multiplicatur compositum cum illa penes quod desumitur multiplicitas scilicet duae formae non sunt simul actu. et ratio ulterior est quia multiplicitas supponit esse et est praedicatum conveniens in rigore rebus actu existentibus

Dices 4 si forma bovis et hominis informarent eandem numero materiam possemus dicere homo est bos hoc est inconveniens. Ergo et id unde sequitur R. negando sequela maioris, nam istae praedicationes non possunt fieri nisi ubi est eadem subsistentia utriusque, hinc enim ut inquiunt Theologi per communicationem idiomatum quod dicitur de uno dicitur de altero; et hinc valet unum praedicari de altero ut apparet in Christo de quo verum est dicere hic homo est Deus, hic homo est mortuus ergo Deus est mortuus. Cum autem ista communicatio idiomatum et istae praedicationes varient quando manet utriusque natura subsistentia unde Theologos in materia de incarnatione praesertim Soarez d 33 et d 15 metaph s 10 Vasquez d. 65. verum quidem esset dicere materia est informata forma bovis et hominis, et compositum est bos et homo.

Neque dicas si albedo et dulcedo ponantur in uno subiecto posse nos dicere hoc album est dulce. Ergo etiam hic homo est bos: nam ut dixi in concretis accidentalibus cum solum sit illud subiectum supra quod cadit ly hoc et consequenter denominatio, potest optime id fieri. nam sensus est huius propositionis album est dulce, albedo et dulcedo habent idem subiectum: At vero in concretis substantialibus et in nostro casu non valet ista praedicatio

quia non omne id supra quod cadit hæc denominatio hominis et bovis est idem, sed aliquid idem et aliquid diversum, subiectum idem forma diversa quorum neutrum separatim vocatur homo vel bos sed utrumque simul nempe conflatum ex materia et forma hominis, homo et conflatum ex materia et forma bovis, bos. Vide Suarez d. 15 Metaph. s. 10 n. 60 qui rem hanc insinuat qui etiam de hac controversia. V. de potentia absoluta possit duplex forma informare eandem numero materiam tractat 3 tomo in 3 p. d. 48 s. 3

Hinc infero quod si una forma informaret simul et semel duas numero materias, foret tantum una natura quia esset unica radix et principium determinatum proprietatum. V. autem forent duo supposita est dubium; posset enim aliquis dicere in isto casu duas materias et formam unica indivisibili subsistentia subsistere: posset item dici formam cum una materia subsistere una subsistentia et iterum eandem formam cum alia materia altera subsistentia, quod totum procedit in sententia admittente unam subsistentiam indivisibilem totius. Si autem in composito sunt duæ subsistentiæ partiales hinc non forent simpliciter duæ subsistentiæ completæ. Quod sequitur in dicto casu non fore duo composita sed unum tantum: neque enim multiplicitas subsistentiarum etiamsi admitteretur in tali casu faceret esse duo composita, multo minus duos homines vel duas entitates sicuti de facto multiplicitas subsistentiarum in divinis non facit plures Deos aut plures entitates divinas

Ex dictis etiam patet quod si Anima rationalis successive acciperet diversas materias in rigore dicendum est aliud compositum futurum, sicuti dixi in casu cum materia acciperet successive duas formas: nam eadem ratio militat. Et confirmatur ex communi sensu prout qui in rigore loquendo hominem dum est in iuventia et dum est in senectute ob deperditam antiquam et aquisitam novam materiam dicunt esse alium

numero, et idem numero tantum per Continuationem quod multo magis verum est de Composito dicendo esse aliud numero Compositum. Et quidem licet non sit improbabile hominem in pueritia et senectute esse eundem numero quia hic homo sonat hanc naturam humanam et aliquam subsistentiam, quia autem natura sonat principium determinatum. Cuius determinationis radix est forma tantum quae eadem est in pueritia ac senectute, sequitur quod sit idem numero homo. Licet nihilominus propter hoc sit probabile semper manere eundem numero hominem, certum tamen est non manere idem numero Compositum quia aeque materia ac forma importantur in Composito et non magis ratione unius quam alterius Compositum est unum

Quaeres V. Entitas modalis possit esse in duobus subiectis et afficere materias discontinuas? Negant plerique cum quibus et Murcia in fine quaestionis, Tum quia talis entitas non potest per unionem superadditam unari subiectis et aliunde in sua entitate non includit unionem cum pluribus subiectis; Nam si hanc includeret iam naturaliter esset in pluribus subiectis, quia praedicatum inclusum in entitate rei non potest ipsi convenire supernaturaliter sed naturaliter.

Ego hac in re aliter philosophor et dico non repugnare modum aliquem naturaliter afficere duo subiecta distantia ut videbimus de unione, loquendo vero de duobus subiectis totalibus et maxime de duobus materiis discontinuis. Dico repugnare quidem quod efficiatur media unione distincta et intrinsece aliunde se afficiente, illud se ipso intrinsece et essentialiter alicui subiecto uni sive quod in sua entitate includit unionem; non tamen repugnat si solum extrinsece vel saltem non essentialiter et intrinsece afficiente unione uniretur. ergo subiectum et modus ipsius non possunt esse in rerum natura simul quin sibi invicem uniantur, cum hoc tamen discrimine quod modus unitur essentialiter subiecto

per unionem sibi identificatam, et ideo non potest uniri ipsi subiecto per alium modum sibi intrinsecum et perficientem se; quia non habet incomplementum et indifferentiam ad tale iudicatum vel talem unionem: at vero subiectum quia non unitur essentialiter seipso cum illo modo sed per aliquid aliud à se distinctum nempe per ipsum modum, hinc videtur possibile quod subiectum eidem modo uniatur per aliam unionem intrinsecam sibi cui competit talis indifferentia et illud incomplementum; non vero intrinsecam ipsi modo cui non competit talis indifferentia et incomplementum. Ideo enim unio hypostatica afficit intrinsece humanitatem Christi quia invenit incompletam intrinsece et non afficit intrinsece Verbum quia invenit omninò completum et perfectum intrinsece.

Ex quibus habebis posse modum aliquem uniri duobus subiectis adaequatis uni quidem subiecto seipso alteri vero mediante unione sustentativa tantum afficiente et complente intrinsece subiectum non vero modum

QUAERES 3. possuntne duae formae substantiales absolutae et totales informare eandem numero materiam non totaliter sed tanquam causae seu formae partiales? Recentiores quidam contra quos nobis res est non videntur invenire implicantiam quod eidem subiecto tales formae pluribus unionibus inadaequatis aut una totali inadaequate singulis correspondente informative etiam uniantur. Sic etiam dicunt aliqui de personis divinis seu personalitatibus quamlibet illarum supositare naturam divinam sed non totaliter

Sed contra est quia causa formalis seu forma (supposito quod non influat in materiam nec det illi esse) non potest attemperari sicut causa efficiens ut totaliter vel partialiter influat vel se habeat. Ratio est quia causa formalis non aliter causat quam seipsam totum dando et communicando mediante unione. Unde formo argumentum forma dat se totam. Ergo totaliter

Antecedens patet et probatur. Quia nihil est in forma quod informat materiam et quod non communicetur mat... Ergo dat se totam cum totum quidquid est in forma s... forma. Hunc probatur. Consequentia primi argumenti re se totaliter est dare se quantum potest. Sed hoc ip... quod se dat totum dat se quantum potest. Ergo hoc ip... quod dat se totum dat se totaliter. Cor est evid... quia non potest aliud inveniri in quo consistat mo... dandi se totaliter. Hoc probatur. Operari quantum potest est totam virtutem impendere. Sed hoc ipso quod fo... dat se totam impendit totam virtutem. Ergo dat s... quantum potest et operatur quantum potest. Ergo dat... totaliter. Et revera non est conceptibile quomodo forma possit attemperari in ordine ad informationem. De Causa q... efficiente facile id intelligitur, quia cum Causa efficiens... at in aliquid extra se, potest non totam exerere virtutem vel certe etiamsi totam exerat non est tamen sufficiens a... dandum esse se sola effectui; unde etiam fit ut actio produ... na talis effectus ita pendeat ab illa Causa et simul ab... hac lege ut alterutra Causa deficiente necesse sit actio... deficere et per consequens effectum nisi alia aeque potens Ca... succedat.

Dices: Sicuti ex eo quia actio pendet a dua... Causis quarum alterutra deficiente perimet actio, colligit... Causas illas tantum partialiter concurrere. Ita ex eo qu... unio qua mediante fit informatio non solum terminat... ad unam sed ad duas formas substantiales hac ratio... ut deficiente qualibet forma cesset eadem unio et informatio: ex eo utique colligitur formas illas inf... mare partialiter. Hinc est quod cum modus seipso... atur subiecto et non mediante unione quod non p... cessare unio et informatio et per consequens quod non p... modus communicare se subiecto quin se totaliter commu... cet

Sed Contra 2do saltem argumentum et effugium no...

in Casu quo duae uniones uniunt duas formas subiecto
(quod aliqui ex his recentioribus admittunt) quemadmodum enim
quando effectus pendet à duabus Causis efficientibus per
duas Causalitates hoc ipso dicimus illas ut Causas totales
totaliter concurrere: ita hoc ipso quod subiectum informetur
per duas uniones a duabus formis dicendum est illas infor-
mare totaliter. Contra 2do sive illa forma per duas si-
ve per unicam unionem uniantur subiecto semper tamen ma-
net hoc quod dent se totas subiecto. Ergo totaliter ut supe-
rius probavimus. Contra 3tio principaliter possunt for-
mae substantiales absolutae attemperare concursum ut parti-
aliter informent. Ergo etiam modi: Sed modi per te non
possunt attemperare concursum. Ergo nec formae aliae

Dices negando sequelam quia cum de ratione modi sit
ut informet actualiter eo quod formaliter ipse modus sit
ratio uniendi se, non potest unire se nisi totaliter: At vero
cum formae aliae absolutae uniantur media unione poterunt
informare tantum partialiter. Sed contra 1mo ostendo
argumentum adversariorum non habere vim ponendo illud
in forma. Modus debet actualiter afficere subiectum formae
aliae possunt non afficere. Ergo hae possunt informare parti-
aliter illi non. Ad quod R. concedendo Antecedens et ne-
gando Consequentiam quae lumine naturali non est nota, ali-
unde ab adversariis nunquam probata est. Quare etiam
dato quod modus habeat hoc quod non possit esse nisi affici-
at subiectum, quod non habet forma quaecumque alia quae po-
test non afficere subiectum, tamen ubi affecerit et informave-
rit subiectum, eodem modo se habebit sicut modus, cum aeque
modus ac forma alia sit forma informans dum actu in-
format. 2do Contra directe Ostendi superius de po-
tentia absoluta posse etiam modum mediante unione distin-
cta uniri subiecto: et ni fallor debent hi autores etiam
in suis fundamentis id concedere, dum dicunt ad hoc ut interce-
dat unio ~~distincta~~ inter duo satis esse quod una pars sit
incompleta quae possit perfici. Ergo etiamsi modus sit Com

pletus in ratione modi et unionis quia tamen adhuc
teria in se est incompleta potest dari media unio
dixi quod insidveat et afficiat intrinsece materiam, termi-
nus vero solum ad modum. Quo casu proposito quaeres illa
disjuncta non potest terminari ad duos modos? unumque
ubi quomodo utrumque unioni constituat? et cum u...
in isto casu dici posset illos duos modos concurrere
in aliter?

Sectio 7

In quo subiecto inhaereat Quantitas et reliqua accidentia?

Duplex sub hoc titulo continetur difficultas prima est
Quantitas insideat toti composito? vel certe solum mate-
riae 2da An reliqua accidentia immediate insideant Quantit-
ati et mediate substantiae an vero non? Quoad primam
partem suppono quaestionem hic esse de subiecto inhaesionis
ut quo non autem de subiecto denominationis id est
quod denominatur ab his accidentibus et dicitur etiam sub-
iectum quod, hoc enim sine dubio est compositum quod
album quantum etc.

Suppono 2do modos accidentales ordinarie educi
potentia illorum subiectorum quae ipsi modificant, ac
inde qui aliud modificant quam materiam primam
seu substantiam ex alterius etiam potentia educuntur
et habent aliud subiectum quam materiam

Dico 1. subiectum Quantitatis non est totum com-
positum sed materia prima solum. Ita Suarez d. 14 s 3
Hurtadus d. 6 physica s 6 Arriaga 1 phys. d. 5 q 8
Fonseca 8 metaphysicas c 7 q 2 s. 4 Conimbr. 1
c 4 q 4 est tamen contra Caietanum et Thomistas
...iter Rubium etiam 1 de generatione c 4 tract 3 q 8
3 p. d 129 et d 184 n. 36

Pbr Conclusio argumento Communi Quantitas in homine subiectatur in sola materia. Ergo etiam in omnibus aliis compositis. Consequentia videtur evidens tum quia non potest assignari ratio et disparitas cur in hoc corpore diverso modo se habeat ac in ceteris. tum quia alias Quantitas migraret de subiecto in subiectum cum ex homine fit cadaver: tum demum quia si semel quantitas in homine potest inhaerere in sola materia, iam materia sola sufficiet ut sit subiectum inhaesionis Ergo frustra in aliis omnibus additur forma vide Suarez n 47 Nunc pbr Antecedens non potest Quantitas subiectari in Anima rationali. Ergo in sola materia. Pbr Antecedens Nulla forma potest ex natura sua inhaerere subiecto ex quo et ex qua non resultet formalis effectus sed ex Anima rationali et Quantitate non potest resultare effectus formalis illius. Ergo Quantitas non inhaeret Animae rationali. Maior patet quia forma ordinatur ad subiectum ut faciat cum illo effectum formalem, et ideo eo ipso quia subiectum est incapax talis effectus formalis, est etiam ineptum pro tali forma. Min pbr Anima rationalis non potest esse quanta; esse enim quantum est esse corpus cum alio corpore connaturaliter impenetrabile, vel certe est habens partem extra partem etc Sed Anima rationalis neque est corpus neque habet partes Ergo non est quanta. Rdet Rubius et alii ad hoc argumentum verum nulla difficultate solvuntur responsiones quas vide apud Murciam citatum

Obiicies 1 ex Arist., de generat. t 23 ubi dicit generationem fieri ex materia nullo sensibili manente id est nullo accidente manente in materia. Ergo Quantitas quae erat in corrupto non est in genito; sed hoc fieri non potest nisi quia etiam Quantitas adhaeret in forma. Ergo inhaeret in toto composito R Arist. per hoc nullo sensibili manente velle nullo composito manente, non autem

nullo accidente manente. Item 1 de generat. t. 24 ait subiectum alterationis esse totam substantiam, subiectum vero generationis materiam. R. sensum esse quod generatio non praesupponat compositum sit terminus illius, alterationem vero praesupponere: tamen inferius quantitatem nihil vere toli. Praeterea de substantia sic habet. Destructis primis substantiis impossibile est aliquid manere. R. verum est destructis primis substantiis secundum omnes partes; non autem secundum unam partem nempe formam cum statim succedat alia in munus praecedentis

Obijcies 2 Ens per se est prius quam per accidens. Ergo prius debet uniri materiae forma substantialis quam accidentalis. Confirmatur materia appetit ordine quodam omnes suos actus ergo prius substantialem quam accidentalem. Ideo potest quod transeat totum argumentum. Ex hoc tamen non infertur quod quantitas induat etiam formam. R. ideo esse ens per se quam per accidens et prius materiam appetit actum substantialem quam accidentalem ordine intentionis concedo. Ordine executionis nego. Sicut prius est principalius appetitur finis quam media et tamen ordine executionis sunt prius media

Obijcies 3 si praecederet quantitas in materia non faceret unum per se forma cum materia. Ergo. Probatur antecedens quia materia cum quantitate est ens per accidens R. negando antecedens nam quantitas non praecedit in materia quasi per illam tanquam per potentiam proximam receptivam recipiatur forma in materia; sed praecedit tanquam conditio et dispositio praerequisita. Ideo etiam quamvis accidentia disponant materiam antecedenter ad talem vel talem formam tamen forma substantialis adveniens unitur immediate materiae, cum materia ex se habeat potentiam passivam

materia praecedit nec ea praedicatione accidentali non faciunt ens per se sed per accidens

ad suscipiendam talem formā.

Objicies 4° Quantitas est proprietas totius compositi. Ergo subiectatur in toto composito. Antecedens patet quia Quantitas non datur nisi ut dispositio pro toto et debetur toti. Itē materia ex se non est activa Ergo nec productiva quantitatis. Ergo nec illius proprietas cū proprietas emanet ab eo cuius est

R. Multa falsa supponi in hoc argumento quae alibi examinabimus. Nunc dico Quantitas determinata et talis figura est proprietas totius talis compositi et debetur tali composito. Concedo: Quantitas indeterminata seu in communi debetur tali composito nego, hac scilicet ratione ut compositū ordine executionis praecedat. Nam materia ubi exigit formā in confuso quamcumque ita petit quidem quantitatem aliquā habere sine qua nec agens naturale producere posset et educere formam e subiecto, nec materia recipere; Nihilominus tamen talem determinatam quantitatem et talem figuram non petit materia ex se sed ratione talis determinatae formae quae ut introducatur exigit praeter reliquas dispositiones talem figurā ut in homine manū palmarem cum tali et tali situ partium. V. autem materia sit activa loquendo de emanatione et similiter utrum proprietates emanent vel certe producantur a generante videbimus inferius. Redet 2do Hurtadus et bene licet Quantitas sit proprietas totius non est tamen necesse quod subiectetur in toto; potest enim aliquid exigi à toto et tamen non recipi in toto: ut apparet in unione quae in multorū sententia recipitur in una tantū parte compositi

Altera pars Quaestionis maiorem habet difficultatem propter autoritatem et communem pene sententiam quia tenent autores reliqua accidentia absoluta recipi in quantitate. Ita Vasquez citatus Soarez d. 14 S. 4

et alij plerique. Dico tamen 2do. probabilius esse quantitatem et reliqua accidentia absolute immediate insidere in materia ita nominales. Huti... citatus. Coninck 3 p. q 77 a 4 n. 48 Lessius de perfectionibus divinis n 112 et aliqui recentiores. Probatur 1mo a Coninck quia nequit difficile intelligi quomodo accidens quod natura sua indiget ab alio sustentari naturaliter habeat simul vim sustentandi aliud et natura sua postulet sustentare quod est proprium officium substantiae. Item quia sequeretur qualitates non perficere immediate substantiam sed solam quantitatem quia accidens solum immediate perficit cui immediate insidet. 2do accidens sit totaliter forma difficulter intelligitur quomodo naturaliter postulet ab alia forma reali distincta informari etc. Probatur 2do materia prima est sufficiens subiectum accidentium. Ergo quantitas est superfluum. Probatur antecedens sicuti materia prima est sufficiens subiectum ipsius quantitatis, ita et aliorum accidentium quorum capax est maior ratio. Item materia debere reliqua accidentia ac quantitatem ut dispositiones quibus disponatur materia ad formas substantiales recipiendas. Ergo debere immediate insidere debent materiae primae. Probatur 3tio ratione a priori quia cum totum esse accidentis sit ordinatum ad substantiam melius diceretur omne accidens subiectari in substantia nisi aliqua ratio ad id nos cogat quod hic nulla. Confirmatur ex Aristotele 4 metaph. t 14 ubi aperte dicit accidens non esse accidenti accidens nisi quia ambo eidem accidit.

Obijcies 1 Aristoteles 4 physicorum t 25 dicit superficiem esse secundum se albam et albedinem esse in corpore quia est in superficie. Respondeo Aristotelem solum docere posse dici de toto id quod inest in parte, quomodo albedo di...

de Homine quia est in superficie sive Quantitatis
sive materia, de hoc enim non curat, et scientia dicatur
de eodem homine quia est in Anima, quod exemplum
ibidem adfert.

Obijcies 2. Si Qualitas non recipitur in Quan
titate non erit quanta et extensa. hoc est absurdum cum
vere dicatur albedo quanta. Ergo. Resp. neg. ex eo quod
quantitas et qualitas sint in eodem subiecto non com
municat quantitas suum effectum formalem, sicuti etiam
ex eo quod albedo et frigus sint in eodem subiecto
non dicitur frigida albedo vel frigus album. Ergo necesse
est ut albedo inhaereat quantitati ad hoc ut dicatur
quanta. R. negando sequelam maioris, ad probationem
nego antecedens. Nam ut quantitas communicet suum
effectum formalem et aliud dicatur quantum sufficit quod
vel per se vel ratione subiecti quanti coextendatur
et secundum partes illi commensuretur ita ut una eius
uni parti materiae quantae per unam partem suam
et altera per alteram partem, et hoc vocatur esse
quantum per accidens. Sicuti bene Suarez d. citata
S 3 n. 48 docet ad hoc ut aliqua forma materialis sive
substantialis sive accidentalis sit suo modo extensa
et quanta, neque est necesse ut subijciatur quantitati
neque ut inhaereat in quantitate, sed satis est quod rei
quantae adhaereat illi se coaptando et coextendendo
Ad illud quod dicebatur albedinem non dici frigidam
vel frigus album quia scilicet frigus non est in albedi
ne. ad illud in quã R.o non ideo superficiem vel
quantitatem dici albam quasi albedo recipiatur in
superficie et quantitate, sed quia albedo vere partici
pat de ratione et effectu formali quantitatis saltem
per accidens quatenus coextenditur materiae quam
quantitas extendit in multorum sententia: Hinc est
quod quantitas in Eucharistia in rigore non dicatur
alba. Quia vero frigus cum est in eadem parte ma
teria cum albedine nihil participet de albedine.

non potest de illa dici in abstracto sed solum in concreto ut frigidum est album.

Objicies 3. In Eucharistia qualitates existunt quantitati. Ergo etiam in aliis. Consequentia patet, quia alias fingerentur nova et superna cumen miracula, nempe quod Deus posuisset qualitates in aliquo subiecto non connaturale. Antecedens patet quia nisi inhaerent in quantitate non possunt ab ullo agente creato corrumpi, aut pro illis alia produci; esset enim illa creatio et annihilatio quia fieret quasi sine concursu subiecti.

R. negando Antecedens ad probationem Antecedentis concedo sequelam et dico haec omnia fieri a Deo occulta mysterij causa, et vere nulla intercedere alteratione prout de alteratione Philosophi agunt.

Dices hoc est multiplicare miracula sine necessitate. Ergo non debet dici in vacuum enim esset quod separentur qualitates a materia, et aliud miraculum quod semper creentur de novo accidentia quandocunque applicatur aliquod agens potens producere aliquam qualitatem. R. negando antecedens hoc enim non est multiplicare miracula sine necessitate cum natura accidentium id postulet ut separata a materia conserventur per concursum creationis, et si debeant produci absente materia creentur. Unde bene Hurtadus citatus subsectione 2 de miraculis philosophandum esse consequenter ad cuiusque opinionem; non enim est philosophandum (aut cum timore) multiplicandi miracula, sed agendum primo de verum physica natura et attributis quibus explicatis consequenter erunt miracula admittenda vel neganda. Neque aliquid reperire est ex scriptura et conciliis contra nos ex quibus solum habemus in eucharistia conservari accidentia sine substantia. Quod concilia et patres sunt pro nostra sententia dum dicunt sine ullo [...]

mine accidentia in Eucharistia esse sine ullo sub-
iecto et existere per se vide Concilium Constantiense S.8

Obijcies 4. Species sacramentales in Eucha-
ristia debent esse aliquo modo inter se unitae alioqui
non sequeretur una mota ex natura rei moveri alias
sed non possunt aliter uniri nisi per hoc quod sint in quan-
titate. Ergo sunt.

Rdnt aliqui negando minorem et dicunt illas spe-
cies sacramentales uniri extrinsece per decretum Dei
volentis eas separatas a subiecto, ita se habere in
omnibus ac si adhuc essent in illo subiecto, et hoc to-
tum ad occultandum misterium, quod in multis aliis
cogimur admittere in eodem misterio: sic enim illae
species nutriunt comedentem, et ex illis generantur ver-
mes; item reducunt se ad qualitates nativas substan-
tiae ut cum priores species calefactae frigefiunt per se
rursum et quae omnia fiunt ad occultandum misterium
a Deo. Respondeo negando minorem et dicendo imme-
diate moveri quantitatem. Quantitas autem trahit
dimissum, dimissus vero reliqua accidentia. Qualiter autem
quantitas trahat dimissum explicant theologi dum disputant
in hac materia.

Obijcies ultimo. Natura tribuit formis po-
tentias activas accidentales ergo et materiae receptivas
accidentales. qualis est quantitas. R. negando consequentiam
disparitas est quia ad forma non est ex se sufficiens
principium agendi, vel certe ad hoc ut producat sibi
simile, praesumitur debent in subiecto dispositiones
ad futuram formam, quas dispositiones mediantibus qua-
litatibus sibi superadditis producat in subiecto. At vero
materia quia natura sua est receptiva et nullum
aliud habet munus, non indiget potentia receptiva
accidentali

Sectio
Quae sit Causalitas Causae Materialis et an Deus possit illam supplere

Nomine Causalitatis intelligimus id per quod Ca[usa] constituitur formaliter in actu secundo id est quo posito intelligitur Causa actu Causans suum effectum, et idem Causalitas concipitur quasi intermedia inter Causam et effectum. Quaerimus ergo hic quid sit illud quod intelligitur inter materiam et effectum eius quo posito actu Causet

Dico 1. Causalitas materiae respectu Compositi quod constituit est unio materiae cum forma. Ita Suarez d. 15 s. 1 n. 15 Rubius hic tract. 2 q. Hurtadus d. 6 physica s. 3 et alii communiter. Probatur materia et forma non causant compositum nisi exhibendo seipsas tanquam partes constitutivas eiusdem. Ergo per seipsas exhibere composito et fieri actu partes est causalitas: Sed hoc nihil est aliud quam actu u[nio]. Ergo unio erit Causalitas. Nam probatur unio est u[ni]tum et Communicatio Ergo per unionem exhibent se et Communicant se. Confirmatur posita materia et forma et unione intermedia et sublato omni alio intelligitur Compositum, sublata vero sola unione relictis materia et forma non intelligitur constitui compositum Ergo unio est ratio constituendi compositum. Ergo Causalitas materiae respectu Compositi

Dico 2. Causalitas Causae materialis respectu unionis est distincta ab ipsa unione et materia probatur quia unio fit per actionem distinctam ab ip[sa] unione Nam unio primo fit ab ipso generante deinde conservatur a Deo quibus duo augmentant fieri unionem per actionem contradistinctam ab illa

illa autem actio recipitur in subiecto et dependet a subiecto unio est ipsa dependentia.

DICO 3. Causalitas materiae respectu formae est sustentatio quae sit eductio et non unio. Est Hurtadi d 5 s 3. Arriagae citati n 65 Murcia d 3 q 2 concl. 3. et ex parte Suarez d. 13 s. 9 n. 8 ex parte negant quia in facto esse volunt sustentationem esse unionem quem consequentius argumentando eadem est ratio in fieri ac in facto esse, cum in utroque statu semper reperiatur unio et sustentatio.

Probatur argumento a priori quotiescumque sunt plures causae necessario requisitae ad aliquem effectum indivisibilem producendum illae causae causant per eandem causalitatem realem si nihil obstat. Sed ad producendam formam materialem necessario requiruntur causa efficiens et materialis. Ergo debent causare per eandem causalitatem si nihil obstat. Patet maior inductione causa prima et secunda quae requiruntur ad producendum effectum causant per unicam causalitatem. Item species obiecti et potentia visiva causant visionem per unicam causalitatem. Ergo cum materia et agens requirantur ad eandem formam materialem causandam, debent causare per eandem causalitatem. Atqui agens causat formam non per unionem sed sustentationem. Ergo et materia. Confirmatur ex Suarez quia intellecta tali actione in materia sine omni alio intelligitur causari forma et intellecto omni alio sine tali actione non intelligitur causari forma. Ergo illa est causalitas. Unio autem sine dubio etiam intelligitur posterior hac actione quatenus prius debet intelligi formam habere esse quam intelligatur uniri. Probatur 2do unio dependet a materia per aliam causalitatem. Ergo non est causalitas respectu formae, quia si esset causalitas dependeret seipsa a materia nam omnis causalitas ad effectum adaequate a se

distinctum seipsa dependet ab eo quod est Cau[sa]

Pro secunda parte tituli. Adverte 1. Hanc esse quaestionem inter autores an Deus possit supplere causalitatem et munus exercere causae materialis aut formalis respectu compositi. nam materia et forma causant compositum exhibendo seipsas ut partes intrinsecas essentialiter perfectibiles. Ergo Deus non potest supplere ut bene valentia 2. p. d. 2 q 3. puncto 8 et q 3 puncto 1

Adverte 2. Non posse Deum supplere causalitatem materiae vel id quod se habet ut materia respectu ... ita ut non actualiter afficiant id cuius sunt ... hoc enim est de essentia illorum nempe actualiter afficere; licet dubium sit an possit Deus supplere ... causalitatem materiae sustentativam, nempe ut modo creentur et non educantur e potentia materiae. Quo de re infra

Adverte 3. Posse Deum supplere causalitatem causae materialis in genere causae efficientis respectu formae absolutae quia ad huiusmodi effectum non concurrit materia nisi quatenus ipsa concausaliter ... necessaria ut sit subiectum et sustentet actionem causae efficientis a qua producitur forma; sed potest Deus conservare in suo esse formam eandem sine concursu materiae per influxum creativum eo modo quo in Eucharistia iuxta communem sententiam conservat accidentia vel saltem quantitatem extra subiectum supplendo subiecti causalitatem et defectum ita ut ea accidentia quae antea conservabantur per eductionem nunc conserventur per creationem. Vide Suarium p 3. t 3 q 77 a 1 in commentario et d 50 s 4 § 2 potest. et d 56 s 2 concl. 3. et alios communiter

Tota ergo difficultas est V. Deus respectu formae possit supplere causalitatem materiae in genere causae ma[terialis]

rialis quam sententiam amplectuntur quidam recentiores et Fonseca 5 Metaph. c 2 q 12 S 4 sed diversis valde mixta fundamentis, dum dicunt duplicem dari unionem unam substantialem tantum quae saltem unum extremorum non afficiat intrinsece perficiendo vel addendo, sed solum terminative ad illud uti de facto unio hypostatica facit: altera est unio informativa quae utramque partem intrinsece afficit et perficit sicuti modo est unio inter materiam primam et formam

Dico 1 Non potest Deus supplere causalitatem materiae respectu formae absolute in genere causae materialis est communis autem probatur causalitas causae materialis respectu formae est sustentatio, sustentatio ut talis arguit in eo qui sustentat imperfectionem Ergo repugnat &c. Probo minorem sustentatio prout est causalitas materiae distinguitur a causalitate efficientis in suo conceptu per hoc quod dicat in se inesse subiecto illi quod causat materialiter suum terminum. Ergo involvit in eo cui inest capacitatem et potentiam receptivam quae sonant imperfectionem. Antecedens probatur per hoc distinguitur creatio ab eductione seu sustentatione quod creatio sit ex nihilo subiecti id est quod illa non sit in ullo subiecto, sustentatio vero seu eductio sit

Dices Non distingui per hoc sustentationem a creatione quod sustentatio sit in subiecto non item creatio nec conceptus causalitatis materiae dicit esse in et efficientis solum R. sed per hoc distinguuntur causalitates duarum harum causarum quod causalitas causae efficientis in suo conceptu non dicat aliud quam dare esse; causalitas vero materiae in suo conceptu dicit ita dare esse ut petat et exigat simul unionem materiae cum effectu causato per causalitatem, per quam exigentiam distinguitur haec causalitas ab alia

Sed Contra 1mo quidvo graue de ratione Causae materialis est petere unionem cum termino insi(ci)... illi inest actio pro ordina termini. Contra ... exigere unionem cum alio sonat imperfectionem quia sonat indigentiam et gratiam alterius ... fieret quod cum Deus antea non petiisset illam ... cum forma nunc exigat illam et per consequens ... et mutetur. Contra 2do est quia nullae rati... cur hinc ex Deo et Anima non fiat unum per se quod totum procedit in modo illo explicandi unio... sustentativam: afficientem unam tantum partem perficientem illam non vero alteram.

Ratio à priori Conclusionis est Quia Causa materialis per hoc distinguitur à formali quod illa dicit indifferentiam, potentiam, indeterminationem, haec perfectionem, actum, determinationem: esse autem perfectionem subiectivam et esse indifferentem repugnat. Ergo repugnat Deum posse supplere Causam materialem in genere Causae materialis. Maior ab ... etiam adversariis passim supponitur et revera ... unicus est conceptus omnium de materia seu illo quod se habet ut materia. Pro 2do Unio hypostatica terminativa tantum ad verbum et non perficit illud quia verbum divinum supponitur indequaque completum et incapax complectionis. ... si unio terminative se habet ad utramque partem vel saltem ad unam, utraque pars supponetur vel saltem una completa in eo genere complementi et incapax complectionis. Ergo repugnat ... cedere inter duo extrema incompleta unionem non perficientem utramque. 3tio quia verum ... quidamque faciunt unum per se Ergo si inter Deum supplentem Causam materialem in genere Causae materialis et inter Animam intercederet unio ... ta

a Causa materiali, quare ex Deo et Anima non fieret unū per se et si fit Unū per se quare non est compositū substantiale

QUÆRES 1. An Deus possit supplere Causā formale in genere Causæ formalis. R. si loquamur de forma respectu compositi cuius est Causa certū esse Deū in genere Causæ formalis non posse illam supplere. Ratio eadem militat pro hac re quæ militabat pro materiali Causa respectu compositi. Insuper non potest aliquid supplere rationem Causæ formalis alicuius. Nam esse Causam formalem intrinsecam est esse formaliter tale et aliud Ens non est formaliter aliud Ens v.g. forma ligni non potest supplere ratione Causæ formalis ad constituendum hominem quia non est formaliter Anima rationalis. Si vero loquamur de forma respectu alterius comparis nempe materiæ res in nostra sententia nullā habet difficultatem quia cum forma non exerceat illam Causalitatem respectu materiæ neque poterit Deus illa supplere in genere Causæ formalis. Denique si sermo sit de formis extrinsecis ut vocant et improprijs ut sunt subsistentia respectu naturæ obiectū respectu cognitionis nullū dubium est quin possit Deus supplere in eodem genere sicuti de facto supplet subsistentiam creatam. Ratio est quia tales formæ in suo conceptu non dicunt incompletionem nec est de ratione illarū ut se communicent tanquā partes incompletæ. sed in suo conceptu important tantū munus terminandi v.g. naturā vel cognitionem quæ ratio non involvit imperfectionem ulla in suo conceptu

QUÆRES 2. Per quid ergo distinguitur Causalitas efficientis et materialis seu quis sit conceptus Causalitatis materiæ et Causalitatis efficientis? R. omissis alijs sententijs de ratione et conceptu Causalitatis efficientis nihil aliud esse quam dationē esse, et sic conceptus Causæ efficientis consistit pure in dare esse. Conceptus vero Causalitatis materiæ dicit præter dationem esse inhærentiam ipsius dationis in materia et exigentiam unionis seu inhærentiæ termini in materia, quod utrumque non habet actio ut actio habet tamen eductio ut eductio et sustentatio ac passio unde etiam fit ut in materia seu subiecto effectus debeat esse intime præsens non autem in efficiente.

Quaeres 3 An possit esse sustentatio
et eductio sine unitione et unione formae cum sub-
iecto? id est an forma possit dependere a subiecto
sine eo quod illi uniatur?
Respondet Hurtadus d. 5 s. 3 non esse improbabile de p[...]
de potentia absoluta formam pendere a materia
et illi non uniri; forma enim productio per ge-
rationem distinctam a generatione unionis: cur
non posset Deus producere primam sine secunda
sicuti potest formam uniri subiecto absque eo quod de-
pendeat ab illo: Quare et ego non video illam im-
plicantiam, nam licet eductio exigat unionem for-
mae cum materia poterit tamen Deus non facere [...]
exigentiam: Confirmatur alias formae absolutae ma-
teriales aeque distinguerentur a modalibus, hoc enim
est proprium modi ut petat actualiter inhaerere
ita ut non possit impediri quin inhaereat sub-
subiecto a quo dependet sic unio actualiter de[...]
esse in materia a qua dependet et ex qua ed-
ucitur. Neque dicas in hoc distingui modum et for-
absolutam quod implicat modum creari et inde-
pendenter fieri a subiecto non item formam materi-
Nam inferius disp. sequenti ostendam dubium
esse quod assumunt autores imo probabilius
contrarium. Dices Cum recentioribus ed[...]
est productio rei dependenter a subiecto. Sed [...]
res dependere a subiecto quin eidem uniatur
Ergo non potest esse dependentia sine unione
Hoc probatur dependentia a subiecto in primo suo
conceptu dicit rem dependentem esse in subiecto
Ergo dicit eidem esse unitam Respondeo negando
minorem et ad probationem nego Antecedens, nec [...]
ad rem quod dicunt non posse intelligi dependere
formam a subiecto nisi quia unitur illi. Nam [...]
dixi formam dependere a subiecto est actionem [...]

dinã illius esse in subiecto et à subiecto id est
ex subiecto. non autem formã seu effectũ unioni subie
cto sed tantũ esse ultimo praesentem. Hec etiã
est vera Causalis illa quam ponunt, ideo actio
dependet à subiecto quia terminus eius pendet
à subiecto si per pendere intelligas unioni; sed po
tius e contra est vera ista Causalis, ideo forma
pendet à materia quia actio illius pendet ab illa
et ideo forma petit unioni materiae quia actio
productiva illius est unita materiae

Hinc collige contra eosdem recentiores non esse verũ
quando dicunt materiam Causare formas materiales
mediante unione sustentativa, nam licet per impossibile
omnis actio conservativa formae materialis cessaret,
inquiunt adhuc ex vi huius unionis sustentativae Causa
materialis in facto esse daret esse formis materialibus
non solũ in esse unito sed etiam simpliciter. Non est
inquam verũ nam primo videtur Contradictio in ter
minis dicere unionem sustentativam sine actione
conservativa Cum unio sustentativa involvat vel
praesupponat necessario actionem seu eductionem quae
etiam est conservatio. 2do si per unionem sustentati
vam intelligis solam unionem quae ex natura sua
solũ exigit eductionem, Contra est, talis unio non
potest esse Causalitas dans esse simpliciter, quia
ipsa dependet per aliam actionem et modum
Ergo ipsa non est Causalitas dans esse. Deinde
praesupponit formã. Ergo non dat esse formae. Patet Antecedens
forma mediante unione Causat Compositũ Ergo
praesupponitur forma sicuti omnis alia Causa ad suã
Causalitatem. Ultimo quae sunt Causae in fieri
sunt etiam vel in facto esse nisi succedat Causa
prima. Sed unio non potest esse Causalitas formae
in fieri Ergo nec in facto esse vide quae dix S. 2.

QUAERES 4. Quomodo distinguitur Conceptus

Unionis a conceptu eductionis? Ratio dubitandi
oritur ex dictis: si enim per eductionem forma de-
det a materia, quid eductio etiam unitur materiae
et requirit ultimam praesentiam formae in mate[ria]
quid deest illi ad unionem? aut quare non per
actionem potest dici forma uniri materiae? et sa[ne]
videtur omnis alius modus superveniens esse [su-]
perfluus et confictus, cum ille modus nihil aliud [fa-]
ciat et nullum det effectum formalem alium quam [quem]
dat eductio. Sed hac de re agemus inferius;
pro nunc respondeo adhuc differre conceptum unionis [a]
eductione et alium dare effectum formalem unionem
quam eductionem, etiamsi utraque dicat ultimam
relationem partium. Per hoc scilicet differunt quod
unio dicit colligationem partium, consequenter exigit ut
ut ubicumque sit una pars sit etiam altera; eductio
vero cum sit solum causalitas respectu formae, exigit
quidem ut ubi sit ipsa materia et forma, non
tamen ut ubicumque sit materia sit etiam forma,
quare ex vi eductionis praecise posset replicari
materia sine forma, quod sufficit ad distinguendum
conceptum unionis a conceptu eductionis. Cum autem
supponendum sit eductionem realiter distingui
unione eo quod eductio sit idem ac actio, quae
est accidens et accidentale, unio vero et du[rat]
sit quid substantiale; et praeterea quia n[on]
aliquando eductio et non mutatur unio; n[am]
in conservari ordinarie non est eadem actio a[c]
quod erat in fieri, cum non conservetur effectus [ab]
eodem agente communiter loquendo, et sic non
eadem eductio. Vide hac de re Hurtadum d. 5 s.

Dices: Ex hoc sequitur quod etiam in accidente
ponere debeamus duos modos, alterum qui sit educ[tio]
et sustentatio eius accidentis, alterum qui sit [u-]
et inhaerentia eiusdem. Respondeo concedendo tot[...]

quoad accidentia absoluta; non enim videtur ratio-
nabile quod calidum productum à sole et deinde
conservatum ab igne mutetur intrinsece, uti mutari
deberet si unio seu informatio caloris esset actio
quae necessario mutatur ad mutationem agentis
de modis est alia ratio. Nam cum ipsi modi formali-
ter sint unio non possunt produci quin mutentur
realiter

Quaestio 2
De Causa Forma[li]
Sectio I
De Causalitate et effectu Cau-
sae Formalis.

Suppono 1mo dari causam formalem. Est autem Cau-
sa formalis ex Arist. t. 28 ratio ipsius quod quid
erat esse id est forma est ultima ratio constituens
rem in esse naturali. per quam descriptionem distin-
guitur ab omni alia Causa 1mo ab efficiente quia
est extrinseca, a finali quia causat secundum esse
actuale, a materiali quia non est indifferens et de-
terminabilis sed determinata et determinativa rei.

Suppono 2do formam causare compositum communicando se
illi ut dixi de materia. Porro certum est formam per unionem
informare materiam sicut materia per receptionem re-
cipit formam, et sic eadem unio respectu materiae dicitur
receptio, respectu formae informatio, et hoc commune est
tam composito substantiali quam accidentali cum etiam
in accidentali subjectum se habeat ut recipiens, forma
ut informans, et in hoc sensu concedo mutuam Causa-
litatem eo quod nec per receptionem materia det esse
formae, nec per informationem forma det esse materiae
sed composito et toti. quare ex hac mutua Causalitate

non sequuntur absurda mutuae prioritatis quae sequuntur cum secundum eandem existentiam idem sit et Causatum praesupponitur et non praesupponitur suum esse

DICO 1. Forma non est Causa respectu ma[teriae] est omnium autem negantium mutuam Causalitatem. Prob. 1mo quia nulla est necessitas hoc dicendi [cum] sufficienter intelligatur existens ante omnem formam et aliunde dicatur a solo Deo conservari. 2do quia sequerentur absurda mutuae prioritatis. [3o] quia sic melius distinguitur creatio ab actione na[tu]rali seu eductione ita ut creatio sit a Causa [effi]ciente nulla alia Causa concurrente. Actio vero eductiva seu naturalis sit concurrente alia Causa.

DICO 2. Forma seu terminus actionis n[on] est Causa materialis sustentativa actionis ad se terminatae, et idem dicendum de termino creationis. Est autem negantium mutuam prioritatem et prob. terminus non habet prioritatem naturae respectu actio[nis] ad se terminatae. Ergo non est Causa illius. Antecedens non potest intelligi existens terminus sine illo a quo ut a via accipit suum esse; hinc est affirmando terminum existentem affirmetur necessario existens ipsa actio qua terminus accipit esse[?] Causa; hinc est quod tantum adhaereat termino. Sed hac de re inferius.

Hinc colliges nec actionem esse Causam formalem proprie termini producti per illam si nomine Causae intelligatur id quod solet intelligi; nam alioquin Causa formalis informans ipsum terminum eo quo reliqui modi suum modificatum. Et ratio est [quia] non habet prioritatem naturae respectu termini eo [quod] non possit intelligi existens sine termino, et affirmando quis existentem actionem affirmat necessario

tem ipsi terminū

Sectio 2

An Materia possit existere sine omni Forma et quotuplex ad hoc requiratur miraculum?

Supposita doctrina de duplici dependentia a priori scilicet et a posteriori de qua supra ubi dixi essentiã dependere a proprietatibus ut a posteriori materiã à forma etc.

DICO 1. Materia non potest spoliari omni forma ex vi agentis naturalis. Est Communis Suarez d. 15 S. 9 Fonseca lib 8. c. 1 q. 1 S. 2. Rubi q. 5 et aliorum. Prob. Nullum agens creatum est per se primo destructivum alicujus formae, sed productivum alterius ad quam sequatur destructio prioris, quia omne agens est ad assimilandum. Ergo nullum agens creatum potest spoliare materiam omni forma. Confirmatur Antecedens ex Arist. de gen. t. 18 et 20 quia corruptio unius est generatio alterius et e contra. Quam sententiam etiã Angelis autores aliqui praeter Molinam denegant: et ratio est quia Angelus non potest in corpus agere nisi applicando activa naturalia passivis quod talem vim non habent. Potest tamen materia spoliari omni forma a Deo eo quod nulla videatur esse hac in re implicantia cum materia habeat propriam existentiam per nos et fiat per actionem creativam diversam ab ea qua fit forma

DICES 1. Materia pendet a forma substantiali in genere causae formalis, genus autem causae formalis Deus non potest supplere per se. Ergo R. primo negando maiorem falsũ enim esse dixi initio quod materia quoad suũ esse vel existentiam pendeat à forma tamquã à Causa. Deinde licet verũ hoc esset adhuc respectu materiae esset causalitas omnino

extrinseca et non per compositionem intrinsecam sicuti est respectu totius compositi, et ideo posset Deus supplere sicuti de facto supplet Deus in Eucharistia causalitatem materiae respectu accidentium.

Dico 2 materia spoliata omni forma conservari potest à Deo sine novo concursu, id est continuatione eiusdem concursus quo conservatur cum forma. Est Suarez citati in fine sectionis disp. 5 ...

Conimbricenses 1 phys. c. 9 q. 6 Rubius et alios ... nistas asserentes formam causare materiam. Et ... tomo 1 in 13 p. d. 1433 § dico primo.

Probatur Actio qua de facto conservatur materia est sufficiens ad conservandam illam sub forma sine dependentia à forma. Ergo etiam est sufficiens ad conservandam materiam sine omni forma. Patet consequentia; quia recedente omni forma nihil recedit a quo simpliciter pendeat illa actio. Confirmatur a pari ex eo quod Deus non concurreret ad productionem luminis conservando tantum solem, sed non indigeret novo et peculiari concursu Dei. Ergo eodem modo dicendum de materia sine forma.

Dices conservatio materiae de facto pendet a subsistentia eiusdem materiae. Sed subsistentia materiae pendet à forma. Ergo conservatio materiae pendet a forma. Maior probatur conservatio quae de facto datur est ad materiam subsistentem. Ergo pendet a subsistentia. Minor probatur in probabili sententia materia et forma subsistunt una subsistentia totali. Ergo pereunte forma perit illa subsistentia cuius causa saltem partialis est forma. Ergo dependet à forma.

Respondeo primo negando maiorem si loquamur de dependentia à priori; item si per dependere ...

actionem creativam materiae terminari ad subsistentiam nego similiter maiorem, et probationes subcedens si haec subsistentia accipiatur reduplicative. Ad minorem respondent aliqui negando, itaque quia supponunt materiam habere suam peculiarem subsistentiam incompletam et formam suam. Sed quia probabile saltem est unica subsistentia completa subsistere compositum transeat minor et ingenua hanc probabilem sententiam loquendo sine dubio materia subsistens ut subsistens conservaretur concursu omnino et essentialiter diverso in casu quo esset sine omni forma

Dico 3. probabilius est sublatis omnibus formis a materia non exstituram connaturaliter materiam. Est contra aliquos recentiores. Probatur quia in his circumstantiis concursus quo Deus modo conservat materiam sub forma non esset debitus materiae. Ergo esset indebitus. Ergo miraculosus quoad modum saltem. Ergo sine miraculo non existeret tunc materia. Ergo nec connaturaliter. Probatur 2do finis adaequatus materiae est recipere formas et constituere compositum. Ergo deficiente fine quod fit si auferrentur ab illa omnes formae deberet perire materia connaturaliter. Probatur consequentia non minus ad positionem rei requiritur finis quam efficiens sicuti etiam ad conservationem. Ita ut ad positionem naturalem seu conservationem rei requiratur finis a natura talis rei intentus: Sed pereunte omni efficiente connaturali exigit effectus perire. Ergo etiam pereunte fine omni naturali seu a natura talis entis intento exigit perire tale ens connaturaliter

Dices 1. Materia est natura sua indefectibilis. Ergo sublata omni forma adhuc non exigit perire. Probatur antecedens primo quia materia exigit creari 2do quia si exigeret perire exigeret id fieri per annihilationem.

Sed hoc ipso quod sit Ens non petit annihilari. Ergo
hoc ipso petit non perire. R. negando Antecedens ad
primam propositionis partem R. concedendo quod
exigat creari non tamen ideo quia est indefectibilis
sed quia cum sit primum subiectum non potest produci
vere aliud subiectum ex quo educatur. Ad secundam
partem distinguo minorem hoc ipso quod sit
petit non annihilari directe et per se seu immediate
concedo ut est commune omnibus entibus. mediate
et ex suppositione quod omnes formae deperirent
sine quibus frustra locum occuparet in rerum natura
et nego.

Dices 2. Materiam habere duplicem exigentiam
unam qua petit formas alteram qua petit simpliciter
esse etiam in casu quo spoliaretur omni forma.
Miraculum ergo in eo est quod spolietur omni
forma cum hoc sit contra illius primam exigentiam
posita tamen spoliatione iam connaturaliter petit
existere ratione alterius exigentiae. Erit ergo conservatio
materiae miraculosa non formaliter sed per
positive. Sed contra illa secunda exigentia non
multiplicare in materia quia illa secunda exigentia
petit materiam esse in rerum natura etiam sine
fine quod videtur esse contra rationem rei naturalis
et auctoris naturae, qui ut omnia propter finem
creatus est, ita omnibus indidit exigentiam et
libitum ad finem. Contra ideo quamdiu manet
materia tamdiu manet exigentia formarum.
nisi dentur formae semper erit aliquid contra exigentiam
et consequenter semper erit materia in
violento.

Dices 3. Quae est ratio fundamentalis a[d]
sanorum Anima rationalis etiamsi sit pars composita
et exigat materiam ut compartem, a[d]iutsa tamen
semel a materia connaturaliter existit. Ergo et sim[iliter]

materia. Confirmatur Anima rationalis quia facta est per creationem est independentibus. Ergo etiam materia. Resp. negando consequentiam disparitas est quia licet Anima rationalis auferatur à materia non tamen propterea desinit illius finis saltem inadaequatus. Anima enim habet quasi duplicem finem et munus. Unum quia est forma corporis et sic petit informare materiam et facere compositum. Alterum quia est principium operationum. Et quia potest esse principium operationum etiamsi avulsa sit à materia, potest connaturaliter esse in rerum natura, quia adhuc habebit finem et officium aliquod in rerum natura. At materia cum nihil aliud possit nisi recipere, nisi illud faciat expellenda est e rerum natura. Ad confirmationem nego causalem. Cur autem sit independentibus videbimus in libris de Anima ubi ostendemus esse spiritualem et independentem ab omni subiecto

Disputatio

De Causis intrinsecis Materiali et Formali in ordine ad totum ubi et de Unione

Duas hac disputatione expediemus difficultates unum est de effectu primario harum causarum id est compositum. altera est de unione quae est ratio constituendi compositum

Quaestio 1 De Toto Composito

Sectio 1 An Totum distinguatur a partibus?

Dixi materiam et formam per actionem suam mediante unione seu causalitate causare compositum consequens ergo esse videtur ut totum distinguatur a partibus

eo quod omnis effectus distinguatur a Causa; ex alia parte non videtur esse aliud Compositum quam pa unitas. Quare

Nota 1. Partes simul sumptas quod alio modo dicuntur collective acceptas esse materiam formam et u nem simul sumptas in recto; Partes vero acceptas d butive esse unam in recto connotando alteram cu ne in obliquo: Unde fit ut aliquod praedicatum con nire possit partibus collective acceptis seu collecti quod non convenit iisdem acceptis distributive. Sic ex. g. partibus collective acceptis seu collectioni conven quod sunt duo, non vero partibus distributive ac Et contra esse coelum convenit alicui non collecti acceptae prout includit tempus in recto, nam tem pus non est coelum

Nota 2 Hic non esse quaestionem An singulae par tes distributive acceptae distinguantur ab iisdem acce ptis collective; Certum enim est distingui inadaequa ut includens et inclusum. Quaeritur ergo solum an totum sit quid contradistinctum a partibus colle acceptis ut volunt Scotus et Scotistae, Caietanus et alii citati a Suario d. 36 s 3 n 2. quos sequitur Fonseca 7 metaph. c 17 q 1 s 3. an ve realiter sint idem ut vult Suarez citatus. Toletus 1 phys c 2 q 8. Rubius ibidem c 5 q 1 Arriaga d 2 q 4 Hurtadus d. 6 physica s 1

Dico 1 Totum non distinguitur nisi ratione a partibus collective acceptis et sic non datur tertia entit ab illis distincta. Est autem citatorum et Aristoteles 4 phy ubi ait totum non esse praeter partes. Probatur posita inte materiam et formam unione sufficienter intelligitur totum per compositionem. Ergo frustra ponitur ulla al entitas. probatur antecedens unio est compositio parti Ergo ea posita ponitur effectus formalis illius

quod est compositū seu totū non quidem per simplicitatem sed per compositionem. Pbr 2do directe impugnando istam tertiam entitatem vel haec tertia entitas includit materiam et formam unitas vel non: neutrū dici potest ergo. Mar pbr Si dicatur primum. Ergo non distinguitur a partibus unitis contra suppositum; si secundum. Ergo totum non est totū per compositionem sed quid simplex quod est manifeste falsū. Si autem dicatur haec tertia entitas esse forma aliqua unita partibus simul sumptis contra est quia frustra poneretur. Nam sicuti ex ipsa et partibus unitis fit unū totum sine alia tertia entitate; ita posset fieri unū totū ex materia et forma unitis sine alio. Vide alias impugnationes apud Hurtadū et Suarez

Objicies 1. Arist 5 metaph t 19 ait Sex non esse bis tria sed semel sex, et 7 metaph t 17 syllaba ba non esse b et a. Ergo etc. R b et a seu tria et tria distributive accepta non esse ba vel 6 licet collective accepta sint idem realiter. 2do 1 phys t 17 videtur velle totū non esse partes unitas et 8 metaph t 15 ait clare totū esse aliquid praeter partes. Et 2 de Anima initio distinguit substantiam in materiam formā et compositū. R in his locis Aristotelem loqui de partibus distributive etiam acceptis et sic distingui ut inclusum et includens

Objicies 2 Multa tribuuntur realiter toti quae non tribuuntur partibus simul sumptis etiā ut unitis. Ergo totum distinguitur ab illis realiter. Antecedens patet quia totum dicitur generari et corrumpi non item partes. Totum est id quod agit movetur ambulat etc non partes. Totum est unum ens per se partes autem etiam collective acceptae sunt plura entia. R distinguendo Antecedens Multa quae realiter tribuuntur

toti non possunt tribui partibus unitis collective acceptis realiter seu secundum entitatem nego; possunt tribui partibus distributive acceptis et cum nostro modo concipiendi transeat: sed ad hoc exigitur nisi distinctio rationis ut bene ostenditur superius c 27 ad 4.

Objicies 3 Causa adaequata debet distingui à suo effectu. Sed materia et forma unita sunt causa adaequata totius. Ergo debent distingui à toto. Respondeo distinguendo maiorem Causa adaequata intrinseca nego; extrinseca concedo; de ratione enim extrinsecae causae est ut producat effectum omnino à se distinctum non autem de ratione causae intrinsecae quae per exhibitionem sui causat. Distinguo minorem materia et forma unita distributive accepta sunt causa transeat collective nego. Hinc est quod distributive acceptae distinguuntur saltem inadaequate, hinc quod collective acceptae non dicuntur componere totum ut non bene dicuntur componere seipsas sed sunt totum quod totum componunt partes distributive acceptae.

Dixi in Conclusione partes unitas collective acceptas non distingui plus quam ratione à toto quod ipsum tamen videtur negare Hurtadus. Dico totum nec quidem per intellectum perfecte praescindere a partibus simul sumptis; sed ne solum secundum conceptum magis vel minus explicitum, sicut differunt conceptus definitionis et definiti.

Ex dictis superius q praecedenti habetur responsio ad quaestionem illam quae etiam tractari solet an sit idem homo in senectute qui fuit in iuventute eo quod per continuam accretionem

erectionem partium materiae videatur futurus aliquis in senectute. Supra dictis addo moraliter posse dici eundem numero esse hominem quia partes subsequentes in nutritione accipiunt eundem ordinem situm et figuram quam habuerunt praecedentes deperditae. Atqui ita saltem continuatione quadam est idem numero homo sicuti dicitur idem esse flumen.

Quaestio 2
De Unione
Sectio 1
Quid sit Unio?

Nota multiplicem esse acceptionem unionis ut videre est apud Suarez d. 13 s 6 n 30 et Hurtadum d. 5 s 1 qui aiunt unionem dici quamcumque connexionem qua ex duobus fit unum ut amor dicitur unio duarum voluntatum. Propriissime autem unio sumitur pro connexione duarum partium quarum una se habeat ut actus alterius ut potentia ad faciendum unum: unde unio erit compositio et ratio formalis qua constituitur totum. Hoc supposito breviter

Dico 1 Conceptum unionis physicae et munus esse ita alligare duo ut faciat et exigat ubicumque est una pars sit etiam altera et quidem intime. Haec conclusio insinuata est disp. praecedenti § penultima s. ultima. Et probatur quia non potest melius explicari essentia et conceptus unionis cum per hunc conceptum distinguatur ab omni alio quod non est unio; est enim unio quasi vinculum utriusque extremi sumpta similitudine a nexu quo duo funes vel ligna inter se colligantur. Quare sicuti ex alligatione extrinseca duarum rerum provenit

ut mota una localiter moveatur altera vel
solvatur unitas, sic etiam res unione phy-
unitae moveri debent vel certe dissolvi unio

Objicies verbum divinum vere et proprie uni-
humanitati et tamen non exigit ut ubicunque est ver-
divinum sit humanitas. Nam verbum divinum est per imm-
ensitatem ubique in aere in aqua etc. et tamen humanitas
Christi non est in aere aqua etc. Ergo non consistit in
exigentia conceptus unionis. Confirmatur similiter
Anima rationalis quae est indivisibilis et quasi re-
cata in toto corpore est unita pedi, et tamen
ubicunque est illa est pes. Nam alias pes debe-
esse in capite. Ergo non consistit in hoc concept-
unionis. R. distinguendo antecedens non exig-
ut ubicunque est verbum divinum tanquam in loco a-
equato sit etiam humanitas nego; non exigit u-
ubicunque est verbum divinum tanquam in loco inad-
to sit etiam humanitas concedo; et nego consequentiam
similiter R. ad confirmationem negando consequentiam
verbum ergo non est in aere tanquam in spatio et l-
adaequato adeo non debet poni ibi humanitas
sed solum in aliqua parte illius spatii adaequa-
in quo est verbum. Quando ergo dicatur unio-
nis esse facere ut ubicunque est una pars sit
etiam alia intelligendum de loco adaequato unionis.
Nomine autem loci adaequati non intelligimus lo-
quem quomodocunque aliquid potest occupare
loci sufficientem sine quo connaturaliter non pote-
esse res seu locatum. In re nostra locus a-
equatus animae ut unitae corpori non est pun-
indivisibile sed spatium unius vel duorum palmorum
qui locus necessarius est pro constituenda o-
organisatione et exercendis operationibus humanis

Item locus necessarius angeli id est in quo per se operari est indivisibilis, etiamsi sphaera ipsius adaequata sit haec sphaera &c. Item locus adaequatus verbi divini est immensitas. Ex quibus patet et confirmatur responsio ad argumentum: et primo quidem in homine unio facit ut ubicumque est anima tanquam in loco adaequato sufficienti et necessario sit etiam materia seu corpus, et quia anima habet pro loco sufficienti et necessario duos v.g. palmos satis est quod in eo sit corpus nam anima in pede non est in loco sufficienti pro habenda sua organizatione necessaria &c et sic in eo non debet esse totum corpus nec caput &c unde etiam fit quod pes non denominetur intelligens quia ad intelligendum praeter animam requiruntur organa capitis quae non sunt in pede. Ex quo vides inferri non bene sequi quod in qualibet parte loci in qua est anima debeat esse quaelibet pars corporis, sed satis est ut dixi quod intra locum sufficientem eiusdem animae sit quaelibet pars corporis. Eodem modo cum locus simpliciter sufficiens et necessarius verbi sit immensitas, satis est quod in eo sit humanitas, nec est necesse quod in qualibet parte talis loci sit.

Dices. Actio immanens qua essentia producit suas passiones affert alligationem utriusque extremi et ultimam praesentiam, ita ut replicata essentia replicari debeant passiones et tamen actio non est unio. Ergo male assignas conceptum unionis. Respondeo actionem illam non afferre secum illam alligationem ratione sui seu immediate, sed ratione unionis quam illa actio exigit. Sicut substantia non exigit impenetrationem ratione sui immediate sed mediate quatenus exigit quantitatem quae est ratio impenetrationis.

Dico 2 Actio productiva unionis est distincta

ab ipsa unione, ut re est Hurtadi ut patet
d. 5 physica s. 2 § 39 et aliorum recentiorum. Probatur
generatio hominis producit unionem. Ergo distinguitur
productio unionis ab unione. Probatur Singularia illa
ratio est passio, unio non est passio. Ergo unio
est generatio. Ergo contradistincta a generatione
Probatur minor passio est Causalitas materiae, unio
est Causalitas quia per illam induit Causalitatem ma-
terialiter in homine educendo aliquid de …
ad esse. Ergo unio non est passio. Probatur 2do
unio est ipsa actio productiva unionis Saltem …
quoties causam qui cessaret idem agens conservare
clarum deberet destrui unio per quam partes …
maneat tale Ens; et sic non esset idem homo
productus et conservatus deinde à Deo eo quod
esset eadem unio quae totaliter dependeretur …
dependitur actio Patris cessante illo producere
Quodsi in nutritione variatur magna pars unionis
non tamen impedit quominus sit idem totum vel
homo saltem moraliter quia semper succedunt
partes de novo et sic nunquam dependitur tota
praecedens simul.

DICO 3. Eductio formae ex materia …
passio non est unio. Patet ex dictis d. praecedenti …
Sed ultima est Hurtadi d. 5 s. 2. et probatur
Ratio dependentiae et eductionis est conceptus di-
ctus a ratione unionis. Ergo passio non est unio
Antecedens patet in homine in quo datur unio formae
cum materia non tamen eductio. Probatur 2do ratio
eductionis non est ratio uniendi formam materiae
Ergo productio formae distinguitur ab unione. …
patet in Anima rationali quae per unionem unitur
non tamen educitur. Probatur 3tio si productio for-
materialis esset formaliter unio sequeretur …

actionem terminari ad seipsã tanquã ad terminũ per se productũ quod plerique autores negant quia generatio compositi terminatur ad unionem materiae et formae tanquam ad terminũ formalem. sed per te unio materiae et formae est ipsa productio formae et illa productio solet compositum Ergo illa actio terminatur ad seipsam. Dices generationem equi terminari ad formã equi. sed contra non solũ terminatur ad formã equi sed ad formã equi ut unitam. Ergo etiam ad unionẽ

Obijcies per eductionem forma est in materia Ergo unitur illi. prob. antecedens quia educi est fieri dependenter à materia. sed non potest fieri dependenter à materia nisi sit in illa. Ergo forma est in illa. R. distinguendo antecedens per eductionem forma est in materia causaliter et accidentaliter concedo. formaliter et substantialiter nego unde non est in illa informando illam sed tantũ dependendo ab illa

Dices unio formae materiae est formam esse in materia tanquã actũ in potentia. sed per eductionem forma est in materia et aliunde est actus. Ergo unit materiae. R. distinguendo maiorem, unio est esse actũ in potentia substantialiter et formaliter concedo accidentaliter et causaliter nego. similiter ad minorem R. cũ distinctione forma per eductionem est actus in potentia eam informando nego, ab illa dependendo concedo: quae duo distinguuntur nam anima rationalis est actus in potentia illam informando non tamen ab ea dependendo.

Dices 2. illa actio est passio. Ergo est receptio formae. Ergo per illa materia recipit formam Ergo per illa informatur. R. negando primam sequelam illa enim actio non est formaliter receptio sed potius receptivi quatenus illa seipsa unitur et unibit materiae licet non faciat formaliter unire et inhaerere formã seu terminũ in materia

Ex dictis Collige 1mo dari Unionem quia
inter materiam et formam datur talis nexus ut vel
illius una pars dicatur alteri. 2do Collige si
esset distincta a partibus futuram substantialem, na
nomine substantialis ex alibi dictis intelligimus
cumque pertinet ad constitutionem primi Entis ut
a relativa quod dicitur Ens simpliciter: quare
mine ista omnia erunt substantia materia
ma Unio substantia. Item si Unio est distinc
a partibus erit modus cuius essentia consistit
hoc ut sit ultimum determinativum rei et con
in actuali operatio et informatione, adeo ut
cessante desinat esse modus. Cuius ratio est
unio hoc ipso enim quod partes separaventur
nerit esse unio.

Sectio 2

An Unio distinguatur a partibus Unitis

Nota 1 dari ens talis naturae ut ipsum se so
cum subiecto efficiat compositionem, et tunc ta
habet rationem essentialem unionis sui ipsius
ubi est modus per seipsum afficiens corpus,
etiam immediate unit per seipsum sine alia
one superaddita quod est commune omnibus
qui sicuti essentialiter exigunt subiectum ita
sunt indifferentes ad uniendum, nec egent aliqua
ratione determinante ad talem rationem
exercitium actuale unionis. Et de hoc unione
genere non est quaestio in praesenti, sed solum
de unione duarum entitatum perfectarum quales
sunt materia et forma

Nota 2. Maximum signum distinctionis est se
parationem et fundatur in communissimo et
principio metaphysico quod non potest idem
et non esse, quia non potest aliquid rema
sine seipso et consequenter si unio manet separ

ab alio distinguitur ab illo. Nota 3.

Principaliter ex dictis de Causis in genere distingui Causam formalem seu constitutivam intrinsecam a mera conditione per hoc, quod facta suppositione impossibili quia auferantur omnia alia requisita, modo non auferatur illud quod ponitur ratio formalis seu pars intrinseca alicuius totius semper remanet effectus formalis; et eo solo ablato ac positis omnibus aliis non remaneat talis effectus formalis. Unde si ad positionem alicuius ponitur nova denominatio vel illud erit forma denominans, vel ad positionem ipsius ponetur talis forma Cuius rei ratio est quia cum effectus formalis ut dixi in Logica in quaest. de relatione § 6 nihil sit aliud quam totum constitutum ex partibus et unione si auferatur una pars auferetur totum; si autem partes remaneant et auferantur conditiones adhuc remaneret idem totum. Quod si quis velit advenire novum effectum formalem ad solam positionem conditionum sequerentur duo contradictoria scilicet quod adveniret ratio formalis seu pars intrinseca et non adveniret: non adveniret quia ita supponeretur; adveniret quia supponitur advenire novus effectus formalis de cuius constitutione est talis pars nova. Rursus cum omnis denominatio significet aliquod Ens loquendo de denominatione reali positiva non de rationis, non posse advenire novam denominationem positivam nisi adveniat novum Ens, nec eam posse cessare nisi desinat esse aliquod Ens: Quare ad denominationem positivam requiritur Ens ad negativam negatio Entis. Item ad denominationem intrinsecam requiri rationem formalem intrinsecam ad denominationem vero extrinsecam requiri extrinsecam. Unde quando dicuntur advenire novam denominationem solum quia adveniunt novae circumstantiae et condi-

tiones. Contra est. Ergo circumstantiae sunt
illius denominationis quia eo modo est
pars denominationis quomodo est pars effectus
formalis vel entis. Sed circumstantiae sunt pars
entis. Ergo sunt pars denominationis. Patet
quia denominatio est idem ac ens. Probatur non
solae circumstantiae ponuntur esse nomine ens
adveniat. His positis

DICO 1 Unio est modus substantialis
distinctus modaliter a partibus. Est Hurtadi citati sectione
d 11 s 6 n 10 et 3 p. d. 18 c 3 Rubij hic tractatu
n 69 et tractatu 3 n 78 Murcia 1 phys d 2
Vasquez tomo 1 in 3 p. d 19 n 23 et d 18 c 3 et
fere communiter contra nominales et Fonseca 5 Metaph
c 2 q 13 s 2. et 7 metaph. c 12 q 1 s 6
et aliquos recentiores
Probatur 1mo Quae ita se habent ut unum possit esse sine
altero distinguuntur saltem modaliter talis est unio
et partium Ergo distinguitur a partibus modaliter
Maior patet minor probatur Experientia in homine
quo remanet materia et Anima et tamen
remanet mortuum seu homo. Ergo. Probatur 2do
exeunte quod datur nova denominatio intrinseca
datur nova forma intrinseca sed esse unitum
nova denominatio intrinseca. Ergo debet dari
una forma a qua proveniat talis denominatio
haec non potest esse nisi modus substantialis
unionis Ergo datur talis modus. Maior patet sicut
minor. Esse enim unitum est denominatio quae
per informationem formae informantis et receptionem
materiae recipientis. Probatur 3tio Omnis
vera et realis postulat verum et realem terminum
productum sed generatio est vera et realis actio
Ergo postulat verum et realem terminum. Sed nisi
hic modus substantialis non est assignabilis
terminus realis generationis. Patet subsumptum
Non materia neque forma in homine quia

creata a solo Deo, non aliud aliquod Accidens
quia generatio est distincta a prima alteratio-
ne quae est ad accidentia. Ergo ad unionem

DICES 1. Unionem non esse entitatem distin-
ctam ab utroque extremo sed esse formam in materia
tanquam actum in sua potentia. Sed contra ut ait
Hurtadus § 6 quia esse formam in materia tanquam
actum in sua potentia est aliquid distinctum realiter
a materia et forma. Ergo et unio est distincta re-
aliter. Probatur antecedens quia potest existere materia et
forma quin forma sit in materia tanquam actus in
potentia. Confirmatur quia existentia formae in
materia tanquam actus in potentia terminat actio-
nem distinctam ab actione materiae et formae. Ergo
est entitas distincta

DICES 2. Esse unionem non est aliud quam
ipsas partes in recto connotantes tales circumstanti-
as in obliquo. Sed contra peto quid sit ista conno-
tatio praeter ipsam entitatem partium. Quod si dicant
esse circumstantiam id est indistantiam seu ubi talium
partium cum reliquis dispositionibus, iam primo
ipsae circumstantiae erunt forma denominans unitum
ex regula tradita in notando 3tio. 2do iam tales
circumstantiae essent substantiales eo quod essent de
constitutione primi entis intenti a natura. 3tio seque-
retur quod non posset materia et forma facere
unum per se sine dispositionibus etiam de potentia
absoluta Dei quod tamen plerique adversariorum con-
cedunt ut videre est apud Conimbr. 1 Phys. C 9 q 11
a 4. 4to peculiariter probatur quod unio non sit
indistantia seu ubicatio talium partium quia alias
quotiescumque quis mutat locum, desineret esse idem
qui erat antea, quia desineret eius unio.
Item quia anima S. Petri usque transiret per mate-
riam S. Pauli dispositam. Si faceret unum per se cum
illa quia esset indistans ab illa

Objicies 1 Aristoteles 8 metaphys. t. 16 ait generationem esse rationem unientem. Ergo unio ... generationem esse rationem unientem extrinsecam non ... intrinsecam
Item generationem quatenus est productio essentiae, o nem Causalem non vero formalem id est ...

Dices 1 Aristoteles citatus aperte ait non esse quandam aliam rationem cur materia et forma sint unum per se nisi quia sunt actus et potentia. Ergo non datur alia unio intermedia. Respondeo negare unionem ut quod non ut quo. Contra aliquos qui inter materiam et formam ponebant aliquid per modum cartilaginis viscositatis glutinis ut patet ex contextu

Dices 2 Relatio praedicamentalis per ... est distincta a partibus. Ergo nec unio. Respondeo ... dendo Antecedens negando Consequentiam et ratio est quia non possunt existere duo alba quin sint similia ut possunt existere materia et forma et non ... unum compositum

Objicies 2 Omnes Causae requisitae ad aliquem effectum debent Causare per eandem Causalitatem. Sed materia et forma sunt omnes Causae requisitae ad producendum totum. Ergo debent causare per eandem Causalitatem. Sed agens non Causat per unionem Ergo nec ... Respondeo distinguendo maiorem. Si Causae proprie solum vel improprie solum operentur concedo. Si propria et impropria simul operentur nego. Forma autem respectu Compositi est Causa impropria, agens est Causa propria

Objicies 3. Non implicat contradictionem dari duo aliqua entia realiter inter se distincta sine ulla entitate modali inter se unientur. Sed materia et forma de facto hoc modo uniuntur. Ergo ... Minor patet quia materia et forma de facto habent quidquid deberent habere ea entia quae se uniunt. Sunt enim entia incompleta eiusdem ordinis ... proportionata et essentialiter ad se mutuo ordinata tanquam actus et potentia ad constituendum unum

per se. R. negando Antecedens et implicantia est hic quia illae duae entitates supponerentur esse inter se realiter distinctae realitate maiori eo quod possent esse unum sine altero et alterum sine alio, et consequenter nulla ex illis entitatibus esset modus sed entitas absoluta quae posset in rerum natura esse cum altera et non unita illi. Aliunde hoc ipso quod se ipsis unirentur istae partes una ex illis esse deberet modus et deberet esse ultima ratio formalis ac determinativa unionis. Ergo esset et non esset modus. Probatur quod esset modus. Hoc enim est de ratione modi quod se ipso afficiat comparantem vel subiectum ac proinde implicet illum esse in rerum natura quin sit affixus et actualiter afficiat subiectum vel comparantem. Ergo hoc ipso quod forma v.g. se ipsa uniretur materiae esset modus. Quod si vero iis qui negant omnes modos haec implicantia nulla videtur parum est, nos enim supponimus dari saltem aliquos modos quos illi quidem nomine tenus negant realiter tamen concedunt

DICO Non esse contra rationem etiam realium entitatum distinctarum inter se realiter realitate maiori ut se ipsis uniantur, idque probant longo discursu et supponendo multa. Sed ea omnia nullam vim habent contra sententiam admittentem unam unionem afficientem utrumque extremum, quod extrema non propterea solum distinguerentur modaliter quia idem modus afficit utrumque nam etiamsi actio termini in subiecto utrumque afficiat et a neutro distinguatur plus quam modaliter, non tamen propterea subiectum et terminus solum modaliter distinguuntur.

OBIICIES 4 posita unione distincta non potest explicari quomodo totum compositum possit a Deo creari siquidem impossibile est unionem creari. Rident aliqui concedendo totum neque illum reperiunt absurdum in hoc quod Deus non possit creare modum quem dicunt essentialiter a subiecto dependere, ergo

tamen puto non implicare modum creari a
Deo independenter à subiecto. Instantia est ipsa
ho per plerosque est modus et tamen est indep
denter à subiecto. Item unio hipostatica est
unio verbi ad humanitatem et tamen non dependet
a verbo ut à subiecto. Praeterea actio quae cum que
terminis actio quam afficit et effecit et tamen n
dependet ab illo ut à subiecto. Ergo non est de
ne modi quod essentialiter dependeat a subie
sed quod actualiter afficiat illud cuius est m
sive ab illo ut à causa materiali dependeat s
non. Vide etiam Hurtadum Disp. 6. physical S
et D. 12 S. 5 qui probat posse modum creari
Deo sicuti formas absolutas quia forma abs
ideo praecise potest creari a Deo quia non
ipsa per se à materia, sed per modum à se dis
sed similiter modi dependent per alium modum a
distinctum. (excipe ipsam generationem seu
nem quae seipsa fit et dependet à materia

Dices implicat modum manere nisi dependeat
a re cuius est modus, et si crearetur non d
Ergo. R. negando maiorem si per dependere
intelligas physicum influxum. Si vero per depende
intelligas modum non posse manere sine re m
cata concedo.

Obiicies. 5 Sequi non posse Deum creare m
quod est absurdum. Probatur sequela quia etiam inter p
teriae debet poni distincta unio quibus illae ad
invicem copulentur. Sed essentia materiae est habe
partes ergo de essentia illius est habere modos.
Hoc argumentum patet responsio ex praecedenti
melius patebit ex dicendis in materia de quantitate
ubi videbimus qualis unio intercedat inter par
quantitatis vel etiam materiae

Sectio 3.

Quotuplex sit Unio in Composito?

Hurtadus d. 5 physicae s. 7 et aliqui recentiores duplicem ponunt in composito unionem, unam quam vocant informationem alteram materialisationem quas duas formalitates realiter distinguunt. Fundamentum praecipuum est quia ad hoc ut fiat compositum debet utraque pars perfici. Sed per unionem unicam non perficitur nisi unum extremum nempe illud in quo subiectatur unio non autem illud ad quod terminatur quia de conceptu termini non est perfici ut patet in unione hipostatica cuius terminus non perficitur.

Communis sententia admittit unicam dari unionem in composito ita Rubius 1 phys tract. 2 q 6 n 6, Soarez d 13 s 9 n 13 Vasquez 1 p. d 19 n 28 et alij. Probatur 1mo ideo requiritur unio ut nectat duo sed unica unio connectit duo. Ergo unica unio requiritur ergo duplex est superflua. Probatur non implicat unam partem uniri alteri et non alteram illi. Sed una unio unit unam partem alteri ergo etiam alteram illi. Probatur 2do ipsae duae uniones non uniuntur inter se. Ergo non possunt esse rationes uniendi extrema. Probatur consequentia uniones illae non sunt unum per se. Ergo non possunt esse rationes uniendi extrema et facientes unum. Et sane licet Hurtadus neget consequentiam non tamen video rationem, nam non minus materia et forma manent duo advenientibus his duabus unionibus quam fuerint antea. Ergo si antea non erant unum nec modo erunt. Confirmatur doctrina in rebus physicis et materialibus non possunt duae partes glutinis v.g. colligare duo si ipsae partes glutinis non sunt colligatae. Ergo si ipsae uniones non uniuntur inter se et non faciunt unum per se quomodo facient ut materia et forma sint unum per se.

Ad fundamentum respondeo non esse de ratione cuiuscunque compositi quod utraque pars debeat

perfici ut patet in Unione hypostatica. Si au[tem]
loquamur de Composito ex materia et forma [ut]
actu et potentia, Concedo quod debeat pars u[tra]
perfici sed tunc nego minorem, scilicet quod
unicam unionem non perficiatur utraque pars; [ex]
ipso enim quod utraque pars sit Capax perfectio[nis]
et habeat vacuitatem, adveniente unione per[ficitur]
licet non utraque pars concurreret in genere
sed materialiter ad illam unionem. Sicuti de fa[cto]
Anima rationalis vere perficit materiam etiamsi
dependeat ab illa in genere Causae materialis
testatur ipse Suarez §. 14 Cujus rei ratio e[sse]
potest quia tam materia quam forma per [uni]
onem debitum complementum in esse et in ope[rari]
consequuntur. Qui vero dicunt unionem in
extremo subjectari, adaequate solvunt argum[entum]
Ad probationem subsumpti Resp. Non esse de ratio[ne]
termini perfici id est non est de ratione ter[mini]
ut terminus etiam intrinseci perfici Concedo
non est de ratione talis termini habere va[cu]
itatem et ordinari ad alterum comparte[m] per
fici nego.

Objicies 7. Datur duplex Causalitas [ma]
teriae et formae respectu compositi. Sed Cau[sali]
tas est unio. Ergo datur duplex unio. Prob[atur]
quia datur receptio et informatio quarum [una]
est Causalitas materiae altera formae. Resp. [Distin]
guendo maiorem datur duplex Causalitas [reali]
ter distincta nego, formaliter Concedo. Form[alitas]
autem consistit in hoc quod eadem unio modo [a]
materia modo cum forma accipiatur; et [cum]
materia quidem dicitur receptio cum forma [infor]
matio. Omnino ex hoc ipso argumento probatur
Conclusio ex principio supraposito. Materia et f[orma]
sunt duae Causae licet impropriae requisitae
ad constituendum totum. Ergo debent causare

eandem realiter Causalitatem.

Obijcies 2. Datur duplex subsistentia in materia et forma Ergo et duplex unio. R. quidquid sit de antecedente negando Consequentiam posset enim concedi materiam et formam habere duas subsistentias sicuti sunt duæ essentiæ saltem incompletæ ac proinde possunt separari abinvicem. At vero materia et forma impossibile est ut sint abinvicem si vel unica intercedat unio.

Obijcies 3. Relatio etiam est nexus et tamen in duobus albis dantur duæ relationes. Ergo etiam in materia et forma debent dari duæ uniones. R. Concedendo Antecedens negando Consequentiam ratio disparitatis est quia relatio per me in recto est ipsum fundamentum; Eo ipso ergo quod sunt duo fundamenta sunt duæ relationes. Unio vero cum distinguatur à partibus una sufficit ad connectendum utrumque. Unde de ratione relationis est referre unum ad alterum non item e converso; unio vero est nexus duorum ac proinde duo nectit unica unio nec aliud ab illa requiritur quam ut connectat duo.

Quæres. Quid sit intrinsece denominari et quid sit esse terminum intrinsecum? R. Ordinarie illa forma intrinsece denominat quæ est in re denominata per afficientiam intrinsecam illi adhærendo vel inhærendo ut effectus intrinsece denominatur ab actione et materia ab anima rationali. Dixi ordinarie quia peculiaris ratio est in unione propter illius peculiarem naturam et essentiam. Dicitur ergo unitum intrinsece aliquid non præcise quia recipit in se unionem vel quia afficitur intrinsece unione: nam verbum divinum est intrinsece et denominatur intrinsece unitum naturæ humanæ et tamen non recipit in se unionem nec adhæsive neque inhæsive quia utrumque involvit imperfectionem. Dicitur ergo illud unitum intrinsece

ad quod unio vera et physica tendens terminata ut constituat aliquid per se unum ex duabus unibilibus attingens intime utrumque extremum. Et ideo pulchre unio dicitur universaliter intrinseca quia est ratio attingens utrumque extremum ad constituendum unum, quia ratione neutrum unum dicitur intrinsece unitum

Sectio 4

Quodnam sit Subiectum Unionis?

Magna varietas est inter autores admittentes unionem in quo subiecto recipiatur; quae dissensio quibusdam praebuit occasionem negandi omnino unionem. Vasquez tomo 2 in 1 p. d 188. Soarez lib 4 de ... c 17 et alii dicunt unionem esse in forma et in homine spiritualem. Rubius 1 phys tract. q 1 n 60. Murcia 2 phys. d 3 q 5 concl. 3. Albertinus d 4 de praedicamento substantiae q 5 dicunt unionem se tenere ex parte subiecti ... additive in materia, additive vero in forma. Communiter alii recentiores dicunt in utroque extremo esse inhaesive.

Dico 1) Unio non recipitur in sola forma nec a sola sustentatur forma. Est contra ... et alios quos citant pro se aliqui recentiores. Si unio hominis v.g. reciperetur et sustentaretur a sola Anima, illa esset spiritualis et indivisibilis. Ergo dempta quacumque vel addita parte corporis deberet tota corrumpi. Probatur sequela: si unio est spiritualis ea est tota in toto et tota in qualibet parte sicuti anima ipsa. Ergo si desinit unio ad unam partem per abscissionem illius desinit etiam quoad totum suum esse cum non habeat partes nec possit perire nisi tota.

absurdum licet concedatur ab Hurtado s. 7 et d. 2 de Anima s. 3. Sic tamen contra argu[men]to toties generatur et corrumpitur homo, quoties Anima unitur et separatur à materia; sed in nutritione et abscissione hoc fit. Ergo in nutritione et abscissione corrumpitur et generatur homo et hoc argumentum si non habet tantam vim in additione partium habet saltem in demptione earundem. Quod si dicas unionem licet sit spiritualis in homine esse tamen divisibilem proportionaliter loquendo ad sententiam eorum qui dicunt angelum per ubi divisibile posse esse alicubi. Contra est et probatur 2do unionis aliter concluso. Unio producitur per generationem. Ergo non potest educi à forma, saltem in homine. Probatur consequentia quia generatio est actio materialis quae fit ab agente naturali non potente producere rem spiritualem in alieno subiecto. Ergo debet suum terminum educere à materia et non à forma. Probatur 3tio materia natura sua est potentia passiva. Ergo in illa debet recipi unio licet unse ut Homo

Dico 2. Unio recipitur in utroque extremo, una est Rubij Muruercl et aliorum, licet forte in modo loquendi discrepent. Hanc satis acriter aliqui recentiores tuentur. Probatur Unio afficit intrinsece et mutat utrumque extremum. Ergo recipitur in utroque extremo. Probatur antecedens unio denominat unitum intrinsece utrumque extremum, et aliunde utrumque extremum est capax mutationis. Ergo afficit utrumque et mutat utrumque extremum, solum enim in Deo verbum divinum non afficitur et non mutatur ab unione a qua intrinsece denominatur quia verbum intelligitur undequaque completum et perfectum. Ergo ubi non intelligitur aliqua entitas undequaque perfecta, et aliunde intrinsece denominatur ab aliqua forma afficitur ab illa et mutatur. Ratio est quia hoc ipso quod entitas aliqua sit incompleta

habens voluntatem et indifferentiam et ali[...]
denominetur ab aliqua forma intrinseca, [...]
gitur illa forma illi advenire de novo qu[...]
affici et mutari; eo quod per mutari in gen[ere]
loquendo aliud non intelligamus quam habe[re]
se aliquid quod antea non habuit. Hinc est
materia per Animam rationalem mutetur et [...]
amus etiam per actionem quod actio licet [...]
cat illa prius natura, neque dependeat ab eo
a priori, advenit tamen termino quatenus ter[minus]
secundum se accidit quod per hanc vel per illam actionem [...]
catur, actio enim non accidit quod ad istum terminum [ter]
minetur ideo actio advenit termino, non contra, ideo
afficit terminum informat terminum et per illam
cetur mutari terminus si incipiat de novo te[r]
nere aliam actionem.

Hinc probatur Consequentia primi argumenti [...]
est habere aliquid in se. Sed hoc ipso quo sit fo[rma]
intrinsece denominans mutans et afficiens in[...]
gitur illam habere in se et hoc ipso intelligitur reci[pere]
illam. Nec obstat illa supponit capacitatem et voluntate in subiecto [...]
forma intrinsece habebit illa in se hoc enim per habere in se intellig[itur]
Confirmatur ideo SS Patres et Scholastici communiter censent admirabile
incarnationis per. hoc quod verbum sit unitum humanae vitali sine [...]
tatione sui intrinseca et receptione intrinseca [...]
Ergo censent in reliquis unionem recipi in utroque.

DICO 3. Unio sustentatur tanquam a duobus [...]
cis inadaequatis a materia et forma. est Suarez quidqu[id]
dicant alii ut patet ex d. 15 s. 3. n. 11 et d. 15
numero 13 et aliquorum recentiorum quam etiam [...]
rinus citatus q. 4 putat probabilem. Probatur unio
pars intrinsece recipit unionem. Ergo utraque pars [...]
tat illam. Probatur Consequentia quandocunque aliquid re[cipitur]
in alio nisi obstet peculiaris ratio semper illud [...]
tatur ab illo; ideo dicimus accidentia sustentari [a]
materia quia scimus illa exigere esse in mate[ria]
sed unio recipitur in utroque extremo, et aliunde

obstat quominus sustentetur ab utroque. Ergo sustentatur ab utroque extremo. Probatur minor quoad secundam partem quae possint obstare ut id quod recipitur non sustentetur vel quia est spirituale quod repugnat sustentari à materia, vel quia non est posterius natura, nec id in quo recipitur prius natura. Atqui unio est materialis et aliunde est posterior natura quocumque extremo. Ergo nihil obstat quominus sustentetur ab utroque. Probatur 2do ratione à priori. Criterium dignoscendi an aliquid sit causa materialis necesse est ut dixi superius quaerivum si requiratur in conservari ab alio ne cadat et quod sit prius natura illo ac capax illud recipere. Sed unio in conservari eodem modo exigit formam ac materiam. Ergo ab utroque dependet et sustentatur ut a causa materiali. Probatur 3. Nulla non est maior ratio cur potius in materia quam in forma recipiatur unio et sustentetur ab utroque, cum utraque pars perficiatur intrinsece per illam et sit modus utriusque partis uniens materiam formae et e contra.

Ad hanc rationem varij varie respondent et assignant rationem cur potius in una quam in altera parte recipiatur et sustentetur, sed facile solvuntur responsiones ex dictis vel dicendis. Confirmatur non repugnat duas causas efficientes partialiter causare eundem indivisibilem effectum. Ergo nec repugnat duas causas materiales partiales causare materialiter eundem effectum.

Obijcies 1. Aristoteles 2 Physicorum t 26 ad patientem dicit sufficere unum. Respondeo verum esse de ordinaria actione ordinarie loquendo.

Dices. Non sunt multiplicanda entia et causae sine necessitate sed hic nulla est necessitas. Ergo hic non sunt multiplicandae causae. Hoc probatur. In Christo unio dat novum effectum formalis uniti et tamen unio non recipitur nisi soli in humanitate. Ergo per hoc solum quod unio recipiatur in materia forma diceretur intrinsece unita. Ergo frustra additur formae ut subiectum unionis.

Rx negando nove. Ad objectionem Concedo Ant
nego vero ultimam Consequentiam. Concedo utique ad ra-
tionem unionis et sic virgini utrumque extremum debere
Convenire materialiter sed ex eo quia talia extr-
emitat quod sunt capacia ut Causent materialiter
non est subsistentia Divina. Porro necessitas
ex illo principio quod posui de ratione cognoscendi
aliquid conveniat ut Causa materialis et sicuti
ex principio communi et ratione cognoscendi an aliquid
Conditio vel Causa efficiens colligitur necessitas Cau-
ita nos ex principio tali colligimus necessitatem
Causae materialis et quod forma materialiter
Causat cui illi conveniat essentialia Causae mate-
ex dictis; quae non conveniunt verbo divino saltem
per hanc rationem quod sit incapax omnis
mutationis et completionis. Quare si unio non c-
retur a forma si fieret cum toto fieret quidem
substantialiter cum non tamen connaturaliter quia
esset contra exigentiam unionis; sicuti fieret
toti substantialiter diversa unio a nullo causa-
materialiter sed crearetur

OBJICIES 3 In homine unio non potest
et subiectari in forma ita ut sustentetur ab illa
non sustentatur ab utroque extremo scilicet intellectus vel
materialis vel spiritualis; non spiritualis quia
posset recipi et causari materialiter a
non materialis quia non posset recipi et
ab anima spirituali

Pro solutione Nota 1mo Hoc esse dis-
inter praedicatum affirmativum et negativum quod ad veri-
ficandum affirmativum satis sit quod conveniat ali-
modo subjecto; ad verificandum vero negativum
nullo modo convenire subiecto v.g. ad veri-
ficandum quod ego hodie comederim satis est quod
in una comederim; ad verificandum vero quod
non comederim debeo in nulla hora comed-
Quare maxime cavendum ne praedicatum n-
non sumatur pro affirmativo et e contra: sic
esse naturale est praedicatum negativum licet

positivum quia est idem ac non excedere vires naturae; esse vero supernaturale est affirmativum quia sonat idem ac excedens vires naturae. Quare ad hoc ut aliquid sit supernaturale non debet nullo modo posse esse a viribus naturae, sic visio beata est supernaturalis quia est a lumine gloriae supernaturali etiamsi sit ab intellectu naturali. Item esse materiale est praedicatum affirmativum quia est idem ac esse extendibile per quantitatem; esse vero spirituale est negativum sonat enim non esse extendibile per quantitatem et non esse dependens a materia. Unde sufficienter aliquid erit materiale si aliquo modo saltem inadaequate pendeat a subiecto materiali ratione cuius sit extendibile per quantitatem.

Nota 2. Non esse contra rationem rei spiritualis ut sit quomodocumque divisibilis in partes: nam primo gratia divisibilis est in partes intensivas et tamen est spiritualis. Item in multorum sententia ubi angelicum est spirituale et tamen est divisibile extensive. Immo nec est contra rationem spiritualis et indivisibilis quod possit esse causa et subiectum rei divisibilis; nam anima indivisibilis causat materialiter gratiam divisibilem, et Angelus est subiectum sui ubi divisibilis; replicatus enim quasi Angelus in diversis locis est subiectum diversarum partium ubi, sicuti anima rationalis indivisibilis quasi replicata in toto corpore informat diversas partes corporis. Esse ergo materiale consistit in hoc, seu ratio rei materialis sufficienter habetur per hoc quod sit aliquid habens partes extendibiles per quantitatem a qua afficiatur intrinsece vel mediate vel immediate: quare omnia quae quantitati immediate iunguntur vel mediante materia et aliunde habent partes extensive erunt materialia. Sic omnia accidentia et formae

Substantiales excepta rationali materiales sunt quia uniuntur ad minimum mediate quantitati et aliunde habent partes quas non habet Anima rationalis. Ubi vero Angelicam licet divisibilem et habeat ordinem ad quantitatem materialem tamen non est quia dicat solum ordinem ad quantitatem extrinsecam non intrinsecam eo quod nullo modo recipiatur nec mediate nec immediate in quantitate. His notatis

DICO 4. Unio in homine est divisibilis quod-sive, quod etiam concedit Soarez licet illam di-spiritualem in homine dicto lib 4 de Angelis c 1[illegible] Probatur quando abscindimus digitum v.g. ab homine perditur aliquid unionis. Ergo unio est divisibilis. Probatur Antecedens. In tali abscissione Anima desinit informare digitum, sed informatio est unio. Ergo desinit unio. sed non desinit Anima informare alias partes Ergo remanet pars unionis. Ergo unio habet partem et partem et consequenter est divisibilis. Neque dicas destrui totam unionem et produci tunc primo quia sine necessitate diceremus manere eundem hominem ante et post abscissionem digiti, tum 2do quia non est agens producens tam unionem in abscissione digiti. Tum denique quia valeret dicere si unio esset indivisibilis Anima prout est in capite esset in pede quia uniretur pedi Anima est in Capite. Ergo communicat suum effectum formalem qui est conne-

Hinc obiter etiam solvitur Cur Anima non [illegible] catur intelligere prout est in pede? cum tamen Anima sit in pede quod est in Capite; quia scilicet recipit in se intellectionem nisi prout est in Capite potest enim aliquid indivisibile replicari in ma

recipere aliquid ita ut non recipiat aliud prout est in altera parte. Simile quid habemus quando homo replicatus Viennae est Hulcij etiam, si enim ubi per quod est Viennae esset Hulcij, verum esset dicere Homo prout est Hulcij est Viennae, vel e contra: ita si unio quae unit animam pedi esset in capite verum esset dicere Anima prout est in pede est in Capite. Quare Anima ratione suae divisibilitatis non formalis sed virtualis et ratione suae replicationis potest recipere aliquid in una parte materiae quod non recipiat in altera; potest item in uno loco habere unum modum et eundem non habere in altero loco

DICO 5 Unio in homine est materialis etiamsi partialiter causetur à formâ spirituali. Probatur 1mo talis unio fit ab agente naturali concurrente materia. Ergo est quid materiale. Probatur 2do Si repugnat unionem esse materialem vel est quia non potest res divisibilis causari materialiter a subiecto indivisibili; vel quia non potest res materialis causari a subiecto spirituali; sed ex neutro capite repugnat ergo. Sequela patet. Nunc Probatur et 1mo non repugnat aliquid divisibile causari à subiecto indivisibili: Nam etiam gratia divisibilis est intensive et ubi angelica iuxta multorum opinionem divisibile est extensive et tamen causatur materialiter ab Angelo vel Anima, imo ipsa unio per se divisibilis est et tamen educitur ab Anima indivisibili: quare ratio extensi non destruit naturam subiecti inextensi seu indivisibilis, quod quasi per suam replicationem potest facere idem quod facit subiectum extensum. Deinde quod non repugnet ex eo quod unio esset materialis Probatur Nam ex dictis cum esse materiale sit praedicatum affirmativum, sufficienter salvatur per hoc quod pendeat à materia inadaequate. Proportio vero quae requiritur inter formam et subiectum non est in ratione entis, sed in ratione receptibilis et recepti in ordine ad finem propter quem aliqua

forma ponit in subiecto. Cum ergo forma Anima spiritualis creata sit in ergi in materiam et accomodare se illi in ordine ad operandum, debet ... hoc a complemento materiali et a sua informatione a qua materialisatur tanquam a causa et causalitate

Dices 1) Res divisibilis et materialis potest ex subiecto indivisibili et spirituali. Ergo res indivisibilis et spiritualis potent educi et causari a subiecto divisibili et materiali. R. negando consequentiam. ... quidem quod spirituale non possit educi a subiecto materiali est evidens; quia hoc ipso non esset spirituale, cum spirituale sit quod nullo modo dependet a materia. Unde est praedicatum negativum. Quoad ... vero partem etiam negatur consequentia. Ratio disparitatis est quia si res indivisibilis causaretur a subiecto divisibili iam talis res penderet a duabus causis materialibus adaequatis; nam hoc ipso quod subiectum divisibile est, habet partes secundum quas singulas causaret rem indivisibilem; quaelibet enim pars causa sufficiens materialis adaequata rei indivisibilis; quia quibuscunque partibus pereuntibus ... aliqua maneat non cadet res indivisibilis. Et sic dum a singulis causaretur materialiter penderet a pluribus causis adaequatis quod ... aliquorum sententiam ut videbimus simpliciter repugnat iuxta communem vero sententiam ... naturaliter

Dices 2. In dicto casu omnes partes materiae concurrerent ut causae materiales partiales. Contra 1mo ergo ad adventum cuiuscunque partis materiae debet mutari tota res indivisibilis ... si esset indivisibilis, cum ab omnibus partibus materiae tanquam causis partialibus dependeret. 2do contra est ubicunque est aliquis effe...

debet esse eius adaequata Causalitas. Nam alioqui non existeret ibi adaequate. Ergo cum res indivisibilis supponatur existens in prima v.g. parte materiae ibi debet esse eius adaequata Causalitas. Aliunde hoc non potest dici quia materia non influit nisi in res sibi intime praesentes, et per dependentiam sibi intime praesentem. Ergo nisi dicas replicari illam formam indivisibilem non potens dicere posse illa alteram partem concurrere materialiter.

Dices 3. Hac ratione etiam unio non poterit dependere à materia et forma ut a duabus Causis materialibus inadaequatis. Rx negando seqa. Quia ubi est effectus scilicet unio est etiam adaequata Causalitas. nam cum forma sit in materia etiam Causalitas formae seu sustentatio unionis est in materia quae sustentatio non distinguitur a Causalitate materiae respectu unionis

Dubium est An de potentia absoluta possit indivisibilis forma educi a subiecto divisibili. Ratio dubitandi est quia argumenta et inconvenientia hactenus posita solum ostendere videntur connaturaliter id fieri non posse non autem quod per potentiam absolutam id repugnet. probabile tamen mihi videtur nec per potentiam Dei posse rem indivisibilem educi a subiecto divisibili extenso localiter. Ratio est quia vel deberet una pars Causare materialiter illam rem indivisibilem indifferens quod repugnat Causae materiali, de cuius conceptu est intrinsece habere in se dependentiam et effectum à se Causatum. vel certe deberet illa res indivisibilis substantialiter per plures actiones substantiales dependentes à pluribus partibus imo per infinitas actiones substantiales iuxta infinitatem partium materiae; quod videtur improbabile maxime etiam ex eo Capite quod effectus non possit pendere saltem in nostra sententia a pluribus Causis et Causalitatibus adaequatis

Dices 4 Nostra Conclusio videtur destruere Commune principium quod non possit res materialis recipi

in re Spirituali. R. negando hoc esse commune cipiu. Et imo ratio nostra sufficienter probat non contra rationem rei materialis ut causetur inadaequate a re Spirituali. Deinde in sententia multorum Thomistarum omnia accidentia materialia recipiuntur in Et sic in homine quantitas color etc. inadaequate recipiuntur in Anima. Denique iuxta sententiam recentiorum aliquorum sensationes materiales causantur materialiter non solum ab organo corporeo sed etiam ab Anima spirituali.

Dices. Ultimo Nulla potest dari experientia quod modus aliquis suscipiatur in duobus subiectis distinctis. Ergo non debet id asseri de unione. R. negando Antecedens, nam satis communis sententia est existentiam esse modum superadditum afficientem Animam et Corpus. Vide Vasquez 3 p. tom. 1 d. 39 c. 2. Deinde in sententia D. Thomae 1 p. q. 76 a. 6 et multorum Thomistarum accidentia ut dixi subiectantur in Composito ut taceam multorum sententiam qui ponunt unionem ubi dicunt Animam et Corpus esse hic ung

Disputatio De Causa Efficiente

Hac disputatione complectemur pleraque quae hic et in libris de generatione tractari solent de Causa efficiente et pertinentibus ad illam. Agunt porro hac de re Suarez d. 17. Fonseca 5 metaph. c 2 q 5. Pererius lib 8 c 2. Rubius hic tract. 2 Hurtadus d. 9 phys. Murcia 2 physicor d. 4 et alii tum hic tum in libris de generat.

Quaestio I

De Proprietatibus Causae Efficientis et effectibus eiusdem

Sectio 2a
Quid sit Causa Efficiens et quae eiusdem conditiones.

Arist. 2 phys. t. 29 et 5 Metaph. t. 2 definit Causam efficientem his verbis Efficiens est unde principium mutationis primum aut quietis. Quae definitio in-si bene explicetur difficilis est ut advertit Soarez quam etiam Hurtadus tanquam incommodam et quae sine temporis dispendio explicari non possit rejicit. Hic tamen explicatur breviter: ubi tamen prius

Adverte hic primum principium tenere se ex parte Causae a qua procedit motus ut apparet ex ipso Philosopho qui t. 30 simpliciter ait Causam efficientem esse principium motus.

Dicitur itaque Efficiens esse principium id est Causa similiter cum principium hic prout est idem ac Causa per quam etiam particulam assignatur ratio Communis ceteris Causis. Dicitur primum id est in suo ordine non absolute primum quia ratione comprehenderetur solus Deus ut Causa prima. Vel certe dicitur primum ut significetur Causam efficientem comparatam cum aliis Causis habere aliquam prioritatem ~~nam si compararetur cum materiali~~. Nam si comparetur cum materiali in ratione causandi quamvis utraque simul causet a parte rei tamen secundum rationem prior est Causalitas efficientis quam materialis. Unde vera est ista propositio Causalis ideo materia patitur quia efficiens circa illam operatur et non vice versa; sicuti etiam prius est dare quam accipere. Causa etiam formalis cum sit terminus motus est etiam posterior. Finalis vero saltem ordine executionis. Dicitur Unde id est a quo non quidem late accipiendo quatenus significat omnem terminum a quo vel rationem communem omnibus principiis sed accipitur magis presse quatenus dicit Causam a qua profluit effectus. Dicitur mutationis per

quod explicatur exercitium Causae efficientis qualecumque sed quod sit transmutatio. Unde gore excluditur ab hac definitione efficiens per ationem, licet latius accipiendo hic mutationis dudatur. Dicitur quietis id est termini sub quo subjectum quiescit, neque enim efficiens solum motum sed etiam eius terminum. vel nomine quietis significatur Consistentia et permanentia rei in esse. Nam Causa efficiens non potest rem primo efficere sed etiam continuato fluxu conservare. Solum hic Adverte primario intentione describi Causam principalem cui adaequate convenit definitio; secundario instrumentalem quae etiam aliquo modo participat definitionem.

Pro secunda parte tituli adverte multas conditiones requiri ad Causam efficientem quarum reliquae traduntur in libris de generatione ubi de conditionibus actionis agitur inter quas praecipua indistantia et contactus, Pro nunc satis est alteram unam proponere. Requiritur ergo realis distinctio inter Causam et effectum quia Causa id unde est aliud: unde sequitur quod idem non potest producere seipsum ut ostendimus supra agentes de hac prioritate: ex quo etiam sequitur inter principium et principiatum intercedere vel alionem distinctionis propter quod ponitur distinctio personarum in divinis. Et quamvis Scotus voluerit Spiritum distinctum iri a Filio etiamsi ab illo non procederet tamen nec ipse nec aliquis facile negarit productionem esse sufficiens indicium distinctionis: neque quia hac ratione perderetur nobis via prima Causam investigandi quomodo probarunt Autores scilicet omne quod movetur ab alio movetur. Nam posset dici quod idem movetur seu producatur a seipso.

Sectio 2

An effectus semel corruptus possit reproduci?

Supposita communi doctrina quod res creatae vere agant et producant aliquos effectus, oritur difficultas an causa creata quae produxit aliquem effectum post aliquod tempus iterum possit eundem reproducere: quae quidem quaestio tam de naturali quam de supernaturali modo controversa est. Pro qua Sciendum alia esse entia permanentia alia successiva, et prima sunt quae habent omnes partes simul existentes v.g. tabula terra etc. Secunda sunt quorum dum est una pars perit altera; talis est motus et locutio v.g. cuius dum una pars existit desinit altera. Duratio vero est omnium maxime successiva cum sit ratio faciens rem respondere diversis partibus temporis. His positis

Dico 1. Nullus effectus semel corruptus naturaliter reproduci potest. Est communis. S. Thomae et aliorum quos citant et sequuntur Conimbricenses lib 2 de generat. c 11 q 1 a. 3. Suarez d. 5 metaph. s 9 n 10. Fonseca 8 metaph. c 5 q 1. Probatur primo ex Aristotele 2. de generat. t 7 ubi ait homines et animalia non reverti in seipsa et 5 phys t. 37 et cap. de oppositis a privatione ad habitum non dari regressum id est ab effectu semel corrupto. Probatur 2do ratione. In productione hominum non redeunt eaedem animae ergo neque in productione aliorum effectuum. Consequentia patet a paritate rationis nam eadem ratione videmus a causis secundis produci suos effectus sicuti a Deo animas. Antecedens probatur quia alias sequeretur posse eandem animam in uno corpore mereri in alio demereri; in uno salvari in altero damnari; et ideo producuntur semper novae animae pro numero electorum implendo. Confirmatur ex communi hominum iudicio qui in produ

ctione verum non censent redire rem semel [illegible] ptam sed produci aliam de novo. Tum quia [illegible] multiplicatio verum existentium est maxime conformis [illegible] bonitati cuius est esse communicativum [illegible] tum quia talis multiplicatio confert ad decorem et pulchritudinem universi. R. alio a[illegible] videtur esse divinum decretum quo voluit cum ca[illegible] secundis concurrere ad eundem numero effectum denuo, quod tamen decretum habet fundamentum in rebus ipsis vel certe in tota universitate. [illegible] re Soarez citatus ait fatendum ergo est vel [illegible] dere ex sola divina voluntate, vel si habet aliquam causam naturalem nobis esse occultam et ad summum dici posse cum Dei virtutes natu[illegible] les ad multiplicationem individuorum ordinentur eamque naturaliter intendant, esse magis conve[illegible] nientem naturae earum ut semper concursum recipiant ad novos effectus

Obicies 1. Post effectum destructum manet subjectum entitas causae; sed entitas causae est potentia naturalis talis effectus. Ergo post effectum destructum manet potentia naturalis ad illum. Ergo potest illum reproducere. R. distinguendo minorem. Entitas [illegible] est potentia naturalis talis effectus ad illum semel ha[illegible] dum vel producendum concedo; ad iterum nego: eodem modo distinguo consequens manet potentia naturalis illum iterum habendum nego, ad semel habendum prae[illegible] dendo a differentia temporis concedo

Obicies 2. potest aliquod membrum [illegible] cisum a corpore iterum uniri naturaliter. Ergo potest dari reproductio eiusdem effectus. R. transeat [illegible] nego consequentiam quia nullum est indicium posse [illegible] eundem effectum totalem sicut habeamus ab ex[illegible] rientia partem aliquam abscissam posse reuni[illegible]

denuo et informari a forma praecedenti.

Obijcies Animalia quaedam mortua vt muscae iterum calore solis et alijs artificijs reviviscunt. Ergo. R. si vere semel mortua fuerint non produci eandem sed similem vitam seu formam. illud vero quod de pellicano S. Augustinus et Hieronymus refert vivificare pullos suo sanguine ex relatione aliorum vel symbolice dictum potius putamus.

DICO 2. Negari per divinam potentiam produci posse modum durationis successivum quo res respondet huic determinato tempori. Probatur nihil potest esse sine sua essentia. Sed essentia talis durationis est facere seu esse correspondentem huic tempori. Ergo non potest existere talis duratio quin hoc faciat. Sed si reproduceretur hoc non faceret Ergo non haberet suam essentiam. Probatur subsumptum si reproduceretur talis duratio faceret rem correspondentem alteri tempori. Ergo non haberet suam essentiam. Confirmatur quia ubi per quod correspondeo huic loco non potest poni in alio loco ita ut per illud respondeam alteri loco. Ergo nec duratio hodierna potest poni cras faciens me correspondentem crastino tempori. Disparitas (?) patet quia non magis hoc ubi dicit hunc locum quam haec duratio dicit hoc tempus vide Fonsecam supra q. 3 s 3. Rubium q 4. Haec conclusio est contra Suarez d. 50 s 9 n 14. Conimbricenses et alios qui licet conentur assignare disparitatem inter ubi et durationem, disparitas tamen facile rejicitur ab intelligente vim argumenti

DICO 3. Omnia entia permanentia reproduci possunt per divinam potentiam. Est Suarez citatus et 3. p. t. 2. d 44. s 5 Vasquez 1 p. d. 33 n 19 Durandi (?) lib de prima digressione (?) 10. Conimbr. 2 de generatione q. 3. a 2. Fonseca 8 metaph. c 5. q 2. s 2. Probatur Nulla est repugnantia in tali reproductione ex parte effectus neque ex parte causae. Ergo non est deneganda nimirum Deo. Probatur 2do autoritate patrum Sancti Augustini

Sermone ultimo de verbis Dni S. Grego[rius] in hom[ilia]
in evangelium. Tertulianus in apologetico c. 25. [illegible]
cense inquit temetipsum o homo et fidem rei scilicet re-
surrectionis invenias, recogita quid fueris ante quam [esses]
utique nihil, meminisses nisi quid fuisses. Qui er[go]
nihil fueras quam esses, idem nihil fiens cum esse de[sieris]
nis, Cur non posses rursus esse de nihilo eiusdem [auc-]
toris voluntate qui te voluit esse ex nihilo. Hinc
cum multi antiquorum prout advertit Fonseca [pu-]
taverunt aliquando res easdem numero reditur[as]
[confe]cto scilicet anno magno Platonis, id est confecto [ci]
[r]ctu octavae sphaerae qui 36000 annorum vel iuxta ali[os]
49000 annorum spatio absolvitur, cum tamen ex [alia]
parte dixerint ex nihilo nihil fieri. Probatur 3tio [fi-]
est eundem numero hominem qui iam saltem [...]
unionem intercepit in fine mundi resurrecturum.

Dico 4 Omnia reliqua etiam entia succes-
siva praeter durationem possunt reproduci virtute di-
vina. Est Hoaves citati et Conimbricenses contra
Cardinalem Rubium et alios qui vel in re non dissident
vel si dissident id faciunt propter diversam opinionem
de duratione et tempore. Probatur 1mo Nulla est im-
plicantia in reproductione talium entium. Ergo
Probatur 2do Non minus haec entia sunt absoluta ab
ordinario tempore quam quodcumque aliud ens per-
manens. Ergo sicuti reliqua entia permanentia pos[sunt]
reproduci, poterunt etiam entia talia successi[va]
prout ea nos supponimus. nam loquimur de talibus en[tibus]
quae non sunt duratio; sola enim duratio allig[ata]
tempori imaginario, quod tempus imaginarium
sicuti implicat produci ita et reproduci, et con-
sequenter omne id quod illi est alligatum.

Obiicies 1 Commune axioma est ad pu[...]
non esse potentiam. R. 1mo si in rigore verbor[um]
[illegible] axioma non esse verum nisi naturaliter lo[quendo]

R 2do Cum Suarez distinguendo illud axioma ad praeteritum non datur potentia ita ut quod fuit non fuerit concedo. ita ut quod semel fuit iterum non sit et nego.

Dices. Substantia dicit necessariam convenientiam rationem et connexionem sui ad novam imaginariam, quae fuit Ergo nequit produci de novo, sicuti nequit produci nova imaginaria R distinguendo antecedens dicit necessariam connexionem ita scilicet ut semper dicere debeat ei aliquando coexstitisse concedo; ita ut non possit coexsistere alteri et nego; non enim absolute pendet essentia aut singularitas cuiuslibet rei etiam successivae a nova imaginaria quae concipitur esse veluti extrinseca mensura rerum.

Obijcies 2. Non potest restitui idem motus nisi restituatur idem tempus; sed idem tempus non potest restitui Ergo nec motus. Probatur minor quia tempus habet ordinem essentialem ad tempus imaginarium quod cum divinitus reproduci nequeat sequitur ut idem sit iudicandum de tempore vero et positivo. R primo totum argumentum non esse contra conclusionem meam. nam ego solum loquor de ijs entibus successivis quae non sunt durationes et non involvunt ordinem essentialem ad tempus imaginarium. R 2do distinguendo maiorem. Non potest motus reproduci nisi tempus etiam reproducatur si per nomine motus et temporis intelligis ipsa ubi sibi succedentia vel primi mobilis vel cuiuscumque alterius nego non posse reproduci. Si autem nomine motus et temporis intelligis actionem per quam producuntur ubi talia concedo non posse reproduci. Nam in sententia probabilissima illa actio est duratio, duratio non potest reproduci Ergo nec illa actio.

Instes Quare potius potest redire motus realis prout significat ipsa ubi successiva quam illa mora imaginaria R quia motus habet realem et-

positivã entitatem quod non sit iam necessar
nec necessario nunc durat per hanc duratio[n]
sed poterat fieri antea vel post. Nova aut[em]
imaginaria concipitur esse quid necessarium hab[ens]
necessitatem quandam in fluxu et ordine suar[um]
[par]tium et continuatione usque in aeternum, nam ali[ter]
non esset mensura aliorum motuum certa et inv[ari]abilis.

Dices 3. Minus est rem iam existentem [con]servare ne corrumpatur quam corruptam repar[are]. Sed Deus non potest conservare rem successivam [ne] corrumpatur. Ergo à fortiori nequibit corruptam [re]parare. Respondent Conimbricenses negando Antecedens [quan]do ex conservatione rei sequitur eversio natur[ae] talis rei, qualis sequitur si res successiva [ser]ve[tur] ne fluat, cum enim eius essentia in successione [et] fluxu consistat, si existat et non fluat nequa[quam] erit successiva. Respondeo 2do distinguendo minorem: Deus non potest conservare rem successivam [ne] corrumpatur ut successivam transeat, quod alioq[ui] est successiva et potest ita produci ut una pa[rs] sequatur alteram et nego: nam potest Deus [omnes] partes simul producere et conservare

Obiicies ultimo ex hac sententia [sequi] quod una hora toties reproducta posset facere in[te]grum diem et annum et item quod mille anni [pos]sent unico quadrante absolui, quia omnes omnium horarum partes possent simul produci quae omnia absurda. Respondeo concedendo sequelam sed nego [esse] absurda philosopho licet plebi videantur in[credi]bilia: tam enim potest ex eodem die saepius producto consurgere integer annus imo mille ex eodem homine saepius replicato conflari [ex]ercitus. Neque etiam absurdius est mille annos quadrante quam millenos uno puncto conclu[di].

si per annum intelligas ubi vig. primi mobilis; si autem intelligas ipsam durationem seu productionem successivam talium ubi nego posse quadrante concludi. Circa hoc tamen advertendum cum Conimbricensibus in solutione 5 arg. non dici proprie mille annos uno quadrante concludi vel absolvi, siquidem ad denominationem anni requiritur certus numerus mensium dierum horarum eo modo coordinatorum ut alij alios excipiant et unus post alium sequatur. Quae coordinatio in dicto casu non esset. quare in illo quadrante mille anni entitative includerentur non tamen iuxta suam denominationem completam accepti. Quemadmodum si cuiusvis cubiti partium ad unum penetratione reducantur, continebitur quidem ibi tota entitas cubiti in ratione Quantitatis non autem mensurae.

Quaeres An sicut Corpus quantum potest poni in uno puncto, ita annus possit claudi uno instanti?

R. si nomine anni ut dixi intelligis talia ubi primi mobilis quae successive aquirit vel aquisivit, affirmative; nullam enim video repugnantiam cur illa ubi omnia non possint in uno instanti reproduci et cur aliquod corpus non posset replicari per illa omnia ubi quae alias successive et connaturaliter aquisiverat.

Sectio 3

Quid Causam Efficientem determinet ad individuum?

Suppono 1mo Causas naturales ex sua natura esse determinatas ad certum genus et certam speciem effectuum. Causas vero liberas determinare se ipsas ad actum unius speciei potius quam alterius v.g. ad amandum potius quam ad odium. Ratio est quia talem determinationem non accipiunt a Deo eo quod Deus seu Causa prima in se spectata sit indifferens ad omnes effectus suo discrimine producendos; quare

determinatur à Causa secunda immediate ut p
us talis speciei effectus quam alterius producatu

Suppono 2do Rem quamlibet esse individu
per suam propriam entitatem: quare hîc non est
quaestio de principio intrinseco individuationis s
solùm de extrinseco, id est de Causa efficiente u
an hic ignis habeat esse ita ab hoc igne ut
sit illud esse habere ab alio? Uno verbo hîc q
ritur V. determinatio ad hunc numero effectum seu
quod hîc numero effectus producatur desumi d
beat a Causa secunda vel a prima. Qua in
re duplex est sententia principaliter

1ma est Vasquez tom 1 in 3 p. d 74 c
Pererij lib 8 c 15 et aliorum qui docent effectum qui a
ab una Causa non potuisse esse ab alia et ideo
effectus esse quandam seriem ut primo loco pro
ducatur Petrus deinde Paulus. 2da senten
docet oppositum id est primogenitum potuisse esse ulti
genitum et filium huius hominis potuisse esse alte
et a Deo determinari ut hîc filius sit ab hoc et
ab alio. Ita Soarez d 5 s 6 n 9 et s 9 n
et lib. de Concursu Dei c 7 n. 4 licet contrar
antea videatur docuisse t. 2 in 3. p. d 44 s 6.
centiores aliqui tertiam excogitarunt nempe det
minationem Causae ad hoc individuum potius effe
esse referendum ita ut is naturaliter produci n
queat nisi hîc et nunc ab hac Causa. Quibu
addi potest quarta sententia huius determina
tionem effectus à Circumstantijs. His positis ut q
dam aliquid de hac Controversia statuamus

DICO 1 Determinatio effectus quoad in
dividui provenit à Causa prima ex eo quod d
det Concursum potius ad hunc quam alium numero
effectum. Ita Soarez citatus. Hurtadus d. 10 physi
s 4 Molerus 3. de Anima q 18 Conclusione 2

Conimbricenses 2 phys c 7 q 15 a 2. et 1 de generat c 11 q 1 a 3. Probatur 1mo tempus locus et similes circumstantiae non influunt in rem nec sunt operativae, nec imprimunt aliquid causis secundis. Ergo ab illis non desumitur determinatio huius numero effectus. Probatur 2do conclusio. De facto ex communi sensu hominum agimus Deo gratias quod non siverit nos nasci in Turcia v.g. a parentibus infidelibus, sed a parentibus Catholicis in loco Catholico. Ergo communis sensus est quod potuissemus connaturaliter nasci alibi et ab aliis parentibus. Probatur 3tio Beata Virgo et SS. Patres meruerunt circumstantias incarnationis nempe ut Christus tali tempore ex tali matre et talibus annis pro annis qs nasceretur. Ergo poterat humanitas Christi connaturaliter alio tempore et ab aliis nasci: si enim humanitas Christi (quae secundum se nihil differt ab aliis humanitatibus) ita continetur alvo in virgine, ut connaturaliter non potuerit nasci ab alia ad quid tot preces et merita sanctorum ac virginis ut mererentur ex se progignere Christi humanitatem; hoc sane erat petere ut Deus faceret miraculum. Hoc argumentum theologicum ipse potest et bene deduci, quod tamen quia theologicum est hic omitto.

Obijcies 1. Ex Vasquez citato. Ex hoc sequitur quod agentia naturalia habeant virtutem reproducendi eundem effectum, cum non maiorem habeant inclinationem ad unum quam ad alium. Respondeo negando sequelam nam agens naturale ut dixi non habet potentiam ad reproducendum eundem effectum sed ad primo producendum hunc vel illum.

Obijcies 2. Sequeretur tolli liberum arbitrium. Probatur sequela voluntas determinaretur a Deo ad producendum hunc potius quam illum actum. Ergo individuatio huius actus non pendet a libero arbitrio. Respondeo et primo eadem difficultas est in sententia dicentium effectum individuari a circumstantiis vel causa et consequenter non pendere a voluntate libera quoad individuationem. 2do nego sequelam ad probationem concedo totum non enim determinat Deus quod eliciat voluntas potius actum amoris

quam odij; sed ex suppositione quod velit eli-
actũ amoris in tanta intensione etc eliciat po-
hunc quam illũ numero: sicut si quis vellet dare
unũ grossũ pro elemosyna, non esset contra vo-
tatem dantis quod servus u.g. det grossũ nu-
loco Lubicensis. Unde bene advertit Hurtadus §. 8
liberum nobis esse amare hoc etiam amore q-
ita per illũ amamus ut possimus illũ non habe-
At non possumus illo ita amare ut eo libere
go possimus aliũ eiusdem speciei circa idem
etiã hic et nunc exercere. Ratio a priori est
cum objiciatur ratio boni et mali in obiecto,
posse voluntas amare vel odisse, vel certe n-
amare obiectum ac proinde habere libertatem
quoad hoc; cum autem ratio individualis actus
objiciatur, non est necesse ut sit libera volunta-
ad illam rationem individualem

Dices ex eodem hoc quod aut Deus p-
voluntatem eliciturã talem actũ amoris ante
illũ determinet, vel non praevidet. Si secundum
ergo Deus praevidit propriã determinationẽ
talis creati nec ei relinquit libertatem. Si
ergo iam praevidit talem numero amorem
ante Dei determinationem supponitur volunta-
elicitura hunc numero amorem. R. distinguo
antecedens vel loquimur de scientia absoluta
conditionata. Si de prima Deus praevidet t-
numero actũ amoris quia praevidet etiã suam
determinatum concursũ a quo habetur tal-
terminatio. Si autem loquimur de scientia
ditionata, sicuti non praevidetur simpliciter
natura voluntas, ita nec praevidetur talis nu-
mero actus; praevidet autem Deus quod si volun-
tas sit elicitura actũ amoris, talem potius eli-
citura actũ et non aliũ ad quem scilicet [illegible]

stabit concursum. habet enim voluntas creata paratum concursum Dei ad actus amoris et odii, ita tamen ut si velit elicere actum amoris potius quam odii eliciat hunc numero et non alium

Objicies 3. Causa secunda determinat sibi certos effectus specie ergo etiam numero. R. negando paritatem, nam determinatio specifica oritur à limitatione causae, quae non potest omnes effectus cuiuscumque speciei producere: non est autem contra naturam eiusdem ut determinetur a Deo individuatio effectuum eiusdem causae

Dices Causa secunda determinat primam ad speciem actus. Ergo prima non determinat secundam ad individuationem. Quia individuatio continet speciem, et sic prima determinaret secundam quoad speciem. Pro hoc argumento Adverte. Cum Hurtado § 62 determinationem explicari pro positione causali, v.g. Deus et ignis concurrunt ad calefactionem, concursus Dei ex se in actu primo est indifferens ad calefaciendum et frigefaciendum; Unde in solo Deo ut est praecise causa universalis non intelligimus cur eius actio debeat esse calefactio potius quam frigefactio. Quare non dicimus haec actio est calefactio quia oritur à Deo nam et frigefactio oritur à Deo. at vero ignis ex se est determinatus ad calefactionem, nec est indifferens ad frigefaciendum sed quantum ex se petit a Deo concursum tantum ad calefaciendum. Unde formantur verae istae causales haec actio est calefactio, quia oritur ab igne, et sic determinatur voluntas Dei per ignem ut velit cum eo concurrere ad calefaciendum. e contra vero haec individua calefactio haec et nunc non oritur ex aliquo determinato ignis conceptu sed ex voluntate Dei parata ad illam et non ad alias. Unde ad argumentum, R. negando consequentiam et ad probationem cum distinctione. Individuatio continet speciem physice

et realiter loquendo Concedo. Formaliter et in
modum concipiendi nego. Nihil autem novi est q
in una entitate physica reperiantur duae formalit
quarum quaelibet attingatur etiam a pluribus Caus
physicis non tamen cuilibet earum tribuatur ut p
cipio determinato talis formalitas

Obiicies 4. Ergo Deus est Causa pecca
Probatur sequela Deus est ratio determinans cur oriatur hoc nu
ro potius peccatum quam aliud. Ergo Deus est Caus
huius malitiae et huius peccati. R. negando sequelam
ad probationem distinguo Antecedens. Deus est ratio de
terminans cur oriatur hoc numero peccatum formaliter
materialiter Concedo quod hic numero actus oriatur qu
est peccaminosus, non autem quod oriatur formaliter
est peccatum et peccaminosus et sic nego. Consequentiam
Ratio huius rei prout nunc est quia hoc ipso quod
actus oriatur a Deo non simpliciter sed ex hypothesi
ne quod homo velit male operari. non potest De
dici Causa moralis huius malitiae formaliter
quia non intendit illam simpliciter sed potius c
trariam bonitatem et contrariam honestatem
neque etiam potest dici Causa physica quia non
determinate et simpliciter hanc haecceitatem actus
sed vel hanc vel actus boni haecceitatem

Obiicies 5. Petrus et Paulus differunt solo nu
Ergo quod Joannes occidat Petrum potius inimi
quam Paulum amicum determinatur à Deo. Probatur seq
Consequentia quia Deus per nos determinat ad indi
duum R. 1mo Non determinare Deum ad omne
modo Consequentiam individuum sed tantum ad illud quod
libertati. R. 2do negando Consequentiam ad probatio
distinguo determinat ad individuum quando
individualis importat actiones specie diversas
moraliter nego, quando non importat
In praesenti autem occisio Petri inimici et Pauli

sunt actiones speciei saltem morali diversae pro
pter diversa motiva et diversos fines: ex suppositio
ne tamen quod velit occidere petrum potius quam
paulum faciet Deus ut occidat illum potius per hunc
numero impulsum quam per alium

Obijcies 6 impugnando rationem supra factam secundo loco. Saepe gratias agimus Deo pro rebus quae necessario eveniunt v.g. pro pluvia, serenitate quae naturaliter eveniunt Ergo ex eo quod gratias agamus Deo quod simus nati ex talibus parentibus non necessario arguitur determinationem effectuum quoad individuum refundendam in Deum

R. negando antecedens scilicet quod agamus gratias Deo de necessarijs: et ad id quod dicitur de pluvia. Dico Deum ut autorem naturae disponere ipsas Causas secundas non contra rationem ipsarum. Similem vim habet diabolus aliquo modo et potestatem alterando variando et permiscendo Causas et applicando activa passivis unde varij effectus non quidem supra exigentiam naturae Causarum. Quare cum ipsa pluvia v.g. oriatur ex tali combinatione et dispositione rerum, potest illas Deus variare ut non pluat hoc tempore sed postea, et sic possumus agere gratias Deo quod ut autor naturae taliter res disposuerit ut plueret. In Casu autem nostro si tales homines conveniunt in tali patre necessario ita ut non possint oriri ex alio praeter miraculum, cessat ratio agendi gratias

Obijcies Vltimo Aristoteles 1 phys. t. 37 ait Causas deposcere sibi certos effectus nec ex quolibet fieri quodlibet. et 1 coeli t. 24 ait ordinem esse propriam naturae. R. Autem imprimis velle in Causis esse determinationem quoad speciem et quod non ex omni subiecto fiat quaelibet forma; sic enim habet non enim incipit faciet serram ex lana aut ligno etc. ad alterum locum de ordinatione dico non esse intelligendum de serie individuorum

m. Causa sed solum velle adstruere aeternitatem ...
Cui opponi videbatur Anaxagoras, dicens mun-
dum esse principium, quod tamen non fuerit op-
ab aeterno. Et cum interrogabatur quare non ...
ebat ad naturam occultam rei. Respondendit autem
Aristoteles et subdit praedicta verba et sensus est qu-
natura nihil faciat frustra, nihil temere et ...
natum, omnino si fuit ab aeterno Causa produ-
debuit producere.

Ex dictis habes quid respondendum sit ad ...
sententiam supra relatam, nempe esse quidem ali-
effectus qui ex sua ratione intrinseca petunt fie-
ab hac Causa et non ab alia ut actus vitales ...
actio ipsa Dei; Nego tamen omnes effectus id ...
sed plerosque qui producuntur ab una Causa. Dico p...
produci ab alia; quod maxime patet a posteriori
enim effectus plerumque ab alia Causa producitur ...
alia consequenter, quare etiam non potuisset ab ...
Causa produci? Item quantum ad Causas ...
nocas non minus una quam altera respicit ...
individua totius speciei quam continet eminenter
quare ergo non potest effectus tam ab hac quam ...
illa fieri. Idem est indicium de Causis animatis
quarum votis frustra et sine fundamento ...
gitur ad unam tantum certam seriem effectuum ut ...
ex argumentis allatis pro Conclusione. Vide Suar...
d 26 s 5 Rubium 2 phys tract. 7 q 3. Conimbr...
lib 8 c 15 Murciam d. 4 q 8 Fonsecam 5 Meta...
c 2. q 14 s 3

Obycies Si effectus idem numero posset ...
rentur produci à diversis numero Causis efficientibus ...
eiusdem ordinis, a nulla earum proveniret per se. Hoc ...
tem dicendum non est. Ergo nec illud. Ser patet ex ...

quia quod utique produci potest ab A. et a B per accidens est quod producatur ab A. R. negando sequelam maioris ad probationem distinguo antecedens; si per hoc per accidens velis non essentialiter requiri causam A ad productionem effectus concedo. hoc modo esse causam per accidens si autem velis non intendi per se productionem talis effectus a tali causa, et non habere virtutem, et nego: nam utique una ac altera habet sufficientem virtutem ad productionem effectus et nihil deest nisi ut applicetur materiae debite disposita.

Dices. Determinatus et certus effectus requirit determinatam et certam causam a qua proveniat per se. R. distinguendo antecedens. Requirit determinatam causam determinate nego: indeterminate et confuse concedo; similiter etiam actionem: nec est contra rationem quod ad ad unum terminum possint disjunctim terminari duae actiones, sicut de facto fit quando idem effectus ab alia causa producitur et ab alia conservatur.

Sectio 4

An idem effectus possit a duabus Causis Totalibus

Suppono 1mo divisionem causae in totalem et partialem prima est quae se sola potest producere effectum. Secunda duplex est, alia nempe partialis partialitate causae, alia partialis partialitate effectus. Haec est cum in effectu est duplex pars altera producta ab una, altera ab alia causa: sicut in eodem subiecto calor v.g. producit calorem et siccitas siccitatem. Illa est cum duae causae eiusdem ordinis concurrunt indivisibiliter per unam causalitatem ad unum indivisibilem effectum qui totus licet inadaequate sit ab utraque et a singulis: et hinc est quod causa partialis requirat et habeat exigentiam alterius concausae.

Suppono 2do. Certum esse eundem indivisibilem effectum causari a pluribus causis subordinatis et totalibus in suo genere v.g. a causa prima et secunda a materiali

et efficiente. Certum est etiam eundem individualem effectum posse causari à duabus causis totalibus, quarum quaelibet se sola sit sufficiens causare effectum, collaterali causando eundem effectum attemperare invicem concursum non applicando totum conatum et ita partialiter causando vere partialitate causae per unicam indivisibilem causalitatem quae essentialiter sit ab utraque causa. Et qualibet remota pereat talis actio. Et si debeat servari idem effectus ab una ex illis causis, conservatur per aliam actionem adaequate pendentem ab ipsa v.g. si simus duo ferentes idem pondus quod ter nostrum est sufficiens ferre solus si desinat unus ferre desinet quidem tota prior latio quae indivisibiliter ab utroque causabatur partialiter, et alter solus remanet ferens pondus, feret illud per unicam actionem a se adaequate pendentem. Et quando dicitur non potest eadem actio esse duorum agentium intelligendum est non posse eandem actionem unius nunc alterius esse agentis non tamen quin non posset una actio esse duorum agentium simul convenientium ad effectum.

Quaestio ergo solum est an idem effectus causari sit a duabus causis totalibus taliter causantibus per duas causalitates realiter distinctas, quarum quaelibet est sufficiens ponere effectum, adeo ut alterutra causa pereunte, pereat quidem una causalitas, sed tamen remaneat effectus sufficienter causatus per aliam causalitatem per quam dependet ab altera causa quae supponitur remanere. Hoc posito.

Dico I. Naturaliter repugnat eundem numero effectum causari a duplici causa totali per duplicem causalitatem. Ita Soarez d. 26 § 14 (?) [illegible] 5 Metaph. c 2 Marcia d 4 q 7 Hurtadus d 8 physicus § 20. et alii plerique. Probatur primo ex [illegible]

2 phys. t 30 ubi asserit eiusdem effectus dari plures Causas sed non eodem modo Causantes id est non ut Causas totales. probatur 2 ratione frustra multiplicantur entia sine necessitate proinde naturaliter fieri non potest cum natura nihil frustra velit, sed una ex illis causalitatibus non est necessaria. Ergo frustra ponitur totum argumentum est evidens

Obicies. Saepe duae Causae concurrunt ad eundem effectum qui sunt eiusdem ordinis. Ergo duae Causae totales possunt producere totaliter eundem effectum probatur negando Consequentiam et dico illas duas Causas concurrere ut Causas partiales et attemperare suum Concursum.

Dices Agentia naturalia agunt secundum ultimum potentiae et quantum possunt Ergo si simul applicentur eidem effectui totam suam virtutem exerent nec illam poterunt attemperare et sic concurrent totaliter.

Respondeo Concedendo Antecedens distinguendo Consequens Non poterunt attemperare virtutem ipsae per se ipsas concedo, ex defectu concursus Causae primae nego. Ratio est quia Causa secunda non exprimit et exerit vires suas nisi prout adiuta a Causa prima cuius exigit auxilium diversum pro varietate circumstantiarum, prout vel sola vel cum alijs concausis effectum debet producere. nam si semper eadem ratione dicatur exigere auxilium seu concursum Causae primae, iam exigeret et se et Causam primam frustra saepe operari ex quibus habetur restrictionem illam seu attemperationem Concursus in Casu posito non esse primario referendam in Deum sed in ipsam Causam secundam cum a Causa secunda sic exigente in illis circumstantijs determinetur Deus ac potentius aut ad minus potenter concurrendum cum Causa secunda. Alij id referunt in effectum qui non requirit maiorem concursum quam unius Causae totalis

Dico 2 Probabilius est etiam in or
ad divinam potentiam repugnare eundem effe
causari a duplici causa totali per duplicem cau
tatem realem. Ita Severinus lib 8 c 15 Vasq
1 tomo in 3 p. d 24 c 4 Albertinus tom 1 pri
pio 2 philosophico dubio 1 et alii quos citant Con
Soarez et plerosque alios

Probat autem Vasquez conclusionem sic. Si id
effectus procederet a duabus causis totalibus, proce
deberet ab cuiusque nativa et intrinseca virtute, nullo
do a Deo elevata, eo quod procederet ab eis si
a secundis causis principalibus et non sicuti ab in
mentis. Atqui idem effectus non potest provenire a
bus causis totalibus propria et nativa earum
tute efficientibus. Ergo nec secundum potentiam absolut
Dei potest procedere idem effectus a duabus cau
totalibus. Probat minorem Nam hoc modo naturali
et cum talis effectus procederet, ad hoc enim ut ca
operentur secundum nativam virtutem non req
potentia absoluta Dei. Sed naturaliter id fieri p
naturaliter autem fieri nequit ut idem effectus p
cedat a duabus causis totalibus. Ergo neque superna
Ad respondent plerumque negando minorem ad pro
tionem negatur sequela nam esto non sit miracul
in hoc quod causa totaliter causet illum effectum
secundum se (hoc enim potest ex natura sua) est ta
men miraculum in hoc quod hic et nunc in iis
circumstantiis causet ut totalis causa, cum tamen
causa totalis ubi primum illi alia causa tota
adiungitur, petat non concurrere nisi ut pa
lis, et consequenter petat a causa prima dari
concursum non ut causae adaequatae sed ut in
quatae. Quod quidem miraculum non est nisi

quoad modū, ac proinde non indigent Causā ut
eleventur et fiant instrumenta omnipotentiā Di-
vinā.
Instat Vasquez et dicit ideo in praesentia alterius Causae
totalis, Ex. Causa totalis non potest totaliter Concurrere et
talem a Deo Concursū vel certe plane non concurrit, quia
indigentia effectus per unam Causam totalem totaliter
operantis expletur, proinde non potest alia Causa adhuc
venire per quam expleatur. Quod argumentū sic ponitur
in forma. Dependentia effectus ab aliquo tanquam
a Causa dicit indigentiam ratione cuius ab intrinseco
petat ab illa Causa pendere; sed implicat ut id quod
accipit totū suū esse ab una Causa habeat ab intrinseco
indigentiam secundū quam petat pendere ab alia Causa
Ergo implicat ut id quod producitur ab una Causa totali
producatur ab alia. Hoc argumentū habet magnam
vim contra eos qui negant materiam posse informari
a duabus formis totalibus utitur enim iisdem quasi
principiis. In sententia tamen nostra parvam ha-
bet vim argumentū, nam nego absolute in ipso verū
dependentia enī nihil dicat aliud essentialiter nisi re-
ceptionem ipsius esse ab aliquo quod quidem rece-
ptio naturaliter dicat indigentiam quia naturaliter nulli
confertur esse nisi illo careat, absolute tamen loquendo
dependentia non dicit indigentiam quomodocumque
in suo Conceptu, hoc est indigentiam adhuc alterius
Causae. Si tamen per indigentiam non vis signifi-
care Carentiam sed tantū Capacitatem accipiendi
esse, dicere potes: quod illa indigentia effectus nun-
quam ita expleatur ut nec supernaturaliter adhuc
possit accipere idem esse ab alio: licet naturaliter
expleatur id est habeat tantū quantū agens natu-
rale agendo naturaliter possit illi dare. Sicuti dixi
de materia prima cuius licet expleatur appetitus
naturalis per unam formā substantialem, non ta-
men impedit quominus ex ~~superrog~~ supererogatione

possit informari alia forma substantiali. Ita
una Causa efficiens dat esse effectui potest idem
ctus accipere illud esse ab alia. Multis etiam
argumentis reliqui autores conantur adstruere
sententiam, quae tamen facile solvuntur. quibus
pbs Concludo breviter Quia sequeretur alterutra
sint prioritatis, pulsertim quod idem effectus esset
sterior natura et non esset posterior, quod sic
batur posterioritas naturae consistit in hoc quod
id quod est posterius natura intelligi existere
sua Causa seu sine eo quod est prius natura.
effectus cum revera supponatur Causam ab utraque
non debet posse intelligi existere sine illis. Ex
parte non esset posterior natura quia posset
telligi existere sine alterutra Causa nam sicut
esse sine alterutra ita potest intelligi sine alteru
Et sic idem effectus esset posterior et non esset
rior posset et non posset intelligi existere sine
alterutra Causa. Idem argumentum aliter pro
scilicet quod effectus dependeret et non depend
ab alterutra Causa

Quaestio 2
De Causalitate Efficientis

Multa quae alias in libris de generatione tractari
hac quaestione complectemur.

Sectio 1

Quid Actio Passio et Motus? et quo modo differant inter se?

Suppono 1mo pro nunc Cum Communi senten
Causalitatem Causae efficientis sive rationem per q
formaliter constituitur actu Causans, esse actione
quia Causalitas agentis est id per quod constitu

effectus proxime dependens et quo solo posito intelligitur agens actu Causare, et quo sublato intelligitur non Causare; sed posita actione effectus intelligitur pendere à Causa et agens actu Causare. Ergo actio est Causalitas Causae efficientis. Sed hac de re infra.

Suppono 2do me hic non loqui de actione creativa sed tantum de ordinaria. Actio autem bene describitur ab Phte quod sit actus in hoc prout ab hoc. Similiter ab ipso 3 Phys t. 18 et 19 ubi ait actionem esse actum activi et passionem passivi: Item esse actum huius et ab ipso motivo. Explicatur: dicitur primo actus quia per actionem agens non est in sola potentia ad effectum. Dicitur secundo huius vel in hoc, et intelligitur ipsum subjectum in quo est actio dicitur tertio prout ab hoc, per quam particulam differt Causalitas agentis à materiali. Motus bene describitur esse actus Entis in potentia prout in potentia; de quo infra tertio Phys j. Passio autem describitur ab eodem esse actus ab hoc prout in hoc ubi vides hic in hoc esse differentiam passionis per quam differt ab actione et per eam explicatur ratio subjecti seu Causae materialis

DICO I. Actio et passio non distinguitur realiter a motu. Est Communis vide Suarez D 49 S 2 Hurtadi D 17 physicae S 3 et est expressa sententia Aristotelis 3 phys. c 2 et 3 ubi aperte concludit t 17 motus inquit eius quod agere et pati potest quatenus talis est actus id est agentis et patientis. Prob. Communiter movere est formaliter agere et moveri est formaliter pati Ergo actio et passio non distinguuntur a motu. Prob. Antecedens Alterare subjectum est movere illud et alterari est moveri sed alterare est agere et alterari est pati. Quia alterare est producere Qualitatem in subjecto et alterari est produci eandem Qualitatem. Ergo movere est agere et moveri est pati. Cons. Prob. Quia alteratio est species motus. Alteratio enim est motus ad Qualitates et generatio est motus ad substantiam

Dico 2 Actio et passio non distinguuntur realiter inter se. Est expresse Arist. loco cit. t. 15 ubi ait differre actionem et passionem sicut viam acclivem et declivem seu viam Athenis Thebas et Thebis Athenas. Est communis autorum vide Suarezium S. 1) et Hurtadum S. 4. Prob. 1mo si passio esset realiter distincta ab actione, passio non esset producta. Consequens est falsum et contra rationem entis creati cuius est esse productum. Ergo. Prob. sequela Hurtado vel esset producta ut terminus vel ut actio seu ratio producendi aliud: Non primum tum quia passio non est terminus sed via subiecti ad terminum tum quia si produceretur ut terminus et consequenter per actionem aliam realiter distinctam peto an actio habeat passionem à se distinctam: si habet ergo in infinitum ibitur; si autem non habet ergo qualis dicitur quod actio agentis naturalis non sit subiecto et consequenter passio. Prob. 2do breviter ex S. n. 8 Actio et passio sunt inseparabiles à motu Ergo sunt inseparabiles inter se. Patet Antecedens prima Conclusione. Prob. Consequentia quia saltem in naturalibus quae sunt idem realiter cum 3o tertio sunt idem realiter inter se; et praeterea quia posset agens producere calorem in subiecto et subiectum non pati calorem

Sectio 2

An Actio distinguatur a termino

Suppono 1mo nos hic potissimum loqui de actione transeunte qua videlicet aliquid producitur in subiecto distincto ab agente. Dantur enim actiones ali

inmanentes quibus producat aliquid in ipso agente ut est intellectio volitio et de quibus suo loco.

Suppono 2do Ex dictis q praecedenti § 3 in fine aliquos saltem effectus imo plerosque qui producuntur à Causa secunda cum prima posse produci vel potuisse produci a sola prima. imo ubi probavimus idem effectus qui productus est ab hac Causa Creata potevat produci ab alia similiter idem effectus qui productus est a Causa secunda una cum prima potest et de facto conservatur quasi semper a sola prima. Et communiter admittitur saltem de potentia absoluta unum effectum posse fieri a pluribus Causis divisim et conservari ab una et fieri ab altera

Suppono 3tio Triplex esse munus actionis primum ut per illam transeat effectus de non esse ad esse Secundum ut determinetur talis numero effectus qui produci debeat a Causa eo quod cum actio si est distincta a termino ad summum sit modus illius, et de ratione modi sit ut deposcat talem numero rem, Consequenter per talem productionem seu actionem talis numero effectus Causabitur. Tertium demum munus est facere effectum accidentaliter dependere ab hac determinata Causa. Pro primo munere non esset necesse ponere actionem distinctam à termino. Nam posset seipso effectus transire de non esse ad esse sicuti actio fit à Causa et transit de non esse ad esse nulla alia mediante actione. Nec pro secundo munere requiritur actio distincta, cum sufficienter determinatio effectus quoad individuum habeatur per nos à Causa prima. sicuti ipsa actio si sit modus distinctus à termino est talis numero non per aliud superadditum: Restat ergo ut solum ratione tertij muneris distinguatur à termino actio si debeat distingui pro qua re

Advertendum non sufficere ad tollendam indeterminationem hoc quod est non posse naturaliter esse aliquid mi[illegible] Nam si possit per divinam potentiam esse ab alio ipso est intrinsece et essentialiter indeterminatum, ac inde debet pro eo determinando assignari aliqua ra[illegible] per quam sit determinata ab hoc et non ab alio. His positis

DICO 1 Actionem esse modum modaliter distin[ctum] a termino. Est Suarez d 18 s 10 n 8 et d. 20 s [illegible] et alibi Hurtadi d. 11 physica s 2 Rubij 3 phys c 1 [illegible] Vasquez 1 p. d. 176 n 11 et 1 2 d. 79 n 40 [illegible] 2 phys d 4 q 12 et aliorum quos citant [illegible] et passim recentiorum. Est tamen contra nominales Fonsecam 5 Metaph c 2 q 7 s 3 et q 13 s 2 Molina 1 p. q 10 a 5 d. 1 et q. 27 a 1 d 8 Lessius lib de [illegible]tia c 10 n 13 Conimbricenses 3 phys c 2 q 3 a 2 et lib 2 de generat. c 11 q 2 a 3 Valentiam et alios.

Prob. quotiescumque est vera denominatio realis nova debet esse novum ens reale; sed esse productum effectum ab hoc agente determinate est nova denominatio realis. Ergo debet [esse] nova forma dans talem denominationem. Maior est probata in Logica maxime in q de [illegible] et in physica q de unione et patet quod quotiescumque variatur denominatio debeat fieri variatio in aliqua reali, ita ut vel tollatur aliquid entis si sit denominatio negativa vel ponatur si sit denominatio positiva. Quod prob. quia alioqui verificarentur de eodem duo contradictoria quod scilicet esset et non esset: esset quidem quia est denominatio, non esset autem quia nulla est facta variatio in ente. Quodsi vero dicant factam esse variationem in connotatione, explicare debent quid sit ista conn[otatio] et non sit ens? Minor prob. denominatio producti et producentis non est aliquid figmentum sed et reale quid, nam realiter petrus producit [illegible]

a Paulo. Ergo si de novo praedicatur a Paulo denominatio cum possit produci a Francisco saltem de potentia Dei absoluta, debet assignari aliquid a quo sumatur ista nova denominatio Petri dependentis denominative a Paulo. Subsumo sed nihil est aliud assignabile nisi talis nova actio. Ergo datur actio superaddita.

Dices 1. Effectum denominari dependentem ab hoc et non ab alio per solam positionem ipsius effectus, talis agentis et approximationem utriusque. Sed contra peto an ipsa approximatio sit pars denominationis an non. Si primum contra est quia cum possit per divinam potentiam manere agens et passum approximata et tamen agens non agere, signum quod in his non consistat actio, non enim potest esse actio et agens non agere. Si autem dicatur secundum approximationem scilicet non esse partiam essentialem denominationis sed solum conditionem, debet assignari per quid constituatur essentialiter actio a qua denominetur agens ablato omni alio sive per possibile sive per impossibile. Hic revocandum principium saepius positum quod quando ad positionem alicuius de novo ponitur nova denominatio vel illud quod ponitur est forma vel ad positionem illius debet poni forma. Confirmatur si solum ad praesentiam Petri et Pauli dicitur fieri Petrus et dependere a Paulo, eodem modo dici poterit intellectum posse denominari intelligentem de novo ad praesentiam obiecti sine intellectione distincta.

Dices 2. Actionem seu formam dantem illam denominationem esse ipsam entitatem effectus in recto cum aliis circumstantiis et tali decreto Dei volentis hunc et nunc effectum esse a tali causa. Sed contra quia totum hoc quod est effectum pendere nunc a Paulo est extrinsecum

divini decreti ergo est contradistinctum ab illo ergo
decreto Dei nec particulariter sumpto denominatio Causa-
litatis seu actionis, nam decretum divinum non
semper pro objecto! quod si dicas unum decretum habere
pro objecto aliud, de illo alio quaeretur quid habeat
pro objecto

Dices 3. Formam denominans ignem A esse pro-
ductum ab igne B est ignem A poni in rerum na-
tura ex vi et efficacia ignis B qui habet omnia requisita
ut producat ignem A nimirum sit debite approximatus ha-
beat vim producendi et ut ille effectus sit debitus tali causae
quatenus est in tali statu constituta et non impedita
Sed contra potest esse ignis B et ignis A et omnes
circumstantiae et tamen non esse haec denominatio ignis
A esse productum determinate ab igne B. vel
quid intelligis per hoc si Causa non sit impedita vel
intelligis si non desit concursus Dei in actu secundo
et tunc non deesse clarum est cum enim per te concursus
Dei in actu secundo sit idem cum actione agentis
Actio autem sit terminus et reliqua circumstantiae
quibus hic adsunt non poterit deesse concursus Dei
actu secundo. vel intelligis concursum Dei in actu pri-
mo id est voluntatem divinam aplicantem suam
omnipotentiam ad concurrendum hic et nunc cum
Causa et contra est argumentum superius factum
enim concurrere hic et nunc est velle hunc effectum
esse ab hac Causa ergo objectum voluntatis divinae
dependentia effectus ab hac Causa. ergo voluntas
ingreditur hanc denominationem nec est ratio
tiens hanc denominationem

Dices 4 Lumen dependere a sole non
tantum lumen et solem approximatum existere eodem
nam haec omnia possunt esse et tamen non dependere
lumen à sole et praeterea requiritur ut lumen
quam effectus connotet solem ut Causam. Sed
Contra vel illa connotatio est quid distinctum a lumine

et sole vel non. Si non ergo redit difficultas. Si est quaero quid sit. 2do quia si valeret iste modus philosophandi quod posset tolli aut conotatio aut dependentia aut quicumque tandem effectus formalis seu denominatio nullo de novo posito aut sublato ente iam posset etiam dici intellectionem non distingui ab intellectu et quod intellectus ex non intelligente fieret intelligens quia conotaret et aliter se haberet ad obiectum licet ex parte obiecti aut intellectus nihil de novo aut poneretur aut tolleretur

2do probatur Conclusio argumento munaico et hu... tali quando duo possunt separari a parte rei distinguuntur inter se realiter. Sed actio et terminus hoc modo se habent Ergo probatur nam transacta et pereunte generatione hominis quae est actio adhuc manet homo qui est terminus

Dices Generationem postquam homo est productus non perire quoad entitatem sed quoad formalitatem quia actio seu generatio non est solum terminus sed conotat etiam aliam rem. Iam impugnavimus supra hanc responsionem Et virtus contra. Perm... permanente termino non remanet actio etiam quoad entitatem Ergo terminus non est actio entitative. Probatur Antecedens pereunte agente perit hoc totum quod est effectum pendere seu accipere esse ab illo determinate Ergo perit totum id quod actio dicit. Probatur Antecedens Quia pereunte agente effectus simpliciter periret nisi succederet aliud agens Ergo perit tota ratio per quam effectus accipit esse ab hoc agente.

Probatur 3tio Conclusio, a priori ratione infirmata in suppositione tertia quandocumque aliquid ex natura sua est indeterminatum debet dari per quod determinetur. Sed effectus ex natura sua est indeterminatus ad hoc ut pendeat ab ista vel illa Causa. Ergo debet dari aliquid per quod determinetur ut potius pendeat in esse ab hac quam

ab illa Causa. Atqui hoc non potest esse ali-
quam actio, quia omnibus aliis positis non de-
est determinatus effectus ad dependendum ab hac
tius quam ab illa. Hoc argumentum patet a con-
trario quia quandocumque ex natura sua est in-
determinatum non esset unum non potest habere ul-
teriorem determinationem. Sic ad ubi non datur ali-
ubi nec ad actionem actio. Hoc etiam constat
quia saltem de potentia absoluta effectus qui pen-
det ab una Causa poterat pendere ab altera
de facto ut dixi effectus qui producitur a Causa secund-
ata et prima simul conservatur postea a sola Cau-
sa prima: Quod argumentum peculiarem habet
Contra eos qui saltem de potentia absoluta concedunt
effectum produci per actionem distinctam: nam si se-
conceditur quod effectus possit procedere mediante
distincta, iam committitur indeterminatio in effectu
quia nos nullam indeterminationem admittimus in
actione, ideo consequenter dicimus nec de potentia ab-
posse actionem procedere a Causa mediante alia
actione. Hoc argumento etiam probatur sufficienter ac-
tionem esse modum distinctum a termino et agen-
sed Deo. Nam Angelus ita fit a Deo solo ut p-
etiam fieri a creatura instrumentaliter concurrente
Ergo ad hoc ut intelligatur à solo Deo fieri et ab
solo dependere, requiritur aliquid superadditum deter-
nans. Confirmatur hoc ipso quod eadem quanti-
tas in pane dependenter à materia et in Eucari-
stia independenter, conservatur a Deo arguitur
distincta à termino. Ergo hoc ipso quando solus
vel non solus causat effectum arguitur diversa
et distincta à termino. Probatur Antecedens alioquin
eadem entitas esset naturalis et supernaturalis
quoad substantiam. Et propter hanc probationem re-
centiores aliqui qui alioquin modo dictus tenent
sententiam contrariam dicunt quando effectus

valiter productus conservativus supernaturaliter: imo quandocumque effectus aliquis ab alio producitur et ab alio deinde conservatur dari actionem superadditam

Obijcies 1 Frustra multiplicantur entia sine necessitate. Sed nulla est necessitas ponendi actionem distinctam. Ergo non debet poni. R. negando minorem necessitas autem ponendi illam distinctam est variatio denominationis realis quae non potest aliunde haberi quam a modo actionis distincto eo quod ex dictis posset esse entitas effectus entitas Causae cum debita approximatione et caeteris circumstantijs requisitis et tamen effectus non pendere ab hac Causa sed à solo Deo

Obijcies 2 Aristoteles 3 phys t 4 ait motum non esse praeter res; sed actio est motus, Ergo non est distincta à re id est termino. R. ex philoponio solum dici Aristotelem impugnare platonem volentem motum esse ideam quandam distinctam et separatam à rebus et ideo Aristotelem addere motum non esse praeter res id est non esse separatum à rebus quo etiam sensu omnes modi dicuntur non esse quid diversum à rebus eo quod non possunt existere sine illis

Obijcies 3. Effectus in primo instanti indiget Causa secunda qua ordinarie non indiget in conservari et tamen nulla facta est variatio in effectu. Ergo poterit etiam nulla facta variatione effectus ex non dependente fieri dependens. R. distinguendo Antecedens in primo instanti indiget Causa secunda pro primo instanti, pro secundo nego, similiter alteram partem distinguo in secundo instanti non indiget Causa secunda pro secundo instanti concedo pro primo nego: Nam numquam indiguit pro secundo instanti et alijs Causa secunda (supposita doctrina quod Causa secunda non conservet effectum saltem aliquo tempore) Quare numquam ex

non indigente fit indigens, et vice versa semp[er]
pro instanti primo est indigens Causæ sem[per]
et nunquam ex indigente fit non indigens. Et h[inc]
Consequentiam Haec denominatio dependentiæ ab [ea]
Causa nullo modo manet si non est ab illa
et actu ab illa dependeat.

Objicies 4 Existentia est per quam res
fit esse à Causa. Ergo existentia est actio:
existentia identificatur termino Ergo et actio
distinguendo Antecedens Existentia est per quam res
fit esse formaliter Concedo Causaliter nego.

Objicies 5 Forma dicitur fieri ut quo
Ergo forma est actio. R. distinguendo Antecedens for-
ma fit ut quo id est ut terminus formalis com-
rem naturalem eamque constituens ut pars
Concedo ut via seu Causalitas nego. Ob. 1 C
In definitione Actionis ponitur forma cum di-
esse actus R. negando Antecedens ly enim ac[tus]
accipitur pro imperfecto qualis solum est
illa dependentia in quo non quiescat subiect[um]
ut quiescat in forma.

Objicies 6 Intellecta forma in subiecto
intelligitur actio præciso quocumque alio. Ergo forma
in subiecto est actio R. distinguendo Antecedens
intelligitur actio Causaliter et præsuppositive concedo, formaliter nego
cum si dicatur intellecto Filio producto et præciso quocumque alio in-
telligitur actio, dicimus in ipsa suppositione involvi actionem a qua
formaliter productus est Filius, nec urget actionem necessario intel[lecto]
intellecto termino ut probetur actio esse terminus: nam intel[lecto]
effectu necessario intelligitur Causa, et intellecta una relatione neces-
rio intelligitur correlatio et tamen effectus non est Causa.

Objicies 7. Eadem omnino est actio qua Causa secunda
et prima influit in effectum qui producitur. Sed actio Causæ pri[mæ]
non potest esse distincta ab effectu. Ergo nec actio Causæ secu[ndæ]

Minor. Prob. Si actio Causae primae est distincta ab effectu vel Causa prima tantum influit et attingit effectum media illa actione distincta, vel praeterea attingit illum etiam per se immediate: non primum, quia quodlibet Ens creatum ~~[illegible]~~ essentialiter et immediate dependet a Deo in suo esse. Ergo sicuti ipsa actio per se immediate attingitur ita etiam effectus. Resp. negando minorem ad probationem concedo primam partem et dico verum esse quodlibet Ens creatum dependere essentialiter et immediate pendere à Deo si loquimur de Ente quod, non autem si loquimur de Ente quo quod est ratio cur illud quod dependeat et attingatur. Respe

Obijcies Ultimo. Creatura essentialiter pendet a Deo Ergo non per actionem distinctam per quam accidentaliter tantum res pendet à sua Causa. Resp. distinguendo Antecedens pendet essentialiter a Deo determinate nego, indeterminate concedo. id est modo per hanc modo per illam actionem: sicuti etiam res essentialiter petit esse alicubi et habere ubi non tamen hoc vel illud. Resp. 2do distinguendo rursus antecedens pendet essentialiter id est non potest creatura existere nisi Deus producat illam concedo pendet essentialiter id est ab illo solo petit produci et nego, et hoc quidem secunda essentialis dependentia excludit actionem distinctam à termino ut ostendemus Deo volente in libris de Anima. non autem prima dependentia essentialis, quae effectum relinquit in determinationem et consequenter locum determinatum alicubi. Dices. Angelus petit fieri à solo Deo per creationem quia nulla creatura potest creare. Ergo saltem Angelus fiet à Deo nulla intermedia actione: sicuti in similibus dicimus de actibus vitalibus qui non fiunt mediante actione distincta ut videbimus eo quod petant fieri essentialiter ab intellectu &c. Vide Vasquez 1. p. d. 17 n. 7 qui hac ratione a nobis discedit. Resp. distinguendo Antecedens Angelus petit fieri a solo Deo connaturaliter concedo, absolute et essentialiter id est ut sit contra essentiam et destructivum essentiae nego. Esto enim creatura non posset connaturaliter creare posset tamen assumi ut instrumentum ad creandum. Ex quo habetur quod iam in angelo reperiatur aliqua indeterminatio eo quod saltem supernaturaliter possit fieri a Deo et Causa creata. Aliter longe philosophamur de actibus vitalibus quos dicemus ita petere fieri a sua Causa intellectu &c et specie ut hic numero actus qui petit fieri ab intellectu et tali specie nec per divinam potentiam possit fieri ab alia Causa etiam instrumentali. Sed si loco speciei Deus concurreret deberet fieri alius actus vitalis et non praecedens similiter dicimus actionem ita petere fieri a suis Causis ut supposito quocunque principio impossibile sit manere eandem actionem &c Petro A quae procedit ab igne A et Causa prima si accederet ignis B deberet mutari quia ex essentia sua habet hoc praedicatum ut petat fieri ab igne solo et prima Causa

Contra. Ex dictis Colliges 1mo Actionem quae procedit ab una Causa etiam per Dei potentiam absolutam non posse procedere ab alia Causa quia cum sit modus agentis licet non intrinsece afficiat illud sed extrinsece erit illi soli alligata, neque hoc debet mirum videri totum esse actionis sit esse ad tale agens et a tali agente. Dices dabitur aliquod Ens absolutum ita ut petat fieri a Causa creata et per potentiam Dei possit fieri sine illa ut peccatum seu actus qui talis. Respondeo concedendo totum.

Colliges 2do per talem numero actionem non posse produci nisi talem numero effectum. Ratio est quia modus unius non potest esse alterius. Atqui actio est modus termini. Ergo talis talis termini, et sicuti per tale ubi non potest ubicari aliud subiectum nisi tale, ita nec per talem actionem produci effectus quam talis. per hoc tamen non nego quin fieri potuerit hic effectus qui modo productus per hanc actionem productus fuisse per aliam et produci ut in generatione hominis et resurrectione eiusdem.

Sectio 3

De Subiecto Actionis

Adverte Nos hic loqui de actione transeunte, nam de actione immanente certum est recipi in agente eo quod idem sit subiectum et Causa efficiens illius.

Dico 1 Actio transiens non est realiter in agente ut in subiecto. Est sententia Aristotelis 3 Phys. ubi ait actionem esse idem ac motum, motum vero recipi in mobili. Item 2 de Anima, t. 140 actio inquit et passio in patiente. Est multorum quos sequitur et citat Suarez d. 48 s. 4 n. 6 Hurtadus d. 11 s. 7 Arriaga d. 4 q physicae. Probatur 1mo Actio passio et motus sunt idem realiter. dicetur Sed passio et motus sunt in subiecto quod movetur et patitur. Ergo et actio. Hoc probatur experientia et sensu quia motus est in re quae

ut patet in lapide projecto. Ptz 2do Agens non mu
tatur agendo Ergo actio non est in agente. Consequentia
patet Ptz Antecedens Sol n[ec] non perficitur et mutatur
agendo et producendo lumen. Ptz 3tio Actio
ordinaria naturalis quod indivisibiliter est a Deo et
Causa secunda denominat hanc formalissime agens
et tamen talis actio non est in Deo. Ergo actio non
est in agente. Dices in Deo non ponitur actio
quia Deus non est Capax. Sicuti unio non recipitur
in verbo quia non est Capax. Sed Contra et est
ratio à priori. Esse agens est esse id a quo aliud
pendet. Sed esse id à quo aliud pendet non dicit
intrinsece modum actionis in se; quare licet Deus
esset Capax actionis ex eo tamen quia est agens
non deberet recipere eam. Ptz 4to ex Soares
Actio est proprie modus termini intrinsece afficiens
illum. Ergo ubi est terminus ibi est actio; Sed ter
minus est in subiecto et non in agente ergo et
actio

Obijcies 1. Actio est actus agentis ex 3 Phys
c 2. Ergo non potest habere aliud magis proprium
subiectum quam agens. Confirmatur Illud est subiectum
formae quod per eam actuatur et reducitur de po
tentia ad actum. Sed talis est actio respectu agentis
Ergo. R Cum Soares actionem esse actum agentis
non inhaerentem illi sed ab eo profluentem. Ad Confir
mationem R distinguendo maiorem illud est subie
ctum formae quod per eam actuatur et reducitur de
potentia ad actum de potentia scilicet passiva Concedo
de potentia activa nego nam potest aliquid redu
ci ad actum vel de potentia passiva vel activa quia
actus ab utraque procedit potentia. Sed hac ratione
ut in passiva simul recipiatur

Obijcies 2 Si Actio esset in subiecto
illud denominaret agens. Sed non denominat. Ergo
non est R negando maiorem nam eadem entitas

actionis multas subit denominationes, terminum
denominat intrinsece productum, subiectum denomi-
nat passum etiam intrinsece, id a quo est denom.
agens extrinsece: nam actio ut actio non dicit
esse id in quo ut in quo sed a quo

Obijcies Actio est perfectio agentis Ergo
in illo. probatur consequentia quia nihil perficitur ab eo quod
non habet in se. R. distinguendo antecedens est p.
intrinseca nego, extrinseca concedo id est ostenditur
per illam quantum sit virtutis, nihil tamen per...
accresat illi

Obijcies ultimo. Aristoteles 8 phys. t. 33 p...
mundum esse ab aeterno quia alioquin Deus fuisset
mutatus. Sed consequentia non valeret nisi poneretur actio in
agente quia posset dari Deum non mutatum in suppo-
sito quod actio non sit in agente. R. Aristoteles argu-
mentum procedere de actu voluntatis Dei vol...
creare mundum in tempore; et sic cum volitio
intrinseca Deo et talis fuisset in tempore cum
Deus mutatus fuisset iuxta Aristotelem

DICO 2. Actio naturalis seu eductio est
subiecto in quo est forma ita citati autores et
supra. probatur Actio talis est idem ac passio; sed p...
est in subiecto in quo est forma. Ergo et actio.
maior, minor probatur Causa quae causat ali...
ut quod causat etiam causalitatem ut quod
sed subiectum causat formam materialem ut...
ergo causare debet materialiter causalitatem
sed materia causat formam in se sustentando illam in...
sece ut quod ergo causat etiam passionem seu...
tionem intrinsece sustentando illam immediate.

SECTIO 4

V. De ratione actionis ut actionis ...

esse in aliquo subiecto?

Nota Certum esse ex dictis actionem ut est passio esse in aliquo subiecto, id est in eo in quo recipitur terminus productus per eam; Quia tamen datur actio quae non est passio neque eductio eo quod terminum suum producat independenter a subiecto, et consequenter non inhaereat in materia nec ab ea causetur; videndum est an actio secundum hanc rationem qua est productio rei dependeat saltem materialiter ab ipsa re seu termino, et in eo possit inhaerere: Quod idem est ac quaerere an creatio subiectetur saltem in termino licet non subiectetur in materia. Quod quidem videtur concedendum propter communem plurium sensum, qui opinantur de ratione accidentis esse inhaerere.

Contra tamen est terminus non poterat esse causa suipsius; sed esset causa sui si sustentaret actionem ut causa materialis. Ergo non potest sustentare ut causa materialis actionem. Probatur minor Quia id quod est causalitatis principium est in eodem genere principium causati per talem causalitatem: at per te forma producta est immediatum principium passivum suae causalitatis. Ergo est immediatum principium sui ipsius. Probatur minor Quia agens ea solum ratione terminum producit quatenus attingit et producit immediate actionem. Ergo eadem ratione causa quae attingit immediate motum et actionem attingit et producit illum terminum. Ratio a priori est quia actio est dependentia per quam terminus pendet in eo genere ab aliquo in quo ipsa dependentia pendet ut quo. Ergo si nequit terminus pendere a seipso neque causalitas seu actio poterit ab illo pendere

Contra praeterea est quia sequeretur absurdum mutuae prioritatis Quod sic ostendo. Terminus creatus si est

Causa sustentativa Creationis esset prior illa et consequenter posset intelligi existens sine illa: ex alia parte cum talis terminus existat per ipsam creationem non potest intelligi existens terminus quin intelligatur existens Creatio. Et consequenter eadem Creatio intelligeretur et non intelligeretur existens cum intelligitur terminus. Propter hoc argumentum et etiam praecedens non potest Creatio sustentari à termino

Apud patrem Suarez d. 20 S 5 n 27 aliqui recentiores et ipse 3 p. t 3 d 50 S 5 dicunt creationem non esse Accidens sed esse substantiam et non petere inhaerere in ullo subiecto nec sustentari. Sed contra est Hoc non satisfacit: nam esto sit substantia tamen cum sit modus substantialis etiam petet sustentari a re modificata sicuti quivis modus 2do Creatio quia accidentia panis in Eucharistia conservantur sine subiecto est accidentalis terminus conservatus sit accidens. 3tio Omnis etiam illa qua producitur substantia est accidentalis entitative Cum sit extra essentiam totius entis simpliciter primo intenti a natura: et quando dicitur substantialis, dicitur talis solum nominative quia nomen habet pro termino substantia sicuti medicina dicitur sana quia ordinatur ad sanitatem. Quo excluso restat examinandum an de ratione accidentis sit inhaerere vel Con[...] materialiter ab aliquo subiecto

Nota 2 Pro intelligentia termini nominis esse in subiecto est conceptus Communis substantiae et accidentis et quamvis substantia non sit ita in subiecto quod sit totius, sicuti est Accidens de quo proprie dicitur esse in alio extra Cuius sit essentiam: nihilominus tamen substantia dicitur esse in subiecto latius sumpto

vocabulo subiecto, pro omni scilicet eo in quo ali
quid quomodocunque recipitur, qua ratione Anima
dicitur esse in Corpore. Primus hoc quod est esse
In subiecto dupliciter contingit, aut ut Causetur
materialiter ab illo sicuti omnes formae materia
les et accidentia a substantia; vel ut non Causetur
sed intrinsece tantum afficiat et sustineatur alicui in quo
inest; et ita Anima rationalis est in materia, acci
dentia (in sententia Communi quae vult illa solum Causari
a materia) sunt in toto. Quare nullo modo per
esse in distinguitur substantia ab accidente cum utrique
conveniat uterque modus essendi in subiecto. Ratio
ergo essentialis discriminis inter Accidens et Substan
tiam est illa toties data scilicet quod substantia
ex Aristotele 7 Metaph. c 4 post medium, est primum Ens inten
tum à natura et consequenter omnia participant ra
tionem substantiae quae sunt de constitutione et con
ceptu talis primi Entis. Contraria ratione accidens
est quodcunque non ingreditur constitutionem primi
entis intenti à natura. Confirmatur ideo Aristoteles de
substantia definit accidens per esse in alio sed non
ut partem id est ingredientem compositionem et con
stitutionem primi entis intenti à natura. Ex hac ra
dice discriminis cum Accidens totum suum esse habeat
in ordine ad aliud dicitur entis ens id est substan
tiae, et esse in alio id est in substantia; quod expri
mitur communiter ab aliis per hoc quod Accidens sit
illud quod vel actu insit vel in subiecto vel inhaerere
petit; quod ultimum dicunt ut salvent sine substan
tia panis remanere accidentia in eucharistia quae
saltem exigunt inhaerere etiamsi actu non inhaereant.
Aristoteles vero cui non fuit veretalis Sacramentum

Eucharistiae non putant posse Accidens existere
separatum à substantia. Hunc vero quoniam
inhaerentia a plerisque ponitur accidens differre
a substantia videndum quid sit ista in
pro qua re

Nota quod vocabula inhaerendi et adhaerendi
sita esse ad explicandum duplicem accidentium modum
essendi in subiecto: et per inhaerere quidem iuxta
Communem proprium usum loquendi intelligitur accidens
ita afficere subiectum ut etiam ab eo sustentetur
Causetur materialiter per eductionem seu pass
distinctam ab ipsa unione. Unde inhaerentia in
conceptu videtur includere utrumque: Ita dicitur
albedo inhaerere parieti. Adhaerere vero hunc dicitur
Accidens quando non Causatur à subiecto, sed
intrinsece unitur illi et afficit illud. Porro haec
inhaerere et adhaerere proprie et in Communi usu
loquendi non conveniunt formae substantiali: non
enim forma bovis dicitur inhaerere nisi valde im
proprie in materia: neque Anima rationalis ad
corpori imo nec modis substantialibus convenit
unione de qua iam verus obtinent ut dicatur esse
sive in illo a quo etiam Causatur materialiter
adhaerere in alio quod tantum afficit et Cui tantum
iungitur; ut in multorum sententia est forma
ex quo exemplo valde confirmatur id quod di
ly adhaerere convenire accidentibus respectu tali
cti a quo non Causantur. quare omnes illi m
accidentales quia habent tale aliquid subiectum
a quo non causantur dicentur adhaerere illi; respectu
vero subiecti illius a quo etiam Causantur dicuntur
inhaerere v.g. ubi albedo et similia. Haec

placet modus loquendi aliquorum recentiorum qui dicunt modum non habere subjectum inhaesionis vel adhaesionis sed tantum identificationis, eo quod cum non sit realiter distinctus à re modificata identificetur realiter cum illa faciatque unam realitatem cum illa. Dicunt praeterea subjectum inhaesionis a subjecto identificationis per hoc distingui, quod subjectum inhaesionis sit subjectum mediatum quoniam subjectat actionem mediante termino qui immediate est in illa. Sed contra est 1mo quia hoc modo non sufficienter explicatur diversus modus quo unio afficit formam et materiam, cum tamen respectu utriusque sit modus. 2do Actio naturalis non est in subjecto mediante termino semper vel saltem potest non esse, patet in casu quo per potentiam Dei educeretur forma et non uniretur subjecto. Alterum cum hujus vocabuli inhaerentiae non meminerit Aristoteles et sufficienter distinguat accidens à substantia per discrimen supra allatum, non erit absurdum dicere aliquod accidens inveniri posse cui nullo modo competat inhaerere etiamsi illi conveniat esse in subjecto. Nam licet esse in novem modis ex Conimbricensibus citatis dici potest quorum unus et sufficiens pro re praesenti est ut aliquid dicatur esse in alio quod illi uniatur intrinsece etiamsi ab eo non sustentetur: qui modus essendi in dici potest adhaerentia.

Hoc totum dictum sit pro modo accidentali Creationis qui qua accidens et accidens modale est, est esse in subjecto, nimirum in termino creato eique unitur intrinsece per seipsum sicuti uniuntur omnes modi sine unione superaddita non tamen est necesse ut ab eo causetur materialiter et sustentetur et consequenter non est necesse quod inhaereat per inhaerentiam propriam sed satis est quod adhaereat. Quibus positis componuntur illa duo scilicet quod Creatio sit verum accidens et aliunde quod evitentur absurda mutuae prioritatis. Cum addiderim

probando Ante; quod cum totum hoc dicamus p[...] praeter unicum modum creationis, mirum non [...] quod Autores huius accidentis non meminerit expli[...] nam vel non norit creationem ut censent a[...] apud Suarez; vel si norit existimant illam non distinctam à re creata

DICO. 1 Actio quatenus sub hoc concepti[...] hendi creatio non petit subiectum inhaesionis sed [...] adhaesionis. Est Suarez d. 48 S 4 n 10 et 12 - Ru[...] d 4 q 11 in fine Hurtadi d 12 physica S 4 qui ta[...] alijs fundamentis et modis rem explicat. Probatur [...] ceptu analogo actionis ut actionis competere inhaesio[...] Sed Creatio non potest habere subiectum inhaesio[...] Ergo de conceptu actionis ut actionis non est [...] inhaerere. Minor probatur quia Creatio si quod habet [...] non habet nisi terminum productum per illa. Sed [...] non potest inhaerere ut patet ex dictis ergo.

OBIICIES 1 Sustentari ab alio est teneri [...] Cadat sed terminus tenet ne cadat actio. Ergo te[...] sustentat actionem. R[espondeo] distinguendo maiorem Su[...] tari est teneri ab alio accipiendo li teneri in [...] concedo accipiendo late nego: ad hoc autem [...] aliquid in rigore ab altero teneatur et sustent[...] requiritur quod ipsi sustentans et tenens sit [...] natura et non solum requisitum ad fieri sed etiam [...] conservari ipsius rei; Quare nego minorem argumenti

DICES Verum est ista propositio subtracto [...] mino corruit actio. Ergo terminus sustentat [...] R[espondeo] Concedendo Antecedens nego Consequentiam nam licet [...] positio in antecedente sit vera etiam in sensu [...] non est tamen vera in sensu Causali in genere materialis sed finalis eo quod deficiente termin[...] qui est finis unicus actionis actionem perire ne[...] sit. Adde esto terminus non sit subiect[...]

inclusionis est tamen additionis. Quare cum modus debeat habere subiectum additionis, subtracto termino necesse est ut ruat actio

Obijcies 2 De ratione accidentis est inhaerentia saltem aptitudinalis ex communi plurium sensu. Ergo male diximus creationem nulli inhaerere. R. negando Antecedens loquendo de inhaerentia proprie dicta quae sonat dependentiam in genere causae materialis sustentativae. Quod attinet ad communem sensum plurium multos pro nostra sententia citat Suarez d. 37 s. 2 n. 7 ubi sic habet secunda inquit sententia est inhaerentiam nullo modo esse de essentia accidentis neque actu neque aptitudine. Ita tenet Scotus in 4. dist. 12 q. 1 Soncinas et. Et ipse Suarez hanc sententiam sequitur in peculiari modo creationis et multi alij recentiores

Obijcies 3 Omnis modus est posterior natura ipsa re modificata. Ergo et actio. Probatur Antecedens Omnis modus indiget illo cui adhaeret ad existendum tanquam aliquo cui innitatur. R. negando Antecedens. Similiter ad probationem nego Antecedens. De ratione enim modi solum est afficere intrinsece alterum seu rem modificatam

Dices 1. Omnes reliqui modi omnia excepta actione sunt posteriores natura rebus modificatis. Ergo et actio. R. transeat pro nunc antecedens, nego consequentiam. ratio est quia nullus reliquorum modorum est ratio esse rei modificatae ac proinde possunt illam praesupponere. At vero cum actio sit ratio esse rei modificatae non potest illam praesupponere

Dices 2. Actio dependet a termino. Ergo est posterior illo. R. distinguendo Antecedens dependet dependentia a priori nego, dependentia a posteriori concedo

Obijcies 4. Etiamsi actio sit additive tantum in termino, adhuc salvatur mutua prioritas nam terminus quatenus specificat actionem

est prior illa. R. negando sequelam nam licet actio specificetur à termino, non propterea terminus est prior illa natura, cum specificari sit s[ub] desumi ab eo nobiliori vel ad quod est ordin[ata] primaria intentione non vero quod accipiat es[se] ab eo a quo specificatur

Objicies 5° Existere independenter à subje[cto] est subsistere; sed creatio existeret indepen[denter] à subjecto. Ergo subsisteret. Ergo vel est substantia vel certe habet adjunctum modum perseitatis ut Vasquez 1 p. d 173 n 29 Dor prob. ex S. Th. 1 p. q 75 a 2 ad 1 ubi ex hoc probat anima[m ratio]nalem subsistere quia non dicat inhaerentiam. R. negando maiorem, nam de facto in probab[ili] sententia accidentia in Eucharistia existunt [sine] subjecto et tamen non subsistunt nec habent illu[m] modum perseitatis quem vult Vasquez. Ad S. Tho[mam] R. illum per subsistere intelligere subsistentiam [comple]tam independentem a materia, et ideo etiam formas materiales non subsistere id est non [habe]re subsistentias completas independentes à ma[te]ria unde etiam non possunt operari nisi dep[en]denter a materia

Quaeres Cur reliqua omnia accidentia habeant subjectum inhaesionis et non creatio. R. me non velle examinare hic an aliqua etiam alia accidentia habeant tantum subjectum adh[aesio]nis: quare dato antecedenti dico rationem huius rei esse in creatione eo quod cum c[reatio] sit ratio formalis faciens terminum independen[tem] a subjecto consequens est ut ipsa sit indepen[den]tia à subjecto, nec possit nisi destructa s[ua] essentia dependere à subjecto: sicuti vice[versa] cum generatio sit ratio faciens dependere

subiecto terminum ut quod, ipsam dependere necesse est ut quo. Secundum. Adverte in hac materia saepe intervenire quaestionem de nomine dumtaxat, nullis videtur nomen additionis reperiri. Quare aliqui cum S. Thoma 1 p. q. 45 a. 3 ad 3. negant simpliciter creationem habere subiectum nec esse de ratione accidentis habere subiectum sed tantum quod sit extra conceptum primi entis a natura et extra conceptum illius quod est radix alterum nempe substantiae. Alii tamen malunt concedere creationem esse in subiecto additionis, vel ut loquitur Hurtadus denominationis propter communem sensum philosophorum qui putant de essentia accidentis esse inesse in subiecto

Sectio 5
De Specifica et numerica Actionum distinctione

Adverte cum quaeritur a quo specificetur actio non esse sensum a quo habeat suum esse specificum intrinsecum. Hoc enim habet ex se et ex sua ratione intrinseca. Sed cum actio sit de genere relativorum videtur habere suum esse in ordine ad aliud ex cuius diversitate argumentive colligitur diversitas actionis: et quia ad plura dicit ordinem nempe ad terminum ad agens ad subiectum, est videndum a quonam illorum specificetur. Pro quo

Suppono diversitatem subiecti non arguere, aut inferre diversitatem specificam actionis: eadem enim est actio speciei et eadem calefactio quae recipitur in aqua, et quae in ligno

Dico 1. Actionem specificari vel sumere suam rationem specificam in ordine ad terminum. Pro hac sententia Murcia q. 14 citat S. Thomam et Suarez d. 48 n. 10 et communis omnium.

Prob. breviter terminus se habet ut finis et ultimum a
nis. Ergo specificatio à termino

DICO 2. Specifica actionis ratio non potest prae
desumi ab agente ita ut ab eiusdem speciei princi
ma tantum specie actio a diversis diversa om
necessaria. Est Suarez citati. Prob. Actus voluntatis s
specie saepe diversi inter se et tamen procedunt
uno principio. Sol idem producit calefactionem
illuminationem, item frigefactio qua aqua redit
ad pristinum frigus vel qua ab extrinseco frige
sunt eiusdem speciei. Ratio a priori est q
actio est via ad terminum et est fieri term
Ergo non praecise respicit terminum à quo pro
et consequenter praecise ab illo non specificatio.

DICO 3. Actio aliquando specificatur à solo
verso modo tendendi in terminum est recento
aliquorum contra Suarez n. 18. Prob. a poster
Creatio est eductio eiusdem formae si utra
sit a Deo ut agente solo adhuc sunt divers
speciei et tamen terminus et agens est id
Ergo à solo modo diverso tendendi sumitur d
sitas specifica. Neque dicas cum Suario n.
semper in praedicto casu reperiri aliquam div
sitatem ex parte termini, unde inquit si
crearet quantitatem sine subiecto, esset speci
distincta actio ab eductione. Nam per cr
tionem fit ipsa quantitas per eductionem ver
non fit quantitas sed quantum, id est quanti
litas subiecto. Sed contra ut ostendi sup
de potentia Dei posset educi quantitas e ma
et tamen illi non inniti, 2do de facto qua
educitur quantitas à materia est duplex a
una quae est ad ipsam quantitatem, altera
ad unionem et de priori procedit nostra con
Prob. 2do potest circa idem obiectum materiale

unio etiam formale intellectus tendere clare et obscure. u.g. circa eadem prima principia primo obscure deinde clare. Ergo variantur actiones ex solo modo tendendi. Item potest eidem obiecto sibi proposito nunc adhaerere firmiter intellectus nunc minus firmiter pro libertate voluntatis. Atque dicas tunc fore quidem actiones diversas sed ideo quia qualitates et verba mentis sunt diversa et sunt termini actionum vitalium. Sed contra ut ostendam in libris de Anima multo probabilius actiones vitales non habere qualitates distinctas pro termino, nec dari in actibus vitalibus aliquid quod sit actio, et aliud quod producatur per ista actionem. Deinde non minus dicantur actiones specificari à termino quam actus ab obiectis et tamen possunt circa idem obiectum materiale imo et formale esse actus diversi omnino. Ergo etiam circa eundem terminum actiones diversae.

Obijcies 1. Creatio et eductio eiusdem formae sunt actiones specie diversae et tamen sunt circa eundem terminum et a diversis principijs. Ergo specificatio desumitur praecise penes principiorum diversitatem et non penes terminorum. Patet Antecedens. Eductio procedit etiam à materia sed etiam à Causa creata ordinarie. Creatio sine omni materia et independenter ab omni Causa creata procedit. R. Concedendo Antecedens negando Consequentiam. Varietas enim quae in his actionibus reperitur desumitur ex diverso modo tendendi quatenus una petit fieri dependenter a Causa materiali, et consequenter ab agente saltem ordinarie creato altera independenter a materia et agente creato

Dices 1. Visio equi et hominis eiusdem obiecti sunt diversae speciei, et tamen terminus est idem. Ergo falsum est non specificari à principio actionem

R. transeat antecedens, nego consequentiam. Quia vel ...
nes saltem ex modo tendendi sunt diversae quatenus
una petit procedere à tali principio etiam effe...
no materiali, altera a spirituali &c.

Dices 2 Actus vitales a non vitalibus differ...
specie et tamen nulla est ex parte diversitas nisi in
principio ut comestio hominis et locutio, et comes...
Angeli et locutio in corpore assumpto. R. Cum S...
n. 15 concedendo actiones vitales differre à non vi-
talibus ex principiis diversarum rationum, non tam...
sine ordine ad diversos terminos plerumque. Na...
si intenderetur idem omnino terminus fit per action...
vitalem et non vitalem, tunc ipsae actiones non
differentes in specie secundum rem sed tantum secun...
extrinsecam denominationem; sicuti differunt sub...
actio libera et non libera. vel certe dicere p...
differre ex modo tendendi.

Objicies 2 Actus naturalis et supernat...
tendunt iuxta multorum sententiam circa idem o...
vel saltem possunt tendere, et habent eundem t...
minum: sed isti differunt specie. Ergo ex sola ra...
principii desumitur ratio specifica actionis

R. actum naturalem et supernaturalem differre
specie ex diverso modo tendendi, quatenus a...
naturalis ita procedit ut repugnet illi pend...
a principio supernaturali: contra vero supern...
rali convenit pendere a principio supernaturali
etiam aliunde pendeat à naturali. Haec mi...
est Suarez qui doctrinam de specificatione ta...
extendit ad actus naturales. Nam non mi...
supernaturalis est dicens ordinem ad princ...
vel terminum quam actus naturalis. Ergo sicuti
desumit suam speciem a termino vel modo ten...
ita etiam ille

Objicies 3 Actio dicit ordinem ad age...

ergo specificat ab illo saltem partialiter. R. negan
do consequentiam ratio est quam dedi in quaestione de
Materia quod non omnis terminus specificet ordi
nem ad se sed tantum ille qui est finis et quasi ulti
ma perfectio ordinis; Actio autem licet respiciat
agens, respicit tamen quasi mediate et in ordine ad
terminum; nam respicit agens in ordine ad termi
num.

Dico 2. Actio sumit unitatem numericam
a subiecto termino et agente ita ut quocunque de
ficiente aut mutato mutetur unitas numerica.
Probatur Actio est modus de cuius ratione est ut sit hic
numero et non alius respectu talis rei modificatae
sed actio est modus omnium illorum trium. Ergo su
mit unitatem numericam ab illis tribus. Haec doctri
na colligitur ex Aristotele 5 phys. t. 34 et 3 phys t. 30
ubi nomine unitatis numericae intelligit unitatem per
continuationem

Quaestio
De Causa Principali et Instrumentali
Sectio 1
Quid sit Causa principalis quid Instrumentalis

Quaestio haec de nomine magnas affert tenebras
dum quisque pro suo arbitrio sibi confingit definitionem
harum causarum. Quare oportet aliquos dicendi et de
finiendi modos refutare et inquirere eum qui congruen
tius rem explicet et conformior est locutioni antiquorum.
Ideo

Nota 1. Hoc nomen instrumentum ab Aristotele usurpari
per analogiam ad instrumenta artis 1 polit. c 3.
ut in artibus inquit necessarium est subesse propria
instrumenta sic in re familiari; et ita pergit dicere
servos esse instrumenta animata dominorum

et ipsos seu nos habere alia instrumenta inanimata
Et 2 de generat. t 55 reprehendens antiquos qui
totam vim tribuerent accidentibus simile inquit
faciunt ut si quis serrâ et cuicumque instrumento
attribuat causam eorum &c.

Nota 2. Instrumenta alia esse artificialia
alia moralia (de naturalibus postea dicam si
etiam de supernaturalibus.) instrumenta artifi-
cialia ut serra calamus de se non habent motum
nec agunt nisi applicata a principali. Itaque
instrumenta coniuncta vocantur quod ut agant necessario prin-
cipali agenti coniungantur, quae quidem Suarez d. 17 s. 2 n. 31
s. 9 non videtur velle esse instrumenta vel causas instru-
mentales, cum illa non faciant opus artificiale sed solus
artifex. Rubius tamen et alij vult esse proprie instrumenta
quod et ego iudico. Nam quidquid sit respectu operis ar-
tificiali saltem non potest id negari respectu ubi praedicabile
exprimet serrel. Moralia instrumenta sunt quae ad
effectum physice nihil conducunt sed moraliter tantum ad
metaphysice ad eum ponendum iuvant quatenus moventur
ab agente principali etiam metaphysice, ita in una
sententia dicuntur sacramenta moraliter causare gratiam
et pro rege esse moralis causa et instrumentum legatus
eo quod per tributum moraliter acceptam operatur

1ma sententia est quorundam apud Hurtadum d.
phys. s. 12 §§ 136 qui dicunt causam instrumentalem esse
quae agit ut mota à principali sed contra quia hoc
commune etiam causis principalibus de quibus generaliter
Aristoteles ait non movere nisi motas usque ad primum mo-
torem qui non motus movet sic ignis non producit ignem
nisi aplicetur et piper non causat calorem nisi ap-
datur. Voluntas etiam non causat actus amoris nisi
per cognitionem moveatur. Deinde in sententia aliqua
sacramenta sunt instrumenta gratiae physica et tamen
non moventur prius motu physico nec aliquid prius

in se recipiunt ex suppositione solum quod concurrant per denominationem extrinsecam rei ut non per intrinsecam qualitatem superadditam.

2da Sententia est aliorum apud Suarez D 17 S 2 n 7 qui dicunt Causam principalem esse illam cui tribuitur effectus simpliciter. Instrumentalem vero quae est talis ut illi simpliciter non tribuatur effectus sed contra ex eodem Suarez quia multa sunt instrumenta quibus tamen tribuitur effectus simpliciter, sic Sacerdos dicitur simpliciter absolvere consecrare et tamen est tantum instrumentum et e contra multae sunt Causae principales quibus non tribuitur effectus. nam anima revera est Causa principalis operationum et tamen operationes illi non tribuuntur sed toti, unde Aristoteles ait animam non esse quae intelligit sed hominem. Cuius rei ratio est quia illa denominatio proprie tribuitur supposito operanti et ideo si contingat instrumentum esse suppositum illi etiam attribuetur actio et viceversa si principalis Causa non sit suppositum non tribuetur illi.

3tia Sententia est Suarez n 17 ubi ait Causam instrumentariam esse quae concurrit seu elevatur ad efficiendum effectum nobiliorem se, seu ultra mensuram propriae perfectionis et actionis. principalis vero est quae per virtutem nobiliorem vel saltem aeque nobilem suo effectui influit in actionem, ita verbo per illum Causa instrumentalis est quae concurrit per virtutem imperfectiorem suo effectu. principalem quae per virtute perfectiorem vel aeque perfectam. Sed contra 1mo Causa partialis principalis aliquando producit effectum se nobiliorem ut lumen ut quatuor lucem ut sex species impressa expressam etc. 2do aliqua instrumenta producunt effectum imperfectiorem nam serra per impulsum producit ubicationem quae est effectus imperfectior 3tio si Deus assumat angelum per potentiam obedientialem ad producendam muscam vel calorem

hui temporis Angelus est instrumentum et tamen
nobilior quam musca et culex. Verum aliqui recen-
tiores cum Suario aliquid ulterius addunt et dicunt
Causam principalem esse illam quae virtute propria
proportionata operatur et non indiget aliqua ele-
vatione. Causam vero instrumentalem quae elevatur
ad efficiendum effectum sibi improportionatum licet
virtute propria operetur. Sed contra 1mo
Causa partialis non potest dici indigere aliqua elevatione
cum se sola non possit efficere effectum sed indigeat con-
cursu alterius v.g. species impressa respectu intellectus. 2do
Causa instrumentalis ad effectum habet virtutem pro-
priam ergo etiam habet proportionem; probo sequelam; habere vir-
tutem propriam est habere vires sibi debitas et natu-
rales ad effectum et per consequens proportionatas effectui.
Improportionari enim nihil est aliud quam effectum
excedere vires debitas et connaturales Causae.

4ta Sententia est Hurtadi citati potissimum
quem sequuntur aliqui recentiores ubi ait Est ad
instrumentum à quo dependet effectus sed ei nulla
ctus formalitas tribuitur ex modo concurrendi
quantum potui mentem illius conjicere vult instru-
menta non attingere physice effectum sed tamen
efficere praeviam dispositionem. Sed contra est
quia hoc modo videtur solum Causa instrumentalis
ex numero verarum Causarum cum non sit actio
ctus effectus principalis Causa. 2do Creatura potest
de potentia absoluta instrumentaliter creare
attingere ipsum effectum; unde cum illius negat Sacra-
menta posse physice ut Causas instrumentales
Causare gratiam et tamen hunc temporis nulla
praeviam dispositionem producunt sed immediate
ex anima educerent gratiam; ideo

Ista sententia aliquorum recentiorum qui volunt quidem instrumentalē Causā attingere physice et immediate primū effectū, nullam tamen formalitatem in effectū illi attribui vel illi respondere; principali autem ad minimū unam respondere. Atq adeo dicunt si sint duæ formalitates in effectū quarū una attribuitur et respondet Causæ, altera non, erit respectu unius formalitatis Causa principalis, respectu alterius instrumentalis. Sed contra est quia Causalitas realis et physica non tendit in formalitates effectus nisi prout identificatas a parte rei. Ergo non potest concurrere Causa ad unam formalitatem ut principalis nisi etiam concurrat ad alteram ut principalis: neq respectu unius formalitatis Causa esse instrumentalis quin sit respectu omnium, atq adeo respectu totius formalitatis. Ratio à priori est quia Causā in esse principalis vel instrumentalis constituitur in suo esse et ratione Causandi independenter à nostro intellectu; siquidem Causa physica et realis tendit ad entitatem prout est à parte rei et non prout in ea varias rationes praescindimus ab intellectu: atqui formalitates illæ non sunt ante nostrū intellectum. Ergo illæ non sunt Causa constituens rationem principalis et instrumentalis. Quod si dicas ex formalitatibus tantū argutive colli[gi] rationem Causæ principalis, non vero quod formalitas effectus constituat rationem Causæ principalis. verum quidem est sed adhuc tunc manet difficultas cur habens entitatem cui nulla formalitas respondet in effectu dicis esse Causam effectus saltem instrumentalem; de hac enim requiritur ut assignetur ratio cur talis entitas et sit Causa et sit tantū instrumentalis. Confirmatur, imo alioqui possemus dicere solem verbi Causa esse Causam principalem viventium non quidem ut viventia

sunt sed ut substantiae corporeae, si sol habe
virtutem causandi aliquam substantiam sine ul
Confirmatur 2do alias posset aliquis constituere t
causas quot sunt gradus metaphysici in eadem
entitate effectus quod in philosophia est novum
Confirmatur 3tio Angelus assumptus ad creandum
terminum angelum posset dici causa principalis il
quia omnes formalitates respondent causae q
sunt in effectu

DICO ergo Causa principalis est illa qu
tute sibi propria et debita influit in effectum. Ca
vero instrumentalis est quae influit in effectum non p
virtutem propriam id est sibi debitam sed accept
a principali agente. Ita Magister in 2. Sent.
d 5 Scotus in 4 Sent. d 6 q 5. Vasquez 1 p.
c 1 Fonseca 5 metaph. c 2 q 6 s 6 et m
recentiores. Probatur per id melius explicatur ra
instrumenti quod habet analogiam ad instrument
maiorem; sed hoc quod est agere per virtutem su
additam non propriam, est proprium instrument
artium. Ergo explicare hac ratione instrumentu
est explicare melius propriam rationem instrum
Ⅱ Minor patet ex notando ubi vidimus omnia ali
instrumenta per analogiam ad instrumenta ar
Hoc probatur quia serra v.g. agit per impulsu
plum à manu sicuti et calamus mol[ens]
Confirmatur Haec explicatio comprehendit omnes
causas instrumentales. Ergo est bona probatur Ant.
Nam instrumenta artis ut dixi nihil operantur
per impulsum acceptum ab artifice: item prorex e
instrumentum morale quod operatur per facult
acceptam a Rege: manus et pes sunt instrume
motus quia accipiunt aliquem impulsum à cere

Obijcies 1. Antes 1 potest C 5 [illegible]

menta esse gratia plenioris actionis. Ergo instru
menta Causae debent effectum perfectionem se respe
ctu cuius requiratur actio plenior. R. sensum illorum
verborum esse quod calor et alia accidentia dicantur
instrumenta quia disponunt ad effectum perfectionem
scilicet substantiam pro qua requiritur actio ple
nior id est generatio quae provenit a substantia

Obijcies 2. Sequeretur quod materia esset
instrumentum quia accipit formam ab agente quae est vir
tus agendi. R. negando sequelam quia ad rationem instru
menti requiritur quod sit aliquid completum et deinde reci
piat virtutem superadditam.

Obijcies 3. Principaliter. Iuxta hunc modum
explicandi non dantur instrumenta naturalia quod vi
detur absurdum; patet sequela. Si enim sunt naturalia,
erit illis naturalis virtus agendi et consequenter debita
ac propria. R. concedendo sequelam si loquamur in
rigore, nego tamen id esse absurdum cum haec est sen
tentia S. Thomae apud Hurtadum citatum quod acci
dentia non aliter sunt instrumenta nisi in quan
tum aliquid producunt agentis; non autem quod attin
gant immediate ipsum effectum in se v.g. substantiam
Hinc etiam est semen non esse proprie et in rigore
instrumentum nisi in latiori significatione quatenus
instrumenta dicuntur etiam illa quae substituuntur
loco alterius; eo modo quo publica scriptura in
contractu dicitur instrumentum quia substituitur loco
contractus personarum contrahentium: sic semen sub
stituitur loco generantis absentis cuius accidentia
ut diceremus sunt Causa principalis aliorum acci
dentium similium in alia materia, per quae disposita
fiat ut Deus vel alia Causa substantialis produ
cat in ea formam substantialem v.g. plantae

Dices ergo solum Deus generat et non plan-
nego seq[uel]a. Quia ad hanc determinationem sufficit
quod aliquid substituatur loco plantae quod pro-
dispositiones requisitas ad sequendum plantam.

Obijcies 4. Sacramenta in probabili sen-
tentia causant gratiam physice instrumentaliter vel
tantum possunt causare absque eo quod Deus in
producat aliquam qualitatem sed per meram
extrinsecam elevationem. Ergo non est verum quod in-
strumentum operetur per virtutem acceptam a prin-
cipali sibi non debitam. Respondeo distinguendo. Ergo
per virtutem acceptam intrinsece concedo, virtutem
vel extrinsece nego. Non enim volo quod virtus
inhaereat semper illi quod dicitur operari ut
instrumentum. Est ergo aqua baptismi v.g. instru-
mentum gratiae quia antequam elevatur non habet
ullam proportionem aut virtutem cum effectu, au-
tamen postea extrinsece volitionem Dei volentis
concurrere, per quam aqua fit potens in actu

Colligitur 2do instrumenta esse dupli-
generis, alia quae agunt per virtutem acceptam ab
et ipsa quoque agunt talis est intellectus qui in
lumine gloriae producit visionem beatam. Alia
vero instrumenta dicuntur agere per virtutem
acceptam ab alio ita tamen ut ipsa nihil ag-
sed solum agat virtus in ipsis recepta; talis
calamus respectu scriptionis cuius adaequata
sufficiens causa est impulsus in calamo recept-
qualitas vero calami est solum causa materialis
impulsus. Quod si scriptio dicatur bona quia cal-
bonus est hoc oritur ex eo quia impulsus rec-
in subiecto magis acuminato causat etiam

plicationes literal tenuiores, tenuiorem figuram etc.

Colliges 2do dari instrumentum coniunctum et separatum. Primum est quod operatur simul cum agente principali qualia sunt instrumenta artificialia calamus etc. Secundum est quod operatur quidem per virtutem acceptam ab alio et sibi inde tantum non tamen coniunctum cum agente principali ut lapis v.g. qui per impulsum acceptum ab impellente sine illo ascendit sursum.

Cap. XXIV de Potentia Obedientiali

Quaelibet creatura habet fundamentum ad causandum aliquid quod viribus naturae non potest eo quod Deus ratione subiectionis assumere illam possit ad causandum quemcumque effectum. Multi autem autores agunt hac de re praesertim Suarez tom. 1 in 3 p. d. 31 s. 6 in posteriori editione Hurtadus d. 9 physica S. 4 inquit quem potentia obedientialis est substantia operis vel connotans extraordinarium concursum Dei volentis cum illa concurrere ad opus aliquo modo supra naturam et vires illius. Nos hac de re breviter et quantum satis est philosopho, fusior enim doctrina pertinet ad Theologos. Quare

Dico 1 Anima rationalis et Angelus habent potentiam obedientialem passivam et activam ad plures effectus, patet in actibus supernaturalibus quos eliciunt.

Dico 2 Contra Vasquez probabilius esse dari etiam in aliis rebus potentiam obedientialem activam ad producendam v.g. gratiam lapidem etc. Prob. Quia non repugnat talis potentia et ea concessa datur perfectior subordinatio creaturae ad creatorem et perfectius dominium ex parte Dei ut possit uti sua creatura in ordine ad opus miraculosos quos voluerit. Confirmatur

ex potentia obedientiali passiva contra quam procedunt eadem argumenta quae contra activam. Potentia enim passiva est vera potentia ad causandum in genere causae materialis et dicit ordinem ad effectum.

Pro solutione argumentorum Adverte 1. potentiam obedientialem non esse quid distinctum ab entitate lapidis vel aquae v.g. nam ablato quocunque et relicta entitate lapidis vel aquae adhuc erit et potest elevari. Adverte 2 entitatem influere immediate in effectum; entitas tamen non dicitur de se habere virtutem seu potentiam simpliciter capacitatem antequam elevetur a Deo. Non est tamen sola non repugnantia quod videtur esse aliquid negativum cum effectus debeat procedere ab aliquo positivo. Dicerem ergo in aqua ante elevationem esse capacitatem seu potentiam indicatam obedientialem, non autem esse potentiam et virtutem simpliciter. Unde quando dicitur haec potentia est naturalis nec supernaturalis, Respondendum est potentiam obedientialem aquae quoad totam suam entitatem esse naturalem quia est entitas aquae, tamen potest supernaturalis denominatione ab eo quod id est potentia ad opus supernaturale

Sectio 2

An accidens ut causa instrumentalis producat substantiam?

Triplex est hac in re sententia. Ima Scoti et aliorum dicentium substantiam produci a sola substantia. 2da constans affirmantium substantiam immediate produci ab accidentibus absente vel etiam non existente altera substantia quae sit causa principalis ut in exemplo satis trito vapori

quod producitur a dispositionibus caloris et humiditatis terrae calefactae et aquae. Videmus enim nulla praesente rana ad lapsum imbris guttae in terram sole calefactam ranulam produci. Pro hac citatur S. Thomas 1 p. q. 47 a 8 et alii quos citat Suarez d. 18 s 2 n 9. 2da sententia est Suarez citati. Murcia 2 phys d 4 q 10 Conimbricensium hic c 7 q 18 a 3. Vasquez 1 p. d 189 Rubius tract 4 q 1 n 57. et multorum recentiorum qui mediam quandam nacti viam aiunt substantiam produci atque immediate a substantia et Accidente ab hac ut instrumentali Causa, a priori ut principali. Pro solutione

Nota 1. Ad Causandum requiri existentiam realem in Causa efficiente, et hoc esse de conceptu Causae dantis esse et existentiam alteri. Per quod distinguitur a Causa finali quae Causat quando non existit realiter sed tantum intentionaliter. Unde Arles 1 de generat. t 48 ait Omnino quod agere prout est in actu. Ex quo colligitur non subsistere quod aliqui aiunt Causam efficientem principalem posse esse substantiam aliquam in communi. Nam nunquam meminit Arles huius substantiae in Communi: imo refellit Platonem qui ponebat ideas avulsas a rebus singularibus

Nota 2 Non esse quaestionem V. Accidens ut Causa principalis producat substantiam. nam hoc vix quisquam docet praeter Severinum lib 8 c 13 Et ratio est evidens quia ut inquit Scotus est lumine naturae notum quod Causa principalis et totalis effectiva debeat esse perfectior aut saltem atque perfecta quam est effectus.

Dico 1 Accidens non est Causa adaequata immediate productiva substantiae neque ut instrumentalis. Est Scoti et authorum primae et tertiae sententiae - Item Hurtadi d 9 physicae s 3. Est Contra autores secundae

sententiae quorum praecipuum fundamentum est substantiam non esse activam. Probatur tamen conclusio 3a ex Arist. 2 de Ortu et interitu t. 54 et 55 ubi reprehendit antiquos qui negabant substantiam seu formam substantialem esse causam efficientem ubi ait materiam nil esse pati formam vero agere. Probatur 2do non potest adaequata causa alicuius effectus esse ignobilior eo. Sed accidens est ignobilius substantia. Ergo non potest esse adaequata causa illius. Maior probatur effectus debet contineri in causa adaequata eo quod procedat ex visceribus causae; nobilius autem non potest contineri in ignobiliori. Ergo non potest causa adaequata esse ignobilior. Confirmatur Quandocumque aliquid Deus concurrit per potentiam obedientialem ut instrumentum, semper simul concurrit causa principalis vel Deus vel aliqua qualitas. Ergo etiam in quocumque alio instrumento idem dicendum. Confirmatur 2do gratis et sine ullo fundamento assumitur substantiam non esse operativam. Probatur Ipsa vel quae immediate est perfectio vel imperfectio: si primum attribuitur accidenti et non substantiae? si secundum cur tribuitur Deo

Dicunt communiter Thomistae ignobilius non posse esse causam adaequatam nobilioris effectus nisi agat in virtute saltem aeque nobilis et sic cum accidens agat in virtute substantiae potest producere substantiam. Sed contra vel illud in virtute superaddit aliquid entitati accidentis vel non: primum dici non potest quia illud vel erit accidens vel substantia quorum neutrum admittitur. Quare communiter dicunt illam virtutem esse quid superadditum accidenti sed esse ipsum accidens quod ex natura sua est instrumentum substantiae

et virtus naturalis ejusdem. Sed Contra Imo
ut bene Lavarj n. 6 Accidens agit in virtute substantiae
sed ipsum est virtus substantiae. Ergo agit in virtute sua
Ergo natura sua habet virtutem et activitatem produ-
cendi substantiam quod videtur repugnare. Probatur si
natura sua habet virtutem imo est virtus productiva
substantiae. Ergo continet substantiam; effectus enim debet
contineri in virtute Causae. Contra 2do Ly
in virtute ad summum addit accidenti respectum transcen-
dentalem ad substantiam; sed respectus transcenden-
talis non est distinctus. Ergo si ex sua entitate acci-
dens nequit producere substantiam ut Causa adae-
quata, etiam non poterit prout in virtute substan-
tiae. Contra 3tio quantumcumque agat in virtute
substantiae adhuc semper Accidens manet improportio-
natum substantiae. Ergo etiam carens virtute propria
probo consequentiam proportio sonat vires et virtutem
Ergo improportio carentiam virtutis. Et hoc est potissi-
mum fundamentum quia non est conceptibile enti-
tatem aliquam habere virtutem sibi debitam et pro-
priam ad producendum aliquid et per consequens activi-
tatem, et non habere proportionem ad illud. Alias
etiam ego dicam Causam principalem non esse
proportionatam sed tantum habere virtutem productivam
effectus. Atqui Accidens habet virtutem per autores hos
producendi substantiam cum habeat seipsum imo sit ipsum
Ergo habet etiam proportionem; vel si non proportione
neque virtutem.

DICO 2 Sola substantia est Causa adaequa-
ta immediate productiva alterius substantiae. Est Scoti
in 1. dist. 37 et alibi Scotistarum et nominatim
Hurtadi d. 9. s. 5 et recentiorum aliquorum. Probatur unico
argumento ex regula de Causis in communi tradita

pro dignoscenda Causa efficiente a Conditionibus.
tiescumque inter aliqua, quae requiruntur ad Causam
unum ex illis est aequalis vel maioris perfectionis
effectu, illud solum erit Causa sufficiens talis effectus
alia vero requisita tantum conditiones, nisi ali...
sit necessitas dicendi aliquid ex illis esse con...
Sed in productione substantiae per autores huius
sententiae substantia semper requiritur et reperitur
et nulla est necessitas dicendi accidentia con...
re ut Causas. Ergo sola substantia erit Causa a...
quata et sufficiens. Por patet et probatur, tum quia
frustra multiplicantur Causae, tum inductione
quia calor a calore frigus a frigore produ...
adaequate. Ergo illud erit Causa sufficiens ta...
effectus quod erit aequalis vel maioris perfectionis
Tum demum quia quando dicimus aliquid con...
re ut Causam assignamus peculiarem rationem
ut dicamus [illegible] vel ex modo quo petit produ...
ctus colligimus non posse prodire nisi a tali
sa ut actus vitalis a potentia vitali: vel cum
reperitur in effectu aliqua formalitas seu parti...
cularis respondens formalitati Causae ut in vi...
beata vitalitas respectu intellectus et superna...
ralitas respectu luminis gloriae, et ratio ima...
respectu speciei impressae vel certe obiecti. At
in effectu substantiali nihil reperimus quod re...
deat accidenti. Ergo

Dices 1. cum Suarez necesse esse ut acci-
dentia concurrant effective ad substantiam quia ...
requiruntur ad productionem substantiae.

Sed Contra. tum quia etiã intellectio ad producendum volitionem semper requiritur, et tamen per illum effective non concurrit ad volitionem: tum quia etiã applicatio et reliquae conditiones sunt requisitae saltem naturaliter et tamen non concurrunt effective

Dices 2. Concedendo non esse superfluũ influxũ accidentis, quia accidens ex natura sua est ad id comparatum ut cum substantia coagat et perficiat substantiam: Verum licet potentia sit per se principium sufficiens producendi suũ actum naturalem, tamen non est superfluus concursus effectivus habituũ qui ad hoc ipsũ ordinati sunt

Sed Contra. Imprimis haec responsio petit principium et assumit id quod est in quaestione nempe an accidens attingat immediate substantiam et verũ sit institutum ut producat substantiam. Deinde est disparitas inter accidens et habitũ respectu actus: nam habitus respondet aliqua ratio et formalitas in effectu illa nempe quae respondet speciebus impressis à quibus non differt habitus. Postea ut bene Hurtadus S. 5 subs. 2 facilitas ad quam iuvat habitus non est modus intrinsecus actui sed conotat in potentiâ promptitudinem ad operandũ: et sic formaliter facilitat potentiam et ad actũ inclinat antecedenter. Sed haec de re in materia de habitibus

Obijcies 3. Aristoteles videtur saepe asserere substantiam non esse immediate activã sed accidentia 1 de generat. c. 7 ait actiones versari circa contraria. Item libro de sensu et sensili ignem et aquã non agere quatenus ignem et aquã sed quatenus contrarietatem habent. Postea 2 de Anima t 47 et 7 Metaph t 31 comparat substantiam arti quae est Causa principalis, semen vero et qualitates quibus utitur ars quae sunt instrumenta et ait semen continere potestate formã et esse quodam modo agens minorem respectu effectus substantialis

Ad primũ locũ dico sensum esse de actione dispositiva per quam dũ producuntur dispositiones novae pelluntur veteres. Vel si nomine contrarij intelligas id quod

est impossibile cum alio, potent etiam locum habere ulti-
mas substantiales quin se non compatiantur in eodem
subiecto. Ad secundum R. verum esse quod ignis non
expellat formam ligni nisi praeviis dispositionibus quae
proprie contrariae. Ad illud de semine quod com-
instrumentis artis non est ut verificetur iuxta om-
similitudinem sed tantum aliquam. Quando autem
continere potentia formam, verum est in hoc sensu q
semen tum ratione materiae quae dicitur contine-
formas ipsum quoque contineat formas; tum etiam
tione materiae secundae id est materiae disposi-
ratione semen continet dispositive formam viventis.
Ex quibus patet responsio ad alia loca Aristotelis quae
ut dixi alibi in terminis dicit substantiam esse (ac)

Obijcies 2. In nostra sententia saepius
tet recurrere ad Deum in productione rerum naturalium
in quibus non possumus assignare causam pro-
ximam substantialem aliam. Sed hoc est absurdum
Aristoteles infert contra Anaxagoram 1 Metaph.
c. 2 paulo post medium ubi sic habet Anaxagoras
quam machina utitur intellectu (id est Deo) ad
mundi generationem cum dubitat propter quam
causam necessario est, tunc eum id est Deum attra-
hit. Hoc supposito primo in productione omnium viventium pe-
rfectorum cum in ea non sit praesens substantia g-
enerantis, recurrendum est ad Deum. 2do in genera-
tione plantarum non est alia planta praesens a qua
producantur. 3tio in generatione animalium quae gene-
rantur ex putri ut rana vermes etc. 4to in pullis
qui excluduntur ex ovis ad calorem alterius gallinae
vel ad calorem ignis fornacis etc. Et generatim in omni-
bus fere generationibus paucis exceptis elementaribus
recurrendum est ad Deum.

R. et primo fateor has experientias dedisse

occasionem aliter opinandi prosequutum iis qui volunt formas substantiales pullulare ad positionem dispositionum, nec generationem substantialem esse realiter diversam ab alteratione de quibus Suarez n. 15. Ad 1o 2o ad singula et primo dico in productione animalium perfectorum dici potest matrem esse causam substantialem et patrem esse solum causam dispositivam, nec urget quod pater dicatur habere maiorem et meliorem partem in productione filij quia mater concurrit iuxta exigentiam dispositionum, quas pro substantia filij primo ponit pater. Unde etiam mater producit substantiam filij ut vicaria patris qui quia abest substituit illam loco sui et idem dicendum de gallina fovente ova alterius gallinae nempe quod sit vicaria illius vel potius vicaria vicariae. Ad 2dum dicunt aliqui semina plantarum segetum esse animata quod inde probant quia humore aliisque dispositionibus requisitis adsint crescunt etiam in ipsis horreis; alij autem dicunt a sole et astro eas progigni; alij a Deo sed de hoc in libris de Anima.

Ad 3ium concedo Deum esse causam productivam sicuti etiam pullorum per calorem fornacis exclusorum et generatim semper ubi non possumus assignare causam substantialem creatam necesse est ut Deus auctor naturae suppleat. Haec sunt contra Aristotelem qui solum reprehendebat Anaxagoram sine necessitate et pro libitu recurrentem ad Deum. Neque minus argumentum habet vim contra Suarez et reliquos qui ipsi quoque semper tenentur recurrere ad Deum quando non est causa substantialis creata. Confirmatur ista responsio sicut pro conservandis effectibus in absentia suarum causarum creatarum immo etiam saepe in praesentia recurrimus ad Deum sic in productione aliquorum effectuum ad illum recurrendum tanquam ad auctorem naturae et supplentem defectus illius prosequutum in productione imperfectorum.

Ex dictis collige accidentia naturaliter non esse alio modo instrumenta nisi quatenus primo operantur dispositiones ad formam substantialem et consequenter in rigore non sunt instrumenta naturalia attingentia ipsam essentiam effectus respectu cuius dicuntur instrumenta

Sectio 3

Utrum Accidens producat accidens idque instrumentaliter vel principaliter

Non est quaestio de ijs Accidentibus quae dicuntur emanare ab essentia neque etiam controversia est de actibus vitalibus de quibus in libris de Anima ubi videbimus an potentiae distinguantur realiter ab Anima et an solae concurrant ad tales actus. Sed quaestio est de accidentibus quae fiunt in extrinseco subiecto ut cum calefit lignum ab igne an Causa immediata productiva talis caloris in ligno sit ignis vel certe calor vel utrumque et an calor sit instrumentalis an vero principalis Causa caloris.

Dico 1. Potest substantia immediate producere aliquod Accidens in alieno subiecto. Est recentiorum quorundam contra Suarez Hurtadum et plerosque. Probatur Nulla est in hoc repugnantia Ergo potest. Confirmatur Nam ex suppositione quod potentiae non distinguantur ab Anima quod multi ex autoribus admittunt Anima per seipsam est immediate productiva motionis in alio subiecto quod movet cum alias possit assignari Causa.

Dico 2. Accidens est Causa adaequate productiva Accidentis nisi aliunde cogamur dicere substantiam quoque immediate concurrere. Est Communis Suarez d. 18 s. 3 et n. 13 Hurtado d. 9 Phys. s. ... subs. 2 et aliorum. Probatur experientia Calor enim qui est in aqua est Causa sufficiens productiva alterius caloris ut patet Ergo ubicumque positus Calor erit sufficiens producere calorem. Sed sufficienti Causae nisi peculiaris ratio obstet debemus dicere illam esse adaequatam Ergo calor et quaevis accidentia similia operativa erunt Causae adaequatae aliorum accidentium.

Dico 3 Accidens in productione alterius Accidentis est Causa principalis non instrumentalis. Est Communis

Pbt ex regula supra tradita de causa instrumentali accidens enim in productione accidentis non recipit aliquam virtutem a substantia. Ergo est causa principalis accidentis. Ex quibus colliges accidens quod dicitur dispositive causare substantiam in genere causae efficientis et esse instrumentum respectu illius esse illud quod est in agente non quod est in subiecto in quo ponitur forma substantialis de novo v.g. calor qui dicitur dispositive producere ignem in ligno non est ille qui est in ligno sed qui in igne est calefaciente lignum. Ratio est quia accidens quod est in subiecto formae producendae se habet per modum causae materialis intrinsecae. Ergo illud accidens quod est in agente erit causa dispositiva effectiva

Sectio 4

Quae sit causa productiva proprietatum ubi de emanatione

Nota 1 duplex genus efficientiae esse; alterum proprium cum scilicet producitur effectus extrinsecus a quo producitur ut cum ignis ab igne producitur: alterum improprium quod dicitur emanatio et est productio effectus qui recipitur in subiecto intrinseco et a quo producitur intrinsece ut cum visio producitur ab oculo et in eo recipitur.

Nota 2 Ex Suarez d. 18 s. 3 ubi haec late de re agit et ait resultantiam (sic enim eam vocat) esse veram actionem et non solum sequelam quandam et tunc solum intervenire inter ea accidentia physica quae ita sunt connaturalia ut simpliciter supponant ipsam substantiam cuius sunt proprietates. His notatis quaestio maxime scholastica fit an omnes proprietates producantur per emanationem ab illa essentia cuius sunt proprietates, an vero producantur ab illo agente a quo producitur talis essentia

Vasquez 1 p. tom 2 d. 196 n 13 negat essentiam

sibi producere suas proprietates praecipue vero mate
riam tum quia est pura potentia tum etiam quia
est potentia passiva et forma est tantum activa
et forte. Deinde minores aliter quia ad illud agens
pertinet producere proprietates ad quod pertinet pro
ducere rem ipsam cuius sunt proprietates iuxta axio
ma qui dat esse dat consequentia ad illud. Tum denique
quia frigus non solum est passio aquae sed etiam dispo
sitio ergo prius praesupponitur in materia quam forma
aquae. Ergo non dependet ab aqua ne dum modo
dependentia
Contra Suarez d 13 s 4 n 17 et d 18 s 4 affir
mat tum quia substantia est actus primus passio actus
secundus et sic substantia debet producere suum actum
secundum. Secundo melius intelligitur connexio naturalis
hoc modo inter essentiam et proprietates. Tertio quia
aqua calefacta reducit se ad frigus etiamsi non
agens a quo producta est aqua; ad illud enim agens
pertinuit facere aquam talis naturae ut se absente
et corrupto possit in seipso producere frigus; et sic salvatur
illud axioma quod qui dat esse dat consequentia ad
quatenus dat virtutem causandi talia consequentia
seu proprietates. ~~Denique~~ Et sic adhuc producendo pro
prietates tribuitur generanti huius nomine producere
essentia proprietates. Denique quia argumenta facta
non urgent; nam quod materia sit pura potentia
cum habeat propriam existentiam non impedit quin
habeat sufficientem virtutem causandi efficienter suas
proprietates. Nec urget quod sit potentia passiva
nam potest esse passiva respectu formae substanti
alis et activa respectu proprietatum. Ad 3um etiam
iam est responsum. Ad ultimum respondet Suarez
s 3 n 9 in primo instanti non fieri frigus ab aqua
sed in tempore consequenti consecutivum ab aqua.
Sed contra sicuti frigus et similes qualitates

sunt dispositio ad primum fieri aquae ita etiam sunt dispo
sitio ad conservari aquae, defectu enim horum corrumpitur
aqua: unde cum per nos qui negamus mutuam priorita
tem dari non possit quod essentia producat vel con
servet sibi ea accidentia et dispositiones in fieri
et conservari a quibus pendet, aliter debemus respon
dere. Quare dico distinguendo de frigore: non
enim frigus quoad omnes gradus est passio ut
patet in aqua valde calida in quam si multas
guttas vini saltem in multorum sententia convertere
in aquam non quidem frigidam sed calidam. Conservatur
ergo et producitur aqua cum modico frigore et
sic debet assignari aliquis gradus frigoris necessarius
ad conservandam et producendam aquam, ad quem
non concurrit aqua ut probat argumentum. Ce
terum supra hunc gradum dantur plures alij qui sunt
passio aquae consequens ad eius essentiam, et qui
in primo fieri et alijs instantibus possent emanare
ab aqua. Imo etiam in contraria sententia
hoc est dicendum; nam hoc frigus fatens emanare
ab aqua ratione exigentiae licet non per propriam
actionem procedentem ab ipsa aqua. Ergo Deus
prius videt aquam exigentem quam ponatur illud
frigus. Ergo frigus quod exigitur ab aqua non potest
esse eius dispositio alias daretur mutua prioritas

Sed nec fundamenta Patris Suarez urgent:
quare ad primum dico, potest substantiam esse actu
primum receptivum non effectivum suarum proprietatum.
Ad secundum etiam hoc talem connexionem sufficienter
haberi per hoc quod essentia exigat recipere illas
productas ab alio ut Caelum habet connexionem cum
motu etiamsi non producat illum: et Angeli habent
connexionem cum speciebus etiamsi iuxta probabilius

dinã sententiã non producant sibi illas. H[...]
tertium dico quando dicitur aqua calefacta ad
pristinum se frigus reducere, non esse necessariũ
produci frigus ab ipsa aqua etiam in absentia
illius quod produxit aquã sed a causa pri[ma]
Nam sicuti agente pereunte a quo fuit produc[ta]
aqua succedit in locũ illius aliud conservans
ita ad idem pertinebit producere in ea aliquas
proprietates si pereant ut frigus in aqua [...]
dem patrociniũ cum onere suscepit. Neq[ue]
est recurrere ad Deũ sine necessitate nam est
cessitas sequens ad aliã necessitatem maiorem
nimiũ ad exigentiam quam habet res ut conser[...]
a causa prima deficiente secunda. Ex qui[bus]
omnibus colligitur ut aliã advertit Hurtadus d[e]
physica S 10 neutrã sententiã convincere. [...]
nimus tamen

DICO sententiã utrasque esse probabilio[...]
quod probatur hoc argumento Theologico. Gratia
habitualis quae facit creaturã rationalem superna
raliter gratam est veluti radix et essentia a
quam consequuntur reliqui habitus supernaturales
fusi, et tamen communiter Theologi dicunt tal[es]
habitus non produci a gratia sed a solo D[eo]
Ergo etiam in ordine naturali proprietates
producuntur ab essentia. Confirmatur quia
lius posita hac sententia explicatur discri[men]
operationes vitales et non vitales dicendo vita[les]
~~solum~~ effici a principio intrinseco, non vitales
quales sunt proprietates effici a generante
est principiũ extrinsecũ
Colliges in utraque sententia dici poss[e]

proprietates emanare ab essentia sed in di
verso sensu quia secunda sententia intelligit effective
in prima exigitive. Rursus in utraque sententia
productionem passionum vel proprietatum tribui ge
neranti ut dixi sive mediate sive immediate quate
tenus generanti tribuitur productio omnium quae re
quiruntur ad rem in primo instanti generatio
nis.

Quaestio 4

De Causa Prima et Secunda

Suppono hic dari causam primam quod fuse pro
bant Theologi cum S. Thoma 1 p. q 2 Joannes de
metaphysica Fasolus 1 p q 2 a 2 et alii recentio
res. Nomine autem causae primae intelligimus
aliquod ens increatum a quo sunt caetera omnia

Sectio 1

An Causa prima immediate concurrat ad productionem omnium effectuum?

Ex Catholicis unicus fuit Durandus qui in 2 d 1 q 5
et d 37 q 1 negavit Deum immediate concurrere ad actio
nes causarum secundarum. Contra quem est universa scho
la ex qua aliqui sententiam Durandi temerariam
alii erroneam vocant. Cum quibus

Suppono dupliciter aliquid dici immediate concurre
re ad aliquem effectum 1mo immediatione suppositi 2do
immediatione actionis vel virtutis. Immediatione suppositi
dicitur concurrere agens cum secundum suam entitatem
est contiguum et immediatum subiecto in quo debet pro
ducere formam ut cum ignis applicatur ligno comburendo
Immediatione actionis vel virtutis est non quando agens

relinquit suam virtutem et ipsi perit prout vol[unt]
Atomistae qui dicunt accidens agere in virtute
substantiali; sed cum agens secundum entitatem su[am]
quidem a subiecto in quo debet producere effectum
sed tamen in medio semper producit aliquid a[ctionis]
et consequenter in qualibet parte subiecti interme-
dii est pars actionis talis agentis u.g. sol exi-
stens in caelo dicitur producere aurum in viscer[ibus]
terrae mediatione actionis vel virtutis non supe[rioris]
quia entitas solis non est propinqua terrae
tamen in toto spatio intermedio est actio eius
solis non interrupta, etiamsi non producat eun[dem]
effectum in qualibet parte spatii intermedii.

Dico. Ad omnem actionem causae secun[dae]
dari concursum causae primae est ut dixi omnium
licorum vide Suarez D. 22 Metaphysicae et lib. de
tiis perennium lib 8 c 7 Hurtadum D 10 Physicae S 2
Quiroi[...]um D 4 S 8 Vasquez 1 p. D 129 c 3.
Probatur 1mo Conclusio ex scriptura ut late Fonseca 5 Metaph. c.
Isaiae 26 c dicitur Omnia opera nostra operatus es in n[obis]
Domine Ad Romanos 11 c. Quoniam ex ipso et in ipso e[t]
per ipsum sunt omnia. Primae ad Corint. 12 Qui opera[tur]
omnia in omnibus. Probatur 2do ratione ex Suarez
Causa creata et quodlibet Ens creatum essentialiter pend[et]
a Deo in suo esse. Ergo etiam in operari pendet essen[ti]
aliter a Deo simul operante Antecedens est certum de fide
ut docet Suarez D 2 metaph. S 1 n 4 et habetur e[x]
scriptura ad Hebraeos 11 portans omnia verbo vir-
tutis suae. Et probatur quia omne Ens creatum est Ens [per]
participationem et imperfectum, Ens autem per partici-
pationem essentialiter pendet ab Ente simpliciter et
essentiam. Consequentia probatur quia eo quod per participa[tionem]
habet efficere et vim agendi atque habet esse. Ergo [...]

pendet in agendo a prima Causa atq in essendo.
Confirmatur quia effectus cuiuscunq Causae est Ens creatum
Ergo tam essentialiter dependet à Deo atq ipsa Cau
sa. Ergo ab ipso initio sui esse dependet essentialiter
a Deo. Ergo non potest talis effectus a Causa secunda
prodire quin etiam proprie et per se a Causa prima
emanet et fiat. Confirmatur 2do quia Deus de
facto impedivit aliquos effectus Causae necessariae
non Corrupta Causa nec sublata ulla conditione cre
ata: ut cum impedivit ne ignis Babylonicus noceret
tribus pueris. Quae argumenta non solum probant
de facto Deum concurrere cum creaturis, sed nec posse ope-
rari creaturam nisi Deo concurrente.

Obiicies 1. ex Durando si Deus concurrat cum
creatura concurreret ut Causa partialis. Sed hoc est im
perfectio. Ergo R. concedendo maiorem distinguendo
minorem, est imperfectio in Causa non potente adae
quate concurrere transeat; in Causa potente adaequa
te concurrere et solum vocante in societatem etiam
Causam, idq ex sua bonitate dignante communicare
creaturis virtutem agendi et nego

Obiicies 2. Causa secunda est sufficiens
Causare effectum Ergo non requiritur Deus ut concausa.
R. distinguendo antecedens est sufficiens in ratione Cau
sae secundae subordinatae Deo concedo: est sufficiens
adaequate se solo nego. Dices. Hac ratione Causae
secundae erunt tantum Causae instrumentales et non prin
cipales quod est falsum R. posse in latiori significa-
tione creaturas vocari instrumenta Dei, et ita de
facto vocantur à multis: nihilominus in rigore
nego sequelam. Ratio est quia instrumentum est illud
quod operatur per virtutem non sibi propriam et debi
tam Creaturae autem operantur per virtutem sibi
propriam et debitam licet acceptam à Deo

Obiicies 3. Si Deus ageret cum Causis secun
dis denominaretur eodem modo calefaciens sicut ignis

R. negando sequelam, nam actio determinata denominat[ur a]
tale principium ultimum et determinativum à quo est,
qualis est Causa secunda et non universalis ac in-
differens qualis est Deus. Et praeterea quaedam denomi-
nationes denominant solum illud principium in quibus
etiam forma recipitur ut videns, comedens.

Obijcies 4 Ex hoc sequeretur quod Deus sit
Causa peccati nam concurreret immediate ad actio[nem]
peccaminosam cum creatura. Respondeo potest quantum sa[tis]
est philosopho negando sequelam. Nam licet Deus concur-
rat immediate ad actionem positivam peccati, non
tamen esse Causam illius; quia concursus qui est à
Deo est indifferens ad bonum et ad malum, et potius in-
tentus ad bonum: a creatura autem determinatur ad
malum. Sicuti enim (et est exemplum S. Thomae) licet
huius claudicationis sit tam à potentia motiva quam
a tibia clauda, tamen claudicatio provenit à tib[ia]
instrumento depravato, cum potentia motiva ex[...]
non intendat claudicationem sed potius motum re[ctum]
sic voluntas creata assimilatur tibiae, Deus vero
potentiae motivae: et ideo plerique autores dicunt Deum
concurrere ad actionem quatenus est aliquid posi-
tivum, non tamen ad ipsam rationem formalem seu
ad malitiam vide Theologos, et seorsum Molinam
q 22. a 4

Sectio 2

An Causa prima et secunda eadem indivi-sibili actione concurrant

Agit hac de re Soarez d. 22 s 3 et lib 1 de auxilijs c...
Hurtadus d. 10 s 3 cum quibus

Suppono actionem causae primae non esse volunta[tem]
Dei sed actionem transeuntem et manantem a Deo, volun-
tatem autem eius potius concurrere per modum prin[cipii]
quatenus per illam applicat omnipotentiam suam ad a[gen-]
dum. Hoc posito Hurtadus refert tres modos dicendi:
primus est effectum pendere per duplicem actionem, alteram

à Deo alterâ a Causa secunda; et primam esse essentialem effectui ac creaturæ alteram accidentalem. Contra quem bene urget Hurtadus quod frustra poneretur actio à Causa secunda, cum sufficienter per illa quia est Causa prima supponeretur effectus produci. 2dus modus dicendi est utramque actionem esse accidentalem ita tamen ut actio creaturæ non dependeat ab actione Dei, nisi ut a concomitante. Sed contra eadem ratione impugnatur quia effectus sufficienter fieret per unâ actionem, sed melius refellitur ex argumentis pro nostra sententia. 3tius modus per unâ actionem utramque agens operari cum quo

Dicendum Causâ primâ et secundâ eadem indivisibili actione Causare effectum Est Communis vide citatos autores. Pr. Fundamento alias posito, quoties cumque sunt duæ Causæ necessario requisitæ ad aliquē effectum debent concurrere per eandem indivisibilem actionem talis est prima et secunda Causa. Ergo: Minor iam recepta est in scholis. Confirmatur actio quæ est a Causa secunda estne dependens a Deo vel non: non secundum quia ut inquit Hurtadus saperet summa nismum: Si primum vel pendet ut terminus vel ut via: non ut terminus quia est essentialiter ordinata ad effectū et insuper immediate dependet Ergo ut via Ergo per illam etiam Causa prima producit effectū.

Objicies I. Non potest eadem indivisibilis actio exire a Causis adeo diversis. Ergo R. negando Antecedens non enim minus difficile est intelligere quomodo eadem actio egrediat a materiali Causa et efficiente, ab habitu et potentia quam a Causa prima et secunda.

Dices non potest eadem actio esse transiens et immanens, vitalis et non vitalis. Ergo. R. concedo Antecedens negando Consequentiam Ratio disparitatis est quia esse vitalem et non vitalem transeuntem et immanentem sunt rationes oppositæ: at vero esse a Deo et creatura nulla involvunt opositionem. verū quidem est quod actus vitalis

non dicatur vitalis nisi respectu potentiæ viventis, a-
ctio autem Dei non dicitur vitalis, licet simpliciter sit
vitalis. Obijcies 2. Effectus essentialiter pendet à Deo et
essentialiter à Causa secunda. Ergo dependentia a Ca[usa]
secunda distinguitur a dependentia Causæ primæ.
R. distinguendo Antecedens (loquendo de dependentia essenti-
ali in ordine ad existentiam actualem) effectus essentia-
liter in existendo pendet à Deo per dependentiam to[talem]
nego, per dependentiam vel totalem vel partialem conc[edo]
et sic nego Consequentiam. Nam licet possit effectus de[pen]-
dere vel a solo Deo, vel à Deo et Causa secunda
hac, supposito tamen quod dependeat ab utroque eà
eadem Causalitas quæ ut consideratur in ordine ad
Deum dicitur essentialiter faciens effectum pendere a[b]
in hoc sensu quod effectus licet non per hanc saltem p[er]
aliam actionem debeat dependere a Deo si existit.

Dices sed primus insinuavimus quando aliquid essen-
tialiter pendet ab aliquo hunc non habere dependentia[m]
quæ sit aliquid superadditum effectui et Causæ ut di[ximus]
de actibus vitalibus. Sed creatura essentialiter pend[et]
a Deo. Ergo non per entitatem superadditam, ex a[lia]
vero parte a Causa secunda dependet per actione[m]
superadditam quia non essentialiter dependet ab i[lla].
Ergo non potest esse eadem actio primæ et secund[æ]
Causæ. R. distinguendo maiorem quando aliq[uid]
essentialiter pendet ab alio id est sine illo non po[test]
existere ut a determinato et solo seu actione deter-
minata hunc non dependet per aliquod superadditum,
quando vero dependet non actione determinata sed vel ha[c]
vel illa totali vel partiali nego maiorem. Nam aut[em]
in nostro Casu ita tantum effectus essentialiter pende[t]
a Deo ut non possit existere quin vel à Deo solo,
a Deo cum creatura simul dependeat. Vide Suarez d.
s 5 n 11 Circa de re etiam fusius in libris de prima

Sectio 3.

An Causa prima conservet effectus primo productos à Causis secundis?

Suppono quamdiu est idem agens eadem materia si est effectus materialis conservatio quoad entitatem est eadem continuatione cum prima rei productione ut communiter cum S. Thoma 1 p. q 104 a 1 Suarez S 2 Molina 1 p. q 10 a 5 d 1. Vasquez ibidem d 23 n. 23. Hoc tamen intelligendum quoad intrinsecam entitatem quia ratione et connotato differt quatenus prima productio involvit negationem esse praecedenti tempore conservatio autem dicit eiusdem rei iam acceptae possessionem seu continuationem; quod totum non habet difficultatem in mea sententia non distinguente durationem a conservatione. Porro quando mutatur causa efficiens aut etiam alia influens vere et realiter et forte etiam intentionaliter ut videbimus conservatio est distincta à prima rei productione quia haec actio dicit immediatam habitudinem ad hoc agens. Ergo mutato hoc agente mutatur etiam actio. His positis

Adverte non esse quaestionem de conservatione quacumque et latius sumpta qualis ea appellatur quando per remotionem contrarii aliquid conservatur: neque etiam de illa conservatione dicta mediata aut remota quando aliquarum dispositionum influxu res conservatur, certum enim est hominem per cibum conservari etc. Sed quaestio solum est de principali et propria Causae efficientis conservatione.

Dico 1. Nulla substantia creata pendet in conservari quoad suum esse a Causa secunda saltem diu est Suarez d. 21 S 3 n 4 qui plures alios citat et rem pluribus probat. Fundamentum praecipuum est experientia qua videmus plantas animalia etc manere perenntibus progenitoribus. Deinde peculiariter probat de effectibus procedentibus à Causis univocis hac ratione quia alias unum individuum primae speciei secundum suum esse diceret essentialem vel saltem connaturalem habitudinem dependentiae in conservari ab alio individuo eiusdem speciei; et sic vel procedendum esset in infinitum vel necessario sistendum in aliquo vel aliquibus quod non connaturali modo conservarentur, quod est falsum Ergo. Unde refutatur Fonseca 5. Metaph. c 2 q 1 S 2 qui dicit has res sublunares a caelo conservari. Falsum enim est respectu sublunarium substantiarum quas non nisi ratione dispositionum per Accidens conservat-

quod potissimum verum est in nostra sententia qui an-
tia non dicimus aliter concurrere ad substantiam quam
vando aliquid produce

DICO 2 Accidentia quae possunt produci a Causa
ut calor a calore, sive ab hoc de facto producantur sive
alia Aequivoca, pendent in conservari à solo Deo. Ratio
quia dum existunt habent talem naturam qualem habet
quivoca: Atqui haec non pendet in conservari a Causa
ut probavi in prima conclusione de effectibus univocis
tialibus. Ergo. Confirmatur experientia in calore produ
à sole.

DICO 3 Aliqua Accidentia per se pendent
Causis Aequivocis secundis. patet in lumine aeris influxu
desiderante. in actibus vitalibus potentiam conservationem
derantibus in speciebus intentionalibus quae ablato obje
pereunt. Dixi aliqua, nam habitus species intelligibiles
impressae licet à Causis Aequivocis proveniant hunc
secundae concursum conservativum non desiderant ut
tet experientia.

Caeterum cur haec potius quam illa petant conse
ri à Causa secunda est sane difficile rationem redde
insinuat aliquam S. Thomas 1 p q 84 a 7 sed pe
ram et difficultates involventem. Alii censent ex
igi verum aut effectum huiusmodi, rationem collige
verum quidem est sed quomodo? videri potest Sua
d 21 S 3 n 14 ubi commode satis hac de re philo
sophatur In iis enim qualitatibus quarum esse in
et motu consistit ut sunt actus vitales huiusmodi
dependentia aut actualis influxus conservativus
creata facile statuitur; quia sicuti actio dicat
dependentiam ab agente, ita et haec quae cum sua
identificantur. De speciebus vero intentionalibus
potest reddi ratio ex generali natura earum,
videamus quasdam pendere in conservari à Causa
creata, alias non. Et ideo reddi debet ratio vel
Causa finali quia quaedam institutae sunt ad

scendi tantum in praesentia objectorum: aliud vero ut retineantur in memoria. De aliis vero qualitatibus physicis valet ratio S. Thomae. nam sicut qualitates vel disponunt ad formam vel consequuntur illa: quae disponunt quia ex natura sua antecedunt formam, ideo possunt saltem in esse remisso praecedere talem formam et consequenter etiam possunt manere sine illa: quae vero formam consequuntur non possunt, nisi vel intrinsece ab illa maneant, vel ab agente habente talem formam actualiter pendeant. Quod quidem ultimum in mea sententia locum non habet quia probabilius puto passiones produci a generante; licet in aliquibus valeat ut in luce procedente à sole etc. Unde Suarez addit n. 17 in fine quando Qualitas talis est ut in extraneo subiecto nunquam possit naturaliter fieri nisi à superiori qualitate connaturali modo existente in superiori agente, tunc signum est pendere ab illo agente in conservari; quia sicuti absolute indiget illa emanatione ut sit; ita similem influxum requirit ut in esse permaneat. et ideo lumen in aere non conservatur sine praesentia solis vel alterius quod in natura lucis cum sole convenit. Aliam rationem indicavit Caietanus licet aliis verbis 1 p. q. 104 a. 1 libro ultimo. quibus addi potest aliqua congruentia quia similes qualitates ut sunt lux species intentionales sensibiles etc. conservarentur à Deo in absentia suarum causarum naturalium, et aliunde non habeant contrarium, deberent connaturaliter a Deo semper conservari quod videtur magnum inconveniens in universo hoc ordinatissimo.

QUAERES. Deus cum succedit in munus Causae Creatae (loquendo de Accidentibus) cur aliquos effectus conservet constanter usque dum expellantur à Contrario; alios vero ita ut statim remoto principio Causae secundae sensim deficiant? v. g. calor in aqua

impetus in lapide. R. Eas qualitates quae connaturales et in subiecto connaturali, Deum conservare statuo: quando vero sunt in alieno subiecto, tunc sensim deficiunt, et Deus illas non conservat tanta efficacia. Cuius rei ratio est quia cum concursus Dei sit concursus causae universalissimae et indifferentis non magis pro uno quam pro altero contrario; imo magis se accommodat causae secundae contrariae petenti destructionem qualitatis quae conservatur a solo Deo: ita fit ut in aqua petente ut destruat calorem sibi contrarium.

Dico ultimo. Omnes effectus creati conservantur a Deo vel solo vel etiam cum Causa secunda. Est communis et Catholica. Probatur 1mo ex Scriptura ad Hebraeos 1. Portans omnia verbo virtutis suae. Vide Suarez. S. 1. Probatur 2do rationibus multiplicatis a Suarez. Optima est haec: Ad perfectissimum Dei dominium spectat ut quando voluerit possit creaturas annihilare. Ergo debet immediate illas conservare: Nam non potest destruere id, nisi valde remote, quod immediate non pendet a se. Confirmant faciunt argumenta quibus superius probavimus Deum concurrere immediate ad productionem omnium creaturarum.

Quaestio 5
De Causa libera et Necessaria

Nolumus hic agere de eo in quo consistit libertas et necessitas seu Causa libera et necessaria: de hoc enim Deo volente in libris de Anima. Sed supposito dari Causa libera ut est voluntas; et necessariae sunt reliqua omnia, solum hic examinandum an Deus ita praedeterminet Causas secundas ad singulas operationes, ut non solum cum illis concurrat aut influat in effectum, sed etiam requiratur ut antequam causa operetur Deus se solo aliquid in illa producat ut qualitatem aliquam, per quam excitet et

praedeterminet ad operandum, et sine qua non possit operari. Videat qui vult hac de re Suarez in opusculis lib. 1. et d. 22 metaph. s 2 n 20 Molinam 1 p. q 14 a 13 a disp. 8 usque ad 12. Rubium hic q 8 et alios maxime theologos qui rem hanc fuse deducunt: nos hac de re aliquid et quantum satis est philosophe agemus abstinentes ab argumentis theologicis

SECTIO 1

An Deus Causas secundas necessarias motione praevia praedeterminet ad operandum?

Suppono necessitatem a qua Causa aliqua dicitur necessaria in hoc consistere, quod positis omnibus ad operandum vel agendum requisitis non possit non agere. Itaque si ex intrinseca conditione et determinatione naturae fiat dicitur necessaria intrinsece; si ab adventitio aliquo, extrinsece

DICO 1 His positis Causa necessaria non praedeterminatur aliqua praevia motione vel qualitate, est auctorum citatorum. Quia Causae secundae necessariae sunt omnino completae et ex natura sua determinatae ad suos effectus, ut ignis per essentiam suam est determinatus ad producendum alterum ignem positis requisitis. Ergo supervacua est omnis alia praemotio vel praedeterminatio antecedens. Confirmatur 1mo illa praedeterminatio vel ponitur ad hoc ut Causa producat hunc numero effectum, vel hunc specie: non primum quia ex dictis prius fatetur à Deo offerente concursum suum (per quem Causa secunda constituitur potens in actu primo) ad hunc numero et non alium effectum. Non secundum quia ut dixi ex principiis intrinsecis Causa est determinata ad producendum effectum talis speciei et non alterius. Confirmatur 2do talis motio induceret processum in infinitum. nam illa est

aliquid creatū et per modū actus primi compl
eūt autem agentis creati tanquā ultima ejus actual
in actu primo et sic adhuc intelligitur esse in ordine
secundū et subordinata Causæ primæ in operando.
non minus debebit ipsa prædeterminari ad suā a
suumque effectū producendū quam omnis alia Cau
ata Ergo prædeterminabitur per aliam in pr
et illa iterum per aliā et sic in infinitum.
a priori est quia oblatio concursus determinati
concursus simultaneus Causæ primæ cum secun
sufficit ad producendū effectū et ad explicandam
dentiam tum ipsius effectus à Causa secunda
Causæ secundæ a prima. Ergo frustra ponitur
prædeterminatio distincta ab illo influxu

Objicies 1 Aristoteles 7 phys t 1 ait omne
movetur ab alio movetur, idem habet lib 8 t 33
adfert exemplū baculi qui movetur à manu et a
dum probat et ostendit tam quomodo deveni
sit ad primū mobile quod est immobile: unde fa
est commune Axioma Causa secunda non movet n
mota. Ergo debet dari aliquid Antecedens per qu
Causa secunda moveatur antequam ipsa mo

Respondet Suarez in opusculis lib 1 c 6 n 12 et d
metaph. s 2 n 47. axioma hoc intellectū in eo sens
volunt adversarij esse falsū; et falsū esse in illo p
cipio sic intellecto fundari vel reductionem omnium
rum ad primū motorem, vel omniū entiū ad p
hus: nam illa argumentatio fundatur vel in physica
perientia et ordine sensibiliū motuū, vel in propo
dependentia omniū effectuū à suis Causis; non
in illa occultissima motione. Itaque dictum
Aristotelis est omne quod movetur ab alio moveri

plus inferiorum Corporum aliquo modo reduci ad mo illi, illud autem ipsum moveri ab alio, atque ita cum procedatur in infinitum sistendum esse in aliquo primo motore.
Principium autem metaphysicum proportionalis est omne Ens quod non est à se manat ab alio et illud ali si non sit à se vivens esse ab alio, cumque non possit procedi in infinitum sistendum esse in ente à se. Ideo exemplum illud de baculo qui non movetur nisi manu moventis, non est accipiendum in summo rigore, quia in exemplis non requiritur veritas sed aliqua proportio. Praescindendo autem à mente Autoris ad Axioma illud Rx cum distinctione duplicem licet dari primam motionem alteram primam alteram operantem x in secunda acceptione verum est in prima falsum. Dixi praescindendo à mente Autoris eo quod probabile Autorem concursum Dei simultaneum cum Causis secundis ignorasse ut patet ex lib. de mundo ad Alexandrum (si is liber ipsius est) ubi putat indignum esse majestate Dei ut ad quaslibet etiam actiones vilissimas adjuvandum sese demittat. vide Vasquez 1 p. d. 47 c)

x id est p tam[illegible]

Objicies 2 Alia quidam Axiomata desumpta maximum ex S. Thoma. ut est illud Causa secunda applicatur a Causa prima ad operandum quod usurpat S. Thomas 1 p. q 105 a 5 Secundum quod habet itidem Causa secunda determinatur à prima ad agendum. quod Causa prima excitat secundam. Tertium quod secundae essentialiter subordinantur Causae primae ut instrumenta artifici 2 Idd q 6 a) Quartum Causa prima facit ut Causae secundae faciant.
Rdent aliqui concedendo haec Axiomata sed inquiunt ut Thomistam et S. Thomae qui fuit in contraria sententia ideo tamen ad 1mum applicationem illam nihil aliud quam ipsum actualem simultaneum concursum Dei cum Causa

secunda quod ideo vocatur applicatio ut significetur a Causa prima tanquam superiori quod dirigit et [ordi]nat ad fines intentos creaturam sibi subiectam. [U]nde S. Thomas, ubi Q. 16 a, docet quod appli[catio] ad equitandum est equitatio. Ad 2dum dico n[on] aliud sensum nec veritatem axioma nisi quam praedeterminationem ad agendum pro volitione et consu[mmatio]ne volitionis quod sit ex natura sua determinata [ad] eiusdem. Item non aliter excitat Causa prima sem[per] nisi in quantum praecedit appetitus phantasia aut [...] quam Deus producit. Ad 3ium dico Causas [secun]das subordinari primae quatenus egent coope[ratione] et ideo dici instrumenta; non autem propter [aliquam] dam similitudinem cum instrumentis artificialibus. Ad 4um dico sensum esse Deum conferre et conserva[re vir]tutem agendi et praeterea offerre suum concursum complemento autem omnium. Advertere S. Thom[am] iuxta Suarez lib. 3 de auxiliis c. 11 n 6 retracta[sse] quod in utraque Summa de hac materia ex professo nunquam illius motionis superadditae meminerit.

Obicies 3. Deus, dicitur Causa prima prius agit quam secunda. R. negando consequentiam enim Causa prima quia est prima dignitate, [...] est prior a qua non valet subsistendi consequentia enim valet Causa prima agit ergo et secunda licet e contra Causa secunda agit ergo et p[rima].

Obicies 4 Si ponatur ignis circa ce[ntrum] terrae aequaliter distans à caelo non posset move[re se]cundum omnes sui partes quia dimoverentur tot[um] versus centrum ad indivisibilia quod implicat in [nostra] sententia componente continuum ex partibus ne[c se]cundum aliquas quia non est maior ratio de [his] quam de aliis Ergo requiritur praedeterminatio [qua] Deus praedeterminet ut possint aliquae partes [...] et se movere. 2do si Cadat supra planum

...iu æque planum non esset maior ratio cur potius una
... sibi frangatur quam alia ut patet. Ergo requiritur
predeterminatio qua predeterminetur una pars illius saxi.
... Si sit avena in duobus locis æque disposita et distans
equo, equus in medio quid faciet? Ergo requiritur ut
predmotione predeterminet illum ad hanc avenam
non illam.

R. et 1mo. Dico quod casus positi non impugnent con-
...onem quia vult causas debere esse debite aplicatas non
...editas, cum tamen in his casibus impediantur à circum-
...tijs. R. 2do cum Suarez d. 19 metaph. s. 2 n. 6 in primo
...ygnem non moveri ab intrinseco propter rationes
...tas: magis enim res inclinat ad conservationem sui esse
...um ut tendat ad locum suum. Sic videmus gutta aquæ
...m pulverem ita pro sua rotundari in globulum ut se tueatur po-
... atque ita aliquo modo ascendit contra id quod exigit.
Secundo casum negat Suarez posse dari talia plana
perfecta et æque se tangentia. Sed quidquid sit dicendum de
...ius in quæstione de vacuo, non posse duo perfecte plana
...undum omnes sui partes separari simul, ne dicamus fieri
...ul ingredi vel certe dari vacuum in aliqua parte intermedia.
... Ita in re præsenti cum fractio fiat per contactum unius
...us cum alio, et consequenter per egressum fieri intervallum
non potest egredi simul totus propter vacuum quod da-
... prius lapis tanget unam partem ubi deinde aliam.
...tutium negat omnia se posse æqualiter habere sed semper unum
...presentabitur facilius aquirendum vel saltem non advertet ad al-
... obiectum; quod si ponantur omnia paria et equus æque
...urens ad utrumque ad neutram accedet avenam.
Adverte autem ad hoc ut causa secunda necessaria habeat
...nia requisita ad operandum debere adesse voluntatem Dei qua
...licat omnipotentiam suam ad concurrendum cum causa secunda hic
...nunc, seu quando adsunt debitæ circumstantiæ quæ quidem
...luntas est absoluta qua vult efficaciter et determinate per suam
omnipotentiam in tali casu producere effectum cum causa secunda ne-
cessaria

Sectio 2

An Causa Creata libera praedeterminetur a [Deo] ad operandum in actu secundo.

Quaestio est celebris in Theologia ubi fuse disputabitur de gratia et de praedeterminatione, nos abstinentes ab argumentis [theologicis] philosophice de praedeterminatione disputabimus et quaeri[tur]

Pro qua re Nota duplicem esse sententiam affirmativam alteram negativam

Affirmativam sequuntur Thomistae e familia dominica[na] et aliqui alij

Divisi sunt tamen huius sententiae autores inter se; volunt aliqui praedeterminationem esse aliquid per modum actionis qua operatur Deus effectum naturâ prius [in] Causa secunda à qua actione in eadem prioritate determinetur Causa secunda ad operandum. Alij dicunt praedeterminari voluntatem per qualitatem superadditam et tenentem se ex parte actus primi; Alij Causam non praedeterminari per aliquam qualitatem physicam sed extrinsece per decretum absolutum Dei, quo posito [non] possit Causa secunda non operari. Ut omittam alios qui negant praedeterminationem physicam admittunt tamen moralem. Et alios qui dicunt praedeterminationem antecedere operationem voluntatis in genere Causae efficientis subsequi vero in genere Causae materialis quatenus bona operatio est dispositio [ex par]te subiecti operantis. Negativam sequuntur omnes Jesuitae dum dicunt voluntatem posita requisita ex parte obiecti debita seipsam determinare in actu ad operandum cum quibus

DICO Non dari praedeterminationem physicam ut volunt autores primae sententiae in primo [secundo] et tertio modo dicendi. Probatur argumento [quod] ex ea sequitur tolli libertatem et indifferentiam [ad]... Probatur Antecedens Causa vel potentia libera formaliter

est illa quod positis omnibus praerequisitis ad agendum potest agere et non agere, operari vel non operari ex communi scholasticorum suppono et ostendit Lessius de gratia c 5 n. 13 Soarez lib. 1 de auxiliis c 3 Hurtadus d 15 de Anima §7. Sed posita praedeterminatione physica extrinseca vel intrinseca quam adversarij dicunt esse praerequisitam ad omnem actionem non potest Causa non agere. Ergo non manet libertas consequenter nunquam dabitur Causa quod operetur libere. Vide pro hoc argumento Fonsecam 6 Metaph c 2 q 5 §8

Respondent communiter Thomistae voluntatem posita praedeterminatione non posse non agere in sensu composito, posse autem in sensu diviso: sic cum ambulo non possum non ambulare in sensu composito, at possum in sensu diviso. Sed contra 1mo Quia hic solum sensus compositus non tollit libertatem nec ponit necessitatem absolutam et antecedentem quando est in potestate operantis talis compositio vel divisio, quando vero non est in potestate operantis tollere illam compositionem seu illud cum quo non stat actus vel negatio actus tunc tollit libertatem. Ita posito quod ego ambulem non possum non ambulare in sensu composito id est non possum coniungere negationem ambulationis cum actuali ambulatione; adhuc tamen libere ambulo quia dependenter a me ponitur ambulatio et est in mea potestate non ambulare, licet posito quod ambulem in sensu composito non possim non ambulare. At vero si quis per vim me nolentem trahat ita ut non sit in mea potestate trahi vel non trahi, non video quomodo dici possit quod libere movear. Similiter amor Dei in beatis est necessarius eo quod visio Dei a qua oritur non est in potestate beati sed antecedens. Ergo cum non sit in potestate operantis ponere praedeterminationem sensus compositus pendens ex illa tollit liber-

-tatem. Contra 2do Quia praescindendo a tali determinatione voluntas non est libera sed necessi… ad non operandum per autores contrariae sententiae sine praedeterminatione per ipsos voluntas non potest. Ergo neque in sensu diviso est libera voluntas.

Multis alijs argumentis Conclusionem probant autores alegando authoritatem concilij tridentini Ses. … ubi conantur ostendere Calvinum ab hac sententia differre, quae quia theologica sunt et controversiam ad philosophum. Nobis sufficit ex hac adhuc Conclusionem probare cum 3 Ferrariensi c. ultimo ait illud quod contingit utrumlibet pro toto eo tempore quo continetur et non habet esse extra Causas non inclinatur magis se sic vel non sic. Ergo impossibile est ut sit a C… determinata ad unum, quia alioquin semper m… se haberet magis sic quam non sic, et nullus effectus qui ab illa exiret prout se habente aequ… ad utrumlibet.

Ex dictis collige argumenta hace valere c… praedeterminationem extrinsecam quae fit per decre… absolutum et contra eos qui dicunt praedetermin… antecedere in genere Causae efficientis subsequi… re Causae materialis, supposito quod negetur … prioritas. De praedeterminatione autem non … est huius loci quidquam dicere, maxime cum … sententia valde recedat à thomistis antiquio… et a primo sermone et modo thomistarum.

Multa obijciunt argumenta desumpta … ritate S. Thomae seu plura et alia argumenta … gica quae hic non propono nec solvo, cum ut dixi … institutum non sit nisi rem philosophice proponere, p… ego unus sum argumento theologico vel desump… seu plura Concilijs et authoritate. Hunc solvamus … menta philosophica.

Objicies ergo impossibile est ut quod se habet in-
differenter ad plura etiam oposita sit determinate principij
um potius unius quam alterius nisi determinetur prius
ab aliquo determinato. Ergo voluntas eget praedetermi-
natione. Prob. Antecedens ex S. Thoma 1. p. q. 9 a. 1, ubi dicit
quod omne existens quandoque in actu, quandoque in potentia
indiget aliquo determinante extrinseco. R. negando
antecedens si sermo sit de causis liberis, si vero sermo sit de
quibusdam causis necessarijs productivis plurium effectuum
ut fit in sole qui liquefacit ceram, et indurat lutum con-
cedo; nam id non potest praestare sol nisi applicentur illi
cera vel lutum. Et de his locutus est S. Thomas
non autem de libera voluntate. Nam in hoc consistit libertas
voluntatis ut possit se determinare; sicuti etiam Deus
causa libera determinat se ad talem potius effectum
quam alium. Ratio autem per quam voluntas se deter-
minat est ipse actus voluntatis quo posito non est am-
plius indifferens ad ponendum contrarium.

Quaestio 6

De Idea

Quaestio de idea a plerisque tractatur in fine omnium Cau-
sarum ab aliquibus in materia de Causis in Communi. Nos
eam hic examinabimus eo quod non videatur multum rece-
dere a Causa efficiente. Duo autem de illa sunt quaerenda:
primum in quo consistat ratio ideae. Secundum ad quod ge-
nus causae quo pacto reducatur.

Sectio 1

Quid sit Idea!

Nota 1. Nomen ideae quod latinis dicitur forma impo-
situm est primo ad significandas ideas seu exemplaria
externa ad quae respiciens artifex operatur aliud opus si-
mile, unde a verbo graeco ιδεω id est video seu inspicio dicta
est, quoniam qui aliquid acturus est ideam sive exemplar

inspicere solet quod sibi imitandum proponit quo modo [illegible] plar quod pictor depingendo imitatur idea dicitur [illegible] de idea sumitur pro interna imagine rei quam [illegible] theologi appellant ideam cum Magistro in I Sent. [illegible] Seclusis autem ideis externis agimus solum de interna pro quibus

Nota 2. Dari ideam ut optime probat S. Thomas 1 p. q 15 a 1 in corpore et sic philosophatur. In omnibus non casu agunt necesse est formam esse finem generationis. Agens autem non ageret propter formam nisi quatenus similitudo formae est in ipso: quo principio posito quod quidem contingit dupliciter scilicet ut similitudo rei faciendae sit in agente altero modo secundum esse naturale sicut in his quae agunt per naturam. ita [illegible] generat hominem ignis ignem. Altero modo secundum esse intelligibile ut in his quae agunt per intellectum sicut similitudo domus quae existit in mente aedificantis.

Nota 3. Et suppono non dari verbum mentis [illegible] sensum quasi esset idolum quoddam reale ad quod terminatur et quod inspiciat cognitio ut probabimus in libro [de] Anima et consequenter in eo non posse consistere [ideam] et multo minus in specie impressa quia haec est [reprae]sentatio tantum effective et causaliter non formaliter et consequenter non est id ad cuius similitudinem [fit]. Quid pro ergo solum est An exemplar seu idea sit [res] cognitum an vero ipsa cognitio formalis; et quia in re nihil potest certum definiri nisi statuatur [defini]tio ideae ideo videndum qualiter definiatur

Nota 4. Ex loco citato S. Thomae colligi [potest defi]nitionem ideae nempe quod sit similitudo operis faciendi ab agente per intellectum in ipsius mente existens [...] habet q 3 de veritate a 1 idea est forma quam [...]

[im]itatur ex intentione agentis qui determinat sibi
finem. Et hanc definitionem plerique aiunt receptam esse in
scholis. Alia est etiam communis definitio idea est quam
inspiciens artifex operatur ut vidimus in not. 1 et fundatur
in Arte citando. His positis duplex est sententia

Prima docet ideam consistere in conceptu formali
[cum] Suarez d 25 s 1 n 10. Rubius 2 phys tract. 6 q 1 Murcia
d 2 q 2 et alii quos citat. 2da sententia vult ideam
esse conceptum obiectivum id est esse ipsam rem faciendam qua-
tenus obiective existit in mente artificis sive iam sit ipsa
eadem res facienda sive alia similis ad cuius imitationem
[…]am altera fit. Ita docet Vasquez saltem quoad se-
cundam partem 1 p. d 71 n 8 et d 72 n 9 Albertinus
tom 1 principio 6 dubio 1 Conimbr. 2 phys c 7 q 3 a 2
Fonseca 5 Metaph. c 7 q 1 s 5

Dico 1 probabilior est haec secunda sententia. Probatur primo
potissimum ex autoritate Aristotelis 7 Metaph. t 23 ubi cum dixisset
eorum quae fiunt quaedam natura quaedam arte quaedam
a casu fieri ait ab arte autem fiunt quorum forma in ani-
ma quod idem est ac si diceret quorum idea est in intelle-
ctu. explicans deinde quid sit ista forma ait formam au-
tem dico ipsum quod quid erat esse uniuscuiusque et primam
substantiam: et postquam alia addidit circa modum cau-
sandi qui convenit ideae subdit. Quare quodammodo ex
sanitate sanitatem accidit fieri et domum ex domo ex ea
quae est sine materia eam quae habet materiam, quan[…]
[…]eat domus quae aedificatur fit ex domo quae est in men[te]
artificis quam nos vocamus ideam eamque more vete[rum]
[…] vocat substantiam et quod quid erat esse sine
materia. Confirmatur idem ex autoritate S. Thomae
[…]tata articulo 2 in corpore ubi ait Idea est in mente
operantis sicut quod intelligitur, non autem sicut spe-
cies qua intelligitur quae est forma faciens intellectum
in actu: forma enim domus in mente aedificatoris est
[quid]dam ab eo intellectum ad cuius similitudinem domum in
materia format. Probatur 2do Idea est id quod artifex

in operando, utrumque ut colligitur ex citato Arist. Sed artifex non intimetur suum conceptum formalem, hoc enim fit nisi per actum reflexum qui non est necessarius ad ideam. Ergo

Dices cum Soarez non esse opus ut artifex respiciat ad exemplar, et ideo non requiri operationem reflexam; nomen autem illud loquendi desumptum esse ab exemplaribus externis. Sed contra hoc colligitur ex definitione ultimo loco quod non solum externam ideam sed etiam internam convenit. Arist. loco citato ex quo colligitur definitio potissime loquitur est de interna. Deinde argumentum confirmatur ex exemplari externo ad cuius analogiam philosophandum de interna

Obiicies 1. Ex eodem Soarez citato n. 23 divinae adaequate consistunt in conceptu formali, neque in obiectivum. Ergo et in creatis idea consistit in solo conceptu formali. Consequentia patet a paritate: et ratio est quia semel salvatur conceptus ideae in conceptu formali non semper? Antecedens probatur: Si ideae divinae dicerentur conceptum obiectivum, vel hae sunt ipsae creaturae faciendae a Deo; vel est ipsa essentia divina: neutrum dici potest ergo. Hoc probatur quoad primam partem quia SS. patres eundem Soarez et Molinam 1 p. q. 15 a. 1 d. 6 loquentes de ideis divinis vocant illas substantificas et efficientes causas: item ideas contineri in intelligentia divina: praeterea negant patres Deum respicere aliquid extra in productione creaturarum. Quoad secundam etiam probatur. Quia idea debet habere similitudinem cum ideato. Essentia divina prout ex modo nostro concipiendi distinguitur ab eius cognitione non est similis creaturis: ergo non est idea. Unde etiam licet contineat eas eminenter non tamen formaliter et per consequens est causa aequivoca. Causa autem aequivoca est dissimilis effectui.

R. negando antecedens, ad probationem antecedentis minorem et dico essentiam divinam esse ideam, in quantum divina quatenus imitabilis est a creaturis

modo non solū continet eas eminenter. Sed etiam
aliter non quidem secundū unitatem naturæ sed secun
expressionem et repræsentationem quod sic ostendo.
us habet cognitionem sui et omnium creaturarum
ut obiectum primarium, talis notitia sit ipse Deus
undariū creaturæ ut loquuntur theologi: sed ipsa etiā
nitiō Dei est Deus. Ergo ipsa cognitiō cognoscit seipsam
habet se pro obiecto: Atqui cognitio est expressio
repræsentatio creaturarū. Ergo essentia divina quæ
noscitur et habet se pro obiecto est expressio et re
sentatiō creaturarū Ergo idea. Vide Vasquez d. 72.
2. Addo. non male a multis Theologis creatu
ipsas in esse possibili vocari ideas secundarias sicuti
ut secundaria obiecta. Hec lux est contra Patres
vocant ideas substantificas, quia hunc loquuntur
de prima idea et obiecto primario. Item cū dicunt
d in operando Deus non respiciat ad extra, dicendū
eos Deo dixisse ut Platonis et aliorū philosophorum
rorem excludant qui ponebant ideas reales existen
extra Deum ad quas attendens Deus operaretur
extra. Molina citatus d 2 ex S. Anselmo Augu
no et alijs colligit Patres in tantū velle Deū esse uni
ilem et ideam in quantū verbū divinū qui est una
Patris est expressivū omniū creaturarū. Vide Theolo
maxime Molinam qui fuse de ideis divinis et Pla
nicis agunt.

Obijcies 2. Idea dicitur esse forma sed obiectū
est forma Ergo nec idea. Rz distinguendo, est forma
insecā nego extrinseca concedo. Obiectū enī determi
suo modo artificem ut faciat tale opus: sic habet
verbis definitiōnis. Idea est forma quā effectus imi
tur. Neq dicas hic sermonem esse de ideis internis
externis. Ergo non valet illa distinctio in formam
ternam et externam. Nego consequentiam nam illud quā
quod est idea est extrinsecū, sed tamen in quantum est
ta per cognitiōnem tanquam per conditiōnem fit intrinsecum

ata dicitur lapis melius esse in mente quam

Objicies 3. Iste conceptus objectivus vel est res facienda vel aliquid aliud: non secundum quia in entia constat saepe artificem concipere eandem rem quam facturus est; et saltem in Deo non potest negari quod idem res in esse possibili concipiat quas producit est in facto. Non primum quia sequeretur idem causam sui ipsius. Ad primam Antecedentis partem probatur [illegible] citatus d. 2 concl. 3. et Mercia S 2 n 1 conceptus objectivus sit res ipsa facienda; sed hinc negandum est ideam esse veram ac proprie causam vel certe non repugnare quod idem ut in esse possibili et intentionali causet se ipsum quoad existentiam hinc enim non sequuntur absurda nimirum prioritatis quae solum locum habent cum idem ut habens existentiam actualem producit se ipsum

Dices Idem non potest imitari se ipsum; nam esse sibi simile, sed effectus dicitur imitari ideam esse similis et idea dicitur similitudo. Ergo conceptus objectivus qui est idem ac res facienda non potest esse idea et hoc est potissimum fere argumentum contrariae sententiae. R. primo distinguendo Antecedens idem non potest esse sibi simile imitari se ipsum proprie concedo improprie loquendo nego. Illae enim locutiones primitus sunt et proprie conveniunt ideis externis postmodum per metaphoram translatae sunt ad internas. Unde nego ad rationem ideae internae requiri veram imitationem et similitudinem sufficit similitudo per identitatem. R. 2do [illegible] in definitione Artis quam tertio loco posui [illegible] nullo modo requiri similitudinem aut imitationem sed sufficere quod artifex attendat ad opus quod illud faciat. Quam ego etiam definitionem libenter amplector quia illa S. Thomae vel accipienda

i seu im proprio si applicentur internis ideis: vel
te superaddunt rectum mentis per modum idoli esse distinctum
ipsa cognitione.

Dices 2. Aristoteles dicit ideas esse intra Animam
sine materia; sed sola cognitio est intra Animam
sine materia et non obiectum. Ergo R. obiectum esse in-
animam non realiter sed repraesentative seu in-
tionaliter, ita ut cognitio sit conditio ratione cuius
intrinsecum Animae et simul etiam idea

Dices 3. Obiectum non est idea nisi ut repraes-
tatum. Ergo repraesentatio est idea. R. distinguendo
cedens si li ut redupliceat rationem formalem nego
solum conditionem concedo.

Quaeres An Obiectum quod est exemplar
idea sit ipsamet res numero facienda
alia?

R. hac de re controversiam esse apud auctores vide
citatum S. 1 n 7. Conimbricenses a. 2 qui volunt
am esse semper rem aliam in confuso seu vage con-
ptam. Ego puto probabilius esse in creatis semper
emplar seu ideam internam esse quid diversum ab
du producendo: Nam cum effectus producendus nondum exstat,
potest consequenter mittere speciem sui, atqui ita non potest esse
emplar seu idea sed erit aliquid simile rei faciendae ut acci-
in ideis externis. Sic habet Suarez n 20 humanus inquit
tifex numquam praeconcipit rem a se faciendam omnino
in individuo eandem quam postea facit, cum individu-
atio effectus vel pendeat a multis circumstantiis
as artifex praevidere non potest vel a Deo ex dictis.
ratio regulariter loquendo et humano modo bene
obat non posse esse ideam idem numero opus fa-
ciendum. Quodsi vero Deus in mente Angeli vel etiam
minis producat speciem peculiarem effectus producendi
terit idem numero effectus esse idea sui. Sic ipse Deus pro
ndariis ideis habet ipsas numero creaturas faciendas

ex quibus patet quid sit dicendum ad obiectionem ... quia
tiam nempe de facto effectum esse proprie similem ...
imitari illam quia de facto distinguuntur ista
et propterea etiam habent maiorem proportionem
cum exemplaribus externis.

Ex dictis collige ideam minus proprie sumptam
posse consistere in cognitione seu conceptu formali
patet quia est similitudo et repraesentatio obiecti et
cipat saltem aliquo modo ea quibus conveniunt ...
ternis.

Sectio 2

Ad quod genus Causae reducatur idea

Suppono ideam posse comparari vel ad operantem
intellectum vel ad effectum per illam productum. Item in ordine ad operantem loqui possumus vel de idea obiectiva et proprie vel de improprie et formali. His positis

DICO 1. Ideam sumptam utroque modo respectu operantis habere rationem Causae formalis, et obiectivam extrinsecam, ideam vero formalem intrinsecam, ita ... 7 metaph. (c. 7 q. 1, s.) Conimbr. q. 4 a 2. Probatur generatim ex S. Thoma citato et Arte. Sicut agens naturale constituitur per formam naturalem ita agens intellectuale constituitur per formam intellectualem; Sed forma naturalis per quam constituitur agens in actu primo operandi pertinet ad Causam formalem Ergo forma intellectualis quae est idea si comparetur ad agentem. Maior patet quia forma naturalis quae est principium ut quo effectivum constituit agens naturale ... Causa materialis et indifferens Ergo ut formalis. Probatur minor et primo de idea sumpta pro conceptu formali quia cognitio informat intellectum operantem intrinsece est Causa formalis intrinseca. Deinde de idea ...

quia obiectum determinat agens intellectuale quod
indifferens. Ergo reducitur ad causam formalem; non
idem intrinsecam quia non recipitur in operante sed
intrinsecam

Dico 2. Idea non est vera causa efficiens respectu
operis faciendi. Probatur quia idea non est existens dum
causat loquendo de idea proprie. Ergo non est vera cau-
sa perfectum cum ex dictis non detur realis prioritas
causalitas inter veras causas. Si vero sit sermo de
idea improprie facile probatur quia illa solum se habet
per modum directivi; quomodo dixi se habere logica
quodlibet praeceptum in ordine ad opus faciendum.

Dico 3. Idea comparata cum effectu potest
reduci ad causam efficientem ita Suarez s 2 n 8 Fonseca
Molina d. 2 Rubius et alii. Probatur et loquendo de idea
improprie patet ex Philosopho 7 metaphysicae t 23 ubi ait ideam
autem ea autem reducitur ad causam efficientem
item 12 metaphysicae t 24 ubi ait quod sicut forma
in naturalibus est movens ita in iis quae operantur per
intellectum ars seu forma est movens esse autem movens
est esse causam efficientem. Ergo. Idem probatur de idea
propria sicut cognitio vicaria obiecti reducitur ad causam
efficientem et quasi effective concurrit ita et obiecti huius
vicaria cognitio. Ratio a priori est quia id
sine quo aliqua causa non est completa in actu primo
pertinet ad illam causam; sed ita se habet idea respectu
efficientis. Ergo. Hoc patet inductione nam habitus
instrumenta etc quia complent causam efficientem ad
eam pertinent. Hoc probatur non potest artifex ultimo
proxime esse constitutus in ratione artificis in ordine
hunc effectum in tali specie nisi habeat talem ideam
ergo idea respectu artificis est complementum necessarium

Obiicies Causa finalis etiam tenet se
a parte agentis et complet quodammodo agens et

tamen non reducatur ad Causam efficientem. Ergo non

R. distinguendo Antecedens. Causa finalis tenet se ex parte agentis supponens agens secundum suam habitudinem ad

quatam agendi concedo: non supponens illud compl.

nego: et nego Consequentiam quia idea complet agentis

rationem agentis. Adverte autem Causal.

ideal esse ipsam actionem externam operis facti

supposita intentione finis et cognitione objecti facti.

Disputatio

De Causa Finali et Causis per Accidens

Tres habet partes disputatio. Prima est de ipsa Causa finalis natura, eius Causalitate et ijs quae agunt propter finem. Secunda de effectibus Causae finalis. Tertia de per Accidens id est de Casu, fortuna ubi etiam de [illegible] et Fato aliquid dicemus, quatenus ab antiquis [illegible] batur ut aliquid determinans Causas creatas.

Quaestio 1

De Natura Causae Finalis eius Causalitate et ijs quae agunt propter finem

Nomine finis hic non intelligimus quodcunque extremum in aliqua re quemadmodum punctum est finis lineae, nec terminus ultima linea verum sed solum causam finalem ex illis quatuor assignatis ab Aristotele hic 2 phys. Agunt hac de re Suarez d. 23 Fonseca 5 Meta. pd. c. 2 Severinus lib. 8 c. 2. Salas tractatu 1 d. 2 Conimbricenses 2 phys q. 20 Toletus q. 14 Rubius tractatu 5 Murcia Hurtadus d. 13 de Anima

Sectio 1

Quid et Quotuplex sit Causa Finalis?

Suppono ex Arte 2 Phys. t. 37 et 89 et alibi cum plerisque
utoribus finem esse veram Causam: nam ad interrogatio
m propter quid recte respondetur per Causam finalem
t quemadmodum effectus petit fieri ab aliquo ita petit
fieri propter aliquid ne temere fiat. Utrum autem sit
cenda Causa physica vel certe intentionalis (quem lo
endi modum amplectitur Scotistus contra reliquos au
res) quaestio est de nomine; quia de re nos infra
aliquid ubi etiam solvemus, argumenta quae probant
finem non esse Causam propriam. Definitur autem
ultipliciter finis ab Arte. dicitur enim finis esse pri
us in intentione ultimus in executione 2 Phy t. 23
t 5 meta. t 2 ait finem esse illud propter quem
altera volumus seu Cuius gratia aliquid fit. Et
c est Communis omnium sensus, sic enim habet loco citato
les propter quid inquit ambulat dicimus et sanetur,
cum ita dicimus putamus Causam reddidisse
x hac definitione colligitur ad rationem finis
o requiri 1mo ut sit operationis extremum et ter
minus, quod ex ipsa nominis notione patet et ex
te qui finem ait esse ultimum. 2dum ad rationem
s requiritur ut rationem boni et optimi habeat:
ratio est quia finis est qui intenditur malum autem
a tale non intenditur. Quo posito

Suppono 2do Cum Communi triplex esse bonum
primum honestum quod convenit naturae per se
ale est bonum virtutis. secundum delectabile quod vo
ptatem affert quale est quod reperitur in ambulatio
post cibo etc. tertium utile quod confert seu con
cit ad aliquod ex praedictis bonis consequendum.
In quo bono cum non sistat voluntas non potest
illud habere rationem finis sed tantum medii. Unde
mmuniter dicitur medium habere bonitatem utilem
quae consistit in proportione cum fine. Utrum aute

media habeant in se aliquā peculiarē boni-
relativā vel certe solū extrinsece participent bo-
tatem finis, controversa est inter autores, qui
cum ad praesens institutū parū conducat, p-
itur a nobis: Nam quidquid dicatur semper est
quod habet S. Thomas 1 2dae q 8 a 2 eandem
bonitatem intrinsecā in fine et medijs intrinsec-
quidem fini extrinsecam vero medijs:

Suppono 3tio Celeberrimam divisionem fi-
in finem Cuius gratia et finem Cui, quae su-
ex Arte 2 de Anima t 35 et 37 et 2 Phys t 3-
finis Cuius gratia quem alij vocant finem qu-
vel qui, est bonū quod est aquirendum et q-
volo per media. Finis Cui est is Cui aquirit-
bonū ut cum volo sanitatem mihi per medicame-
et ambulationem. Difficultas est utri ex his finibus c-
niat acceptio et definitio finis et an seorsum an simul-
plus.

1ma Sententia est nominalium Occami in 2dū d-
q 3 Gabrielis ibidem q 5. a 1 asserentiū rationem finis
liariter convenire et proprie soli fini Cui. Quod am-
est, nam ille est proprie finis in quo sistit intentio
caetera vero potius habere videntur rationem mediorū
intentio solum sistit in fine Cui nam ad illū omni-
nantur: unde sicuti mediū solū amatur quatenu-
proportionatum fini ita finis Cuius solum ama-
quatenus est proportionatus et conveniens fini
Confirmatur 1mo Amor finis non supponit amorem a-
sed amor finis Cui supponitur ab amore finis Cuius
nam ideo volo sanitatem Petro quia amo Petru-
Confirmatur 2do finis debet amari amore benevo-
quia debet amari propter se. Sed solus finis Cui i-
nam finis Cuius amatur alteri vel mihi atq-

finis cuius est concupiscentiae. 2da senten[tia]
[...] est solum finem cuius gratia esse proprie finem
in Vasquez 1.2ae d.2 c.3. et alij quos refert Fonseca
[...] fundamentum est eo quod quia docet Aristoteles de fine
[...] solum fini cuius gratia: unde ait 2 post. c.11
[...] esse ultimum in executione et qui acquiratur de
[...] et fiat per media. Confirmatur quia finis cui
[...] se habet ut subiectum cui intenditur bonum; finis
[...] cuius movet intentionem agentis. 3tia senten[tia]
[...] dicat in utroque salvari veram rationem finis et
[...] utrumque integrare unum finem; ita Soarez d.
[...] s.2 Fonseca et alij multi.

Dico 1 finis cui acceptus solitarie non est pro[prie]
causa finalis: ita autores secundae et tertiae
[sen]tentiae. Probatur causa finalis est prima in intentione
[et] ultima in executione et propter quam acquiruntur
[c]aetera finium; sed finis cui solitarie acceptus
[non] acquiritur cum supponatur existens. Ergo finis cui
[...] acceptus non est causa finalis. Ad funda[mentum]
primae sententiae Respondeo distinguendo minorem
[in]tentio sistit in fine cui tantum nego; in fine cui et
[cu]ius concedo: et hac ratione finis cuius habet ra[tionem]
[...] veri finis quia licet ordinetur et sit propor[tio-]
[n]atus ad subiectum non tamen ordinatur neque est pro
[por]tionatus ad ulterius bonum delectabile vel honestum
[as]sequendum sicuti ordinantur media. Unde etiam non
[...] improbabile posse dari aliquem affectum circa finem
[cui] saltem simplicis complacentiae qui non attingat
[fi]nem cuius. Nullus tamen datur circa media affe[ctus]
[...] qui simul non attingat finem cuius. Ad primam
[con]firmationem Respondeo distinguendo maiorem Amor finis
[cui] supponit amorem alterius boni acquirendi concedo,
[...] supponit amorem personae cui illud volo nego.

Et praeterea dubium est de minori nam amo-
ris cui efficax non potest praescindere ab amo-
finis cuius ut ostendemus cum amare aliquem sit
velle bonum. Ad adam confirmationem R.
omnem finem debere amari amore benevolentiae
debeat amari propter se. Dico itaque finem cui
amari propter se et tamen amari alteri, quod dici
se excludunt cum propter se amari solum dicat
ultimum in tali genere, et ad quod cetera refer
et quia finis cuius qui est bonitas aliqua
v.g. est ultimum ad quod media ordinantur
non ordinatur ulterius ad aliam bonitatem
potest dici quod ametur propter se licet in o
ad subiectum ametur. Addo ex dicendis
omnia quae amantur habere rationem

Dico 2. finis cuius gratia non habet ra
finis nisi per ordinem ad finem cui atque adeo
integratur adaequata ratio finis. Est autem to
sententia. Probatur finis non causat nisi ut bo
num. Ergo ut amabilis alicui. Ergo importat ordin
finem cui. Probatur praeterea finis non est nisi resp
ribus. Ergo non potest movere nisi ut amatur
prima consequentia, 1mo ex Arte 2 Rhet. c 4 ubi d
amare esse bonum velle alicui. Vide S. Tho
1 2dae q 26 a 4 ubi actum amoris semper
in duo, in suppositum seu personam amatam, et
quod illi amamus. Et Vasquez 1 p. d 3. c 3 a
nem boni prout appetibilem constitui in convenientia
aliquo. 2do probatur prima consequentia bonum non a
in abstracto amore saltem efficaci. Ultima
est evidens. Confirmatur utraque finis cuius et

[er]go ex his integratur unus adaequatus. Probo ante[cedens] uterque simul est Causa ut assumantur media [er]go uterque simul movet; neque enim sola sanitas nec [et]iam solus homo Causat media sed utrumque simul. probatur [con]sequentia quia nomine finis id intelligimus quod movet media per quae habeatur finis. Ad fundamentum sententiae Respondeo dicta Patris convenire fini integro adaequato: non enim sola bonitas in abstracto prima in intentione et ultima in executione; sed sanitas in concreto et in ordine ad subiectum: intendo enim [san]itatem petro et procuro sanitatem. non sic sed petri [un]de etiam fit quod non aequivalent quomodocumque sani[tas] sed sanitas petri; et medicamenta sanant petrum [et] Causant sanitatem petri. Ad Confirmationem [R.] negando finem Cui solum se habere ut subiectum, [sed] habet se etiam ut movens non solum voluntatem [ad] amorem sui sed etiam ad volendum bonum sibi.

Quaeres Quisnam ex istis finibus radicalis habeat rationem principalitatis et quasi magis ametur?

Pro Cuius explicatione et reliquorum quae dicta sunt adverte motivum voluntatis appellari illud quod impellit voluntatem ad motum; voluntas enim per amorem movet se in [mo]tionalitatem motu prosecutionis quo quasi egreditur extra [se] et tendit ad coniungendum se cum obiecto amato: in quo [se]nsu dici solet intellectum trahere ad se obiectum, voluntatem [ver]o tendere ad obiectum iuxta illud vulgare quod dici solet [a]nimam magis esse ubi amat quam ubi animat; ubi enim est cor [ib]i est amor tuus ubi est thesaurus tuus. ut ergo voluntas [fer]at ad obiectum movetur a bonitate obiecti quae voluntatem [qu]asi sedentem et quietam excitat et movet ut exeat domo propria: sicuti e contra malitia obiecti movet etiam voluntatem ut fugiat et relinquat obiectum; qui etiam est motus [in]tentionalis per modum fugae et ideo bonum et malum

utrumque est motivum voluntatis id est aliud quod b[onitate]
sua movet alliciendo vel deterrendo voluntatem ut p[ro-]
quatur vel fugiat obiectum. Inter haec autem motiv[a]
omnia quae movent, aliud enim est motivum princip[ale]
aliud minus principale v.g. qui amat Petrum
propter eius doctrinam vel virtutem vult etiam illi san[itatem]
ubi duo interveniunt motiva ad hanc voluntatem,
et bonitas Petri quae illum reddit amabilem et b[onitas]
etiam sanitatis. Alterum bonitas Petri est motivum [prin-]
cipale, bonitas vero sanitatis minus principale.
Hoc differentiae est, quia bonitas Petri etiam vide-
ter a bonitate sanitatis excitant voluntatem
veretur ad coniungendum se intentionaliter cum
bono; bonitas vero sanitatis movet secundario
voluntatem iam motam a bonitate Petri, ut con-
iungat se affective cum sanitate Petri quae est
secundarius et minus principalis: quia licet
non ametur ut medium sed ut finis cuius qui
et movet propter propriam peculiaremque et
intrinsecam bonitatem eius tamen amor
venit voluntatem quietam, sed motam iam
quaerentem aliquid extra se nempe Petrum, q[uem]
amaret etiamsi bonitas sanitatis non alliceret.
contra vero non amaret sanitatem Petri nisi
retur a bonitate ipsius Petri. Et hoc totum
est loquendo de amore benevolentiae seu am[oris]
et quando ex tali amore adhibeo media.
autem detur alius affectus qui tendat in sanitat[em]
Petri sistendo in ipsa quo volo Petrum esse sanum,
quia Petrus sit doctus vel bonus, sed propter bo-
num quod est Petrum esse sanum, sistendo in quantum
bono; nolo hic disputare. Si tamen datur tali

Dubium non est quod principale motivum sit ipsa bonitas sanitatis, et subiectum mere se habeat in obliquo. Alterum in amore benevolentiae seu amicitiae non amo ita sanitatem Petri ut sistam in illa sed relative quasi ad aliud in quo ultimo sistam: volo enim sanitatem Petri quia Petrus est dodus vel habens aliquam bonitatem quam ultimo amo et in qua sisto: et hic dicitur principalius motivum quia ipsa est primum movens.

Adverte verum discrimen inter amorem quo volo mihi sanitatem et quo volo Petro amico: nam primus amor non habet pro motivo saltem ordinarie aliam bonitatem nisi sanitatis, non enim amo sanitatem mihi quia ego bonus sim, sed quia illud mihi est bonum. Sistit ergo ille amor in bonitate sanitatis tanquam in unica bonitate, quae movet ad illum affectum; per quod non dico quod sistit simpliciter in illa tanquam in obiecto magis amato; magis enim amamus nos quam sanitatem quia cum amare sit velle bonum et nobis volimus bonum sanitatis, magis amamus nos quam sanitatem; non tamen movet nos bonitas nostra ut dixi ad illum amorem sed bonitas sanitatis quae est principale movens: et hic vocatur amor concupiscentiae.

Ex his deduco primo in amore benevolentiae seu quo pro fine habeo bonum alterius quia bonum illi est finem cui et esse magis amatum obiectum et esse principalius movens at vero quando est amor concupiscentiae quo mihi volo bonum finis cui est magis amatum obiectum

non tamen movens principalius. Hinc est quod actus concupiscentiae quo volo Deum quia mihi bonus est non sit perfecte theologicus sed imperfecte et quasi inordinatus; quia licet habeat bonitatem Dei pro motivo formali non tamen sistit in illa tanquam in obiecto magis amato. Vide Vasquez t. 1 in 3 p. d. 43 c. 1 qui acriter impugnat Soares alibi et hic

docentem contrarium maxime S. 2 n 8 ubi
ostendere discrimen inter concupiscentiam qua
volo Deum et qua volo aliud bonum creatum. Sed
iudicio non potest ostendi disparitas cum amor
concupiscentiae semper retineat suam naturam et
tendendi quantumcumque materialia obiecta nume[illegible]

Deduco 2do si datur talis actus circa sa
lutem sistendo in ipsa ita ut per illum actum non
datur [illegible] huius temporis sanitatem non dat
rationem finis. Ratio est quia hunc nullus d[illegible]
media ad sanitatem acquirendam ex vi illius a[illegible]
ut bene advertit Rubius citatus n 4 Ex qu[illegible]
infero cum S Thoma 1 2dae q 26 a 4 eundem
amoris qui sufficiat ad rationem finis semper d[illegible]
dario in ulteriusque tendere. Quod etiam venit
amore concupiscentiae quo mihi volo bonum; [illegible]
cet hunc actum finis ad ipsam sanitatem aliquo
ctus non tamen sufficit ut sanitas induat ratio
nem finis, sed debet dari alius amor tendens
ulteriusque ex quo sequitur postmodum electio me[illegible]

Deduco 3tio actum illum qui attingit finem [illegible]
cuius non esse formaliter diversum seu distin[illegible]
sed eundem realiter et formaliter formalit[illegible]
ctiva et intrinseca, licet quoad extrinsecam fo[illegible]
tatem sit duplex, quatenus idem actus nunc
explicite et magis in ordine ad finem c[illegible]
nunc magis explicite in ordine ad finem [illegible]

Deduco 4to Non dari amorem benevol[illegible]
seu amicitiae praecise respectu finis cui sed
cuius: est enim amor benevolentiae velle al[illegible]
cuius quia bonum illi est. Item amor con[illegible]
scentiae etiam non praescindit a fine cuius

amor dicat volo mihi bonum quia mihi bonum est. Qui duo amores ut vides distinguuntur tantum per fines cui diversos ut etiam advertit Ricardus n 5

Dividitur 2do finis in finem ultimum simpliciter seu ex natura sua et ultimum secundum quid inter fines subordinatos alius est proximus seu non ultimus alius ultimus. Pro qua divisione

Nota finem ultimum simpliciter esse solum Deum ad quem omnia referuntur; finem vero ultimum secundum quid proximum esse omnia entia creata quae delectationem vel honestatem habent. Dicitur tamen ultimus quia alteri omnes ordinantur vel ordinabiles sunt ipse vero non est ordinabilis ad ulteriorem et ideo dixi dicitur ultimus simpliciter. Quod si vero finis ad ulteriorem aliquem ordinabilis sit aut de facto ex intentione agentis ordinetur, ita tamen ut ad eundem saltem media ordinentur dicitur proximus seu non simpliciter ultimus.

Nota pulchre a Hic duo esse valde diversa, velle propter aliud et velle esse unum propter aliud primum denotat veram rationem causae finalis et unius ad illam ordinati; alterum ostendit tantum ordinem inter obiecta volita qui ordo bene stat cum hoc quod utrumque ordinetur ut medium ad aliud tanquam ad finem. Quod ideo dico quia in mediis unum est proximum desiderando alterum remotum, utrumque tamen ordinatum ad finem, sicuti volo unum equum ut sit propter iter commodum tamen ut iter sit ordinatum ad sanitatem vel pecuniam acquirendam hic accommoda. Atque ita bene dicitur. Deus velle unam creaturam esse propter aliam non autem velle unam propter aliam sed propter se. Plura hac de re vide apud Suarez S 2 et Vasquez 1 2dae D 4 c 4 ubi ait

quando Arist. dicit inter media esse finem, Arist...
cere inter media esse gratia finis: et cum absolute
media sint finis, hinc hic finis esse gemini...
Deinde cum primo Eth. c 7 inter fines assignat
qui nullius gratia expetatur et alios quos expe...
gratia finis, solum assignat fines variarum acti...
qui deinde possunt inservire ultimo fini id est
citati

Objicies 1. Contra hanc divisionem finis
5 Metaph. t 22 et alibi vocatur ultimum id quod ...
ut patet ex ipsa nominis Ethymologia. Ergo non ...
dari finem non ultimum. R. in ijs locis comp...
media ad finem in qua comparatione quilibet
est ultimum, ita ut inter ipsa media si sint sub...
nullum habeat rationem finis et ultimi.

Dices 1. Ideo finis appellatur ultimum quia ...
ordinatur ad aliud sed alia ordinantur ad ipsum
finis ordinatur ad aliud hoc ipso desinit esse fi...
Probatur Antecedens, iam enim non est id cuius gratia
est gratia alterius. R. negando causalem, sed ...
ipse est et dicitur ultimum quia media omnia ordi-
nantur ad illud et sic nego consequentiam et similitu-
dinem.

Dices 2. finis ex formali suo significato ...
tat rationem termini: finis non ultimus non im...
Ergo non est finis. Probatur minor, terminus ut ter...
nequit ulterius ordinari quoniam id quod ulterius ordi-
nabile est potius via quam terminus est, sed ...
ultimatus hoc ipso quod talis est necessario est ...
nus ordinabilis Ergo. R. negando minorem pro-
bationem nego maiorem de ratione enim termini ...
non est quod non possit quomodocumque ulterius ...
sed tantum est ut terminet et sistat actum.

distinguitur a medijs quae nihil habent aliud quam ordinem ad aliud, eo quod nullā habeant in se bonitatem sibi propriam quae sistat voluntatem; terminus autem et finis licet ulterius possit referri et referatur tamen ipse per se voluntatem quia habet bonitatem in se sufficientem ad id nempe honestam vel delectabilem. Quare mihi non placet modus loquendi [...]ij n 8 et Soarij qui finem proximum dicunt sub formalitate qua ordinabilis est esse medium (est autem ordinabilis quia habet bonitatem particularem et non independentem) non inquā placet quia ipsi de ratione medij est non habere nisi bonitate[...]em vel certe extrinsecē bonitatem finis: at vero finis proximus in quantū est ordinabilis habet propriam et intrinsecā bonitatem v.g. delectationis. Quod tamen non propter illam bonitatem ordinatur ulterius sed praecise ex eo quia utilis est ad assecutionem ulterius, concedo hunc esse medium.

Dices 3. Non potest idem per se appeti et propter aliud. Ergo non datur finis non ultimus. R. distin. antecedens finis non potest propter se appeti positive et simul propter aliud nego: non potest appeti propter se negative et simul propter aliud concedo, id est omnis finis debet appeti propter propriam bonitatem indi[...]m et hoc est appeti positive propter se; appeti aute propter se negative est ita appeti ut nullo modo appetatur propter bonitatem alterius. Ubi tamen adverte ad rationem finis proximi satis esse quod non excludat ultimum finem licet non sit necesse referri positive finem proximum ad ultimum

Dividitur 3tio finis in finem formalem et obiectivum Formalis est operatio per quam actu consequimur vel possidemus aliquod bonum, obiectivus est illud

ipsum bonum quod possidemus: Sic Deus dicitur objectivus hominis beati, visio autem qua quasi possidet et formaliter Deo dicitur finis [illegible] lis. Verum hi non tam sunt duo fines quam ex utroque compositus.

Dividitur postea in finem operis et o-rantis in extrinsecum et intrinsecum ut finis intrin[secus] medicinae est sanitas, extrinsecus lucrum medici. [illegible] alias divisiones quas videre est apud Rubium [illegible] tract. 5 q. 1

Ex quibus collige finem bene posse de[finiri] esse id cujus gratia vel propter quem aliquid [fit] ita communiter cum Arte 2 Phys. t 29. [illegible] definitionem distinguitur finis ab aliis causis et [illegible] cantur omnia quae fini tribuuntur. Ergo est bon[um] imo hi gratia sonat idem ac amore cum finis sit quod comparatum voluntati debet movere illam [ad a]mandum et ideo necessario debet amari. Ponitur ut ostendatur finem amari gratia sui [ipsius] se. Additur ulterius fiunt quia aliquid debet amore finis a fine distinctum ut amore sanitatis accipit aegrotus medicinam amaram. Quae valde notanda sunt, scilicet ut et ipse finis ame[tur] propter se et aliquid fiat amore illius ut dicemus inferius. Ex quibus habes hi cujus gratia non pro parte aliqua fine cujus quem Hurtadus vocat fin[em] sed per hi cujus gratia vel propter quod accipitur illud quod amatur et quod intenditur intende[ndo] tam ut dixi non solum sanitas sed etiam sanitatis medicamenta.

Sectio 2

De quibusdam requisitis ad finem

Dico Obiectum voluntatis non esse nisi bonum in quod est. Hoc contra Dub. 23 S. 5 n. 44 qui contrariam sententiam quorundam nominalium dicit antiquatam esse et reiectam a scholis. Probatur ex Communi Axiomate desumpto ab Arist. 1 Ethic. c. 1 bonum est quod omnia appetunt. Probatur a priori voluntas ex naturali sua propensione potest tendere in obiectum nisi sub ratione convenientis; malum ut malum formaliter est disconveniens siquidem opponitur bono. Ergo non potest esse obiectum voluntatis. Deinde ad hoc est instituta voluntas ut per eam quaerat sibi convenientia et fugiat disconvenientia.

Obijcies cum Ocam et alijs nominalibus voluntas potest ferri in malum et bonum. Ergo falsa conclusio. Antecedens quia eadem est potentia contrariorum. Sed bonum et malum sunt contraria. Ergo eadem potentia potest ferri in utrumque. Respondeo negando Antecedens ad illius probationem dico eandem esse potentiam contrariorum si illa contraria habeant aliquam rationem convenientiae ut album et nigrum respectu potentiae visivae habent rationem formalem: at vero quando contraria sunt formaliter opposita ita ut unum habeat rationem convenientiae alterum disconvenientiae, unum rationem veri alterum falsi non est potentia contrariorum tendens et inclinans in utrumque.

Dices I. voluntas saepe tendit in malum absque quod attingat bonum. Ergo est etiam potentia contrariorum in hoc sensu. Respondeo Antecedens nempe cum ex proposito malum sensu distinctamus, cum fugimus aliquod malum distinguendo Antecedens voluntas tendit positive in malum nego; quasi negative et refugiendo illud concedo. Sicut enim intellectus per assensum tendit in verum, a falso vero seu potius a falso recedit per dissensum.

tendendo et accedendo ad oppositum verum: sic etiam voluntas tendit in bonum per amorem et prosecutionem malum vero recedit a malo recedit per odium vel fugam accedendo ad bonum oppositum. Pro quo Nota Complutensibus d. 14 q. 3. n. 19 duplex esse bonum alterum positivum quod positivam rationem alicuius convenientiae importat; alterum privativum quod dicit carentiam disconvenientis quod etiam est aliqua ratio boni; et inde cum movet, non movet ut malum formaliter solum materialiter, formaliter vero ut bonum. est quod quando desperans quaerit sibi mortem, non appetit illam quatenus mala est sed quatenus liberat illum et privat multis miseriis, quas apprehendit in vita Vide Vasquez d. 31 Fonsecam lib. 9 c. 2 q. 5 s. 4 qui etiam bene explicant quomodo possimus alteri velle malum et nolle bonum, licet id respectu nostri possimus: id autem evenit quia in malo alterius apprehendimus bonum nostrum, et bono ipsius malum. Ad probationem antecedentis dico numquam moveri nos ad fugam mali praesentis aut timorem impendentis aut odium et ex ipsa sola ratione mali per se praecise et solitarie ex affectu erga bonum aliquod conveniens si non positivum saltem privativum, cuius boni destructivum est illud malum fugimus vel de quo tristamur

Dices 2. Cum quis positus inter duo mala necessitate unum eligit, hunc temporis fertur praecise in malum quod est ibi ratio boni Ergo. R. negando antecedens ad probationem dico nulla est ratio nec apprehenditur ratio positiva boni concedo privativa nego. ideo enim inter duo minus malum eligimus ad vitandum maius, quod iam habet rationem boni. Ex quo etiam habetur non necesse ut voluntas tendat in bonum honestum sed tendere in bonum delectabile quod saepe dicitur malum inhonestum est non tamen dici debet simpliciter

Ex quo etiam deduco cum communi et

[…]tentia ut loquitur Soarez citatus S 5 bonitatem esse […]primam rationem sub qua finis movet atque ita illam esse […] constituit finalem causam dans illi vim […] ad causan[dum] et aptitudinem ad finaliter causandum: sicuti enim in causa effi[ciente] distinguimus saltem formaliter rem quae causat a pro[pri]a ratione causandi, ita in finali videtur idem dicendum […] est illud Ar[istote]lis 7 Eth[i]c[orum] c 7. id esse unicuique bonum cuius [gr]atia altera operantur. Cuius rei ratio est quia finis [non] aliter causat quam alliciendo et movendo volun[tatem] agentis ut aliquid agat propter se; sed nihil movet [et all]icit nisi bonum. Ergo bonitas est ratio constituens [fin]em in suo esse

Dedico 2do ad hoc ut finis causet necessario debet [esse] cognitus. Est Soarez S 7 n 4 Vasquez D. 35 c 3 et inquit Soarez primum quasi principium philosophorum [et] theologorum et prob[atur] ex Ar[istote]le 3 de Anima c 10 ubi ait [appe]tibile non movere nisi mente aut imaginatione per[ce]ptum: Item ex communi illo axiomate ignoti nulla cu[pi]do: praeterea nihil volitum nisi praecognitum. Ratio a priori quia omnis causa ad hoc ut causet requirit aliquam [ex]istentiam; sed finis non requirit necessario existentiam [re]alem et in se. Ergo saltem requirit existentiam per co[gn]itionem.

Quaeres I. An actus voluntatis requirat ita ne[ces]sario et essentialiter actum intellectus et cognitionem, ut [ne]que per divinam potentiam possit esse sine illo; seu [a]n de ratione finis sit esse cognitum essentialiter.

Existimo neque per divinam potentiam posse esse actu[m vol]untatis sine actu intellectus, et consequenter neque finem [pos]se finalisare sine eo quod sit cognitus, cum non possit finalisare nisi amatus. Ratio est quia volitio non ha[be]ret obiectum et consequenter esset et non esset volitio sine cognitione: nam obiectum voluntatis ut dixi est bonum non quidem in se et materialiter acceptum sed apprehensum ut bonum; multa enim sunt bona quae non amamus solum quia illa non apprehendimus. Ergo solum illud bonum amare possumus quod apprehendimus ut bonum.

Deinde voluntas operatur ut attracta et allecta
aliqui sit potentia circa attractio autem et al
est propositio boni propositio est cognitio. Ergo
terea voluntas eligit media pro consequendo
talia quid habent proportionem cum fine. Ergo
cognosci talis proportio ut sciat ille qui eligit
reddere rationem cur potius hoc quam aliud m
eligat in ordine ad talem finem. Vide Vasquez
Soarez citatos. Salas 3a 2dd tract. 7 d 5 s 7

Dices. In altissima contemplatione positi
aliqui se experiri quod solo amore summi boni
antur sine ulla cognitione. Videt Vasquez c 2 ad
entiam id provenire ex usu: sicuti cytharedus
sibi quidpiam cogitare de cytharisatione propter
usum et exercitium. Unde est quod licet videantur
nihil cogitare nequeunt tamen esse sine cogitatione
Ex quo habes quod non tantum in primum fieri
etiam in conservari actus voluntatis requirat
ctionem quia si voluntas progressu temporis posset
re quod actum non cognoscit pro ex duratione fe
ri in cognitum. nam cum voluntas non recorde
non est potentia cognoscitiva, boni cogniti in
re antecedenti perinde se habet ac si omnin
ferretur in incognitum

Quaeres 2. Qualis requiratur cog
ad finem.

Vasquez 9 2dd d 44 c 2 Hurtadus d 14 de Anima
Conimbr. 3 de Anima c 13 q 4 a 8. qui rem prob
ae defendunt dicunt sufficere quamcumque apprehensionem
etalus S. 7 n 8 et lib 1 de Angelis c 10 n 12 et
n. 10 Salas et alii multi recentiores dicunt re
omnino iudicium. Ego puto ad aliquos a
voluntatis saltem simplices complacentias sufficere
mam apprehensionem boni alicuius tum quia nulla
ratio in contrarium tum quia actus complacen
videtur maxime proportionatus primus apprehe

[ali] volitio efficax iudicio. Deinde DICO de fa[cto]
ad actum efficacem boni et quo efficaciter volo finem
[sem]per dari iudicium antecedens quo iudicamus finem
convenientem illi personae cui illum amamus et bo[num]
[...], et quem per media quaerimus. Et pro hac
valent loca Aristotelis quae affert in praesenti Soarez
3 de Anima c 3. et 4 Metaph. t 18. Et ratio esse po[test]
quia posita prima apprehensione alicuius praedicati
[et] subiecti et connexione eorum sequitur iudicium connatu[rali]
[ter] et ex natura sua nisi rationes in contrarium impediant
[et] hinc ipsa prima apprehensio non erit sufficiens ad efficacem
voluntatis. DICO 3. Non mihi videtur repugnan[tiam]
cur ex sola apprehensione intellectiva boni mihi con[ve]
[ni]entis qua apprehendo clare illud mihi convenire,
numquam non possim efficaciter illud velle et intende[re]
nam licet ad apprehensionem alicuius convenientiae
connexionis inter praedicatum et subiectum sequatur
[na]turaliter iudicium potest tamen illud impediri sal[tem]
a Deo; in quo casu cur non posset sequi ad illam
apprehensionem voluntas efficax finis? Et po[n]
[n]amus intellectum iudicare hoc bonum esse conveni[ens]
aliunde appareant aliquae rationes et proponant
per primam apprehensionem inconvenientia quaedam
[in] hoc bono. Hoc posito voluntas est indifferens ad velle
[et] nolle hoc bonum efficaciter; quod si velit ecce sequi[tur]
[acti]us efficax voluntatis ad primam apprehensionem
[Obiicies] Appetitus sensitivus materialis movetur a sola appre
[hensi]one sensitiva materiali. Ergo etiam potest voluntas mo
[veri] a sola apprehensione intellectuali.
Negat Antecedens P. Soarez n 10 et Salas s 2 n 16 qui
[cu]m S. Thoma 1 p. q 19 a 3. etiam animalia irrationalia
[dic]unt agere quodam arbitrio sed non libero. Omne enim
[appe]titum ex quodam iudicio quo existimat eum sibi co[n]
[venientem] quod iudicium habet a natura inditum. Verum nam erit

quaestio de nomine. V. talis sensatio vocanda sit iudicium. et loquendo conformiter ad ea quae dixi in Perihermenias ego vocabo potius simplicem apprehensionem. Cum talis apprehensio etiam attingat connexionem praedicati cum subiecto, et multo magis convenientiam obiecti(?) absque eo quod eam affirmet.

Ratio a priori est quia ad hoc ut appetitus vitaliter ferri possit in aliquod seu moveri ab aliqua re, satis est si huiusmodi vitaliter illi coniungatur seu proponatur et exprimatur ut bona quod fit per simplicem apprehensionem.

DICES Cum hoc donec intellectus iudicet aliquid esse conveniens non dum cognoscit convenientiam nam apprehensio pura et praecisa ab omni iudicio indifferens est ut id quod apprehenditur ita esse aut existimetur et ideo qui apprehendit tantum astra paria non cognoscit esse paria sed dubius manet et ignorans.

R. negando sequelam(?) ad probationem dico primam apprehensio est indifferens ut id quod apprehenditur ita existimetur aliquando concedo: aliquando nego: nimirum est indifferens quando non solum apparent rationes suadentes unam partem sed etiam aliam; si non solum est apprehensio convenientiae sed etiam disconvenientiae, tunc pro utroque intellectus ut feratur in hoc convenire, est indifferens et debet a voluntate aliunde inclinari ut assentiatur potius uni parti quam alteri: quando vero solum apparet convenientia tunc intellectus non est indifferens ad ferendum iudicium de tali convenientia vel non, sed debet quantum est ex se. Ad exemplum quod adfertur de astris paribus vel imparibus R. esse ratio… favere(?): nam in illo casu non apparent rationes suadentes paritatem nec etiam imparitatem sed potius rationes suadentes nulli parti esse assentiendum, et

…rat ultra pars sit vera. His positis restat ut vi…
…us an cognitio sit de ratione formali finis an vero
conditio sine qua non.

Sectio 3.

Cognitio sit tantum conditio requisita ad causam finalem?

Dico 1. Cognitio non est ratio formalis constitu… finis, sed tantum conditio sine qua non causat finis, … autem formalis est sola bonitas quae obiective est in … per illam cognitionem. Ita Soarez s 8 n 6 …quez 1a 2ae d. 2 c 2. Salas d 5 s 4 Fonseca q 11 s 3. …icenses q 23 a 2 Rubius q 7 n 47 Murcia q 2 …adus d 13 s 6. Probatur per illud constituitur causa …alis in actu primo per quod deinde causat in actu se…; sed non causat et finalisat in actu secundo per …itionem sed per bonitatem. Ergo bonitas et non cogni… est ratio formalis. Maior patet inductione in aliis …is ignis v.g. per calorem calefacit et per eundem con…itur potens calefacere. Minor probatur per illud finalisat …actu secundo finis propter quod seu gratia cuius id … fiunt id est media quae sunt effectus proprie …; sed media non fiunt propter cognitionem … propter ipsam bonitatem. Ergo cognitio non est ratio …alis finalisandi in actu secundo. Probatur novo …gumento quia non moveor ad studendum vel ad labo… propter cognitionem lucri nec bonitas talis cogni… dicit me sed ipsum lucrum et quod et eius bonitas ut … id est delectatio quam inde spero pro ventura … possessione pecuniae. Confirmatur primo quia media … assumuntur ad habendam cognitionem lucri sed ad …habendam possessionem eiusdem: nec infirmus accipit …dicinam pro catarrho ut acquirat cognitionem sanitatis …am habet infirmus, sed ad habendam ipsam sanitatem. …firmatur 2do quia finis est quo habito operans quie… sed habita sola cognitione lucri vel sanitatis non quiescit

animus Ergo Cognitio non ingreditur rationem
materiam Causae finalis

Obijcies Illa est Conditio qua ablata vel variata per possibile vel impossibile non aufertur nec effectus formalis: Sed ablata seu variata cognitione variatur et aufertur effectus formalis eiusdem. Ergo tio non est conditio sed ratio formalis Causae fi[nalis]

R. Concedendo maiorem distinguendo minorem variatur effectus formalis formaliter et proxime nego, quasi Concedo, et nego consequentiam quatenus scilicet diversa cognitio tanquam diversa applicatio applicat et prop[onit] bonitati diversam boni: et sicut ignis melius applicatus agit, non tamen applicatio est ratio formalis agendi: bonitas finis per cognitionem meliorem melius applica[ta] et melius ac vehementius movet.

Dices 1 Id quod ex parte obiecti distingu[it] essentialiter appetitum vel actus eiusdem, non est Con-ditio sed est ratio formalis movendi, potentiae enim distinguuntur neque actus earundem, nisi per ordinem ad obiecta formalia, sed diversa cognitio est sufficiens distinguendos essentialiter actus vel etiam ipsas p[otentias] appetitivas ut docet S. Thomas 1 p. q 80 a 2 et 2a 2ae a 3. et patet quia cognitio Dei per visionem clara[m] Causat amorem necessarium, per visionem autem obscu[ram] Causat amorem liberum: Item idem bonum apprehe[nsum] absens causat desiderium ut possessum gaudium Ergo va[riata] cognitione non solum accidentaliter sed essentialiter va[riatur] finis. Ergo non solum est conditio sed ratio formalis.

R. distinguendo maiorem id quod distinguit appetitum eiusdem primo et per se non est conditio concedo: distinguit et diversificat per accidens et ut applica-tionem formalem nego, et iuxta hanc distinctionem distinguo minorem. Ad 2am partem pro[...]

ioris. Dico actum amoris viatoris et beati non differre specie; quia esse liberum vel necessarium est denominatio extrinseca in ipso actu amoris orta a cognitione diversa alteram partem pro nunc dico bonum absens et praesens variare actus (si sunt essentialiter distincti) propter solas ehensiones diversas; sed quia ratio in obiecto apprehensa ta est diversum actum causare in appetitu: vel certe dices modo tendendi hos actus differre. Aliter respondet Salas ibus n. 42 Soarez etiam quoad primam partem quem Lessius lib 2 de summo bono c 14 n 122

Dices 2. Appetitus spiritualis non sequitur ad cognitionem materialem; nec supernaturalis actus voluntatis ad cognitionem naturalem. Ergo cognitio est ratio formalis non con. R. concedendo antecedens negando consequentiam nam in cedenti illa diversitas amorum non provenit praecise diversitate cognitionum sed principiorum aut ex diverso do tendendi: nam omnis amor consequens ad aliquam nitionem debet oriri a principio constituto in eodem du entis cum principio cognoscente cui debet proportionari; quare si hoc sit materiale et illud erit; si natu et illud; amor enim est pondus principii cognoscentis in obiectum cognitum atque ita debet proportio cum principio cognoscente

Dices 3. Existentia causae est ratio formalis ndi. Sed cognitio est existentia causae finalis. Ergo est formalis eiusdem. Hoc patet quia finis existit solum intentionaliter id est per cognitionem. R. distinguendo maiorem in causis alteris realibus transeat, in finali go, et nego consequentiam. Cur autem in causis alteris realibus admitti possit quod existentia sit ratio formalis earum, finali autem existentia intentionalis non sit; disparitas denda est a communi regula dignoscendi conditionem a ratione formali: et quia si per impossibile

finis non haberet illam existentiam intentionalem aliunde esset bonum amatum sufficienter causaret [...] nis, hinc est existentiam illam esse tantum condi[tionem]. At vero si per impossibile vel possibile materia [...] non existeret nunquam fieret compositum si per possibile vel impossibile non esset causa eius existens non posset producere existentiam effe[ctus].

Dices 4. Id quod per nullam potentiam potest [abesse] est de ratione intrinseca illius; sed cognitio per nullam p[otentiam] potest abesse a fine. Ergo est de ratione intrinseca illi[us]. R. negando maiorem, instantia est nam per nullas [...] est tantum conditio respectu actuum voluntatis et tamen nullam potentiam datur actus voluntatis sine cognitione [...] terrea causa non potest causare nisi sit alicubi et habe[at] et tamen ubi est tantum conditio. Item omnino non p[...] re partes nisi intime praesentes

Pro complemento autem doctrinae et praesertim illo principio toties tradito ut cognoscatur et dis[tinguatur] ratio formalis a conditione etiam necessaria f[...] debere fieri suppositionem impossibilem cum constantia ut si dubitetur quid sit ratio formalis constitutiva [...] nis rationalemne an risibilem; fiat suppositio impossib[ilis] ratione. Si per impossibile non esset risibilitas et rationalitas adhuc salvaretur essentia hominis. [...] bilitas non est ratio formalis eiusdem. Ita in re p[raesenti] si per impossibile non esset cognitio boni et esset bonum am[atum] bonum ut dixi haberet rationem causae finalis. Dixi au[tem] [...] tia subiecti, licet enim argumentari ex suppositione sed ta[men] suppositio non formaliter et explicite destruat subiectum. Hi[nc] quod non valeat dici si per impossibile maneret totum esset omnino, haberetur denominatio nihil; non inquam quia suppositio destruit subiectum explicite et formali[ter]

suppositio in terminis implicat; nam denominatio totius denominatio formae unitae sunt synonima: at esse unitum habebit sine unione. Ergo nec esse totum et quia subiectum dicto exemplo est totum quod includit unionem et formam positio destruit illud: et ita sensus propositionis erit, si per impossibile conservetur unio et manerent partes unitae manerent unitum seu totum

Sectio 4

An bonitas tantum realis an etiam ficta et carens possit esse ratio formalis finis?

Nota 1 Certum esse illud habere rationem causae finalis quod movet voluntatem ad accipienda media, et cum experientia constat quod movemur aliquando solum propter bonum apparens (nam non tantum pueri sed etiam viri venantur chimeras saepe arripimus esse angeli etc) videndum an illi repugnet ratio causae finalis

Nota 2. Duplicem hac in re esse modum loquendi unus est eorum qui distinguentes bonitatem a fine sicut motus in causa efficientis ab efficiente, dicunt quod ratio finalisandi in fine sit bonitas semper realis, res vero cui applicatur aliquando sit realis aliquando non. Alter modus dicendi est simpliciter bonitatem fictam et bonum fictum aliquando movere voluntatem

Nota 3. Sicut intellectus ad hoc ut cognoscat res fictas et entia rationis prius cognoscit res positivas maxime accidentalia sensibilia quorum habet species proprias, quibus postmodum adiutus et quasi manu ductus cognoscit entia rationis ut dixi de ente rationis S. 2: sic etiam voluntas mota quasi prius a bonis positivis et realibus quae illi saepius proponit intellectus, excitatur ad amorem bonorum impossibilium et fictorum. Quod illi ab intellectu proponuntur; intellectus accepta per sensus notitia alicuius animalis vari ut leonis leopardi etc proponit eadem animalia voluntati ad hoc ut imperet ambulationem ad illa videnda

quibus saepius excitata, fit ut dum intellectus ali
aliquid impossibile et fictum proponit, assueta ia
Curiosa apetat etiam illud fictum videre. Et sicut
rationis dicitur obiectum intellectus terminativum et
darium tantum; res vero positiva dicitur obiectum m
et primarium eo quod primo per sui species intelle
obiciuntur: et autor etiam naturae ex primaria intentio
lectum ordinaverit ad percipienda obiecta realia seu
Ex quo commune Axioma desumptum est intelligibilitas
Ens. Ita bonum reale et bonitas realis potest dici ob
motivum et primarium quatenus voluntas per se et
bone primaria autoris naturae ordinata est ad
dum et prosequendum ea quae vere conveniunt subiecto
est apetitus id est vera bona: et quatenus propo
intellectui plerumque et prius in bona realia fertur
bona positiva. Ficta vero bonitas et tantum apparens
secundarium et terminativum quatenus per accidens
in illa fertur et quatenus excitata prius voluntas
positivo Curiosius etiam fertur in apparens. In quo
sensu potest dici intellectum specificari a vero re
voluntatem a positivo bono. Ubi autem in
loquendo fictum et apparens aliquod possit dici speci
potentiam etiam realem et quid sit specificari col
potes ex dictis de potentia materiae, ubi dixi non sem
ab illo specificari ordinem ad quod est ordo; sed
quo ablato id est implicante tolleretur perfectio
ordinis: et quia dubium est utrum ablato seu impli
suo modo re ficta et apparenti tolleretur perfectio
cor actus in illam tendentis, vel certe tantum perfe
individualis, ideo hic nihil volo decidere. Ubi te

Adverte bonum apparens quamvis admitterem
id a quo specificatur apetitus, et quamvis dicerem es
hunc terminum et obiectum secundarium; nolo tam

sensus esse terminum et obiectum secundarium in quo tendunt media respectu finis quod non attingunt nisi propter rationem seu bonitatem repertam intrinsece in fine et participatam extrinsece ab illis. Licet non tam difficultatem admittere quod sicut intellectus Dei apprehendit Ens fictum simul etiam verum aliquod Ens apprehendat, voluntas Dei amat et vult bonum apparens simul etiam in bonum reale.

Dicendum. Quod bonitas etiam apparens et ficta potest esse ratio formalis constitutiva finis. Hanc posterior sententiam amplectuntur recentiores aliqui. Probatur primo auctoritate Aristotelis qui lib. 8 moralium ad Nicomachum c. 2 (in quo continetur bona pars doctrinae de Causa finali) sic ait id est honestum et iucundum amabilia sunt ut fines. At amat unusquisque non quod ipsi est bonum sed quod apparet sed id nihil refert nam amabile apparens erit. Item 2 et 3) differat inquit nihil idem dicere bonum vel apparens bonum. Simile habet 5 Metaph c 2 t 3. Probatur 2do Cum quis appetit finem impossibilem v.g. videre Chimeram vel fieri Angelus bonitas quae illum movet est tantum apparens et ficta. Ergo bonitas constitutiva in fine potest esse ficta. Antecedens probatur bonitas est ratio boni sicut entitas et Ens, et sicut passiones Entis non possunt praescindi ab Ente ita nec bonitas a bono: sed bonum apparens tantum movet. Ergo etiam bonitas apparens. Probatur propter bonum apparens eliguntur media. Ergo bonum apparens me movet. Probatur 3tio bonitas quae me movet est bonitas vel delectatio existens in Chymera. Sed illa est ficta et impossibilis. Ergo id quod me movet est fictum minorem quidquid est in Chymera est impossibile nam non esset Chymera si illi inexisteret aliquid possibile.

Dices Bonitas illa est bonitas realis alicuius particularis quod per intellectum applicatur Chymerae et sic intelligibiliter in Chymera. Sed Contra quando intellectus fingit Chymeram quidquid tunc temporis obicitur intellectui omnia praedicata illius sunt ficta. Ergo etiam quidquid intellectus concipit esse in Chymera est fictum probatur

Antecedens hoc ipso quod non sit fictum non est p
chimericum, et si sit aliquid in chimera fictum debet ess
est nam licet concipiam aliquid simile reali al
in cervo, hoc ipso tamen quod concipiam illud
tem chimeram et consequenter cum ordine ad illa design
possibile quia jam involvit contradictionem. Ergo
ad ultimum quidquid concipitur esse in chimera cum
esse cum ordine et unione ad illa impossibile est
Confirmatur Ex eo quod dixi in materia de ente rat
hoc ipso quod applicetur animo realis partibus no
seu realibus incompossibilibus, fabricatur aliquid incompossibile
ita in re nostra cum me non moveat bonitas in abs
in concreto minimum bonitas chimerae illa erit impos
ficta. Probatur ultimo bonitas consistit in convenient
alicuius cum subiecto sed huiusmodi convenienti
cum chimera est ficta. Ergo etiam bonitas. Conf
tota Conclusio veritas apparens potest attingi
obiectum intellectus. Ergo etiam bonitas apparens p
obiectum voluntatis. At quod est obiectum allicit
tem ad se. Ergo talis bonitas alliciat

Objicies 1) Non potest appetitus realis prim
se ordinari ad terminum non realem. Ergo non potest
tas moveri a bonitate ficta. Probatur Antecedens Ordinari p
per se est specificari; sed non potest appetitus reali
cari ab obiecto et termino non reali. Ergo nec ordin
illum. Respondeo distinguo Antecedens non potest primo et
ordinari id est primaria intentione auctoris naturae, c
non potest primo et per se ordinari id est non potest
directe per actus potentiae realis nisi reale nego.
Consequentia. Ad probationem distinguo maiorem ordi
specificari in primo sensu distinctionis transeat,
nego: non enim praecise ordo ex eo specificatur
quia illum respicit et attingit, sed ex eo quod

termino et implicante non esset aequè perfectus ille ordo. Ad minorem etiam patet responsio notando tertiò. Ubi Adverte non requiri ad specificationem potentiae terminum realem ideo quasi per influxum realem deberet illud quod specificat dare esse poten[tiae]

Dices. Non potest potentia elicere actus sine suo formali obiecto; sed bonitas realis est formale obiectum voluntatis, Ens seu veritas realis intellectus. Ergo sine illis non eliciunt eae potentiae suos actus. R Imo si tanta obiectio quod connaturaliter numquam intellectus feratur percipiat aliquid fictum quin simul terminetur ad Ens et veritatem realem: et similiter voluntas numquam ad bonitatem fictam nisi etiam simul feratur in aliquam bonitatem realem quam illi simul proponit intellectus et a qua quasi manu ducitur ad amandum fictum bonum, transeat totum argumentum. R ideo. Secundo minorem instantia est optima, potest intellectus ut vidimus in Logica per se et directè etiam cognoscere negationes privationes & et de facto cognoscit entia rationis. Unde quando dicitur intelligibilitas Entis, vel hoc Ens ample est accipiendum vel certe convertibiliter cum intelligibilitate.

Obiicies 2. Finis debet causare realiter quod est fictum non potest causare realiter. Ergo quod fictum non potest causare ut finis. Prob. Finis iuxta communem sententiam est causa

Pro solutione Adverte Suarez citatum S) constituere tamquam primum principium et commune dogma quod communiter admittitur nempe finalem esse causam realem tamen sensus id admitti possit videndum. Vasquez 1.2. d. 2 c 2 dicit finem dici posse causam realem quatenus mediam causam efficiente reali operatur; ubi videtur innuere non esse dicendam proprie causam physicam et realem Conimbricenses supra c 7. q 23 a 2 et 3. dicunt esse

Causam realem quia Causat secundum esse reale
piendo reale latius pro quocumque eo quod est
vel apparet possibile. Sed hoc est ludere in nom
modo enim quod nihil est et mere fictum dicitur
Rubius ergo hic lib. 2 tract. 5 q. 1 n. 14 postquam
est probare ex Arist. Platone et aliis finem esse
sam realem. Ideo ait esse realem primo quia
effectus realiter respicit agens ita et finem.
agentia libera dirigunt operationes ad finem
in potentia est aliquid reale. Hurtadus d.
ma S. 5 loquitur cum distinctione vel enim consid
finis inquit secundum entitatem suam, et sic
realis ut patet in fine cui non etiam in fine
non semper sit realis. vel consideratur finis pro
Causa finalis in actu secundo, et sic inquit non
Causa realis physica. Cum quo in hoc
nomine malo loqui et dico 1mo si per Causam
intelligatur Causa quae dat existentiam effectui per
influxum realem sibi proprium et a se realiter
tem, nego finem esse Causam realem quia finis
tas non existit dum Causat media, sed quod non
requirit influere physice et realiter ut docet Arist.
c. 3 t. 86. 2do dico cum Causalitas finis ex
prorum sensu sit tantum modo metaphorica sive
nalis ut videbimus, quatenus non eliciendo sed
efficit amorem nostrum et movet voluntate interveniente
et proponente cognitione non potest dici Causa
realis nisi translatitie et per metaphoram. potest
appellari ut habet § 36 Causa realis intentionalis
quando respondet ad illud Soarez effectus per se pendet a
fine in quantum physice influente negat intentionaliter
concedit.

Quaeres. Potestne voluntas ferri in impossibile
ut tale? Ita ut quis affectat nostrum mutari in

nescens hoc fieri non posse; aut ut velit se non
peccasse postquam peccavit?
Ad hanc quaestionem respondet Vasquez 1a 2ae q. 8.
c. 4. Valentia d. 7. q. 8. puncto 2. Molina 1a p.
q. 3 a 3. d. unica membro 3. Conimbr. q. 23. a 2 Fonseca
in Metaph. c 2 q 5 s 2. Suarez lib 7 de Angelis c 12
15. Ego breviter dico esse impossibile ut tale cogni-
tum non posse voluntatem ferri circa illud actu absoluto
efficaci; actum autem absolutum et efficacem voluntatis
intelligo esse illum (quantum sufficit pro praesenti materia) qui
includit vel explicite vel implicite electionem mediorum
ut docet Aristoteles c 2 Elench. ubi ait electionem non esse
impossibilium voluntatem vero esse. Potest tamen voluntas
in impossibile cognitum ut tale actu inefficaci et simplici
complacentia, vel certe actu efficaci sed conditionato ferri
qualis est actus quo peccator vellet se non peccasse nisi
id fieri posset: et propterea docent Aristoteles voluntatem
esse posse circa impossibilia. Quid autem sit ille actus
conditionatus optime explicat Valentia et Suarez supra post
qui dicunt consistere in hoc quod detur actus complacen-
tiae seu propositum aliquod habendi actum absolutum quo abso-
lute amaverit tale obiectum si esset possibile. Videat qui
vult praedictos autores. Quomodocumque tamen res
se habeat, voluntas circa impossibile cognitum ut tale sem-
per debet aliquod bonum in illo ostendi

Sectio 5

Quae sit Causalitas Causae Finalis?

Causalitas in actu secundo cuiuscumque causae est
illud illius causae exercitium quo posito impossibile
est non poni effectum etiam per potentiam Dei absolutam
ut diximus. Talis ergo quaerenda est causalitas
in fine in qua invenienda et explicanda laboravit autores

Et licet omnes conveniant Causalitatem
esse motionem Metaphoricam, quod docet Arist.
t. 55 et 12 Metaph. t. 26, differunt tamen in ex[…]
do et explicando in quo consistat huiusmodi mo[tio]
Metaphorica, ut videre est apud Suarez S 7 et al[ios]
recentiores.
Ego omnibus aliis cum quibusdam recentioribus
Metaphoram consistere in proportione. motio ergo
dicitur Metaphorica quia sumitur per analogiam ad mo-
tum localem qui est maxime sensibilis. Unde [...]
Boni comparatum cum voluntate dicitur illam movere
efficienter quia nihil in illa producit physice ne[c]
concurrit ad actum, nec etiam ipsum actum amoris
genit sui; sed metaphorice alliciat et trahit ad se vo[lun]-
tatem propter naturalem propensionem qua[m] vo-
luntas ut feratur in bonum sibi propositum impetu
naturae trahit sua quemque voluptas, et illud [...]
in Amor meus pondus meum. Ex quo fit ut
amor et desiderium illius boni et respectu illius
motio Metaphorica: et quia ille amor deinde
factionem mediorum quae est veluti motus ad [finem]
per quem agens accedit ad bonitatem finis, fit ut
factio mediorum dicatur motio Metaphorica medi[ate]
et quasi per denominationem extrinsecam a [...]
motione boni id est ab amore. Exemplo magne-
tes fit clarior qui habet magnam proportionem [cum vo]-
luntate. Dupliciter autem dicitur trahere ad se
ferrum primo quatenus imprimit in ferro vim
aliquam quae sit principium motus localis in ipso
versus magnetem; 2do quatenus ex vi talis impul[sus]
ipsum ferrum movetur in actu secundo. Sic au[tem]

ante a fine causatus se habet ut impulsus causatus
ferro a magnete: acceptio vero medioru et requisitio
causatio per quam consequitur finem operans comparari
ipsi motui quo ferrum accedit ad magnetem. Amor
dici potest motio metaphorica in actu primo, meta
phorica inquam quia finis non causat talem amorem
existentiam et per consequens nec physice sicut
magnes causat violentiam et impulsum in ferro physice
est causa physica et dicitur trahere physice ferrum
autem voluntatem tantum metaphorice. Ab hoc ergo
amore qui est motio metaphorica quasi in actu primo oritur
inde imperium voluntatis et actio externa circa finem ne.
quod etiam dicuntur motio metaphorica quasi in actu
secundo et per denominationem extrinsecam ab ipso amore
mediante amore. Ubi Nota non dici motionem
metaphoricam ex eo quod sit aliquod improprium ens et
non realis, sed quia non pendet realiter et proprie
a fine qui non existit. Qua conclusione autem ergo
posita in titulo suppono ex dicendis ad operandum
extra rationabiliter requiri ultimum imperium voluntatis
ex amore finis. Hoc posito.

Dicendum causalitatem finis esse actionem exter
qua fit medium connotando internam volitionem impe
tem talem externam actionem propter finem. Est Soarez
ex parte et etiam in re ipsa quem pro se citat
n. 8 qui putat ipsum amorem et desiderium habe
etiam causalitatem. Item Salas d 3 s 2 Rubi q 3.
recentiorum. Probatur conclusio quoad primam partem ex princi.
communi toties posito quando sunt duae causae
requisitae ad effectum eundem debent per eandem causali
tatem causare. Sed finis et efficiens requiruntur ad causandum
medium. Ergo causant per eandem causalitatem.
2do Id per quod effectus dependet ab efficiente
causalitas efficientis. Ergo id per quod effectus seu media

dependent à fine est Causalitas finis. Sed actio [illegible]
ut patet Ergo illa est Causalitas finis. Item etiam [illegible]
quoad alteram partem sine illo imperio non habet
externa hanc denominationem essendi propter f[inem]
cum possit fieri casu. Ergo haec volitio est de ratione
intrinseca Causalitatis finis et consequenter ista [illegible]
grant Causalitatem finis

Objicies per amorem sufficienter move[tur]
ad operandum media. Ergo amor est vera Causalit[as]
R. distinguendo antecedens, per amorem tanquam con[ditio-]
nem actus primi transeat tanquam per actum secun[dum]
nego: nam ad finem tanquam per actum secun[dum]
movetur agens per factionem ipsam mediorum;
enim per amorem quo posito potest non esse [illegible]
finis id est media constituitur finis in actu
causans. Verum huius et reliquarum doctrinam [illegible]
dabimus sufficienter cum ostendemus quaestione se[quenti]
media sola esse effectus, et consequenter quod non e[ffi-]
cientia mediorum non posse esse Causalitatem.
Ex quo breviter habes non quamcumque motionem
metaphoricam esse Causalitatem finis, sed mot[ionem]
aliquam tenere se ex parte actus primi, aliam [ex]
parte actus secundi

Sectio 6

Quaenam agentia agant propter finem

Suppono ex S. Thoma 1a 2ae q. 1 a 2 et aliis com[mu-]
ter omne agens esse triplicis generis. Primum quod
modo est cognoscitivum talia sunt inanima omnia [ele-]
menta etc. 2dum est quod cognoscit quidem bo[num]
quod est finis non tamen formaliter ut finis sed
materialiter id est non cognoscendo relative ad media
nec finem ad media comparando qualia sunt
[illegible] etc. 3tium est intellectuale et homo

[illegible]us. Suppono item cum Communi agere et operari propter finem proprie esse tendere in finem formaliter seu in fine[m] ut finem id est qua appetibilis est propter se ut bene ostendunt particulis cuius gratia: hoc autem non fit nisi ordinentur [me]dia ad finem: ad hoc autem ut ordinentur media ad fine[m] [deb]et cognosci finem habere bonitatem propter se expetibilem [me]dia vero habere proportionem ad eandem bonitatem. [Ag]ere vero improprie propter finem est quomodocumque attingere finem qui est bonum. His positis ut aliquid certi statuamus in hac quaestione de nomine

DICO I Si actiones agentium primi et secundi generis [con]siderentur praecise prout sunt ab illis non fiunt propter [fi]nem et per consequens nec illa agunt propter finem proprie [lo]quendo. Si vero considerentur prout sunt a primo [ag]ente seu prout subsunt et substant in operando directioni et intentioni agentis universalis illorum actiones sunt propter finem. Probatur prima pars Agere proprie propter [fi]nem involvit comparationem mediorum quae eligantur ex intentione finis; sed haec comparatio convenientiae mediorum cum fine [est] opus naturae intellectualis ut suppono ex libris de Anima [et] per hoc unicam rationale distinguatur ab irrationali quatenus [i]pso fine cognoscit propriam rationem convenientiae propter [qu]am est per se amabilis. Ergo haec agentia spectata praecise [sec]undum se non agunt proprie propter finem. Ergo actio[nes] eorum non sunt propter finem proprie. Secunda patet ex supra[dictis]

2da pars Conclusionis 1mo ex S. Thoma 1a p. q. 103 a. 1 [et] 3 contra gentes c. 24 ubi utitur communi exemplo sagittae [quae] in certum scopum tendit non tamen in illum se dirigit sed a ia[cu]lante dirigitur. Unde communiter etiam dicitur opus naturae [op]us intelligentiae 2do ex Arist. 1 coeli c. 4 t. 32 ubi dum con[iun]git Deum et naturam dicens nihil facere frustra satis [signi]ficat naturam in agendo propter finem subordinari Deo: [I]tem contrario [illegible] [illegible] ab ea minima [illegible] dixisset Deum haec in [illegible] non curare

Pro ratione Quia vere Deus omnibus praefixit finem
et dirigit ac ordinat ut assequantur suum finem a
intentum; unde dicuntur hic potius agi in finem
quam agere propter finem. Vide Suarez § 10 Sal
§ 5 Rubium c 8 q Unica Hurtadum § 14 Muncicam q 3
bricenses hic c 9 q 2 a 2 et 3 Bandinum lib 2 de
digressione 13.

Objicies Datur in brutis aliqua cognitio
convenientis à quo etiam dicuntur metaphorice ut
prosequantur; et certa quaedam media à se cogni
appetunt et applicant tanta industria ut videantur
et cognoscere utilitatem eorum ad finem, et propter
ea appetere. Sic mustella pugnatura cum serpente
accipit qua se adversus venenum munit. Hirun
chelidonium qua pullorum oculos illuminet: Item
cunam proli futurae affabre parat. Ficus alias
quam herbam qua ferrum clausum adhuc sibi ad
obstruentem accipit ut excludat. Ergo negari non
potest quin bruta agant propter finem non solum
tenus subsunt directioni primi agentis sed et
quatenus judicio secundum se considerantur ag

R Concedendo cognoscere quaedam bona et appet
ea: imo appetere etiam quaedam media; nam ut vere ai
quit Suarez apprehendunt aliquomodo rem aliquam
motionem sibi convenientem, et naturali instinctu
cant sibi esse appetendum vel fugiendum tale obj
Et hoc est quod dixi in Conclusione improprie
do ea agere propter finem quia vere expetunt
nem et ex appetitu finis aliquid operantur.
tamen bruta appetere aliqua ut media; appetere
ut media praesupponit notitiam quod hic media
habeant proportionem cum fine et quod ex se non
expetibilia sed solum propter finem qui per se

[...]bilis est quod non norunt bruta ac proinde non cognoscunt media ut media, nec finem ut finem.

Qu. XXXes. Quid sit ille instinctus naturalis ex quo bruta animantia operantur?

Suarez n 14 ubi refert S. Thomam dicit instinctum naturalem nihil aliud esse quam quendam actum phantasiae seu aestimativae necessitate naturali ab illa profluentem posito phantasmate alius rei, quo actu practice (ut humano modo loquamur) judicat brutum hoc esse sibi vitandum vel prosequendum aut appetendum, quamvis non valeat rationem convenientiae vel disconvenientiae videre vel discernere. Ita etiam [...] Conimbricenses Toletus et alii. Salas d 4 s 4 in fine ait instinctum esse quasdam species objectorum a Deo brutis impressas, vel ab objectis externis acceptas adjuvante specialiter Deo et eas modificante ut repraesentent convenientiam aut disconvenientiam in objecto quod externis sensibus percepta non est. Et hoc putat necessario dicendum esse propter alata experimenta de Muscella fico et in quibus reperitur quod quaerant media quae nunquam viderunt nec perceperunt per sensus; et ideo vel tunc a Deo species illis imprimuntur vel certe prius impressae excitantur quod est a instigari vel instinctu agi. Mihi placet sententia Salas modo addamus illas species excitare talem notitiam in aestimativa bruti qua solum apprehendit hoc sibi fugiendum vel appetendum non discurrendo an per se an propter aliud sit expetibile.

Ex dictis collige 1mo Hominem et Angelos vere et proprie agere propter finem. Item Deum quando operatur ad extra; nam in communi Theologorum sententia cum S. Thoma 1 p. q 44 a 4 Deus est causa finalis omnium rerum et Deus vere et proprie est id propter quod omnes laborant fiunt juxta illud proverb. 16 Universa propter semet ipsum operatus est. Ergo Deus vere agit propter finem. Confirmatur ex symbolo. ubi dicit qui propter nos

hominis et propter nostrā salutem descendit de cœlis
Ex quo habemus Deū in operando ad extra intendere
etiam alios fines quam seipsū. Quomodo autem Deus
cum propter seipsū omnia operetur etiā propter nos
operetur vide Theologos in materia de Charitate
ubi quærunt quomodo Deus nos amet amore amicitiæ
si omnia ad seipsū referat.

Collige 2do cum communi finis causalitatem
habere in Deo locū respectu actuum ad intra; nam ubi
causalitas finis est ipsa actio, in Deo autem respectu
operationis ad intra non datur vera actio et vide
Vaz. S 9 et Salas d. 4 S 3. Conimbricenses q 22 […]
et alios

Quæstio 2.

De Effectib. Causæ Finalis

Sectio 1

An media, finis, et eius possessio et actio productiva sint propriè effectus Causæ finalis?

Dico 1. Media sunt propriissime effectus finis.
Est communis et expressa sententia Aristotelis 5 Metaphy t 2
quicumque inquit inter movens id est agens et finem me-
dia sunt id est illa quæ fiunt gratia finis sunt effectus
finis. Item 2do Phys t 30 effectus finis ait esse causam
efficientem eiusdem sunt autem inquit quædam et adinvi-
cem causæ ut laborare est causa valetudinis et hæc
laborandi; sed non eodem modo, sed hoc quidem ut finis
illud autem ut principium motus. Prob. ratione, ille est
propriissimus effectus finis qui causatur ab efficiente
amore finis talia sunt media conducentia ad finem
Ergo media sunt propriissimi effectus finis. 2do
ex definitione finis cuius gratia seu propter quem aliquid
fit qualia sunt media quæ vere fiunt gratia finis
et sic patet etiam minor et consequentia

Dico 2. Ipsum finem qui fit efficienter à mediis non esse effectum Causae finalis. Est recentiorum aliquorum contra Suarez disp. 23 S 3. n. 22. et alios. Probatur Causa finalis est id Cuius gratia aliquid fit. Ergo finis non potest esse effectus Causae finalis, patet Antecedens ex definitione Conclusio probatur Consequentia fieri gratia alicuius aliquid, est illud aliquid ordinari ad illud; sed idem non potest ordinari ad seipsum ergo idem non fit gratia suiipsius. Ergo non potest esse idem Causa et effectus finis

Dices 1. Cum Suarez citato potest idem Causare seipsum pro diverso statu si non sit Causa realis. Ergo potest esse Causa finalis respectu sui. Probatur Antecedens à paritate ideae quae per nos consistit in conceptu obiectivo, et tamen eadem potest esse idea seu exemplar respectu sui Ergo potest esse finis respectu sui et finalisare seipsum transeat Antecedens nego Consequentiam. Disparitas primo sumitur ex Conclusione praecedenti. Deinde quia Causa finalis est cuius gratia aliquid seu cetera fiunt; exemplar autem seu idea exemplificat seu dirigit agens ut faciat opus eodem modo quo praeconcipit; unde in definitione ideae non importatur quod faciat aliud ab eo quod inspicit artifex, sed dicitur id ad quod inspiciens artifex operatur: in definitione autem finis ponitur cum finis sit id Cuius gratia cetera fiunt.

Dices 2. Sic posset finis Cuius gratia esse effectus finis cui qui realiter distinguitur à fine cuius gratia ut vult Suarez. R. hoc dici non posse quia finis Cuius habet rationem finis et Causae finalis ac bonitatis amatae propter quam ordinantur media; esto sit aliquo modo ordinabilis ad finem Cui.

Dices 3. Ad omnem effectum requiruntur quatuor genera Causarum. Ergo etiam ad finem ipsum. Nego consequentiam negando Antecedens nam ad materiam primam non requiritur alia materia nec ad formam alia forma

intentum a se ab auctore na

Dices 4 Omne agens agit propter finem. Ergo [omnis] effectus fit propter finem. Sed finis ipse est aliquis effectus [agen]tis. Ergo etiam fit propter finem. R. distinguendo Omne agens agit propter finem positive tantum nego, positive [vel] negative concedo. Pro quo Adverte explica[ndum] quid dici posse agere propter finem negative et [pos]itive dicitur aliquid effici propter finem cum fit vere [propter] quid diversum ordinatum ad finem ut media; ne[gative] vero cum efficitur ipse finis qui non fit propter ali[quid] diversum; nam hoc ipso quod non fiat propter [aliud] potest dici aliquomodo quod fiat propter se seu [pro]pter finem. Quod bene explicat Zabarella lib 2 de [ordine] demonstrationis c 10 ubi ex multis dictis [concludit] et dicit hoc duo vera esse, omne efficiens agit [propter] finem et non omnis effectus habet causam final[em] nam omne efficiens aliquid efficit propter causam [fina]lem, ipse vero finis est effectus efficientis et ta[men] non habet causam finalem.

Colliges 1mo Actionem qua fit ipse finis si [rea]liter a fine distincta esse effectum causae finalis; [non] vero si non sit distincta. Ratio est quia omnis [effe]ctus debet esse distinctus a causa.

Colliges 2do possessionem finis seu unionem cuius gratia cum fine cum non esse effectum causae [fi]nalis, sed integrare ipsam rationem finis, et dici esse finis quo. Ratio est quia propter ipsam [unio]nem ut quo accipiuntur media

Sectio 2

An Actus interni circa finem et media sint effectus finis?

Suppono 1mo Actus circa finem esse varios

nos desiderium fruitio quorum distinctionem et rationem
formalem videbimus in libris de Anima. Pro nunc DICO
Amor qui etiam vocatur complacentia se habet in
voluntate sicuti apprehensio in intellectu: desiderium autem quod
etiam dicitur intentio vel amor efficax quo vult efficaciter
bonum amatum respondet iudicio in intellectu, in quantum
ut iudicium praesupponit primam apprehensionem ita desiderium
simplicem amorem et complacentiam: fruitio vero seu
delectatio gaudium et sunt actus circa ipsum finem iam
possessum. Similiter circa media sunt actus isti electio
qua amo et volo hoc medium, executio seu impe-
rium voluntatis circa actiones externas. His positis
quaestio est an hi etiam actus et quinam sint effectus
finis, et an circa hos finis exerceat aliquam causalitatem
finalem

Suppono 2do quod sicut potentia cognoscitiva deter-
minatur ab obiecto sibi proposito per species sensibiles ad eli-
ciendum eius cognitionem: ita potentia appetitiva deter-
minatur ad eliciendum suum actum ab obiecto sibi proposito
proportionaliter, nam ita se habet intelligibile circa
intellectum sicut appetibile circa appetitum. Imo sicuti in po-
tentia cognoscitiva dantur aliqui actus ad quos illa
non determinatur ab obiecto nisi suppositis quibusdam aliis
actibus: unde intellectus non est determinatus ad iudi-
cium nisi supposita prima operatione et simplici appre-
hensione obiecti de quo est iudicium, neque est determina-
tus ad conclusionem nisi suppositis praemissis. Ita etiam
in voluntate dantur aliqui actus ad quos illa non
determinatur ab obiecto nisi aliis suppositis: unde deside-
rium et intentio efficax finis non elicitur nisi supposito
primo amore et complacentia: et electio mediorum supponit
intentionem finis, et his actibus suppositis cum finis est acquisi-
tus sequitur fruitio et gaudium.

Suppono 3tio In bono quod est obiectum appetitus duo posse
considerari primum est quod bonum per cognitionem sui applicatur

determinat ipsam potentiam apetitiuã ut possit
prime exire in actũ amoris et apetitus circa illud
2dum est quod terminat et saepius specificat actũ
quem ad modum obiectũ intellectus terminat et spe-
cificat cognitionem ad quam per speciem intelligibilem
terminavat intellectum. Dixi autem superius et est q
bonũ prout terminat actũ apetitus vel ~~potius~~ ter-
minat, se habeat respectu istius actus ut Causa forma-
seca et quasi specificans extrinsece actũ. Sicuti dicunt
qui relationem admittunt esse modũ contradistinctũ
num esse Causam formalem extrinsecam respectu
nis: ita etiam bonum consideratũ solũ secundũ quod ter-
nat actũ apetitus participat rationem tantummodo
sed formalis extrinsecae. Difficultas iam est an
prout determinat voluntatem ad actũ amoris et
bonus finis, exerceat causalitatem Causae finalis

Suppono 4to determinativum potentiae ad il-
lum actũ quis ratio determinativa potentiae
communis obiecto potentiae cognoscitivae et ap
non posse revocari ad aliud genus Causae quam
cientis; tum quia huiusmodi determinativum
tuit potentiam completam in actu primo ita
ipso sit completa possit proxime procedere
ergo constituit illa primum et completum princ
ende motus. hoc autem est illa constituere et
in genere Causae efficientis. Tum quia sicut
minativum potentiae cognoscitivae habet ratione
sae efficientis seu reducitur ad genus Causae
entis cognitionem: ita determinativum potentiae
titivae reducitur ad Causa efficientem apetitus.
est quia tale determinativum debet continere
titudinem determinativi in commune; determinativum
autem in commune non habet aliam rationem nisi

efficientis. Ergo tale determinativum debet habere ratio-
nem efficientis. Quod autem ratio determinativi in genere
communis obiecto cuiuscumque potentiae importet solum
rationem causae efficientis et non finalis patet quia
obiectum cognitionis quatenus determinat intellectum ad
cognitionem non est causa finalis eius actus: neque
enim cognitio est gratia obiecti. Unde habebis alterius
bonum materialiter acceptum seu bonum multiplicem pos-
se fundare causalitatem, alteram quae illi convenit
quatenus est terminus specificativus voluntatis, et hanc
dixi reducibilem ad genus causae formalis extrinsecae;
alteram quae illi convenit quatenus est determinativum
voluntatis ad eius actus eliciendos, et hanc ut probavi
pertinet ad genus causae efficientis et est illi com-
munis cum obiectis omnium potentiarum; alteram demum
quae illi convenit quatenus est id cuius gratia id
et quatenus est id propter quod volitum et amatum
agens aliquid operatur.

Suppono 5to Aristotelem 12 Metaph. t 36 explicare
rationem finis per hoc quod moveat ut concupiscibile
et desiderabile. Unde fit ut amor et desiderium sit
ratio causae finalis habens se per modum applicatio-
nis ipsius finis in actu primo sicuti supra dixi de cogni-
tione. Et ratio est quia non finalisat ipse amor finis
non propter talem amorem sumantur media
sed propter ipsam bonitatem finis

DICO 1 Omnes actus directe tendentes in finem
non sunt effectus causae finalis nec causantur finaliter
a bono. Ita Vasquez 1 tomo in 1a 2ae D 3 c 2 Ponce
in lib 9 c 2 q 5 5 et aliqui recentiores. Probatur 1mo finis
non causat amorem et intentionem sui nisi determinando
voluntatem per modum obiecti vel certe per modum termi-
ni specificando: sed causare per modum obiecti determi-
nando vel terminando non est causare finaliter. Ergo finis
seu bonum non causat amorem et intentionem sui finaliter

Hoc patet ex dictis. Hoc probatur. Quia non potest [...] cari quamvis alia ratione bonum et obiectum voluntatis concurrat ad eius actus nisi determinando potentiam vel terminando et specificando. Confirmatur. Sub proposito sicuti se habet obiectum ad potentias cognoscitivas ita se habet ad appetitivas; sed obiectum potentiae cognoscitivae non se habet aliter determinando vel terminando. Ergo neque bonum obiectum potentiae appetitivae aliud faciet. Probatur. Effectus finis est ille qui fit gratia finis id est propter finem; nam alias si gratia finis non sonat propter finem quomodocumque, quicumque etiam actus propter obiecta et per consequens gratia obiecti, sed obiecta haberent rationem finis vel si non, amor finis erit eius effectus. Probatur consequentia quia amor non est ex amore; finita vero supponit finem acquisitum et existentem et per consequens omnem causalitatem cessasse; et sic non potest esse eius effectus, cum finis sit prior in intentione suo effectu [...]tem executione ut fit hic. Probatur. Unio ex [...] eodem modo se habet finis respectu amoris divine ac se habet in brutis respectu appetitus; sed his nulla exercet causalitatem finalem. Ergo nec termine respectu actuum tendentium in ipsum finem. Confirmatur maior. Minor etiam quia bruta ut dixi non terminant talem actum appetitus ad acquirendum finem.

Objicies 1. Id quod causat ut bonum [...] ut finis. Sed obiectum voluntatis causat actum amoris ut bonum. Ergo causat ut finis. Respondeo distinguendo: id quod causat ut bonum amatum seu cuius gratia scilicet ut finis concedo; id quod causat ut bonum terminando tantum aut determinando et nego.

Objicies 2. Motio metaphorica est [...]

finis. Sed amor oritur ex motione metaphorica. Ergo oritur ex Causalitate finis et consequenter est eius effectus. R. distinguendo maiorem Omnis motio metaphorica est Causalitas finis nego aliqua id est motio passiva in actu secundo quae consistit in imperio ultimo voluntatis et actione externa concedo; sed haec supponit amorem finis. Ratio est quia quoad primam motionem metaphoricam finis seu boni fere convenit cum obiectis aliarum potentiarum quae etiam excitant alias potentias ad actus eliciendos circa sua obiecta: et sicuti illa motio non est Causalitas ita nec haec. Haec est omnimoda paritas in magnete: nam magnes per physicam productionem dicitur producere impulsum quendam in ferro quo postmodum habilitatur et promovetur ferrum versus magnetem ad etiam trahit ad se magnetem. At vero amor qui est impulsus in agente non producitur ab obiecto per veram actionem physicam contradistinctam ab ipso amore

Obijcies 3. Omnis actio humana in quantum humana est propter finem. Sed amor finis est actio humana. Ergo est propter finem. Maior patet quia est actio libera. Haec est communis et maxime S. Thomae 1a 2ae q. 1 a 1. Ro ly propter non semper appellare rationem veram Causae finalis sed aliquando etiam rationem obiecti seu rationem finis materialiter quod est bonum, seu denum propter finem negative non positive est actio humana aliqua. Quod si quis ex amore finis eliceret alium actum charitatis vel alterius virtutis bene talis actus esse posset effectus finis. Si quis denum cum S. Thoma 2a 2ae q 46 a 2. distinguat virtualiter in ipso actu amoris directo circa finem duplicem formalitatem alteram per modum actus quasi reflexi supra seipsum, alteram per modum obiecti quatenus ipse amor est aliquid volitum propter finem, hinc transeat quod dici possit improprie effectus finis: sed nos hic contendimus de proprio fine qui debet esse distinctus realiter

ab amore finis

DICO 2. Electio medii regulariter non est effectus finis. Est aliquorum recentiorum contra Suarez s 3 et plures alios. Probatur a priori quia ad hoc quod aliquid vere sit propter finem non sufficit quod respiciat aliquid ut objectum formale, sed necesse est ut ametur tanquam ad finem, quod non fit nisi praecognita ratione utilitatis quam habet ad finem; quo pacto media ordinantur ad finem. At vero electio [non] concipitur ut utilis ad finem regulariter, nec fit propter hanc utilitatem. Ergo. Quare electio ordinat medicinam ad sanitatem ipsa tamen electio non ordinatur ad illam ut utilis. Probatur 2do a posteriori quia si eligi amari medium propter finem sufficit ad hoc quod electio dicatur effectus finalis causae; assentiri etiam conclusioni tali propter aliam sufficiet ad hoc ut ipse assensus conclusionis dicatur dependere ab objecto praemissarum in genere causae finalis: quia vere actus electionis dependet ab objecto intentionis: Quare ut dixi ad ... causae finalis non sufficit ut aliquid quomodocunque dependeat ab alio et fit propter aliud; sed requiritur ut ametur tanquam utile et relate ad aliud et consequenter ut praecognoscatur proportio inter medium et finem. [Dixi] in conclusione regulariter quia potest aliquando electio ipsa praeconcipi per actum reflexum ut utilis ad [finem] et ita esse effectus finis.

Objicit Suarez Electio dependet essentialiter a fine. Ergo fit propter finem. Respondeo distinguendo antecedens fit ut ab objecto concedo. ut a causa finali nego ut dixi de assensu conclusionis qui pendet ab objecto praemissarum.

Objicies 2. Ille actus est propter finem qui

Causatur à fine Respondeo concedendo Hurtadus negando [illegible] quia ly propter latius extenditur quam ad genus finalis.

OBIICIES 3. Ille actus procedit ex intentione et ex ratione ordinante medium ad finem. Sed in [illegible] potissimum Causalitas finis. Ergo. Respondeo negando [illegible] enim ut Causetur aliquid et interveniat Causalitas debet aliquid fieri ex amore finis qui faciat ordinetur id quod est effectus finis ad finem.

QUAERES. V. possit eiusdem rei esse duplex finis adaequatus?

Hac de re optime Hurtadus d. 13 de Anima S. 7. in quo

DICO 1 contra Vasquez posse ad eandem [illegible] actionem concurrere duos fines adaequatos [illegible] per duos actus diversos (non loquendo hic de ultimo [illegible] fine qui est Deus) ut qui erogat stipem ex [illegible] levandi inopiae miseriam, eam erogat ex fine misericordiae, deinde considerans se ea eleemosyna placere Deo elicit affectum eam erogandi ex fine charitatis qui duo affectus simul existunt quia nulla habent oppositionem et singuli sunt sufficientes ad illud opus quod oritur à quolibet illorum existente sine alio; sed ex utroque [illegible] stipis erogatio. Ergo ex duobus finibus adaequatis [illegible] elici eadem actio. Probatur nam quia uterque actus [illegible] absolutus et efficax ex natura sua et habet [illegible] obiecto stipis erogationem. Ergo haec oritur ab [illegible]. Hurtadus est certum amat enim Charitas et [illegible] stipis erogationem propter Deum, et misericordia [illegible] illa et amat propter levamen inopis. Consequentia [illegible] quia oriri aliquam actionem ab aliquo habitu [illegible] nihil aliud est quam illum actum efficaciter [illegible] velle quod fit in praesenti.

DICO 2. Si voluntas per unicum actum quo [illegible] actionem externam in utrumque [illegible] fine

feratur; hinc fines ij non sunt fines adaequate
partialiter concurrentes. Ratio est quia in tantum
dicerentur adaequati respectu istius actus amoris
quantum sublato quocumque posset stare hic quoad
hic volitio efficax externae actionis. Atqui sublato
re vel motivo quocumque non posset hic actus
Ergo respectu huius actus non essent fines ad
Hoc patet sublato quocumque obiecto non est eadem
ho cum illa quae ferebatur in illo obiecto. Ergo
non erit eadem volitio si intelligatur ablatus
aut unum ex obiectis formalibus illis.

Quaestio 3
De Causa per Accidens Casu

De his breviter agendum ad complementum doctrinae de Causis de quibus Artes
cum eodem reliqui auctores in fine tractatum de Causis

Sectio 1
An et quid sit Casus et Fortuna

Nota 1 Causa per Accidens ex Arte dupliciter di
vel ex parte Causae vel ex parte effectus. Causa per
dens ex parte Causae est illa quae non influit in
sed coniungitur cum aliqua influente Causa ut Musicus
ne connexionis cum arte aedificandi dicitur Causa per
dens aedificij: Causa per Accidens ex parte effectus
illa cuius effectus per se coniungitur per Accidens
alio effectu ut fossio terrae cuius effectus per se est
eiusdem terrae cum quo effectus per Accidens coniungitur
ventio thesauri. Fortuna autem et Casus sunt
per Accidens in secundo sensu; nam cum effectui per
alicuius Causae coniungitur per Accidens aliquid
solet hoc dici esse a casu et a fortuna. Et quia
multi sunt huiusmodi effectus fortuiti et casuales
non solent sic appellari nisi boni vel mali sint
inde appellatur vel bona vel mala fortuna.

Nota 2. Fortunae descriptionem colligi
t. 52 Fortuna est Causa per Accidens effectus

[co]ntingentis in agentibus ex electione propter finē
[Ca]sus vero ex t. 65 describitur esse Causa per Accidens
[effe]ctus raro contingentis in agentibus propter finem etiā
[sine] electione. Ubi vides Casum esse aliquid latius pa[tens]
quam fortunam; hæc enim reperitur solum in agentibus
[cum] intellectu quorum est proprium agere ex electione. Dicitur
[For]tuna et Casus esse Causa per Accidens id est non
[determ]inata ex natura sua et ex intentione agentis ad
[effect]um Casualem vel fortuitum. Dicitur effectus raro conti[n]
[gent]is quia nulla est determinata Causa in natura
[cu]m qua iste effectus connectatur per se ut est fossio
[res]pectu inventionis thesauri. Quare etiam
[per] has particulas distinguitur à Causis per se quæ
semper vel ut plurimum sunt connexæ cum suis
[effec]tibus. Dicitur 2do in agentibus propter finem
[par]ticularibus particularis includuntur omnia agentia prae[ter]
[su]pereminentia respectu Cuius nulli sunt effectus fortuiti vel Casu[a]
[l]es ut S. Thomas 1 p. q 117. Et ratio est quia nullus
[ef]fectus potest esse a Deo temere et quin praevideatur
[et] ad certos fines divinâ sua ordinetur. Unde licet effectus
[ali]qui prout sunt a Causa secunda possunt esse Ca[su]
[a]les et fortuiti, prout tamen sunt a prima Causa
[no]n possunt esse fortuiti ut bene explicat S. Thomas
[su]pra posita.

Dicendū dari Casū et fortunā. Probatur Dantur
[m]ulti effectus praeter intentionem Causarum secundarum
[ta]m agentium ex electione quam sine electione qui
[ef]fectus raro contingunt ut patet in exemplis. Ergo datur
[fo]rtuna et Casus.

Objicies 1. Id Cuius Causa est Certa et de[ter]
minata non est a fortuna. Sed effectus fortuiti etiā sunt à
[C]ausa certa et determinata. Ergo non sunt à fortu[n]
a. Ergo non datur fortuna. Hoc est Autis 2ū t. 45
[pr]o probatur quia omnia quæ fiunt habent Causam determi
natam et per se, sicuti omne quod fit est determinatum

R. negando minore. Ad probationem distinguo Omnia quae fiunt habent determinatam Causam id est cularem concedo; determinatam id est quae per se ex intentione ordinetur ad producendum illum nego

DICES 1. Intentio agentis non mutat eff Ergo effectus qui sunt praeter intentionem agentis esse per se et non per Accidens. R. distinguendo non mutat intrinsece entitatem effectus concedo; quoad tum requisitum et ad denominationem fortuiti et nego. effectus fortuitus vel Casualis est ille qui connotat age intentionem.

DICES 2. Dicitur esse a bona fortuna Cum dens multum lucratur, et tamen lucrum illud non est tentionem ludentis. R. dicunt aliqui lucrum illud et alia fiunt ex intentione ludentis. sed per media quae habe tingentem connexionem cum effectu dicta aliquomodo Casuale et fortuitum. Alii vero respondent distin lici intentionem agentis: nam aliquando intentio vocatur desiderium alicuius proprii boni quod est cum hoc vel illo effectu sive necessaria sive con aliquando vero intentio agentis vocatur propositum agendi per talem vel talem actionem quae ex na tendit ad aliquem determinatum terminum. Et in acceptione quidquid invenitur connexum cum tali actione illud ad quod est actio ~~ex~~ per se ordinata dicitur ter intentionem prout hic loquimur etiamsi sit se primam intentionem id est iuxta desiderium agentis. doctrina patet quomodo lucrum sit Casuale cum sit ex intentione lucrandi

OBIICIES 2. S. Augustinus lib. retractatio ctat quod admisisset fortunam. R. Augustinum ideo ne videatur admittere fortunam in eo sensu in quo bant antiqui: ex eodem enim Augustino quem se mas respectu Dei non dantur effectus Casuales Cum tamen antiqui putaverint etiam respectu Cuiusque Dei effectus fortuitos.

Ex dictis colliges breviter casum et fortunam revocari ad causam efficientem et dici causam lato modo accepto hoc Causa

Sectio 2

De Effectib9 Causæ per Accidens id est de Monstris

Definiuntur monstra textu 82 ab Aristotele esse peccata illius propter quod agit et 4 de generat. animalium c 4 alia indicat nihil rerum quæ communiter reperitur: nimirum monstra sunt effectus naturales a recta et solita natura secundum speciem dispositione degenerantes. Dicitur effectus naturales ad excludenda peccata artis. Dicitur à recta dispositione quatenus natura non intendit monstrum intentione primaria sed secundaria et per accidens dispositione alicuius impedimenti. Dicitur solita quia non debet esse rarum. Quare ubi homines nascuntur cubitales Pygmæi monstra non sunt. Dicitur secundum speciem quia remanere in eadem specie et degenerare secundum dispositionem accidentalem.

Quæres quæ sunt Causæ monstri?

sex communiter afferri à recentioribus desumptas ex Aristotele de generat. c 4 et Galeno 1ma est virtus formatrix in animali 2da est materia ex qua corpus componitur. 3tia receptaculum matris 4ta complexio qualitatum 5ta aeris salubritas et syderum influxus! 6ta est vis pertinax imaginandi parentum. Defectu primæ conditionis aliquando procedunt membra bene figurata sicuti refertur ab Aristotele puer natus homino ... Defectu secundæ nascuntur vel unipedes vel minima vel nani sicut refert Nicephorus quendam in Aegypto perdicis tantum magnitudinem excrevisse. vel Gygantes ... narrat S. Augustinus se vidisse hominis dentem qui ... si in nostrum dentium modulos concideretur, videtur ... potuisse centum: vel alia monstra qualia plurima in mari ... eo quod per agitationem maris multiplex materia permista multiplex semen piscium diversorum coalescat in monstra. Ex tertio affirmat Augustinus sua tempestate natum quendam ... habentem duo capita et totidem pectora. Ex defectu quarti ... narrant Conimbricenses natum infantem barbatum. Ex quinto

varia etiam oriuntur monstra. Deinum ex de[...]
sexta narrat Avicenna gallinam diem ovo incubasse
et respiciebat nullum exclusisse pullum nil nisi spe[...]
In quo genere videmus quotidie ex vehementi ma[...]
im aginatione eiusdem rei nota insignitas proles
flagrantissime cupiebant

Sectio 3
De Fato

Fati nomine intellexerunt antiqui connexionem [...]
universi quo posito omnia ex necessitate proveniunt [...]
describitur à Seneca lib 2 naturat quæstionum c 36 [...]
sitas rerum omnium actionumque quam nulla vi[s]
Hanc autem tribuerunt nonnulli astris quibus [...]
voluntates inevitabili necessitati subdebant. Alij
hanc tribuebant ipsi naturæ et conditioni Caus[arum]
quæ tali modo inter se connectuntur: et hoc voc[...]
fatum naturale sicuti prius fatum mathematic[um]
hæc omnia fidei dogmatibus repugnant quia [li-]
bertatem tollunt vel omnipotentiam Dei (iuxta nimium
Soares s. 11. S. Thoma 6 metaph. l. 3 et recentiores [...]
autem nomine fati communiter intelligitur certa dispo[sitio]
effectuum cum debita coordinatione Causarum: quam[...]
do in nominis Etymologia ex S Augustino 5 de [civi-]
tate c 9 fatum dicitur à fando et significat [...]
ac effatum. Unde plato vocat illa legem a Deo sanci[tam]
quasi ideo coordinatio hæc Causarum et dispositio effec[tuum]
esset quia ita Deus sancivit

Dico I Fatum ex Boetio lib 4 de Consol. pros[a]
est inhærens rebus mobilibus immobilis dispositio per qu[am]
divina providentia suis quæque nectit ordinibus: si[ve]
ordo Causarum secundarum divinam providentiam
ut Conimbricenses 2 phys c 6 q 1 a 2. Explico [...]
tio Causarum secundarum potest sumi vel prout est in
Deo et sic vocatur providentia; vel potest sumi ex
ipsarum causarum secundarum ordinatarum quæ dispositæ [...]
directæ a Deo sunt ad producendos effectus: et [...]

in diversis rebus mobilibus quia Causæ in se spectatæ sunt mutabiles et ad diversos effectus indifferentes. Dicitur immobilis quia est infallibilis et stabilis non in se sed ratione divinæ providentiæ et scientiæ cui Causæ secundæ subsunt, quæ tamen illis necessitatem absolute non importat si secundum se liberæ sunt, sed solum necessitatem ex suppositione. Qua de re vide Lipsius lib. 1 de Constantia c. 20

Collige 1mo S. Augustinum quando videtur negare fatum negare nomen non rem, quatenus nomen fati iis temporibus erat obnoxium erroribus; unde ordinem in quo Causarum ubi voluntas Dei plurimum potest neque negamus neque fati nomine nuncupamus nisi forte ut fatum a fando intelligamus.

Collige 2do pertinere ad genus Causæ efficientis fatum quia ut dixi fatum sunt ipsæ Causæ secundæ tanquam a Deo propulsæ et dispositæ ad operandum. Atque hæc de Causis et toto 2 lib. physicorum

Disputatio
De Motu

Sex libris physicorum residuis Aristoteles tractat de passionibus et proprietatibus corporis naturalis: et in 3 quidem libro communissima et prima passione id est de motu disputat de quo etiam multa in reliquis libris et ex professo 5 physicorum. Hos totum quod pertinet ad doctrinam de motu in communi Ecclesiae tradimus

Quaestio 1
De Natura Divisione Motus et spectantibus ad Motum.

Agunt de motu interpretes in 3um librum Aristotelis physicorum Complutenses d. 16 de motu Soarez d. 49 s 7. Fonseca 5 metaph. c 13 q 9 Hurtadus d. 11 physicorum et alij in 3 et 5 phys. interpretes

Sectio 1
Quid sit Motus?

Iam motum non est in controversia cum sensu et entia id habeamus; quare si quid difficultates sunt, non existentia motus quam modum explicandi motum ideo

Suppono primo ex Aristotele 3 phys. in textu triplicitur posse habere aliquod Ens existens in ordine ad aliud. primo actu perfecto quomodo se res habet quando est in termino et acquisivit iam formam complete ut cum lignum iam calidum 2do modo cum privatione termini quam antequam calefiat 3tio medio quodam modo scilicet actu partim potentia id est cum habet actum imperfectum cuius ordinatio ad ulteriorem et perfectum actum, quo posito nullo modo est in potentia

Suppono 2do Actum esse actum perfectum aliud imperfectum. Perfectus est qui ita actuat subiectum ut ex ... tales

non ordinatur subiectum ulterius ad actum ulteriorem acquirendum: imperfectus est quem paulo ante descripsi. Unde optime Aristoteles t. 15 motum vocarunt actum imperfectum ad distinctionem termini seu formae quae est actus perfectus: et quamvis aliquando Philosophus promiscue loquatur dum appellat motum entelechia id est actum perfectum non energia id est imperfectum. Alterum quando proprie loquitur vocat actum motum imperfectum. Ex quibus etiam habes quid intelligatur nomine motus: est enim ratio seu via qua subiectum seu mobile transit a privatione alicuius formae ad ipsam formam positivam.

Varie ab Aristotele dantur definitiones motus quas videre est apud autores. Optima est t. 6 eius quod potentia existit actus quatenus huiusmodi motus est. Unde est illa vulgata definitio motus est actus entis in potentia prout in potentia. Explico dicitur primo esse actus nempe imperfectus; dicitur entis non accipiendo hic ens nominaliter et prout est praedicatum transcendens, sed participaliter quod idem sonat ac existens eo quod debet esse ens existens quod movetur. Dicitur in potentia quatenus subiectum per talem actum adhuc relinquitur imperfectum quasi et aliquid aliud expectans. Dicitur prout in potentia id est prout expectat et est in potentia non ad praecedentem formam sed ad illam ad quam est motus.

Difficultas est quomodo subiectum per motum est in expectatione et in potentia proxima et determinata ad formam, cum esse in potentia sonet non solum capacitatem sed praeterea carentiam et privationem quod maxime confirmatur ex illa reduplicatione hac additur potentia non potest subiectum habens motum esse in potentia seu carere forma; nam fieri et factum esse simul sunt et quando est fieri vel privatio amplius non est.

Ad hanc difficultatem respondent aliqui recentiores particulam illam _in potentia_ non dicere privationem sed tantum habilitatem et capacitatem; quod etiam probant ex Aristotele qui eodem termino hic utitur quo usus erat

loquendo de Materia prima nempe Suarez) autem etiam sub forma manet potentia et in potentia ita subiectum potest dici esse in potentia etiamsi habeat minimum vel formam. Sed contra quia ut advertit Hurtado bis à me in quaestione de materia et Complutenses q. n. 6 licet potentia ex se non dicat semper privationem esse tamen in potentia sonat semper privationem, ut si geminetur prout hic geminant Authores quando in potentia prout in potentia. 2do contra est ut motum esse à contrario in contrarium id est a habente formam ad formam ergo subiectum opus dic nationem, alias etiam conservatio esset motus cum per conservationem esset in motu. 3tio Contra Communis interpretum sensus qui propter illa verba nem colligunt importari aliquam privationem videtur manifeste colligi ex ipso Authore hic t Conimbricenses citati q. 2 a. 1 et Fonseca cum aliis dam existimant subiectum per motum dum durat adhuc in potentia quia etsi habeat unam partem motus adhuc ad alteram et sic erit in potentia respectu aliarum nam motus qui est divisibilis. Sed contra quia Qualitates intensibiles quatenus sunt in gradu verbi calor ut duo possent habere definitionem motus: quando enim sunt in subiecto duo gradus caloris, subiectum in potentia ad ulteriores usque ad octavum. Deinde est nam sic conveniret saltem definitio motus qua quae est proxima dispositio ad formam substantialem nam calor ut octo quando est in subiecto constituit positive in potentia ad formam substantialem ignis, et quasi expectat proxime ipsam formam ignis ex dispositionis.

Dices. Ad primum Argumentum calorem ut duo subiectum in potentia negative, motum autem constituit

qui potentia positiue; et ideo qualitatem remissam non esse motum id est calorem ut duo ita actuare subiectum ut non expleat totam potentiam quam habet ad calorem, nihilominus tamen non facere ut subiectum proxime recipiat alios gradus: motum autem ita actuare ut quasi trahat et promoueat subiectum ad ulteriorem perfectionem ac proinde constituit illud quasi in via. Sed contra quaelibet pars calefactionis ex se non trahit nec reddit subiectum potens ad aliam et ulteriorem partem calefactionis. Ergo nulla responsio. Probatur Antecedens eodem modo se habet haec pars calefactionis qua producuntur duo gradus caloris respectu alterius partis qua producuntur reliqui duo gradus: sicuti se habent duo primi gradus ad reliquos duos. Sed duo gradus caloris non constituunt subiectum in potentia positiue ad reliquos gradus. Ergo neque pars calefactionis constituit subiectum in potentia positiue ad reliquam ulteriorem partem calefactionis. Maior patet et probatur quia sublato agente ubi posita fuerit prima pars calefactionis atque habebit subiectum carentiam ulterioris calefactionis ac tertii et quarti gradus: et atque parum erit illi violentum carere ulteriore calefactione ac carere ulteriori calore. Ergo. Ratio à priori est quia calefactio et motus non ordinatur nisi ad terminum et per accidens est quod ad hanc partem motus sequatur alia; accidit enim id ex eo quod agens aplicatum adhuc operetur.

Dices 2. Ad 2dum argumentum dispositionem ultimam non comprehendi hac definitione; quia non relinquit subiectum positiue dispositum in potentia ad aliud in eodem genere sed ad rem diuersi generis: nam dispositio est qualitas terminus est substantia. Sed contra gratis fingitur et non habet fundamentum in Aristotele, quod actus entis in potentia debeat esse eiusdem generis cum eo in ordine ad quod subiectum est in potentia: nam etiam hac ratione definitio non conueniret multis motibus, eo quod subiectum sit in potentia saepe ad quantitatem ad substantiam; cum tamen motus sit actio

Complutenses in praesenti q 2 §3 dicunt in tantum

subiectum habito actu imperfecto adhuc manere in potentia in quantum aliquo modo pro illo priori signo est privatum ulteriori forma seu actu: nam cum fieri rei sit prius natura quam factum esse, licet sint simul tempore; potest quis concipere fieri et non concipere factum esse, et consequenter pro illo priori privationem formae. Videat qui vult rem fusius explicatam apud illos. Sed contra fieri et factum esse non solum est simul tempore sed etiam simul cognitione. Ergo impossibile est ut pro illo priori pro quo concipis fieri rei concipias privationem; quia alioquin conciperes privationem et rem in facto esse. Antecedens probatur quia non potest praescindi via a termino cum totum esse viae sit ad terminum: unde dixi in sectione de unitate [?] prioritate inter actionem et terminum non intercedere nisi prioritatem originis. Confirmatur relationes mutuae sunt simul cognitione propter mutuum respectum quo se respiciunt. Ergo etiam via et terminus.

Quare DICO li in potentia prout in potentia [illegible] esse ac prout habet privationem talis formae determinatae ad quam est motus. nam potest subiectum supponi cum potentia et privatione aliarum formarum ut lignum supponitur habere privationem caloris albedinis siccitatis etc. [?] tamen inordinatio ad calorem seu prout transit ad acquirendum calorem dicitur transire prout erat in potentia id est prout habebat determinatam privationem caloris.

ubi ADVERTE. privationem formae introducendae quam dicit motus non debere esse pro ea duratione pro qua ipsa forma et eius acquisitio sed pro duratione antecedenti. Quare dicitur esse ens in potentia per ampliationem. ergo integra definitio est, motus est actus imperfectus rei existentis ita ut praecesserit privatio talis formae quae acquiritur per motum.

Ex dictis collige cum hic cum disp. de Causis [?] ente q 2 s 1. actionem passionem et motum non quid[illegible]

realiter sed tamen iuxta diversas connotationes differre for
maliter formalitate extrinseca: unde Arist. hîc c 3 ait haec enim
unum quid sunt ratio tamen non una est: nam prout entitas
illa per quam effectus accipit esse comparatur explicite ~~tanqua~~
ad agens tanquam exiens ab illo id est ab hoc prout ab hoc
dicitur actio. prout intelligitur explicite esse in eo qd subditur
agenti in productione eius id est ab hoc prout in hoc dicitur
passio. Prout vero intelligitur esse via seu transitus in subie
cto tamen et mediante qua subiectum a privatione transit
ad formam prescindendo quasi ab eo an à se vel ab alio
terminum acquirat dicitur motus et per illam formaliter et
explicite intelligitur mutatum subiectum quatenus nunc aliter
se habet quam antea. Hinc est quod actio constituat unum
praedicamentum, passio alterum; motus vero per se nullum consti
tuat sed solum reducatur ad praedicamentum sui termini
in ordine ad quem definitur cum sit via seu transitus
vide Complutenses d 17 q 1 § 3 n 7 qui rem non multo
aliter explicant. Vide etiam Suares S 2 n 14. Rubium
q 4 n 20 qui in hoc ponit discrimen quod, nimirum motus
inest subiecto ut in ulteriorem formam et actum tendenti abstra
hendo ab eo quod ab alio aut à se moveatur subiectum; passio
vero inest eidem subiecto quatenus subditur agenti in ordi
ne ad effectum. Ex quo optime refellitur modus Hurtadi
qui explicat definitionem motus, dicendo motum esse actum
per quem exercetur potentia activa et passiva in quantum
potentia est, et sic motus per illum formaliter nihil est aliud
quam exercitium illius quod est in potentia in actu primo
Hic modus inquam refellitur quia hac ratione non distin
guitur motus ab actione et passione ullo modo.

Sectio 2

Qui Motus comprehendantur sub hac definitione?

Occasionem quaesiti dat Arist. qui saepe alibi ut videbi
mus et hîc docet motum esse de genere continuorum et quid
successivum ac consequenter videtur excludere mutationes

instantaneas. Ex alia vero parte idem Aristoteles
alteras species mutationis enumerat mutationem
scilicet quae communiter est instantanea. Est autem mu-
tatio instantanea illa per quam aliquid producitur in
instanti totum simul, sive illud sit divisibile sive
(loquendo semper de instanti iuxta doctrinam tra-
in materia de Quantitate) sic illuminatio dicitur
tio instantanea quia per illa producitur lumen in
ri totum simul, non sicuti producitur calor in ligno
sive ubi una pars post alteram producitur. ita
eductio formae substantialis imperfectae, creatio, animi
natis visio, intellectio sunt mutationes instantaneae
Porro motus multiplicem potest habere continuitatem
ut videre est apud Aristotelem 3 phys. c 2 q 1. una ad
sensum intenta est quod motus praecise ratione termini
non potest simul produci. altera est continuitas
divisibilitas ipsius motus et aquisitionis quatenus per
partem motus producitur una pars formae per alteram
citur altera. Ratione prioris motus continuus seu succes-
a mutatione instantanea distinguitur quod fit toto
saltem ratione termini. Oritur autem successio in
seu aquisitione formae per partes primo ex contrarieta-
te qualitatum quia una qualitas quae resistit alte-
non potest simul expelli tota. sic calor succes-
introducitur quia frigus impedit. 2do a succes-
aplicatione agentis sic luminosum quia successi-
aplicatur aeri successive etiam producit lumen
3tio ratione termini ut dixi ut apparet in motu
cuius termini non possunt omnes simul afficere sub-
Triplex est autem contrarium motus nempe ad qualita-
tem cum ex calido fit frigidum ad Quantitatem cum
minori fit maius. Deinde ad locum in ordine ad

Aristoteles sunt etiam contrariae positiones ut sursum deorsum dextrum sinistrum etc. Quare quando Aristoteles 5 phys. t. 7 dividit motum in eum qui est inter contraria et eum qui est inter contradictoria intelligendum est motum inter contraria convenire praedictis tribus motibus; motum vero inter contradictoria convenire motui ad substantiam ut est generatio corruptio etc.

DICO sub definitione motus comprehendi tam motus instantaneos quam successivos ita Toletus hic q. 1 Rubius tract. 1 q. 2 Hurtadus citatus. Murcia d. 1. Albertinus tom. 1. principio 1 corollario dubio 1 Complutenses q. 2. § 2. Probatur Illi motus comprehenduntur sub hac definitione quibus illa convenit. Sed illa convenit etiam mutationibus instantaneis. Ergo. Probatur Nam generatio equi quae est instantanea convenit primo quod sit actus imperfectus quia non ultimo perficit subiectum, est etiam rei existentis si non complete saltem incomplete qualis est materia prima. in potentia eo quod praecessit privatio vel in potentia quatenus praecessit talis determinata privatio formae equi. Ergo illi convenit tota definitio motus. Ratio a priori conclusionis est quia Fonseca lib 5 13 q 9 § 1 Pererius lib 13 c 5 Conimbricenses citati et ideo tenent contrarium quia putant non posse aliter explicari illud ly in potentia nisi in quantum est in potentia subiectum ad ulteriorem partem motus. Sed nos iam reiecimus illum modum et ponimus alium commodiorem; proinde cessat tota adversariorum vis argumenti

Difficultas tota est de mente Aristotelis qui varie loquitur enim Metaph. t. 11 ait Omnis motus imperfectus est extenuatio disciplinatio aedificatio hi enim sunt motus; non enim simul it et ivit nec fit aut factum est etc. sed in motu instantaneo simul est fit et factum est. Ergo. Item 4 phys. t. 129 sic habet. Manifestum est quod omnis mutatio et omnis motus in tempore est. Deinde Novatum c 4 ait et voluptatem quidpiam ex his esse

quae integra et perfecta sunt; Hoc autem ex eo
videtur quod moveri nisi in tempore quidquam non
voluptate autem affici potest; quod enim in ipso nunc
totum quoddam est. His similia habet aliis in locis.
unde 2 phys t 4 mutatio inquit semper id quod
tatur aut secundum substantiam aut secundum quan
ubi Aristoteles manifeste enumerat quatuor species mo
Hec satisfaciunt qui dicit nomine motus ad substan
intelligi potius eam alterationem. Tum quia alteratio
altera species motus, tum quia hac ratione nec aug
tatio esset species motus. Cum ex eodem 8 phys t
impossibile sit augmentationem esse sine praevia al
ratione. Item hic t 7 ait Cum omnis mutatio
ex quodam in quoddam quatuor modis videtur mu
tatio posse contingere inter quos ponit unum ex
subiecto ad subiectum quod propriissime convenit
lati et generationi substantiali. Deinde t 12 po
definitionem motus allatam esse bonam hac ratione ne
enim inquit motum et mutationem in aliquo genere
ponere potest utique aliquis hoc Aristoteles sub definitione
includit etiam mutationes. Quare pro concilia
Aristotele dici potest Aristotelem saepius accipere motum stricte
sumpsisse et sic excludi generationem ceterasque mutatio
latius tamen accipiendo motum includit illas. Cur
sub motu stricte sumpto non comprehendatur generatio
ratio est quia generatio non est transitus subiecti
id est quod sit hoc aliquid seu compositum transi
a privatione alicuius formae ad formam: deinde
generationem excludi a motu stricte sumpto quia
fere loquitur de motu in ordine ad quem definit
naturalium; sed generatio ut ostendi q de natura
non est talis et sic non est mirum quod Aristoteles saepius
dat generationem instantaneam a motu.

ex 5 Phys t 8 ubi duabus rationibus negat ad substantia dari
motu. 1ma est quod motus sit a contrario in contrarium, substan
tiae autem nihil sit contrarium. 2da est quia seque retur genera
tionem esse motum ac proinde id quod generatur moveri
quod tamen fieri non potest cum quod movetur prius extitisse
debeat ut bene ostendit Murcia in praesenti d, q.

QUAERES An successio sit de essentia motus? Fonseca
Conimbricenses consequenter affirmant alij negant. Ego iuxta di
cta Disp. de Causa efficiente q. 52 Rx cum distinctione.
enim sermo sit de motu ipso prout contra distincto ab
ipso termino et prout motus est actio, et productio termi
dici potest successio esse de essentia motus; quia cum
motus ita acceptus non distinguatur à duratione ut videbis
mus, sicuti successio est de essentia durationis ita etiam
erit de essentia motus. Si vero loquamur de termino
motus qui sit ab ipso motu distinctus, negari potest successio
esse de essentia motus. nam idem terminus qui produ
citur successive potuisset in instanti produci ut idem calor
qui acquiritur per partes in hora potuisset produci totus simul.

QUAERES 2 An sub hac definitione intelligatur creatio
cum Complutensibus q 2 § 3 negative. Ratio quae me
movet est hic quia motus licet sit imperfectus est tamen
actus entis in potentia et consequenter debet illud ens si non esse
in potentia ad illum saltem esse potentia illius. Sed subiectum
non est potentia talis actus cum talis actus sit independens
ab omni subiecto Ergo.

QUAERES 3 Ad quot praedicamenta datur motus? Rx septem
Arte enumerari praedicamenta ad quae posset dari motus exclu
dendo tria scilicet actionem et passionem quae sunt ipsemet motus
relationem ad quam ait non esse motum per se quod per nos
admissimum est qui negamus relationem a fundamento et ter
mino distinctam, ad durationem etiam seu tempus non datur
motus cum haec sint motus sed neque ad situm et habitum cum
per nos non sint distincta ab ubi, ad Quantitatem Qualitatem
et locum dari patet motum ex Arte, ad substantiam etiam
ut iam dixi non quidem accipiendo ly motu stricte sed

latiori modo.

Sectio 3

De ratione generica specifica et individuali motuum

Multa ad hanc rem spectantia dixi in q 2 s 5 de Causa efficiente ubi vidimus a quonam specificetur actio, ulterius supono motus multiplicari genere et esse diversos genere iuxta diversitatem genericam terminorum ut patet ex Arte t 3) et ex eo quod quatuor genera motuum ponuntur ad quatuor diversa praedicamenta, Quo supposito

DICO 1 unitatem et distinctionem specificam motus adaequate desumi à termino ut patet ex eodem Arte ibidem post veli qua ait Omnis autem dealbatio omni dealbationi idem secundum speciem erit, quia in re conveniunt ut Soares citatus S 3 n 7. Rubius c 4 q 1 Toletus q 5 rei ratio est quia terminus comparatur ad motum quam forma, forma autem dat speciem unde etiam sumunt denominationem ubi tamen Adverte non ve quod motus adaequate specificetur à termino esto actio ut actio aliquando ad eundem terminum diversa specie propter diversum modum tendendi exigentiam subiecti vel negationem eiusdem vel principii supernaturalis aut naturalis tantum hoc tamen in motu non potest habere locum cum motus qua talis involvat passionem et consequenter subiecti exigentiam et agens naturale unde nunquam motus erit specie diversus ex sola ratione tendendi diversa sed semper reperietur in termino diversitas tribuens motui illam diversitatem, itaque considerando motum seu actionem rerum creatarum deprehendes quod motus et actio rei creatae adaequate specificetur à termino nec obstat quod actus intellectus et voluntatis ex modo tendendi ad obiecta etiam eadem specie diversificentur specifice, nam actiones vitales hoc ipso quod producant sua obiecta, obiecta ipsa potius se habent

ratio principij mediantibus speciebus impressis et ratio terminans potius quam determinans saltem ultimo quod est proprium munus illius quod se habet ut forma et dans speciem; quod si autem actiones vitales producunt aliquem terminum ut volunt multi tunc se accommodabunt suis terminis

Dices I motus sursum et deorsum, motus naturalis et violentus sunt motus specie diversi. sed hi omnes possunt esse ad eundem specie terminum. Ergo à termino non desumitur ratio specifica motus. Pro. pr. Quia isti motus sunt contrarij unde etiam Aristoteles 5 coeli c 3. circularem motum à recto specie distinguit. Pro 2da si moveretur lapis a terra ad superficiem aquae et alius lapis moveretur ad eandem superficiem ex medio spherae ignis horum motum termini essent specie idem. Ergo. R. negando maiorem hi enim non sunt differentiae specificae essentiales sed tantum accidentales nec per se pertinent ad rationem motus ut sic ideoque nec tribuunt illi veram speciem essentialem sed tantum accidentalem quo modo homo albus et niger accidentaliter specie inter se differunt. Confirmatur responsio nam motum esse naturalem aut violentum provenit solum ex subiecto quod non causat essentialem distinctionem motus sicuti enim calor in aqua et igne est idem specie ita et calefactio maxime cum calefactio eadem continua possit esse naturalis et violenta ut si manus frigefacta calefiat usque dum calor congruus manui producatur est illi motus naturalis, quod si naturalem temperiem superet erit eidem violentus. Item quoad motum sursum et deorsum etiam patet quia huiusmodi differentiae positionum sunt solum respectu dispositionis et ordinis universi ascensus enim dicitur qui est à medio universi, descensus qui ad medium, unde si nulla res esset praeter lapidem motus ille quocumque à Deo non haberet ascensum neque descensum, unde nego hos motus specie differre alias altitudinibus diversis omnino moverentur cum partes quaedam ascendant quaedam descendant quare bene Aristoteles dicit 3 coeli

t 18 Corporis simplicis motum esse eiusdem rationis

Dices 2. saltem motus successiuus et instantaneus differunt specie eo quod impossibile sit motum unum fieri alterum et tamen sunt ad terminum specie eundem ut patet in eum calor qui successiue est productus poterat in instanti produci per actionem instantaneam Soares d 49 s 4 negat motum successiuum praecise ex se et instantaneum specie differre. Conimbricenses 3 phys c 2 q 2 a 2 Fonseca 5 c 13 q 8 s 3 Rubius 5 phys c 4 q 1 n. 33 cum quis affirmat. Ego video cum Soares praecise ratione successiui et instantanei non differre essentialiter et specie hoc motus. Dixi praecise nam ratione terminorum exigentium successionem vel negationem illius potest id fieri [illegible] potest fieri ut continuentur eg producantur successiue gradus caloris in subiecto frigido postea sublato [illegible] frigore à Deo cur non potest verbum caloris in instanti introduci. Neque obstat quod dicat Fonseca motum successiuum pertinere ad praedicamentum Quantitatis nam motus successiuus accipitur reduplicatiue et improprie dicitur ad Quantitatem. Addes autem si quando [illegible] successiuum motum et instantaneum velle specie differre loquitur de his motibus prout a terminis exiguntur unde fit ut mutatio instantanea ad substantiam specie differat à mutatione successiua ad qualitatem, non [illegible] loquitur de motibus successiuis et instantaneis ad talem terminum qui indifferenter potest produci vel ab instantaneo vel à successiuo.

Pro motu vero circulari et recto de quo in obiectione

Aduerte terminum motus localis esse duplicem alterum [illegible] alterum Mathematicum et Physicum quidem respicit motum localis ratione substantiae mobilis Mathematicum ratione Quantitatis, sic si lapis descendat ad centrum terrae siue per motum rectum siue circularem semper eiusdem speciei motus specie in qua physica quam [illegible]

centro in quo tanquam in suo termino petit esse non autem erit idem motus specie mathematica quia non est supra quantitatem ejusdem figurae. Differt enim specie mathematica figura recta et circularis et quia motus localis est tendentia ad spatium specificatur ipse à termino mathematico. Unde Aristoteles 3 phys. t 33 ait motum rectum et circularem differre specie eo quod spatia differant specie, unde esse primas species motus localis. Est autem motus rectus motus per se totius mobilis. Circularis vero est motus per se partium per accidens vero totius ex 4 phys t 43. Unde etiam fit ut motus rectus requirat spatium diversum ab eo in quo erat mobile circularis non item.

Dices 3. Augmentatio et diminutio sunt motus specie diversi quia sunt contrarii et tamen sunt ad eundem terminum. augmentatio enim est ad majorem quantitatem diminutio ad minorem. R. diminutionem in quantitate prout opponitur et est contraria augmentationi non est motus positivus ac proinde non esse specie diversum. Dixi prout opponitur nam secundum quod est positivum quod terminatur vere ad quantitatem, secundum vero quod non terminatur ad tantam quantitatem ad quantam augmentatio est negativum quid.

Quaestio major est unde desumatur unitas numerica motus et quidem in loco citato de Causa efficiente dixi cum Aristotele 5 phys. t 34 ad unitatem numericam motus requiri unum et idem numero mobile, unum numero terminum. Item ex Aristotele 8 phys. t 49 unitas motoris quare ait unus autem est motus si ab uno movente idem habet t 83. Circa quod

Difficultas prima est an requiratur idem numero subjectum nam si homo v.g. ex turri decidens in medio itinere moriatur et pergat movere usque ad terram sic motus esset unus numero et tamen subjectum non esset idem, nam usque ad medium iter est homo inde usque ad terram cadaver. Ergo non requiritur unitas mobilis. R. non fore tunc unum numero motum nisi respectu materiae ratione vero formam quae vere etiam movetur

fore diversi. Similiter quando dicitur ramus arboris qui ex parte viridis partim siccus movetur uno motu et tamen ... non est unum numero eo quod pars viridis sit ... sicca non virens quae autem specie differunt non possunt ... ut patet ex Arte 8 phys t 44 Ergo non requiritur unitas mobilis. Resp probabile esse ramum ... secundum ... moveri uno motu alias ut bene Toletus c 4 ... cedere deberemus cum partes virides paulatim ... quod motus item continuentur cum motibus et sic ... continuationes et discontinuationes licet ... formam non sit unus numero motus, puto materiam continuam posse duabus formis informari iuxta diversas sui partes quod tamen negant ... et Rubius

Adverte autem pro dictis et dicendis ... tunc posse fieri continuatione unum quando termini sunt continuari et coniungi quando autem termini tales qui non possunt coniungi ut accidit in ... ubi duam formam et si non differunt alias specie. Ubi tunc temporis non potest etiam motus ad unum et motus ad aliud ubi continuari. Sed contra DICO sunt motus specie diversi continuari. Ergo etiam motus erit continuus quoad formas. Antecedens patet in lapide qui ascendit et descendit ubi ascensus et descensus sunt specie diversi et tamen continuantur. Item quod si ... in centro terrae sit perforatus et iaculetur quis sagittam vel proijciat lapidem cum impetu qui casu sine ... descenderet usque ad centrum et ascenderet ad aliam partem et tamen motus esset continuus. Resp negando ... ad primam instantiam solet dici quod motus ille in ... non sit continuus eo quod lapis ... quiescat in puncto descensus, de quo forte postea. Ad secundam DICO verum est fore motum continuum ascensum autem et descensum non esse differentiae ...

tiales sed accidentales. Difficultas altera est quid intelligatur per unitatem temporis, unitasne temporis extrinseci vel intrinseci. Hoc primum, quia tempus extrinsecum semper est unum non interruptum: non etiam secundum quia ubicumque hoc inveniretur semper etiam est unus motus ac proinde haec sola conditio sufficeisset. Per unitatem temporis hic idem esse quod non interruptionem ita ut unus motus sit ille qui non interrumpitur quiete, ac proinde intelligitur tempus intrinsecum. Explicatur tamen per tempus extrinsecum hoc modo ut inter tempus quo fit unus motus et tempus quo fit alius non intercedat aliquod tempus quo nullus in illo subiecto motus fiat

Difficultas tertia est num mutato motore (supposito quod distinguatur a mobili) mutetur et varietur motus ad quod Toletus 5 phys q 3. fundamento respondet non requiri unitatem motus unitatem motoris quod videtur verum nam ad unitatem motus de qua hic loquimur non requiritur nisi unitas per continuationem. Continuantur autem qui non differunt specie seu quorum termini continuari possunt. Quare si ex variatione motoris non variatur motus specie vel non producantur termini incontinuabiles manebit idem numero motus per continuationem. Confirmatur quia motus non est alter unus numero nisi quia in productione unius partis et alterius non intercedit quies sed totum hoc potest haberi etsi una pars producatur ab uno motore et altera ab altero. Ergo. Hoc patet quod producatur ut ab uno igne calor ut duo successive et deinde applicetur mediate alius ignis sine interruptione qui pergat intendere illum calorem usque ad quatuor nulla est ratio cur sicut continuantur calores non possint etiam continuari calefactiones. plerique tamen autori propter autoritatem Aristotelis citatam supra censent con

trarium. Ad quam Ego Aristotelis mentem esse longe aliam
quam velint autores, quod vel inde patet ubi
non loqui nisi de primo motore ita Aristoteles ubi
ubi probare primum movens esse unum perpetuum
bile, esse immobile probat ex perpetuitate motus
cum motus debeat habere causam moventem si m
est perpetuus et causa debet esse, deinde m
movens illud debere esse immobile quia nisi
bile non potest esse perpetuum, esse autem movens
unum probat t 48 non ex unitate motus sed a
nientia scilicet quod potest fieri per pauciora n
tere fieri pluribus cum ergo ad unitatem et perpe
illius motus sufficiat unum movens immobile non
opus alio movente mobile . quando t 49 d
continuus est, unus est, unus autem si est ab uno
movente: non est sensus quod ad omnem motum red
motorem sed tantum quod optima sit convenientia
ex motu uno perpetuo colligat unus motor na
plures motores et si non immobiles, potuisset unus
sine subire vices alterius et potuisset quies a
intercedere in motu cum autem nulla inquam
sent dicendum est esse unum motorem immobilem
petuo moventem

Adverte ab Aristotele contrarietatem liberius sumi
motus sursum et deorsum, ante et retro ait esse contrarios
t 59: 8 vero physicorum t 64 motum a dextris ad sinis
et contra ait esse contrarios. Motus ergo vere et proprie con
trarii sunt illi quorum termini sunt proprie contrarii
sunt qualitates, improprie vero et latiori significatione
dicentur illi motus contrarii quorum termini talem habent
repugnantiam ut non accedat mobile ad unum terminum
quin ab alio recedat. Modo vero qui se in eodem

spatiantur. Unde fit ut motus terminorum horum possint
continuari ut patet in lapide vel sagitta proiecta per cen-
trum. Alij autem motus contrarij proprie non possunt
continuari quia sicuti termini essentialiter differunt et non tan
accidentaliter ita etiā motus eorū terminorum. His positis

Dico I. Illi motus sunt contrarij qui sunt ad termi
nos contrarios ita Communiter autores. Ratio breviter, unde
designate desumitur oppositio inde desumitur species; sed spe-
cies motus desumitur designate à termino. Ergo etiam opposi-
tio ita ut si termini sunt proprie et essentialiter contrarij
etiam sunt motus: sin improprie et accidentaliter etiam
motus pariter.

Obijcies Si sit aliquis in navi, quae moveatur ver-
sus orientem et ipse intra illa moveatur versus occidentem
movebitur duobus motibus, altero ad motū navis, altero ad
intrinseco ad terminos tamen contrarios. Item si Jov
nica rotæ insidens quae movetur ad motum rotæ versus
unam partem, moveatur etiam motu proprio versus al-
teram. Ergo aut motus non erunt contrarij etiamsi ter-
mini sunt contrarij; aut certe idem movebitur motibus
contrarijs, quod fieri non potest, nam sicut non potest
unum mobile habere illa duo ubi incompossibilia simul:
neque actiones duplices ad illa duo ubi. R. in his
et similibus casibus unicū tantū fore motū versus eam
scilicet partem versus quam alterū ex ijs principijs mo-
ventibus habet maiorem virtutem et movetur celerius
autem aequaliter moveatur navis et Petrus, tunc Petru
apparenter non realiter motū iri: et cum videtur esse
in parte navis in qua antea non erat hoc factū est
motu navis non sui. Quare habet quidem novū locū
extrinsecū Petrus quem antea non habuit nempe illā
partem extremam navis; alterū sicuti non acquirit illū
nisi extrinsecū intrinsece, sed extrinsece et adventitie;
non requiritur motus intrinsecus Petri ad illū locum

Sed solum motus navis. Reprimendo itaque et attollendo pedes videtur moveri propter quod etiam saltans Ubi tamen advertite retardari semper aliquantulum navis propter motum pedum in partem oppositam. Item si prius moveatur in obliquum ad latus navis, tunc fit quidam tertius causatus a duplici principio inadaequato scilicet et pedum. Idem dic de formica in portione ex quo habes neque ad terminos contrarios eiusdem motum neque duos motus contrarios esse in eodem simul subiecto.

Dices 1 Aristoteles 2 Caeli t 60 expresse habet astra illos praeter primum mobile moveri duplici motu habent duplicem motum in actu primo eo quod fiat a duplici principio movendi et a duplici ac contrario impetu. Sed in actu secundo solum prodit unicus motus ab Oriente in Occidentem temperatus tamen a proprio impetu et ut dicit non tam perfecte circulans sicuti si moveretur a primo mobili.

Dices 2 Eadem Anima quatenus est in manu dextera movetur sursum quatenus in sinistra deorsum. Ergo movetur motibus contrariis. R. Concedendo totum dicendum quod dicta sunt procedunt solum de corpore eo quod vel duos terminos incompossibiles. At vero Anima cum sit forma indivisibilis, adaequata pluribus partibus, potest ratione diversarum partium corporis esse in duplici loco inadaequato.

Dico 2 Quies quae est terminus a quo opponitur motui privative ita Aristoteles t 53 et 54. Quia motus est recessus a quiete quae est in termino a quo et quies illa est privatio motus. Sed quid dicendum de quiete quae motum consequitur seu quae est in termino ad quem. Negat Aristoteles t 54 eam contrarium non esse acquisitionem alterius sive esset ipsius destructio. Affirmant plerique alii quia omnis quies est privatio motus. Quare dicendum

Item non voluisse aliud quam quod iuxta modum loquen
di quies in termino ad quem non debeat dici opponi motui
quia non existimatur communiter acquisitionem esse contraria
in acquisito. Alteram quaerat verum ipsam pro cul dubio opponit
aliis quies motui

Sectio 5

V. Mobile in puncto reflexionis quiescat?

Optime hac de re Conimbricenses 8 phys. c. 8 q. 2 qui doctrinam
illus de quiete in puncto reflexionis lib. 7 et 8 phys. datam
accurate examinant et varias auctorum adferunt sententias
proprias.

Nota 1°. Nomine reflexionis motus non significari aliud
nam eam quietem, qua mobile aliquod ratione differentiae
finalis in contrarium convertitur ut quando pila in altum
porrecta iterum deorsum reflectitur.

Nota 2°. Ex dicto 2 de anima t. 193 contactum duorum
solidorum corporum si fiat in instanti, ita fieri ut nunquam
talia corpora se immediate contingant; sed necessarium
est ut aliquod corpus inter illa intercipiatur ut aer
quod intelligendum est si non lateraliter et labiliter sed
tota aliqua parte simul applicentur. Cuius rei ratio est
quod partes aeris intercedentes nequeant simul in instanti
e medio spatio exire; cum enim hoc fieri deberet per motum localem
inter has sit distantia, necesse est prius percurratur spatium inter
medium quam ut attingatur extremum et ita fiet egressus in
tempore. Ideo etiam a contrario duo corpora se tangentia
secundum planum non poterunt divelli et in instanti a se invicem
avelli. Daretur enim vacuum ut liquet; quia sicuti exitus
aeris a medio fit in tempore: ita etiam introitus ex suppositione
quod duo corpora immediate se tangant. Vide Conimbricenses
4 phys. c. 9 q. 2 a. 5. Male propterea Cardanum insectatur
Scaliger exercit. 335 et explodit asserentem aerem
inter se laevis tametsi acutis non posse effugere, quia in poros
ingredi cogatur ligni ac vice cuneis pungi.

DICO 1. Corpus aliquod in pleno sursum projectum impetu contrario, neque a contrario aliquo repressum in puncto reflexionis quiescit. Ita Conimbr. 8 phys. Rubius etiam phys. tract. de motu recto et reflexo q. 1. sed hi falso in[illegible] fundamento ut pote quod motus sursum et deorsum specie essentiali differant. Probatur à Conimbricensibus. Sit corpus quod grave ut tria quod impulsu sex graduum per[illegible] in sublime, feraturque; huiusmodi ascensui resistunt tres gradus gravitatis et medium quod est Aer quod per [illegible] re quartam partem, unius gradus resistentiae. Ergo tam[illegible] dumtaxat impetus ille movebit sursum corpus grave quo[illegible] usque impetus adeo debilitetur ut sit tantummodo ut [illegible] cum quarta parte unius gradus activitatis: tunc enim inter impulsum et totam resistentiam erit proportio [illegible] litatis atque adeo cessabit actio, sed deinceps ad descensum tantummodo impellet gravitas ut tria, resistent vero [illegible] gradus impulsus cum quarta parte unius gradus [illegible] num autem ut supposuimus habet aer quartam partem gradus qua descensui obsistit sicuti antea ascensui. [illegible] cum a proportione minoris inaequalitatis non procedat actio, tamdiu grave corpus in eo loco quiescet quam[illegible] diu quartam unius gradus impulsus remittatur, [illegible] atque impulsus minor esse quam motus detrahens.

DICO 2. Si corpori in altum projecto occurrat aliud descendens mutuoque in sese impingant absque ulla [illegible] compressione, non oportet dari aliquam quietem in puncto reflexionis. Ita plerique maxime Conimbricenses [illegible] a 5 Probatur. Quia alias sequeretur quod lapis [illegible] descensu ex contactu alicuius lapilli vel grani milii [illegible] sario quiesceret a re tam exigua detentus, quod [illegible] incredibile. Et eadem est ratio de quibuscumque duobus solidis corporibus quorum unum alteri etiam fixo adhibetur: [illegible]

illud corpus resilit propter impetum a projiciente impres-
sum vel a corpore cui allidit productum. sed a quocumque
producatur impetus semper aget necessario. Ergo non quie-
scet. **Dico 3.** Si mobile aliquod in corpus fixum in-
currat ut pila in parietem cum aliqua saltem mobilis com-
pressione, non est certum quod debeat dari quies in puncto refle-
xionis. Probatur possetenim corpus huiusmodi per aeris se
rarefacientis resultantiam quam primum remitti et deinde in
decursu ab aere sese abiungere absque eo quod intervenerit
quies. Dixi non esse certum quia posset satis probabi-
liter dici quando pila impingit in parietem aerem con-
densari, interim partes primas pilae cum aere moram
facere, posterioribus adhuc magis sese colligentibus, neque per-
mittentibus ob impetum aerem statim rarefieri et remeare.

Quaeres 1. Quando utriusque corporis tam mobilis quam
fixi fiat compressio quid tunc statuendum? R. Conimbricenses
c. 3 ad 2 si quodpiam corpus non intercipientur utique quietem
tamen aliquam propter evitandum vacuum cum non posset simul
et semel subintrare aer sed successive; qua ratione necesse est
mota una parte et amissa saltem alteram quiescere usque dum re-
cens aer illam quasi liberet. Quia vero inquiunt de facto
semper aer intercipitur fieri posse ut non quiescat; etenim per
ipsius continuum rarefacientis se aeris potest statim removeri
unum corpus ab altero. Praeterea in dicto casu si corpus fixum
comprimatur vel solum vel diutius quam corpus projectum
durabitur corporis fixi compressio non necessario quiescit
corpus projectum: quippe eo tempore quo corpus fixum movetur
per compressionem localiter, illud etiam ulterius promovetur;
finita vero compressione non est opus quietem ante motum
ante cedere propter continuam aeris rejectionem

Quaeres 2. Quid de alteris mutationibus sentiendum?
Conimbricenses a. 1 respondent ut plurimum dari quietem in puncto
ubi fit reflexio; nam inter generationem et corruptionem eius
substantiae ordinarie intercedit tempus quo materia

dis ponatur ad sequentem formam. Et eadem est ratio de augmentatione et diminutione; illi enim semper adiuncta est generatio vel corruptio. De alterationibus multi etiam probant: ubi enim est propositio qualitatis inter agentia opposita quae sunt principia alterationum oppositarum, raroque accidit agens naturale ita patienti aplicari ut immediate expellat totum contrarium. Dixi ordinarie nam in iis quae ad naturam perierunt videtur non est ratio cur immediate sese non valeant saltem exigitive

Quaeres 3. Quid sit dicendum de Auctore qui docuit contrarium et probat variis argumentis. Semper dari quietam in puncto reflexionis. Aliqui apud Conimbricenses dicunt illum hallucinatum, alii illum solum velle ut plurimum, sicuti dixi in secundo quaesito, et illius rationes non esse nisi probabiles

Disputatio De Infinito

Agunt hac de re interpretes Aristotelis in 3 Phys. ut Conimbricenses, Toletus, Rubius, Murcia et Theologi item in 1ma p. ex occasione dum ibi tractant de infinitate Dei

Quaestio 1ma De Natura Infiniti et variis infinitis

A c. 24 huius libri agit Philosophus de infinito hac occasione quia est universim de infinito videndo diversitatem et naturas ac possibilitatem infinitorum

Sectio 1 Quid sit Infinitum et quae eius divisiones

Advertit bene Hieronymus Fasolus 1 p. q. 7 a. 4 dub. 1 hoc nomen infiniti in sua primaeva ac propria aplicatione

praedicamenti Quantitatis. Colliges ex Arte 3 Phys. t 51 qui
contra Melissum asserentem omnia esse unum Ens infinitum,
infert eundem fateri etiam debere omnia esse unum Ens quantum:
infinitum enim invenitur in quanto est. Quare sicuti praedicata
Quantitatis translata sunt ad res insensibiles dicendo verum
esse tantae perfectionis esse aequalem alteri etc. ita etiam no-
men infiniti translatum est. Unde Augustinus 6 de Trinita-
te c 8 in iis inquit quae non mole magna sunt hoc est ma-
ius quod est melius esse. Et S. Bonaventura in 1. d. 43 a 1
q 2 ad 3um ait sicuti nomen quantitatis extenditur ad
quantitatem virtutis similiter nomen infiniti. Porro hoc
nomen ut bene idem Phasolus advertit, licet si spectetur
prima eius notio sonet quid negativum, et finitum positi-
vum quid: unde S. Thomas infinitum inquit dicitur ex eo
quod non est finitum. Tamen si spectetur res significata
infinitum erit positivum quid, finitum vero negativum; est enim
infinitum illud ex quo semper est aliquid extra accipere;
finitum vero quod non ulterius extenditur, sive sit in per-
fectione entitativa, sive intensiva, sive numerali etc.

Omissa quadruplici divisione infiniti de qua Artes 3ae
t 37 infinitum dividitur primo in infinitum simpliciter et
in infinitum secundum quid de qua divisione nos infra. 2do
in infinitum intensivum, extensivum, multitudinis, et perfectionis
primum est secundum gradus Qualitatis qualis esset calor
infinitus. Secundum est magnitudinis ut linea infinita
tertium in numero discreto ut infiniti homines. Quartum quod
habet omnes perfectiones possibiles qualis est Deus. 3tio
dividitur in infinitum Categorematicum et Syncategorematicum

Dicendum Infinitum Categorematicum et Syncategore-
maticum non differre penes pluralitatem sed penes hoc quod prim-
um sit actu, alterum partim actu partim potentia ita Phasolus
97 a 1 dubio 2 cum pluribus. Est sententia Artis 3ae t 56
tradens prise et ex professo huiusmodi differentiam, semper ma-
nent potentia et actus nunquam vero maioris et mi-
noris. Probatur 1mo Homines antequam sint et postquam sunt

non differunt penes multitudinem sed solum penes diver-
sitatem potentialitatis et existentiae. Ergo infiniti sincategorema-
ticetes et actuales infiniti non differunt penes multitudinem
Probatur 2do Si per impossibile toti infinito sincategorematico
poneretur actu eius multitudo esset infinita: sed hoc
habet ex impossibilitate suppositionis Ergo habebat ante.
Hoc patet quia illa multitudo actualis nullum haberet
minimum ac finem in se alioqui ultra illa non potuisset
extendi in potentia et sic antea non fuisset infinitum
categorematicum. Hoc probatur quia praedicta suppositio nihil
aliud ponit repugnans sincategorematico nisi solam actua-
litatem praedicatae; actualitas vero secundum se praedicatae non mu-
tat multitudinem sed tantum modum essendi Ergo. Probatur 3o
Cogitationes Angelorum futurae per totam aeternitatem sunt
in omni sententia infinitum sincategorematicum. Sed eaedem
si essent simul essent totidem quot fuerunt antea, quia
essent eadem cum illis quae sunt futurae successive.
Ergo non differunt in numero. Confirmatur Deus videt non
posse poni omnes illas cogitationes simul; sed ad quod
potest poni nunc simul non est aliquid finitum. Ergo infi-
nitum Ergo sincategorematicum et Categorematicum infinitum
non differunt secundum multitudinem

Pro solutione obiectionum et adaequata distinctione
istorum infinitorum Adverte potentialitatem in in-
finito sincategorematico secundum duos conceptus posse con-
siderari 1mo ut potentialitas est ad essendum simpliciter
2do ut potentialitas est ad essendum simul cum aliis omni-
bus. Primam habent omnia et singula individua infiniti
sincategorematici in quantum scilicet nullum individuum est
quod non possit existere in uno aliquo tempore aut in aliquo
instanti, et in eodem instanti in quo hanc potentiam habet
individuum, in eodem eandem potentiam habeat aliud
singula et omnia simul: ita tamen ut hoc simul non
cadat supra actu essendi sed supra potentiam praedicatae

nam licet omnia non possunt existere simul, tamen omnia simul in hoc instanti habent potentiam ut possint in hoc instanti existere simpliciter. Secundam potentialitatem multitudinis infinitum illius multitudinis habet si illa est vera infinitas syncategorematica. Quare huius infiniti potentia propria est quodlibet posse esse in hoc instanti tamen non simul cum omnibus sed simul cum finitis in infinitum id est cum pluribus et pluribus semper in quocumque excessu semper tamen cum finitis simpliciter. Unde etiam tale infinitum dicitur habere actum permixtum potentiae quia scilicet quacumque parte illius actualiter producta, semper potest accipi et produci actualiter alia maior et maior: ideo etiam dicitur infinitum actuale; infinitum si accipiatur ut totum et secundum statum etiam potentialitatis; finitum vero si accipiatur tantum secundum statum actualitatis. Categorematicum autem est simpliciter infinitum quia etiam secundum statum actualitatis est infinitum. Ex quibus solvitur error cum infinitum syncategorematicum dicatur finitum et in potentia ad plura finita tamen simpliciter sit infinitum. Nam enim quia hac ratione non considerat infinitum syncategorematicum secundum omnes suas formalitates et status, sed tantum secundum statum actualitatis; consideratum vero etiam secundum statum potentialitatis habet rationem infiniti. Item habes ad rationem infiniti categorematici requiri ut totum existat actu, vel certe quod valeat dici in aliquo instanti extitit seu processit totum; quod ideo dico nam licet in communi sententia si mundus fuisset ab aeterno usque nunc fuissent infinitae horae et infinitum categorematicum quia ex potentia fuissent reductae ad actum omnes illae horae

Pro prima divisione. Adverte infinitum simpliciter accipiendo dici id quod est simpliciter et sine addito tale id est in omni genere seu habens omnem perfectionem quale infinitum est Deus. Reliqua vero omnia creata etiam infinita, dicuntur esse in hoc sensu infinita tantum secundum quid accipiendo tamen infinitum simpliciter non in tam stricta licet propria significatione, convenit omni

infinito Categorematico: et infinitum secundum quid supponit
finito syncategorematico. Unde etiam bene dicitur quod
infinitum secundum quid simpliciter finitum est; quia
finitum syncategorematicum quoad actualitatem
simpliciter est: et hac ratione hi termini conveniunt
finito in quantitate uno etiam in numero et in
Rursus infinitum in quantitate alio modo dicitur in-
simpliciter illud scilicet quod nullo modo ultimum
minimum sic est linea infinita sic infiniti palmi
vero infinitum licet non habeat ultimum seu ultimam
clauditur tamen terminus vel quasi terminus
circundum quid infinitum. Ita qui admittunt partes
infinitas in palmo dicunt illas non esse Categorem
infinitum quia vere clauduntur duobus extremis quae
sunt extra totam illam multitudinem non impedi
minus maneat infinitum et careat ultimo; im
men ne sit infinitum simpliciter quia saltem extrin
dicitur terminus. Deinde loquendo de infinito quoad per-
fectionem dicimus illud esse infinitum simpliciter quoad perfe-
ctionem quod non habet terminum perfectionis seu
bet perfectius supra se; si autem habeat perfectius
supra se dicitur infinitum secundum quid. Sic
est infinitus secundum quid, sic visio beata est in
secundum quid licet aliunde possit dici etiam infin
simpliciter tali modo loquendo, quatenus in
nere nempe cognitionis nihil habet supra se, sed
illam dantur infinitae cognitiones imperfectiores.
bus omnibus concluditur non posse dari unam
et definitionem infiniti simpliciter et infiniti sec
quid, sed iuxta diversitatem infinitorum.

Sectio 2

Quodnam ex his infinitis sit Obiectum Omnipo-
tentiae et Omniscientiae Dei?

Suppono 1mo cum Durando et aliis quos citat Brassolus, Dub., quod ex effectibus infinitis categorematice uno ex effectibus finitis in infinitum colligatur virtus producendi infinita; quia sicuti posse plura finita simul arguit virtutem maiorem finitam aliâ finitâ quae possit pauciora: ita posse producere non tot quin plura simul arguet virtutem infinitam. Neque dicas ex hac calculatione non argui perfectionem et virtutem infinitam, sed tantum finitam altioris ordinis: idem enim Angelus cum sit altioris ordinis quam substantia corporea, potest per virtutem suam spiritualem finitam movere se velocius et velocius in infinitum. Nam ratio est, hoc ipso quod isti effectus contineantur in Causa ex se determinata, iam arguunt plus quam virtutem tantum superioris ordinis: quae enim sunt ordinis superioris non continent inferiora, licet per multiplicationem inferiorum nunquam attingatur. Deinde virtus talis vere quantitas est ex se est tanta ut sufficeret producere infinitum categorematicum si illud ex se non repugnaret. Sed virtus potens producere infinitum categorematicum est simpliciter infinita et non tantum ordinis altioris. Ergo virtus talis potens tali modo producere infinitum est virtus infinita simpliciter.

Alterum quod habet idem Brasolus non iudico verum ipse posse producere unum post aliud individuum determinate in infinitum iuxta determinationem Causae primae et circumstantiarum arguere infinitam potentiam. Nam Aristoteles videtur ab Albertino dub. 6 n., ait si essent infinita combustibilia ignis infinita combureret; et si caelum fuisset ab aeterno ut voluit Aristoteles produxisset infinita individua et tamen caelum est virtutis finitae. Licet probabile mihi sit quod illa Causa sit virtutis infinitae quae ita producit successive suos effectus ut quando producit posteriores exerceat suam causalitatem etiam circa priores conservando illos: tunc vero non quaelibet virtus quae nunc est sufficiens ad producendum unum individuum sufficeret ad producendum plura in infinitum

Dico) Obiectum divinae potentiae est infinitum saltem syncategorematicum ita ut re entis non possit assignari species adeo perfecta [quin] possit producere alias semper perfectiores species, et producat tot simul quin possit plures simul producere. Communis vide Vasquez 1 p. d. 106 c 3. Suarez d. 30 s 17 n 19 contra Durandum et alios. Probatur nulla potest afferri cur Deus non possit efficere angelum meliorem vel quam sit ipse Michael. Ergo potest perfectionem [per]fectionem naturam in infinitum producere. Probatur in conceptu perfectionis Angeli nulla involvitur repugnantia quae aut destruat naturam supremi Angeli iam [pro]... nempe Michaelis; aut destruat rationem entis in superiori natura quae excogitatur super Michaelem ergo talis ratio repugnantiae ex parte eius ... potest. Confirmatur 1mo quantumvis creatura quantumvis perfecta adhuc infinite distat a perfectione Dei ... non implicat produci alia quae minus distet a ... Confirmatur 2do ex contraria sententia posset Deus non posse producere plures nec perfectiores creaturas ... de facto produxerit quod ut bene advertit Suarez ... Catholicos temerarium est dicere.

Obiectiones quas referunt Suarez et Vasquez ... nullius momenti et quae facile solvuntur ex dictis et di... potissimum vero illa quod tandem deberet dari creatura omnium perfectissima et consequenter infinitae perfectionis; negamus enim hanc sequelam; nam licet qualibet ... perfecta possit dari perfectior substantia nunquam ... dabitur perfectissima quia nunquam dabitur ultima ... imo tota collectio infiniti quae habeat limitationem in genere ut angelorum animatur, non erit simpliciter finita in perfectione; maxime cum tota illa colle...

hinc esset creatum quid. Ubi tamen Adverte
quod licet de substantijs certum sit non dari tam perfecta quin
possit dari perfectior. De accidentibus tamen probabile est
asserendo non posse dari perfectius accidens saltem in ra-
tione generica ut non posse dari perfectionem cognitione
visione beata; quare in genere cognitionum visio beata erit
ultima.

Dico 2. Obiectum omniscientiae Dei loquendo de creato
[illegible] sunt omnia futura et possibilia seu infinitum syncate-
gorematicum. Probatur. Illa omnia videt Deus per omniscien-
tiam quae potest per omnipotentiam facere; sed illa quae po-
[test] successive facere sunt infinita syncategorematice. Ergo
obiectum scientiae Dei erit infinitum syncategorematicum. Confirmatur
[ex] fide deducitur Deum cognoscere singulas cogitationes ho-
minum et angelorum futuras per totam aeternitatem ita ut nulla
[ei] lateat. Ergo videt omnes quae tamen non sunt fi-
nitae cum in illis non detur ultima. Ergo infinitae.

Ex qua conclusione habes quod licet infinitum ex
alias syncategorematicum sit quod obijcitur menti divinae,
[n]on tamen obijcitur menti divinae induit naturam cate-
gorematici infiniti. Probatur. Omnia simul terminant divinam
cognitionem quatenus in eodem instanti quo Deus cognoscit
[unum] simul cum illo cognoscit reliqua omnia. In qua
[simu]ltate non volo quod Deus cognoscat res aliter ac
[sunt]; volo enim ut in eo instanti cognoscat unum non posse
[...] et terminare suam potentiam simul cum omnibus;
proinde hoc ipsum iudicatum in eodem instanti cognos-
[cit] de singulis ac de omnibus simul; et ita omnia si-
[mu]l terminant Dei intellectum aut cognitionem [...]
[omnipo]tentiam. Quae quidem simultas esto sit tantum
[per] denominationem extrinsecam a cognitione Dei
[qu]ia tamen revera in illa non est ultimum, erit simplici-
[ter] simultas infinita seu infinitorum obiectorum. Unde
[...]vor aliquos ita reformidare ut nolint concedere

in mente divina dari infinitum categorematicum: venera multitudo cognitionum quas singulas per aeternitatem elicit et videtur a Deo tota simul [simul]tate cognitionis ut dixi non simultate objecti. Videt enim Deus simul futura infinita; non tamen videt futura simul: videt item omnes simul determinatas quoad singulas earum entitates prout futurae sunt suo tempore. Ceterum sicuti non est futura ultima illarum ita nec videt ultima.

Rndet aliqui videri singulas distributive non collective seu videri singulas per modum plurium collectionum non unius ac proinde non dari infinitum categorematicum in mente divina nec esse objectum intellectus divini nisi infinitum syncategorematicum vide Suarez tom. 7 in 3 p. d. 26 Albertinus principio 5 ex. Sed contra quia de fide est quod omnes objiciantur menti divinae in eodem instanti et omnes terminant cognitionem divinam simul. Ergo omnes objiciuntur juxta explicationem supra factam de particula simul quod particula sicuti particula actu (quando omnes cogitationes sunt actu in mente divina) potest cadere vel supra cogitationes vel supra mentem: in quo sensu non potest esse controversia ut dixi inter catholicos in quo etiam sensu ego accipio ly actu simul

Dices. Cognitio Dei non mutat naturas rerum. Ergo si cogitationes illae quoad suum esse et essentiam sunt infinitum syncategorematicum quatenus numquam possunt simul actu poni a parte rei etiam in mente divina manebunt infinitum syncategorematicum. Rn distinguendo cognitio non mutat naturas rerum quoad intrinseca praedicata concedo quoad denominationem aliquam extrinsecam nego et nego consequentiam: nam cogitationes illae quoad existentiam actualem et a parte rei numquam possunt esse simul; quoad cognitionem tamen poten[t]

esse simul; et sic idem quod intrinsece erit syncategore-
matice infinitum, extrinsece et per formam extrinsecam potest
esse infinitum Categorematicum

Ubi tamen advertite quando dicitur Deus cognoscit hanc
cogitationem insuper et hanc et hanc etc. et nulla est quam simul
cum aliis simultate cognitionis non cognoscat. Ergo cognoscit
omnes simul. Sed hae non sunt finitae. Ergo infinitae. Advertite
inquam non esse argumentum a distributivo ad collectivum
sed a disiunctivo ad copulativum sed a copulato ad copulatum
ea ratione ut in antecedente sint iidem termini sed non
explicati sicuti in consequenti. Loquendo autem de obiecto
omnipotentiae DICO quod terminus seu tale antecedens suppo-
nit confuse, ut cum dicitur Deus potest facere et hanc colle-
ctionem finitam et illam et nulla finita est quam non po-
test facere. Ergo potest facere omnes simul. Non valet
consequentia nam tunc esset argumentatio a termino supponente
confuse ad terminum supponentem copulative cum
terminus antecedentis sit Deus potest facere vel hanc vel
illam vel quamvis collectionem. Quod si dicas faciat
Deus simul omnes effectus quos potest simul, ita ut non
possit amplius plures, dicendum est, hoc esse impossibile
et suppositionem esse impossibilem quia iam vel daretur
terminus in infinito contra naturam infiniti vel daretur
infinitum actu, quod est valde controversum utrum dari
possit. Ratio est quia cum in infinito sint infinitae
collectiones maiores et maiores sine eo quod detur ultima,
quacumque producta poterit maiorem et ulteriorem collectionem
producere

Sectio 3

Regula dignoscendi quodnam et quale sit Infinitum !

Certum est 1mo definitionem infiniti ab Aristotele traditam
3 Phys t 62 et 63 infinitum nempe est cuius semper est aliquid
extra accipere, ab eodem philosopho pro solis rebus quantis, libri

ut patet ex t 63 in quo eandem repetens add
dim quantitatem. Ad hanc definitionem explicandam
Conimbricenses bene 3 phys c 8 q 7 a 7 alias particulas
sumptas ex eodem philosopho scilicet ut id quod accipitur
non sit idem cum prius accepto quod est non debere
partes communicantes: item quod sint aliae atque aliae in
et eiusdem generis: item quod sint extra id est par
tes ad recipiendum aliquod saltem infinitum sive ergo
cuius omnes partes non sunt extra. Alterum accipiendo
ra definitionis prout sonant, infinitum in quantitate
erit quod non habet terminum intrinsecum scilicet po
sito quocumque dabitur ulterior: qua ratione definitio
venit infinito in numero imo etiam in intensione,
revera in infinito intensivo sunt tot gradus ut semper
sit extra accipi et non detur ultimus qui sit quasi
se terminus reliquorum

Certum est 2do definitionem praedictam non con
ve nisi valde improprie infinito in entitate seu per
nam cum Deus sit tale infinitum, non sunt tamen tot per
fectiones in Deo ut non possint numerari et deveniri
ultimam. Quare dico infinitum in entitate seu perf
esse illud quod non habet terminum extrinsecum id est
non habet perfectius supra se, qua ratione Augustinus
definit Deum quo nihil maius aut melius excogitari potest
et hac ratione nullum ens creatum est infinitum simpliciter
in entitate et perfectione sed ad summum infinitum secun
dum quid, vel quia in aliquo certo genere non habet
et sub se continet infinitas perfectiones quibus d
ut visio beata: vel saltem aequivalet infinitis intens
gradibus qui inter illam et aliam dantur creabilem
Angelus inter quem et muscam sunt possibiles infini
alicui perfectiones et perfectiones musca. Ubi
definitionem hanc et praecedentem explicatione definitionis
habere fundamentum in ipsa nominis notione. infinit

...um est qd caret fine et termino; Quare infinitum habens
partes dicitur carere termino intrinseco et ultima parte,
infinitum vero in perfectione quia est indivisibile nec habet
partes ratione quarum dici posset carere ultima et termi-
no intrinseco dicitur carere termino extrinseco.
Certum est 2do ex dictis infinitum in ratione causae
et agentis non esse illud qd pro obiecto suae potentiae habet
infinitos effectus syncategorematice quomodo omnes ut dixi
... sed id qd vel habet pro obiecto suae potentiae infinita
categorematicum vel certe ita syncategorematicum ut possit
producere collectiones effectuum non tot quin plures et maio-
res simul vel saltem perfectiones vel perfectiones in infinitum.
Nota difficultas est de aliquibus infinitis quae nec
praedicta infinita referuntur nec possunt aptari illis
praedictas definitiones ut ubicatio indivisibilis faciens
correspondere infinito spatio: Item duratio indivisibilis
faciens correspondere aeternitati. Haec cum non habeant
partes non possunt contineri sub primi generis infinitis;
aliunde cum habeant aliquid perfectionis supra se saltem Deum
non possunt participare definitionem infiniti in perfectio-
ne multo minus definitionem infinitae potentiae. Quare
aliqui recentiores negant illa esse infinita simpliciter
sed tantum secundum quid: alii concedunt et conantur
reducere ad primi generis infinita quatenus aequivalen-
ter licet non formaliter habeant infinitas partes.
quo

Nota ut dignoscamus quanta sit moles aliqua men-
surae beneficio id habendum; Mensura autem est id unde
alicuius magnitudo nobis innotescit id est vel a quo
mensurata excedatur vel quod excedat sic ulna est
mensura longitudinis panni quia per eiusdem contactum
cum panno habetur tantus excessus eiusdem supra ulnam
unde ulterius fit quod ad rationem mensurae requiratur
ut ex ea replicata finities habeatur magnitudo finita
rei mensuratae et ex eadem replicata infinities habeatur
magnitudo infinita. Dixi ex ea replicata quia

non est necessarium ut mensura semper sit aliquid extrinsecum rei mensuratae; sed satis est esse partem determinatam eiusdem cui parti reperiuntur tot finitae vel infinitae aliae aequales in magnitudine aliqua.

Nota praeterea si in aliqua magnitudine reperiantur non tot quin plures partes aequales sibi non communicantes ita tamen ut ex replicatione partis non habeatur magnitudo rei, talem partem tamen non esse mensuram. Et hoc est quod alii communiter dicunt talem partem non habere rationem cum toto nec esse eiusdem rationis cum illo. Optimum exemplum est: sumatur angulus rectilineus determinatus, illi sunt assignabiles non tot quin plures anguli rectilinei minores et minores in infinitum quorum tamen quilibet est maior angulo contingentiae: nec propterea angulus rectilineus est infinitus, quia minimus angulus contingentiae non est mensura rectilinei.

Quod si quaeras cur et ratione cuius angulus rectilineus dicatur incommensurabilis angulo contingentiae et cur iste non sit mensura illius? Respondeo rationem quia sumuntur anguli non ut sunt spatia contenta realiter sed ut intra idem spatium accidunt diversae declinationes linearum facientes angulos diversos. Aliud exemplum est si moveatur Angelus occupans spatium palmare per horae sextam; ille iuxta multorum sententiam potest ita se movere ut quavis parte proportionali spatii acquisita det adaequate totum ubi. Quo posito, certum est quod percurrens horae sextam habuerit infinita ubi aequalia non communicantia, et tamen non dicetur fecisse motum infinitum. Ex quibus habetur quod semper oportet desumere finitatem vel infinitatem rei ex mensura eiusdem; mensura autem motus et ubicationis est in ordine ad quod est, sicuti mensura durationis est tempus: quare ex illis [illegible] colligitur finitudo vel infinitudo ubicationis et durationis.

Dicendu ista duo esse infinita simpliciter
ut recentiores aliqui. Explicatio. Haec sunt infinita non
tantum quoad entitatem neque quoad divisibilitatem et nu
partium seu multitudinem partium quam non habent; sed solu
secundum effectum formalem proprium secundum quem nunc
utraque duratio et ubicatio dicuntur tantae seu maiores
vel minores quia faciunt respondere tanto maiori vel
minori spatio seu tempori. Cum hoc solum discrimine quod
tunc cum ubicatio saltem rei materialis sit divisibilis et
habeat partes realiter et formaliter singulae partes ubi
cationis correspondent singulis partibus spatii; hinc an
non solum per aequivalentiam et virtualiter responderent
habemus ubicatio indivisibilis faceret existere in pluribus
partibus spatii quod spatium est regula et mensura ubica
tionis. Hinc probatur conclusio. Si ubicatio divisibilis
faceret me respondere omni loco vere illa esset inf
ita simpliciter. Ergo et si ubicatio indivisibilis id faciat
erit infinita mensura enim utriusque est spatium quod
est infinitum.

Contra hanc doctrinam aliqui recentiores proponunt ali
instantias. Prima est. Hac ratione visio beata Dei
esset infinita. Probatur sequela. Illud est infinitum in aliquo
genere quod continet per aequivalentiam non tot enim
es perfectiones quam certa per ordinem ad id quod
est mensura talis rei: talis est visio Dei. Ergo
Minor patet. Maior probatur. Mensura cognitionis est objectum
unde quo magis crescit objectum eo magis crescat ei
seu cognitio. Ergo si objectum crescat in infinitum
in infinitum quoque crescet visio. Et fit calculatio hac
ratione. Si objectum sit perfectum ut centum cognitio circa
illud est perfecta ut centum. Ergo si objectum sit perfectum
ut duo cognitio erit perfecta ut duo et sic ascendendo
si erit objectum infinite perfectum visio circa illud erit inf
perfecta

R. negando sequelam. Ad probationem distinguo ma[iorem]
per ordinem ad id quod est mensura adaequata talis
concedo, inadaequata et negativa; et sic nego minorem. Pro-
bationem distinguo Antecedens, obiectum est mensura cogn[itio]-
nis adaequata nego, inadaequata concedo. Habemus [in]
hac re optimum exemplum visio enim luminis causa[tur]
et mensuratur non solum a lumine sed etiam a po[ten]-
tia. unde si lumen sit vel nimis debile vel nimis [in]-
tensum visio erit debilis, quia a proportione obiecti
et potentiae provenit visio bona et ab utroque mensu-
ratur. Sic pariter dico mensuram visionis non solum
esse obiectum sed etiam potentiam et ab utroque mensu-
rari cognitionem. Ad illud quod dicebatur quanto magis
crescit obiectum eo magis crescit cognitio R. cum
cum distinctione. Crescit arithmetice nego, proportio-
naliter seu geometrice concedo id est tot quidem [gradus]
erunt inter visionem minus obiecti et visionem ma-
ius obiecti; quot sunt gradus perfectionis inter [obie]-
cta; sed non crescunt per duplum triplum quadruplum [etc.]
sicut crescunt gradus inter obiecta in ipsa obiecta [Unde]
re etiam negatur illa consequentia si obiectum crescat in-
finitum debere cognitionem crescere in infinitum cum ob-
iectum non sit mensura adaequata nec desumatur per[fectio]
cognitionis ex solo obiecto sed ex proportione obiecti
cum potentia; et quia quo obiectum est perfectius
et maius eo magis improportionatum potentiae quae
est limitata ideo ex infinitate obiecti solius non [deposcit]
sibi infinitas cognitionis. Ex quibus patet quid
dicendum ad calculationem factam in argumento
pe. concedendo Antecedens negando consequentiam; quia licet
obiectum ut unum ... deposcat sibi visionem ut ... ascendat
tamen ulterius prout crescit obiectum crescit quidem [visio]
sed semper per partes proportionales minores et minores

...s nis minus
...nte obiecto

atque ita crescendo decrescit. Et propter hanc rationem visio Dei non est infinita etiam in illo sensu in quo esset multiplicatio indivisibilis faciens respondere omni spatio. Quod autem haec sit infinita in entitate simpliciter et perfectione patet quia habet terminum extrinsecum et datur supra illam aliquid perfectius; quia tamen in genere visionum est ultima et suprema, et aliunde inter illa et visionem infimam intercedunt infinitae visiones possibiles possibilium creaturarum, erit infinita in entitate secundum quid.

Dices 3o. Id quod est maius infinitis maioribus certo est infinitum simpliciter; sed visio beata est maior infinitis visionibus possibilibus maioribus cognitione minima. Ergo est infinitum simpliciter, si non in entitate saltem in illo sensu quo multiplicatio illa indivisibilis.
Distinguendo maiorem: si procedatur per partes arithmeticè concedo; si geometricè et proportionaliter nego. Distinguo item minorem: visio beata est maior id est diversae rationis et superioris ordinis concedo. est maior maioritate habita per augmentum aequale nego. Explicatur sit v.g. magnitudo palmaris quae comparetur cum semipalmo hac ratione ut intra semipalmum sumatur digitus ut pars aliqua certa et minor supra quam fiat additio infinitarum partium proportionatium conficientium integrum semipalmum, iam fiet per augmentum et maiori posita addatur haec minor. augmentum
Quantitas palmaris est maior infinitis partibus maioribus una certa et digitali. Ergo est infinita. Distinguenda minor, est maior infinitis partibus crescentibus aequaliter et arithmeticè nego, proportionaliter et geometricè concedo. Ita in re nostra infinitae cognitiones intermediae inter cognitionem Dei et formicae non crescunt cum aequalitate ut possit dici cognitio dicti perfectionis dupla est dupla perfectior altera; quia ex dictis mensura adaequata cognitionis non sumitur ab

obiecto solum sed etiam a potentia cuius vis minuitur crescente obiecto: et sic bene quidem cognitio decem perfectionis erit perfectior sed non duplo vel triplo.

Dices 2°. Si essent infinitae cognitiones infinitorum obiectorum singulae tantae perfectionis determinatae, haberent infinitam perfectionem saltem numericam; si daretur una cognitio eorundem obiectorum repraesentans singula ea claritate qua per singulas cognitiones repraesentarentur esset infinita. R. negando consequentiam quia in casu antecedentis esset infinitas numero, in casu consequentis non esset infinitas in numero ut patet, non etiam in perfectione quia ultra daretur entitas perfectior, non in ea ratione qua ubicatio indivisibilis cuius adaequata mensura est infinita, quidquid sit an in modo tendendi et de te talis cognitio esset infinita ac per consequens exigens potentiam infinitam qua de re agitur. Ratio est quia cum adaequata mensura ubicationis sit per correspondentiam ad partes spatii, et hoc ipso quod respondeat pluribus partibus spatii dicatur esse in maiori seu esse ubicationem maiorem, optime ex infinitis partibus spatii solo numero diversis colligitur infinitas ubicationis. At vero mensura adaequata cognitionis cum non sit obiectum, non potest ex eius multiplicitate formaliter determinata perfectio cognitionis et ex infinitate infinitas. Instantia optima est in communi sententia theologorum concedentium Christum cognovisse omnia futura quae sunt infinita et tamen cognitio illius non dicitur fuisse infinita simpliciter.

Dices 3. Ergo cognitio Christi est infinite perfecta seu infinita sicuti talis ubicatio quia est repraesentativa infinitorum obiectorum. R. negando sequelam quia ut dixi obiecta non sunt mensura adaequata cognitionis.

2da instantia est quod Angelus esset infinite perfectus saltem taliter qualiter ubicatio talis. Probatur sequela similis calculatione Angelus excedit omnes species viventis infra se et supra formicam; sed hae species sunt infinitae. Ergo Angelus excedit infinitas. Ergo Angelus excedens omnes has species infinitus erit. Respondeo negando sequelam ad probationem concedo totum argumentum excepta secunda consequentia: nam licet inter angelum et formicam dari possint possibiles creaturae perfectiones et perfectiones in infinitum, quas omnes Angelus excedat; nihilominus tamen non aequivalet illis. Ergo non potest haec ratione sicuti ubicatio indivisibilis esse infinita. Antecedens patet; nam tunc Angelus aequivaleat infinitis creaturis perfectionibus et perfectionibus formica, non potest sciri nisi mensura perfectionum quae sunt in qualibet creatura; mensura autem perfectionis cuiuslibet creaturae est illius operatio. Ergo cum Angelus non habeat et non possit elicere omnes operationes creaturarum possibilium, inter omnium etiam non aequivalebit quoad perfectionem illis licet illas omnes excedat quatenus est alterius ordinis et talis ut non possit attingi ab ulla creatura quantumcumque multiplicata quae sit inferioris ordinis. At vero cum ubicatio indivisibilis idem faciat formaliter quod facerent infinitae ubicationes nempe ponere creaturam ubique seu in omni spatio quod est adaequata mensura ubicationis aequivalet hic omnibus illis et consequenter est infinita.

3tia instantia est ex Theologia. Ergo peccatum erit infinitum. Probatur quo persona offensa est maior eo maior est gravitas offensae, praesertim si persona offendens sit vilissima. Ergo cum Deus sit persona infinita, infinita quoque erit gravitas offensae. Ad hoc argumentum respondent ipse Theologi in materia de satisfactione Christi; nos breviter et quantum philosopho satis est iuxta dicta respondemus negando sequelam sicuti et probationes

Ratio est Cum enim peccatū consistat in acti-
talis cum debita advertentia ita ut advertentia et
quitio requiratur rationem formalem malitiæ
• gravitatis peccati non solū dicit persona offensa
obiectū actus voluntatis sed etiā cognitio. talis obie-
quid cognitio cū non crescat iuxta incrementū di-
vino potius decrescat non potest facere offensam
nitam. Patet hoc exemplo si quis det alapam R.
non agnoscens illū esse Regem nemo dicet talē
offensam habere gravitatem illam quam haberet si cogni-
tus esset Rex. Et puer percutiens patrem Regem
non censetur peccasse graviter in Regem quia non
scit dignitatem illius: et quia nunquā Deus cogno-
ut in se est et adæquate iuxta dignitatem suam
est qd omnis offensa habeat aliquam limitatiō[nem]
et non sit infinita.

Alia instantia est posito hoc modo explicandi
solutione secundæ instantiæ non habemus viam pro-
infinitatem Dei: nam non invenitur in eo ne-
infinitam perfectionū et operationes infinitarū
rarū. Deus enī non movetur non sentit et
sicuti Angelus non est infinitus propter hanc
etiam Deus non erit. Autores varij varias a
rationes probantes infinitatem Dei ut videre est
Suarez de Deo lib. 2 c. 1 Vasquez 1 p. q. 7. d.
Praepositus 1 p. q. 7 a. 1 dub. 12. Ego iuxta dicta
hoc ipso qd nihil melius aut maius excogitari potest
Deo, et nihil dari ultra Deū seu qd Deus non habe-
terminū extrinsecū optime colligi Deū esse infi-
in entitate et perfectione. Quod nullū confir-
suppositio illa communis Theologorū Deū esse Ens a
nec habere acceptū ab alio. Unde DICO esto eo
modo posito in obiectione non colligatur infinitas
nego tamen nullam viam relinqui demonstrandi

...nitatem Dei. Deinde etiam hac ratione argumentandi potest aliqualiter ostendi infinitas Dei; nam Deus est ta... est Ens et ita formaliter includit omnem perfectionem ...t nullam excludat nec possit excludere nisi illa quae exclu...t aliam maiorem vel quae involvat imperfectionem. Sic in...o non sunt aliquid perfectiones materiae quia involvunt ...ntialiter imperfectionem et excludunt maiorem perfectio...nem. Quare ita potest fieri calculatio: si est possibi...s tanta perfectio non involvens imperfectionem illa debetur Deo; et si est possibilis alia duplo maior ...am illi debetur. et sic in infinitum; qua ratione ali...o modo potest probari infinitas Dei

Sectio 4

De quibusdam proprietatibus et utrum infinito conveniat esse maius et minus?

Suppono 1mo convenire infinito non habere terminum ultimum secundum eam rationem secundum quam ...t infinitum ut patet ex ipsa nominis notione. 2do ...finitum non est mensurabile nec numerabile nec pertransibile. Primum patet quia mensurabile consistit in hoc ut ...abeatur quantitas determinata. Secundum etiam probatur ... S. Thoma 1 contra gentes c. 69: infinitum est ut in quo ...ptis cuius semper est aliquid extra accipere. Ergo numquam possumus ita accipere extra singula ut non remaneant accipienda et numeranda. Tertium est. Adde etiam in multis locis praesertim 3 phys t 4 et 6 phys t 9

Suppono 2do quod infinito non conveniat proprie et rigorose aequalitas et inaequalitas sed solum minus rigorose. Ratio est quia illa proprie dicuntur aequalia quorum eadem est mensura. Ergo aequalitas includit mensurabilitatem; sed infinitum non est mensurabile. Ergo infinito non convenit proprie et rigorose aequalitas. Quod

autem non repugnaret improprie et minus rigorose
infinito aequalitas patet ex symbolo Athanasii ubi dicuntur
tres personae divinae coeternae et coaequales. Item magis
et minus proprie sunt termini in prima et propria
impositione sua convenientes solum rebus finitis; similiter
etiam proprie et rigorose crescere et decrescere im-
positum est pro significando augmento rerum finitarum.
In latiori tamen acceptione bene accommodantur in-
finito sicuti et aequalitas aut inaequalitas.

Suppono 3tio Infinito convenire ut ab eo sem-
aliquid finitum detrahi possit, et tamen semper maneat
infinitum. Patet quia si Deus creasset infinitos Angelos
non appareret repugnantia cur Deus non potuisset destruere
centum et si centum cur non mille etc. Unde receptum
Axioma infiniti non absumi per ablationem cuiuscunque
finiti maioris et maioris. Quare si esset columna
quae hic Hulcij haberet initium et esset infinita versus
orientem, possent ex ea incipiendo hic Hulcij detrahi
partes semper maiores et maiores in infinitum
ut palmi ulnae etc. Orientem versus, versus quem tamen
mera columna semper remaneret infinita. Quod si illud
continuum ex omni parte esset infinitum posset adhuc ali-
quid detrahi ex illo ut sit columna infinita in orientem
et Occidentem, possum detrahere partes columnae respon-
dentes Hulcio, qua ratione fierent duae columnae termi-
natae hic Hulcij una infinita versus orientem altera ver-
sus occidentem. Si autem esset aliquod infinitum se-
cundum plures dimensiones, posset detrahi tota una infi-
nitas secundum unam dimensionem relinquendo alias. Ut
si esset magnitudo secundum longitudinem et latitudinem
infinita, posset detrahi infinita latitudo et relinqui
longitudo.

Dices si demptis quibuscunque partibus ab infinito
sive discreto sive continuo id quod remanet est adhuc

infinitum. Ergo pars est aequalis toti. Probatur Consequentia quia quod remanet est pars alterius compositi quod componebatur ex partibus ablatis et non ablatis; sed illud quod remanet est aeque infinitum ac fuit illud praecedens compositum. Ergo id quod remanet et est pars, est aequale toti praecedenti. Respondent aliqui apud Rhasolum(?) duplicem in infinito rationem esse distinguendam et rationem infinitudinis et ratione totalitatis. Prima non dependet a finito simpliciter quia quodcumque finita auferas, manebit infinitum. 2da dependet tum ab infinitudine tum à finito. Finities(?) replicato dicunt ergo partes illas ablatas quae supponuntur finitae non esse partes totius infiniti quatenus infiniti sed solum quatenus totius; et totum infinitum fuisse antea conflatum ex partibus ablatis et non ablatis, non tamen quatenus infinitum sed quatenus totum. Nunquam igitur sequi partem esse aequalem toti sed solum secundum infinitudinem quatenus infinitudinem non esse maiorem in toto alia infinitudine existente in parte. Hanc responsionem impugnat Rhasolus et aliter respondet. Sed quidquid sit Respondeo distinguendo Consequens totum est aequale parti quam includit et prout includit nego; prout illam non includit seu non intelligitur includere transeat pro nunc. Ad probationem distinguo maiorem illud quod remanet est pars alterius compositi in quantum illud compositum intelligitur tantum infinitum includens nego; in quantum intelligitur illud compositum includere finitum et infinitum concedo. Ad minorem etiam cum distinctione illud quod remanet est aeque infinitum in ratione infiniti transeat; in ratione totius includens(?) et nego; nam quod remanet nihil aliud est nec esse consideratur nisi infinitum; illud autem compositum quod fuit intelligebatur praeter infinitum includere aliquid finitum et sic nego Consequentiam

Suppono 4to. Infinitae multitudini posse addi quemlibet numerum finitum; nam plures unitas(?) haberet

columna versus orientem infinita quod perveniret [illegible]
usque quam quod perveniret tantum Constantinopolim. Item
quare creata infinita linea non posset Deus addere illi centum
palmos. Hec potest esse difficultas intelligendo quod partes
finitae additae infinito non adiungantur ex ea parte qua
infinitum extenditur; sed ex ea qua incipit extendi in-
finitum. Et hac ratione potest concedi infinitum per additionem
finiti plurificari et maius fieri concipiendo ut dixi
fieri versus initium versus quod multitudo et magni-
tudo finitur; non vero versus alteram partem versus quam n[on]
est capax additionis. Vide his de rebus Plasdum citatum
a 4 dub 3 et 4 ubi etiam n 9 addit infinitae multi-
tudini posse addi aliam infinitam n 9 posito quod Deus
produxerit infinitos angelos, adhuc posset Deus aliam
infinitatem producere, quod maxime verum est in ma-
gnitudine infinita, finita ex una parte ut columna
in orientem infinita, potest adiungi alia in occiden-
tem infinita. Imo addit quod si daretur corpus in-
finitum undequaque, non implicare, eidem in medio vel
in qualibet parte signabili addi aliud corpus quod
idem non plus extendat prius corpus sed cum illo co-
rebet.

Suppono 5to Cum eodem Plasdo dub. 6 infinitum ta-
men continuo proprie carere dimidio ut patet in linea in-
finita versus orientem et finita versus nos; in his enim
constat nullum dimidium assignari posse nisi finitum
et consequenter aliud etiam dimidium augeretur finitum
ex duobus autem finitis non fit infinitum. Unde Plus
6 Topic loco 78 linea infinita neque medium neque fi-
incipit habet. Quae doctrina etiam vera est de linea
quaque infinita, et ideo recte negatur productam lineam
sectam in duas partes posse superponi et ita unam par-
tem coaequari alteri. Cuius rei causa est quia non est ma-
ior ratio cur ad inaequalitatem secaretur in uno aliquo determi-
nato puncto quam in alio; nam linea infinita versus

rientem potest in quamq parte Occidentem, versus scindi sine ullo detrimento suae infinitatis. De infinito in numero (non loquendo in quantum occupat spatium) non videtur esse difficultas quia revera infinitis hominibus positis erunt infiniti oculi dextri medietas oculorum infinitorum: quod etiam in alijs verum est nisi alia peculiaris repugnantia intercedat. Unde quando dicitur Deus creet infinitos lapides et deinde corrumpat alternos, tunc habebitur medium; dicendum est hoc implicare non ex eo quod detur dimidium infiniti, sed ex eo quod videatur dari ultimus lapis, vel certe quod collectio relicta lapidum esset terminata, eo quod possit dari ultra illam aliquis lapis; ille nempe qui est corruptus quando omnes alterni incipiendo à secundo fuerunt corrupti. Item quando dicitur creet Deus lapides infinitos primum album secundum nigrum et consequenter usque in infinitum; dicendum hoc implicare non ex eo quod forent duae medietates sed quia viderentur habere terminum et finem eo quod post album unum non daretur albus aliquis ultra sed tantum niger et similiter post nigrum nullus albus cum tamen hoc sit proprium infinito non habere ultimum nec a Deo videri ultimum.

Suppono 6to in una infinita multitudine inesse necessario infinitos numeros binarios ternarios millenarios &. Ratio demonstrativa est nam in infinita unitatum multitudine vel sunt infiniti millenarij vel finiti: non finiti quia pars finities multiplicata non facit infinitum. Ergo infiniti: Sicuti nec potest absumi infinitum per ablationem cuiuslibet finiti. Unde si infiniti homines habeant singuli anulum et deinde detrahantur, et dentur deni anuli singulis hominibus novem partes infinitatis hominum carebunt anulis et decima quae superest habens anulos adhuc erit infinita.

Difficultas est an infinito possit addi aliud

infinitum itor ut fiat maius sive in magnitud
sive in multitudine. Uno verbo an possit dari infi-
nitum maius altero, supposito quod daretur infinit
Adverte autem qstionem exagitari propter alios
qui negant infinitum hoc solo nomine qd repugnet
terminis unum infinitum dari maius alio, quod tamen
veniet ex positione infiniti: posita enim infinita-
tudine hominum quis non videt futuram duplo maiorem
infinitatem oculorum et multo maiorem infinita-
tem capillorum. Vide Soares d 40 s 5 n 49. Etiam quis
videat lineam in Orientem solum infinitam esse brevio-
rem linea in Orientem et Occidentem infinita. Quod
autem hoc sit absurdum inde patere videtur quia
infinitum minus esset finitum; illud enim est finitum
quod habet terminum, illud autem habet terminum
exceditur ab alio ut fuse ostendit Rasolus dub. 5
de primo ad ultimum infinitum minus quod tamen est
infinitum esset infinitum et non esset. Alij contra
admittunt unum infinitum dari maius alio.

Rasolus citatus mediam quandam et ingenio-
sam viam negat cum primis unum infinitum esse
altero; quia licet infinitum ex ea parte qua finitum
possit plurificari augeri et fieri maius per additionem
vel etiam infiniti; ex parte tamen altera seu qua in-
est dicat non posse crescere. Et cum secundis affir-
multo plures fore capillos quam homines si crearentur
infiniti homines. Ut vero satisfaciat argumento quod
tum esset finitum si daretur illo aliud maius, ita
probatur. In infinito dari unum infinitum quo non possit
aliud minus, et hanc infinitatem vocat unitatum; quia
si sint infiniti homines aut eorum non faciunt multi-
tudinem maiorem, sed duas infinitates; eo qd in numero
titudine rerum minima summa sit multitudo consta-
ex unitatibus simplicibus. Unde non crescit infinitum

quod fit maius per additionem aut multiplicitatem
sed per replicationem infinitatum ut dixi de oculis et idem
dicendum de capillis, qui si in quolibet homine sunt mille
in infinitate hominum erunt mille infinitates capillorum. Sic
in infinitis diebus qui constant 24 horis erunt 24 infinitates
horarum. Imo addit posse dari infinitum infinities infini-
tum ut patet in continuo aliquo in cuius qualibet parte
(quae sunt infinitae) dantur infinitae aliae vel etiam infinita
infinita. Quod si quaeras ab ipso an in infinitate ho-
minum quae est infinitas minima unitatum sint etiam infini-
ti binarii hominum? Respondet affirmative ita tamen ut illa
non sit infinitas nova sed prior alio modo accepta: sicuti
si sunt centum homines quinquaginta binarii non faciunt
multitudinem diversam a multitudine centenarii, sed eandem
diverso modo acceptam. Idea enim habet n 8 in illa in-
finita multitudine non aliter esse infinitos binarios
quam ut inclusos et contentos in unitatibus semel in-
finitis, quae sunt huius naturae ut in se fundamentaliter
non includant finities aliquem numerum finitum quantumvis
magnum, sed necessario infinities. Quare in eo sunt infi-
niti binarii, ternarii, millenarii non bis aut ter aut mil-
lies infiniti sed semel tantum. Binarii igitur essentialiter
inclusi in illa infinita multitudine dicuntur non
infiniti per se id est per infinitatem binariorum propriam
quae est quidem infinitas duplicata continens in se bis
infinitas unitates; sed infiniti per accidens id est per in-
finitatem alterius, nempe unitatum; quae infinitas cum
infinita est una sola, nec continetur in binariis sed potius
binarios et alios quoscumque numeros finitos maiores et
maiores continet absque ullo fine. Unde fit ut bina-
rii per accidens infiniti non possint adaequari unitatibus
infinitis; ut singuli binarii hominum non possint respondere
singulis unitatibus animarum ut per se patet.

Verum licet multa ingeniosa dicat hic autor [illegible] tamen doctrinam ipsius usquequaque mihi [illegible]. Nam licet infinitum possit habere maximum in hoc sensu quod sit [illegible] omnium infinitatum possibilium, non tamen potest dari con[trario?] de minima infinitate unitatum: in infinitate [illegible] hominum per autorem istum sunt etiam infinita binaria hominum licet improportionata inadequata et contenta in infinitate unitatum: absolute tamen negare non po[test] talem multitudinem binariorum esse infinitam. Quo [posi]to creet Deus tot numero Angelos quot sunt binaria hominum in illa multitudine. Inquiro erunt ne infi[niti] vel finiti Angeli? non finiti quia binaria homi[num] quibus infinitas unitatum Angelorum est aequalis, sunt infinita. Ergo ipsa quoque collectio Angelorum erit infinita et aliunde supponitur infinitas unitatum. Ergo hic erit infinita. Rursus infinitas binariorum hominum est minor infinitate unitatum hominum cum in ea includatur [illegible] infinitas unitatum Angelorum erit minor infinitate unitatum hominum. Ergo falsum est quod assignata una infinitate unitatum non possit dari alia minor. Ergo potest dari unum infinitum maius alio. imo quolibet dato infinito potest semper dari aliud minus et minus in infinitum: nam si aestimamus illam infinitatem Angelorum quae ex calculationibus inventa est duplo minor infinitate hominum in ea [illegible] nisi possunt infinita binaria Angelorum; quae sane [illegible] contineantur in infinitate unitatum eandem, constituent infinitatem minorem; creet autem Deus tot formicas quot sunt binaria Angelorum; infinitas unitatum formicarum erit aequalis infinitati binariorum Angelorum: et hic sit minor infinitate unitatum eorundem Angelorum, constituet infinitatem unitatum formicarum minorem infinitate Angelorum et sic in infinitum

Dicendum si daretur infinitum vel possibile sit infinitum posse unum infinitum esse maius alio. Ita Joannes [illegible] § 5 n 49 et alii maxime recentiores aliqui. Probatur [illegible]

entes ex dictis. Confirmatur nulla esset in hoc contradictio Ergo Intentum patet ex solutione argumentorum.

Argumentum contra hanc sententiam in principio insinuatum ita proponitur in forma. Ex hac sententia sequitur quod minus infinitum esset infinitum et non esset: esset quia ita supponitur: non esset quia id quod in aliquo genere habet terminum, non est infinitum in eo genere; sed minus infinitum habet terminum ergo minus infinitum non esset infinitum. Probatur minor quod in aliquo genere habet aliquid ultra quod ipsum non progreditur et aliud ipso progreditur, habet terminum; sed quod in eo genere est minus alio habet aliquid ultra quod non progreditur ipsum, et ultra quod aliud progreditur quod est maius Ergo habet terminum. Explicatur non est concipibile ut aiunt Philosophi dari multitudinem vere infinitam et nihilominus dari aliam maiorem cum infinitas videatur consistere in indivisibili. Respondeo negando sequelam et dico fore tantum infinitum, ad probationem nego minorem ad probationem minoris Respondeo transeat maior si accipitur de proprio excessu et progressu ulteriori. Sed nego minorem: et dico licet unum infinitum sit maius alio non propterea minus habere terminum et maius ultra illud procedere proprie, quia maioritas in infinito non est maioritas excessus proprie, sed continentiae id est quod unum infinitum minus contineatur in maiori: Quare negandum est infinitum maius proprie excedere minus sed continere minus: nam continentia non sonat ultimum uti sonat excessus proprius. Respondeo 2do instando ex doctrina S. Thomae qui docet 3 p. q. 10 a 3 infinita cognosci ab Anima Christi, adhuc tamen plura cognosci à Deo. Insto rursus quod habet esse maius et minus ut patet, quia pauciores sunt cogitationes Angelorum per aeternitatem quam Angelorum et hominum. Ergo maius et minus plus et minus non repugnat infinito.

Aliter brevius proponitur idem argumentum Omne quod exceditur habet finem sed infinitum minus exceditur

a maiori. Ergo habet finem R distinguendo maior qd exceditur proprie concedo, improprie nego: excessus enim proprius supponit ultimum alterius qd exceditur. Infinito quo etiam minorem exceditur proprie nego improprie concedo: improprius vero excessus dicit infinitum esse maius ita ut maioritas non sit supra terminum alterius sed supra totum ipsum, quod ut non includit omnem infinitatem habet aliquam terminationem in se quod non est contra rationem infiniti eo quod cum hoc bene stet non habere ultimum qd est de essentia infiniti. Haec sufficiant pro dicendis dicta de infinito in multitudine

Dices hadem est difficultas nam si infiniti homines essent primo deinde crearentur tot denuo homines quot sunt in secunda. multitudo hominum erit duplo maior prima ... Si ergo inciperent singuli homines primae multitudinis ... deve singulis secundae inveniretur unus in prima multitudine ultra quem protenderetur multitudo secunda, ... iam prima multitudo esset terminata et finita. Praeterea videtur inintelligibile quod una multitudo ... esse maior altera cum multitudo infinita absolute omnem numerum possibilem R supponendo omnia infinita ... aequalia in hoc quod est non habere ultimum, ... Si inciperent singuli homines primae multitudinis respondere singulis secundae multitudinis, non inveniretur homo determinate in prima ultra quem protenderetur multitudo secunda quia protendi ultra taliter dicit terminum ultra quem protenderetur: licet in aliquo sensu posset concedi alterum infinitum esse supra totum alterum seu excedere ... id est praecedens infinitum non includere omnem infinitatem et per consequens negari maiorem. Ad aliud ... multitudinem quamlibet infinitam continere omnem numerum possibilem R cum Albertino tom. 2 de ... Quantitate q. 1 dub. 17 quodlibet infinitum continere quemlibet numerum quoad speciem id est binarios ternarios ... non quoad individua quia in linea palmari infinita sunt puncta et binaria ac ternaria infinita, ...

tamen ibi illa infinita puncta quae sunt in alio palmo et continuo palmari.

Sectio 5

An et quod infinitum sit possibile de potentia absoluta?

Non est quaestio de Infinito quoad perfectionem nam ut dixi D. O. M. de facto tale infinitum est; creatura autem nulla potest eo pertingere hoc ipso quod creatura sit et dependens ab alio ac per consequens limitata ut ostendit Suarez d 30 s 17 n 18. Neque etiam controvertitur dari infinitum syncategorematicum; imo et categorematicum in mente divina dari infinitum ostendimus. Tota ergo difficultas est in eo utrum possit dari infinitum actu in magnitudine ut infinita linea: in multitudine ut infiniti homines: in intensione ut infinitus calor

Partem affirmativam tenere videtur Vasquez 1 p. d 26 c 2. Hurtadus d 13 physicae Pasolus q 7 a 4 et alii recentiores qui citant plures: quorum rationes infra adducam; principalis vero est quod non implicat contradictionem

Negativam tenent multi Rubius hic c 8 tract 2 q 3. Suarez d. 30 s 17 et 3 p. tom 1 d. 22 Fonseca lib 5 c 7 q 7 s 3 et alii multi ut dixi qui plurimas afferunt contradictiones quarum aliquas refert et conatur solvere Pasolus ex quibus nullo dubio multae sunt valde tenues ut sunt illud secundum Aristotelis quod non posset numerando absolvi; quod tale corpus non posset moveri. Tertia paulo efficacior est scilicet quod omne corpus clauditur superficie ergo

Dico 1 probabilius infinitum in magnitudine repugnare; quod omissis aliorum rationibus sic probo. Supposita infinitis hominibus seu fiat linea habens tot palmos quot sunt homines in illo casu vel saltem quot sunt homines possibiles; fiat item alia habens tot palmos quot sunt digiti in hominibus. Hoc posito prima linea erit infinita et non erit. Ergo implicat infinitum in magnitudine. Probatur nunc quoad secundam partem

Infinitum in magnitudine est quod occupat omne spatium proportionatum magnitudini, hoc est si magnitudo sit infinita in longum occupabit omne spatium in longum; sed talis linea non occuparet omne spatium in longum. Ergo non erit infinita. Hoc constat et patebit melius. Sic enim est conceptus infiniti longitudinis nempe in longum occupare omne spatium seu non esse spatium in longum quod non occupet: sicuti fingitur esse immensus et immensitas illius infinita quia omne spatium possibile occupat. Atqui nostra argumenta linea non occupat spatium secundum lineam intra duos natum ex terminis. Ergo non omne spatium occupat. Confirmatur ex Arriaga Dub. 5 qui cum aliis admittat infinitum negat tamen illud in magnitudine in ordine ad spatium. Si in magnitudine daretur linea infinita, est dabilis alia excedens illam ut patet; linea A exceditur à linea B. Ergo linea B occupat aliquod spatium quod non occupat linea A. Ergo in eo spatio potest Deus creare hominem. Ergo ille homo est terminus ad quem usque versus orientem quo protenditur infinita linea A. Ergo A est linea terminata et finita. Praeterea ille excessus potest tolli saltem per divinam potentiam à linea B; si enim eo excessu careat linea A, cur non posset illo carere linea B? Sed tunc linea B maneret terminata ex parte orientis. Ergo tunc linea B non esset infinita. Confirmatur 2do. Si linea A non occupat omne spatium versus orientem versus quem intelligitur infinita. Ergo potest moveri ad illud spatium. Quo posito multa sequuntur nempe quod infinitum augeretur manifeste terminabile etc. Ex quibus concluditur sicuti non possunt concipere duo tempora aeterna à parte ante ut sit prius alio, ita nec duas lineas versus orientem infinitas quarum utraque non occupet omne spatium.

Dices. Hic bene procedere ex suppositione

[...]od unu infinitu sit maius alio. Alteru si quis
[...]g et unu infinitu esse maius alio rationes nullam ha-
[...]nt vim. R.o Ex hoc ipso argueré me infinitu in vol
[...]e contradictionem; scilicet quod ex una parte non pos
[...]t ostendi contradictio cur facta linea habente tot
palmos quot sunt infiniti homines non possit fieri alia
[...]t palmorum quot sunt digiti illoru hominum: aliunde
[...]endi hoc ipso quod prima linea non occupet omne spa
[...]um possibile non habere infinitam. Et sic nego me pro
[...]are ex prima suppositione quod una linea esset maior
[...]ltera; sed illo probato seu ostenso, et posito uno alio
[...]incipio noto et probato deduco contradictionem. De
[...]de esto videar probare ex hoc implicare infinitu
[...]od dari unu maius alio; hoc tamen nihil est con
[...]a me qui admisi ex suppositione si daretur infinitu
[...] multitudine posse dari unu maius alio

Dico 2o probabile est etiam implicare inf[...]
[...]itu in multitudine. Ita communiter autores citati sed
[...]ijs nixi principijs. Pb. Si Deus creet infinitos ho
[...]ines; deinde vrursus tot quot sunt digiti hominu infini
[...]ri procederentur. Multitudo prima infinita vel occupat
[...]mne spatiu possibile vel non: non primum quia est in-
[...]ceptibile quod secunda multitudo infinita non occu
[...]t maius spatiu, vel certe aliquid spatij qd non occupa
[...]t prima. 2dum etiam dici non potest quia alias
[...]finitum est in loco terminato et determinato eo quod
[...]aretur aliquod spatiu, in quo cu non esset, daude retur
[...] illo. Subsumo. sed de ratione multitudinis est occupa
[...] spatiu. Ergo implicat dari infinitam multitudinem
[...]onfirmaz. Non minus multitudo dicit ordinem ad locum
[...]uam magnitudo. Ergo si implicat propter illu ordinem
[...]finitu in magnitudine etiam propter eandem rationem
[...]plicabit infinitum in multitudine

Rdent aliqui apud Arriaga dub 12 n 44 possibilem

tantum esse infinitatem rerum spiritualium ut Angelorum animarum
in se; non autem rerum materialium ut corporum, oculorum quae
occupant locum et quibus debetur extensio in se. Sed corpus
ut bene Phasolus vel [illegible] vel atque respiciunt animae
corpus quam corpora spatium. Ergo si implicant infinita cor-
pora implicant infinitum animae. Consequentia patet quia
animae saltem mediate exigunt spatium. Similiter
sicuti homo ex natura sua est occupativus spatii, ita
etiam Angelus. Ergo si ex eo repugnant infiniti homi-
etiam repugnabunt infiniti Angeli.

Ridet ipse Phasolus propter hoc argumentum non posse
fieri columnam aliquam continuam infinitam; bene
tamen posse fieri infinitos homines: neque hinc sequi
dum posuimus; quia vel possent corpora infinita
mundi in subtilitate, in loco; vel quod ipse existimat pos-
sibilius possent poni penetrative cum aliis ita ut
omnia occupent spatium finitum. Ita Libro 12
Sed contra implicat fieri aliquid quod non posset
esse in loco iuxta suam exigentiam; sed si fieret quod
libet infinitum in multitudine, non posset esse
iuxta exigentiam. Ergo implicat. Prob. [illegible]
fieri aliquid sine sua essentia; sed exigentia quam
habet aliquid est essentia. Ergo implicat esse sine
exigentia. Sed id quod nunquam potest habere id quod
exigit, non haberet exigentiam illius ut patet. Ergo nec
tiam. Prob. 2 nam res corporeae exigunt connaturaliter ut
una sit extra aliam; sed posito quod sit infinitum in mul-
titudine vg infiniti palmi discreti, non possent omnes
esse extra seipsos quia sequeretur idem absurdum quod
de infinito in magnitudine continua

Dices 1. Satis esse si singuli distributive
sint esse extra locum alterius; nec petunt nisi distributive
ne esse non extra locum alterius. Sed contra
est in infinito corporeo saltem, quod non petat

locum alterius. Ergo etiam collective multitudo in-
finita petit istam extraneitatem. Patet Antecedens sit v.g. quan-
titas bipalmaris, in qua non solum unus palmus exigit
(es)se extra locum alterius sed tota quantitas collective ac-
(cep)ta exigit esse extra locum alterius ita ut omnes et
singulae partes sint extra se in ordine ad spatium. Ergo colle(ctive)
tota infinitorum palmorum ita debet se habere ut sin(guli)
sint extra omnes alios qui non sunt ipsi.

Dices 2o. Saltem hoc non valet dici de Angelis
(qui) possunt esse penetrative simul, nec unus exigit esse
extra alium. R. licet Angeli non exigant esse in loco cum
(im)penetrabilitate alterius in eodem loco, habent tamen
(exig)entiam ad essendum extra locum alterius adaequate.
(Er)go si Angeli sint infiniti vel non poterunt exercere tale(m)
(exig)entiam, vel si habent exercebunt sequentur praedicta
(ab)surda.

Dices 3. ———————— Transeat quod
(o)mnes partes infinitae multitudinis essent in statu vio(len)-
to et contra naturam suam penetratae, quid inde? Num
(pro)pterea Deus non potest facere aliquid quod sit in statu
(vio)lento? quae enim contradictio est in hoc? R. me non
(neg)are posse esse aliquid in statu violento, sed nego posse
(ali)quid habere essentialem exigentiam alicuius quod sit
(im)possibile in quibuscumque circumstantiis; talia essent illa
(...)ia sive materialia sive spiritualia, quae cum exigant
(po)sse poni in loco unum extra aliud, numquam tamen pos-
(sun)t id esse quod exigunt.

Dico 3. Probabile est etiam repugnare in(fin)-
itum in intensione. De hoc licet difficile sit assigna(re)
repugnantiam, conabor tamen aliquam assignare.
(Si) daretur tale infinitum constaret ex partibus infinitis
(æq)ualibus cum certis in intensione. Dividantur a Deo
singulae partes singulis subiectis, apponantur v.g. singulae
(par)tes aequales singulis angelis. Rursus producatur alia
(in)tensio infinita maior; haec exiget posse poni in infinitis

etiam subiectis et pluribus quam sunt priora. His pro[…]
vadeunt argumenta supra facta de una collectione in[…]
nita quod sit maior quam altera. Confirmatur 1mo
Infinitum nulli rei potest esse usui. Ergo esset crea[…]
aliter frustra quod vero tale est implicat. Confirmatur
2do si daretur qualitas infinite intensa, ut calor […]
Accidens et non esset: esset quia ita supponitur: non
esset quia cuilibet accidenti debet respondere suum pro-
portionatum subiectum. At illi accidenti infinito non posset […]
dere subiectum. Ergo pbtz nov Quaevis substantia cr[…]
est finita secundum capacitatem in recipiendo et […]
Cuiusque non potest respondere per modum subiecti acci-
denti infinito, alioquin haberet infinitam actu capaci-
tatem. Confirmatur 3tio principaliter Hic et reliqui con-
clusiones quia in theologia multa sunt difficilia si dat[…]
infinitum

Obiicies 1

Si daretur ignis infinitus posset
producere calorem infinitum; sed Deus est infinitus […]
potens quam ignis ille. Ergo potest producere infinitum ca-
lorem. R. distinguendo maiorem posset producere
calorem infinitum nego; posset et non posset concedo […]
suppositione enim quod res creata infinita iam […]
dicta nempe ignis, arguitur posse existere calorem
infinitum; aliunde hoc ipso quod infinitum implicat non
potest. Deinde concedo minorem quoad primum […]
quoad secundum dico Deum non esse tam potentem quam
illum ignem; quia hoc esset dicere Deum non habere po-
tentiam quemadmodum nec ille ignis haberet eo quod
ad dynamicam non detur potentia

Obiicies 2.

Si Deus esset agens necessarium
faceret infinitum; sed non habet minorem potentiam
Deus agens liberum quam si esset agens necessarium. Ergo
potest facere infinitum. Rdent Combric. negando […]
quia si Deus esset agens necessarium esset agens […]
et sic non haberet potentiam infinitam, et consequenter […]

facere infinitum. Respondeo iterum negando maiorem et dico Deum etiamsi esset agens necessarium non facturum infinitum eo quod infinitum sit impossibile; requiret autem Deus etiamsi esset agens necessarium producere dynamica, imo nihil posset producere in illo casu: non infinitum ut ostendi, non finitum quia posito quocumque finito dabitur maius: quod si hunc Deus non produxisset argueretur in Deo vel libertas vel impotentia illud maius finitum producendi.

Obijcies 3. Creet Deus omnes homines quos potest. illi non essent finiti quia posito quocumque finito potest amplius. Ergo infiniti. Iam respondi superius §2 fine et respondeo iterum cum distinctione, illi non essent finiti determinate et finitudine aliqua determinata concedo: non essent finiti indeterminate nego. Et hoc nihil aliud est dicere, quam quod posito et creato quocumque finito posset maius et maius finitum tamen creari.

Obijcies 4. In quolibet instanti huius horae potest Deus creare unum Angelum; sed in illa hora ex communi sententia sunt actu infinita instantia. Ergo in fine horae erunt infiniti Angeli. Respondeo potest imprimis negando instantia. Sed quidquid sit pro nunc distinguo maiorem In quolibet instanti divisive accepto potest Deus creare Angelum concedo; collective accepto et nego: unde fit ut quo in aliquo assignato instanti Deus creat Angelum et postea in alio instanti alium, necesse sit infinita intercurrisse instantia in quibus Deus nihil produxit. Et sic potest dicere Nullum esse instans assignabile in quo Deus non possit producere Angelum; non tamen potest in omnibus aut infinitis cum non possint infinita assignari. Si autem velis Deum per partes proportionales producere Angelos, dico Deum sicuti numquam numerando partes proportionales in hora perveniret ad ultimam: ita etiam creando Angelos in infinitum numquam deveniet ad ultimum et numquam dabitur actu infinita multitudo

Obijcies 5 Deus habet infinitam potentiam ergo potest producere infinitum. Quia infinitae potentiae debet infinitus effectus. Respondet S. Thomas 1 p. q. 25 non oportere infinitae potentiae respondere infinitum effectum quia causa aequivoca cuiusmodi est divina potentia comparata ad creaturas non adaequate in effectum suum deducitur: sufficit autem ad ostendendam infinitatem potentiae et ad adaequationem nobilis divinae posse producere eius perfectiones et perfectiones in infinitum. Vide dix. § 2 et 3.

Dices An est voluntas Dei imperfectior quam intellectus. Ergo si potest attingere intellectus infinitum, eius etiam potest voluntas illud velle. Resp. negando nam infinitum obiectivum et prout attingitur ab intellectu non involvit implicantiam; prout vero esset voluntatis obiectum id est quoad existentiam a parte rei implicantiam: propterea quod non desinit voluntas esse perfecta. Cum perfectio voluntatis sicuti et potentiae in hoc sita sit velle et posse quod non implicat contradictionem; intellectus vero perfectio est in cognoscere omne cognoscibile possibile vel impossibile.

Quaeres. Quid dicendum de infinitis quoad durationem formalem implicantne vel non?

De duratione tali indivisibili faciente durare nunc respondebo infra in q. de duratione. De ubi etiam suo loco.

Quaeres 2. An implicet infinitum successivum. Resp. de infinito successivo à parte post nulla est difficultas quia de facto Angeli et animae rationales in aeternum [illegible]. Quod infinitum etiam videtur potius habere rationem successivi categorematici. De infinito successivo à parte ante quod ratione habet infiniti categorematici, eo quod debet dicere determinate quod illius infinitas partes positas à parte rei et cuspitur extra potentiam maior difficultas de qua nos in libris de caelo

[ex]agemus de Aeternitate mundi. Quaeres 3° an detur vel dabilis potentia infinita creata? Resp. probabilius esse quod non, omnis enim potentia est debita alicui, sed nulla est assignabilis cui possit esse debita. Ergo non potest quia substantia creata infinita est sic non exi[git] nisi potentiam finitam.

Disputatio De Loco

Quaestio 1

De Loco Extrinseco

Duplicem locum ordinarie mobile per motum acquirit, nempe intrinsecum et extrinsecum. De extrinseco hac quaestione agemus, sequenti de intrinseco seu de ubi.

Sectio 1

Quid sit Locus Extrinsecus?

Variae antiquorum fuere opiniones de loco ut videre est apud Aristotelem. Illa cum primis erat celebris quae volebat locum non esse nisi spatium imaginarium illud quod corpora possident, quam etiam postea aliqui recentiores secuti sunt ut videre est apud Suarez S. Conimbr. q. 1 a. 2 qui asserunt fortasse a nullo hactenus firmis rationibus illam sententiam esse profligatam.

Communis tamen sententia Aristotelis supra qui hic t. 39 41 definit locum scilicet locus est terminus primus immobilis corporis continentis, seu superficies prima corporis continentis immobilis. Dicitur terminus seu superficies quia quod continetur tanquam locatum non excedit ultra illam et habet pro termino locum. Dicitur primus per quod distinguitur locus particularis et proprius a loco communi qui non est superficies prima

hoc est immediata ipsi locato. quomodo locus immediatus alicuius dicitur domus aut urbs aut provincia. Et corporis quia scilicet non datur superficies quin sit sed omnis superficies est alicuius corporis. Dicitur conti-nentis nam locus debet continere locatum. Ita ut superficies contineat ut quo corpus vero contineat locatum ut quod. Unde in rigore superficies (si datur distincta) continet locatum quia est omnino illi adaequata et sed corpus cuius est superficies dicitur continere locatum. Dicitur immobilis per quod distinguunt Auctores locum a vase sic enim ait t. 41 ut autem vas locus est qui transferri potest; sic locus est vas immobile. Dicitur ergo locus immobilis quia scilicet non est aptus transferre locatum sicuti vas: et hinc est quod quando quaeritur de aliquo ubi sit non recte respondetur nisi per aliquid immobile ut est domi est in schola, non autem est in pellibus etc. Abstrahendo tamen ab Auctoris mente in qua significatione controvertitur inter auctores an et qualiter sit immobilis?

Dicendum locum debere esse immobilem. Ferrarius lib 11 c 1 Complutenses q 2 §2 in praesenti. Probatur si locus non esset immobilis daretur processus in infinitum; si enim moveretur locus debet moveri ad aliquem locum; et si ille locus alius est mobilis debet et ipse habere locum ad quem moveatur et sic in infinitum. Confirmatur si locus non esset immobilis frustra natura dedisset elementis qualitates motivas determinantes ad locum ut ignem ad concavum lunae.

Difficultas prima est in explicando quomodo locus sit immobilis. Quare Scotus in 2do dist 2 q 6 et alii locum volunt esse immobilem secundum aequivalentiam; quia et si locus mutetur et superficies recedat ut fit in ... quae propter vim venti continuo perdit ambientem succedit tamen illi alia aequivalens. Sed contra quia hac ratione posset dici res et locatum semper immobile etiamsi moveretur; quippe retinet aliquem locum in ...

per aequivalentia. Alij vero immobilitatem loci exponunt in ordine ad certam distantiam a punctis fixis mundi. ita D. Thomas quem sequitur Vasquez 1 p. d. 88 n 33 Toletus q 5. Sed contra posset Deus stante homine immobiliter reprimere vel elevare polos; quo casu non diceretur homo habere alium locum etiamsi esset alia distantia a fixis punctis Mundi. Item si totum Universum moveretur simul in rectum, haberet eadem puncta fixa, et tamen mutaret locum. Alij volunt locum dici immobilem in quantum connotat certum ubi, quo variato censetur variari locus, etiamsi forte per accidens superficies ambiens non mutetur, ut cum navis movetur manente circa illam eadem aqua. Sed contra ut bene Complutenses locus de quo in praesenti est id in quo aliquid est: at res non est in ubicatione, sed ubicatio potius in re ubicata cum sit accidens illius. 2do locus non est aliquid locati quia est omnino extra illud: at vero ubicatio non est omnino extra locatum: ac propterea nos hic loquimur de loco extrinseco et non intrinseco. Alij denique explicant immobilitatem loci per ordinem ad spatium imaginarium, ita ut illud censeatur esse in eodem loco quod licet mutet superficiem realem corporis ambientis, semper tamen manet in eadem superficie imaginaria illius spatij, et quod variat superficiem illam imaginariam, sive servet eandem superficiem realem sive non, censeatur non esse in eodem loco. Ita Fonseca 5 Metaph. c 13 q 9 s 4 et c 15 q 7 s 5 Suarez s 2 n 6 Coning 3 p. q [illegible] a 4 dub 7 Combr. c 5 q 1 a 2 Murcia d 7 q 2 Hurtadus d 14 §12 et alij. Ratio est quia sic optime explicatur immobilitas loci ut patet ex impugnatione aliarum sententiarum. Ex qua etiam optime salvatur quomodo turris quam continuo novus ambit aer non mutet locum. Item quod navis defluens per fluvium cum concomitantem aquam non pendens mutet tamen locum et his similia

Dices 1 Hoc modo nullum caelum poterit dici moveri aut perdere locum; quia nunquam mutat superficiem imaginariam cum solum moveatur in gyrum servando eandem distantiam ad superficiem imaginariam. Rz Caelum non mutare istam superficiem secundum se totum quoddam est et sic accipitur; at vero secundum partes et ratione partium spectatum mutat: quaelibet enim pars illius respondet semper alijs et alijs partibus superficiei imaginariae.

Dices 2. Sequitur ex dictis locum esse de genere successivorum. Probatur: Non minus hic superficies quae modo ambit turrim constituit turrim in loco hoc, quam superficies ventura et sic locus extrinsecus videtur esse continuum successivum. Rz negando sequelam. ratio est quia ex superficie praesente et ventura non conflatur unus locus sed quaelibet superficies est et habet rationem adaequatam loci propter eandem distantiam ad superficiem imaginariam.

2da Difficultas est contra definitionem quod nimirum sit terminus corporis continentis etc. Si locus est superficies corporis continentis sequitur supremum caelum non esse in loco cum extra illud nullum sit aliud corpus a quo contineatur; imo hoc modo neque Deus neque Angeli erunt in loco quod est absurdum. Probatur quia omnibus his attribuuntur adverbia loci. dicitur enim Deus esse hic Angelus esse in caelo etc. Rz loquendo de loco Aristotelico in propria significatione concedo caelum illud non esse in loco neque Angelos neque Deum. Abstrahendo tamen a significatione rigorosa loci potest concedi caelum et Angelos esse in loco ratione spatij imaginarij in quo circumscriptive est caelum et angelus definitive. dicitur autem illud esse circumscriptive in loco quod commensuratur loco, ita ut totum in toto loco, et pars in parte sit: definitive autem

ta ut sit totū in toto et totū in qualibet parte
xi. Deus tamen non est in loco hac ratione, nam esto
ccupet omne spatiū imaginabile ut docet Suarez d 30
7 n 30. Fonseca 5 metaph c 15 q 9 s 4 Conimbricen
phys c 10 q 2 Hurtadus s 3 et alij communiter contra
asques et Sotum lib 2 tract 9 c 15: tamen non continetur
ut circumscriptive vel definitive, sed in illo est et
bique per suā immensitatem

Sectio 2

An Mobile in motu sit in spatio seu loco extrinseco maiori se?

Dixi S. praecedenti locū esse aequalem locato, qd verū est
cipiendo de locato quādo est in quiete ut inter alteros
tendit Suarez d 9 q 3. Dubiū est de locato an in motu
habeat locum seu spatiū aequale sibi vel non? ratio pro
parte affirmativa est 1mo mobile seu locatum sive in motu
sive in quiete nunquam est seipso maius. Ergo nunquam
potest esse in spatio maiori se. 2do quantū spatij
quirit mobile ex una parte, tantū deperdit ex altera
go nunquam est in spatio maiori se. Confirmatur si sit
bjectū aliquod capax qualitatis ut octo summus qualitatis
radus sunt caloris et quatuor frigoris, dum aquirit
n gradū caloris denuo deperdit alterū frigoris. Ergo
mobile palmare movetur per spatium decem pal
orum nunquam occupabit nisi unum palmum; nam si
cuparet plus vel replicaretur vel rarefieret quod
t contra experientiam. Pro parte negativa
t communis sensus et autoritas Aristotelis dicentis mobile
motu habere maius spatium se. Ubi Adverte
d sicut motus constat partibus prioribus et posterioribus
ta mobile in motu debet esse in duobus locis successive

Dicendum mobile in motu esse in spatio
maiori se. Probatur 1mo mobile in motu non comparatur

ad unum sed ad plura loca; sed plura loca sunt
quid maius quam ipsum mobile. Ergo mobile in
occupat spatium maius se. Probatur minor de ratione
quia successivus est, est habere plures partes. Ergo
eiusdem ratione est ut faciat mobile correspondere
pluribus partibus loci. Hinc probatur mobile in motu
horae occupat milliare, neque in quiete vero si
bile palmare occupat solum spatium palmare.
Probatur 2do explicatione. Nemo est qui neget me in
hora dum moveor posse esse in spatio successivo
tegeri milliaris, eo quod correspondeam illi spatio succ
secundum diversas partes motus et temporis: atque
hic nisi interim in palmo est unus. Ergo per horam
motum non maiorem me facientem me respondere
spatio maiori quam ego sum.

Rationes dubitandi pro parte opposita non
Ad 1mam nam concedendo antecedens nego consequentiam
2dam distinguo consequens numquam est in spatio maiori
permanenter concedo successive nego. Ad instantiam
retorquendo illas sicuti enim in hora habet
plures quam octo gradus; ita etiam mobile maius
tium se sine eo quod replicetur aut rarefiat.

Quaestio 2

De Loco intrinseco seu de Ubi

Quoniam motus localis est vera actio, videndum quid
sit terminus illius actionis et an detur ubi quod iam com
vocatur locus intrinsecus. Est autem ubi ratio formalis
in loco. quare hac quaestione prius de ubi et subiecto
natura eiusdem disputabimus.

Sectio 1

An detur Ubi?

Apud Soarez d. 51 s. 1 sunt aliquot modi explicandi

praesentiam localem seu locum intrinsecum. Imo dicunt alii praesentiam localem esse denominationem extrinsecam desumptam ab extrinseca entitate et superficie loci localis. Ita videtur loqui S. Thom. 1a p. q. 110 subdit quod secundum locum non est in potentia ad aliquid intrinsecum sed ad aliquid extrinsecum. Ita etiam Fonseca 5 Metaph. c. 13 q. 9 s. 4. Conimb. 3 p. q. 15 a. 4.

Sed contra. Variato quovis ente extrinseco non variato Petro, Petrus semper erit hic. Ergo hoc quod est Petrum esse hic non est denominatio extrinseca. Confirmatur: si esset aliquid extrinsecum dans istam denominationem maxime esset corpus circumdans; sed hoc non est. Ergo. Hoc patet: licet varietur corpus circumdans, subiectum manet ibi ubi antea erat; et viceversa potest manere corpus circumdans et tamen subiectum non manere ibi ubi antea erat, ut apparet in illo qui navi de vehitur.

Tertio alii volunt rem esse hic per relationem praedicamentalem praesentiae, quae habet pro fundamento motum praeteritum; vel si res mota non sit, habeat saltem actionem illam per quam res est producta. Sed contra: relatio praedicamentalis est ad terminum actu existentem; sed si esset solus Angelus in rerum natura adhuc esset hic, et ad productionem alterius corporis alibi esset distans ab illo; ergo hoc quod est esse hic formaliter non est relatio praedicamentalis. Confirmatur: sicuti relatio identitatis seu aequalitatis supponit entitatem et quantitatem in utroque habente relationem, ita relatio distantiae vel propinquitatis supponit in utrisque distantibus vel propinquis quod sunt hic seu in suo loco. Contra 2do: si ego sum hic per relationem ad aliud formaliter; ergo eo moto non essem amplius hic, quia esset ablata ratio formalis per quam eram hic, et consequenter ego essem motus, quod est ridiculum.

Quarto. Aliqui apud Hurtadum d. q. 1 admittunt praesentiam esse aliquid reale non tamen diversum ab extensione quam habet quantitas in ordine ad locum

ata ut extensio Quantitatis in ordine ad locum ipsa praesentia. Fundamentum est quia extensio ordine ad locum essentialissime dicit praesentiam in[...] Ergo talis praesentia nihil est nisi extensio Quantitatis in ordine ad locum. Sed contra extensio Quantitatis in ordine ad locum non variatur per motum; praesentia localis variatur per motum; ergo praesentia non est extensio. Hoc patet nam lapis quamvis m[...] localiter semper habet partes eodem modo in[...] distantes. Deinde saltem non valet argumentum praesentia eorum quae non habent extensionem.

DICO 1. Datur ubi intrinsecum reale quod rea[...] liter tantum distinguitur a suo modificato. Ita[...] catalus. Vasquez 1 p. d. 188 c. 7 Hurtado d. 14 [...] s. 2. Murcia hic d. 1 Rubius hic q. 5 et plu[...] alii. Prob. 1mo esse petrum hic non est quid fictum neque negativum. Ergo ratio constituens eum esse hic forma realis, quam autem vocamus ubi. Antecedens prob. primam partem. Ante omnem fictionem petrus est hic. Ergo non est quid fictum. Quoad secundam [...] patet. Omnis enim negatio est per ablationem alicuius entis; petrus autem est hic absque eo quod ab illo auferatur. Ergo esse hic non est quid negativum. Prob. 2do Quotiescunque est nova denominatio intrinseca realis, debet esse nova forma intrinseca realis. talis [...] denominatio essendi hic. Ergo debet habere novam formam superadditam. Totum argumentum patet. Confirmatur hic non habetur a solis entitatibus petri et loci [...] sed vel temporis vel cuiuscunque circumstantiae; iisdem existentibus in rerum natura petrus potest non hic. Prob. 3tio a priori Id quod in aliquo genere est indifferens ad plura debet determinari per aliquid quod sit in illo genere de se et ex natura sua determinatum sed quodlibet locatum de se et ex natura sua est indifferens ut sit hic vel ibi. Ergo debet determinari; ad [...]

quam ubi per aliquid quod ex se et ex natura sua sit determinatum ad esse hic vel ibi. Sed hoc ubi intrinsecum. Ergo datur tale ubi. Quod a nobis nunc est supposita et probata. Hoc etiam patet quia petrus modo est hic modo ibi. Subsumptum etiam patet quia non est aliud assignabile cui talis determinatio conveniat ex se nisi ubi. Ergo

DICO 2. Probabilius est ubi permanens fieri per actionem distinctam et non esse ipsum motum praecedentem. Conclusio est propter aliquos maxime recentiores citantes Scotum cum suis quodlib. 11 qui volunt rationem formalem constitutivam hic esse vel ipsam primam rei productionem vel certe motum localem ipsum qui motus localis est necesse ut habeat novum terminum productum sed ubi acquisitum eo quod ex natura sua sit institutus praecise ad hoc ut mobile deferat ad aliquem locum extrinsecum distantem. Hoc esse verum quod motus non habeat terminum productum nam etiam actiones vitales non habent terminum.

Hunc probatur Conclusio Actio productiva Petri ex natura sua non est determinata ad essendum hic. Ergo per illam formaliter Petrus non est hic. Consequentia patet. Probatur antecedens posset Deus per eandem actionem producere alibi Petrum nec fundamentum ullum fingendi talem determinationem in actione. Ergo. Confirmatur hoc antecedens Actio qua res primo producitur non distinguitur a conservatione si maneant eadem principia influentia. Ergo quotiescumque res conservata mutat ubi semper mutatur eius conservatio, quod est multiplicare entia sine necessitate. Pluribus hanc rem probabo infra in de duratione.

Probatur 2do Conclusio quotiescumque aliquid est indifferens terminare diversas actiones et pendere a diversis principiis, arguitur id fieri per actionem distinctam: sed ubi per quod sum hic est tale. Ergo. Hoc si quis me ponat hic ipse erit a quo dependet hoc pereunte illo adhuc ego possum esse hic. Ergo iam hoc non dependebit ab illo. Ergo erit indifferens ut dependeat

vel non dependeat ab illo. Video posse dici non remanere
idem ubi. Sed nulla videtur necessitas ut gratis pla-
fingitur me immobiliter perseverante ex eo praecise
quod ille pereat qui me movit debere me perdere
ubi. Ratio est quia non debemus ullum effectum alli-
re causae essentialiter nisi habeamus in ipsis effecti-
bus aliquod iudicatum ratione cuius id asseramus
ut videbimus in libris de Anima de actibus vita-
Confirmatur conclusio pereunte motu ego sum hic
ergo non potest motus esse ratio formalis constituen-
me hic formaliter, sed ad summum causaliter. Ergo
aliquid aliud contradistinctum a motu constituit
formaliter hic.

De ubi successivo est maior difficultas an fiat
actionem distinctam: cur enim non posset dici ipsum
motum formaliter esse ubi successivum et produ-
re ubi permanens tamquam suum terminum. Nihi-
lominus probabilius iudico etiam ubi successivum
fieri per actionem distinctam, quia hoc quod est
ctum ab uno agente potuisset etiam fieri ab a-
vel adaequate distincto, vel simul cum illo: idem
enim ubi per quod ego successive occuparem totam
plateam potuisset esse productum ab alio qui per ean-
dem plateam me traheret. Confirmatur ubi ex se
est indifferens ut sit successivum vel permanens: quia
ut si dicat negationem ulterioris et subsequentis ubi
sit permanens, sin minus, successivum saltem in
nostra sententia. Sed ubi permanens fit per actio-
distinctam. Ergo etiam successivum.

Adverte autem primo in communi sente-
motui quamdiu durat respondere unum ubi fluens d-
bile ad divisibilitatem spatii; cessante autem mo-
non producitur aliud ubi sed illud quod fuit produ-
ante negationem motus posita negatione motus d-
manens, haec [illegible] est sententia multorum et

et ex doctrina de Quantitate in qua videbimus an
ubi mutatum esse vel non, et quomodo.

Aduerte 2. Hanc Conclusionem quoad secundam par[tem] non multum referre, sive enim ubi producatur per modum distinctum successiuum sive per modum qui identificet terminum semper tamen manet hoc quod ubi tam hic per modum superadditum vel per aliquid superadditum ipsi rei et loco extrinseco

Dico 3. Ubi non est neque dicit relationem transcendentalem ad spatium reale. Prob. etiamsi implicaret nunc aliud ens reale, adhuc Petrus per ubi esset hic ergo ubi non dicit relationem transcendentalem ad aliud reale. Et vice versa adveniente quocumque ente ego perseverem esse hic. Ergo meum ubi non dicit ordinem ad aliud reale hoc. Confirmatur alias superficies convexa primi coeli non haberet ubi, et consequenter non esset alicubi vel saltem Angelus extra coelum creatus non posset habere ubi etc.

Ubi itaque in suo conceptu est essentia absoluta non relativa et ideo dicitur constituere rem hic vel in hoc spatio hic in spatio sumendum est intransitive ut notavimus d. 5. s. 3. n. 24 et non significat esse in alio sed ubi ubi secluso corpore nos concipimus spatium vacuum quare iste modus absolutus afficit rem per modum formae absolutae et effectus formalis illius est rem hic absolute constituere et hoc sine ullo ordine. Unumquodque autem ubi ex sua ratione individuali habet hoc ut sit constitutivum rei in hoc determinato spatio; ita ut nec per divinam potentiam possit aliter constituere rem, quia aliqui non esset ultimo determinatum ad hic constituendum sed indifferens et consequenter requireret aliud ultimo determinativum. Sicuti species visibiles albi huius in nostra sententia habent ex sua individuatione repraesentare hoc album et non aliud. Verum quidem est quod semper concipiamus ubi cum tali ordine; quod oritur ex imbecillitate nostri intellectus qui res non concipimus ut sunt in se sed per ordinem ad alia et similia

tudinem ad ea quae assueti sumus concipere
et quia videmus res esse in loco positivo et extenso concipimus illud ubi per ordinem ad talem locum. Unde etiam fit ut immensitatem Dei qua ipse est ubique concipiamus per ordinem ad spatium, et tamen certum est illam non dicere ordinem ad spatium. Quare si quando nisi sumus concedere talem ordinem in ubi ad spatium, non est intelligendum aliter quam ex modo nostro concipiendi et explicandi. Item semper manet hoc quod ubi talis rei sit forma faciens rem esse hic. quod si quaeris quid est esse hic? fateor me non posse ulterius procedere nisi per comparationem et ordinem ad alias ubicationes possibiles vel ad alias praesentes. sed de re melius s. sequenti

Objicies 1 Arist. 8 phys. t. 59 distinguit motum localem a caeteris per hoc quod reliqui motus superaddunt aliquid mobili vel tollunt; motus vero localis minime discedat ab esse id est minime tollat et consequenter nec addat. Ergo per motum localem non acquiritur ubi intrinsecum. Variè varie. Placet res ponere Suarez s. 1 n. 23 Rubius 3 phys. tract. 1 q. 5 n. 34 qui volunt solum velle assignare discrimen inter motum localem et alios; quod per alios ut est generatio, alteratio et similes acquiritur aliqua realitas id est aliquid realiter distinctum a subiecto ut forma substantialis, qualitas etc. per motum vero localem non produci aliquam realitatem sed ad summum modum aliquem qualis est ubi qui supponit rem perfectam. Sic expresse docet 8 phys. t. motum localem esse rerum perfectarum; Item ipse admittit ubi ut colligitur ex 2 metaph. t. 12 ubi contendit in omni mutatione fieri aliquid compositum de novo, et probat inductione quantitatis qualitatis et ubi.

Objicies 2 Esse hic est esse in loco; sed esse in loco est per aliquid extrinsecum Ergo et esse hic. R. distinguendo maiorem Si per esse in loco intelligatur

esse in loco materiali sensibili et Aristotelico nego: si autem intelligatur formaliter quatenus res per tale ubi habet fundamentum relationis distantiae vel propinquitatis ad aliud concedo.

Obiicies 3. Saepe non potest assignari causa efficiens talis ubi. Ergo non datur tale ubi. Probatur antecedens dum homo propellitur seu movetur ab equo, ubi receptum in anima est spirituale, equus qui communiter dicitur esse causa talis ubi est materiale quid. Ergo non potest equus illud producere. Respondeo negando antecedens ad probationem dico non repugnare causam materialem per modum concausae et inadaequate producere aliquid spirituale in alio principio spirituali. Sic dicunt multi phantasmata simul cum intellectu concurrere ad productionem speciei impressae spiritualis: et ita equus simul cum anima producit tale ubi. Respondeo 2do posse dici animam determinatam motu sui corporis producere in se suum ubi spirituale.

Quaeres an ubi rei corporeae percipiatur sensibus externis? Affirmativam partem excitant recentiores quam secuti sunt postmodum aliqui Romae. Et probari potest. Sint tria corpora ita disposita ut primum A secundum C tertium B; deinde aliter disponantur et sit primum A secundum B tertium C; tunc sic argumentor facta secunda dispositione videtur de novo A esse proximum B, cui prius non videbatur esse proximum; sed videre A de novo proximum B, non est videre tantum illa duo corpora, quia etiam in prima dispositione videbantur illa corpora eadem, et non proxima. Neque est videre novam quantitatem aut novam qualitatem in illis corporibus, quia suppono haec manere eadem quae erant in prima dispositione. Neque est videre de novo motum, tum quia transacto motu videtur A proximum B, tum quia potest videri de novo proximum, licet non fuerit visum moveri. Neque est videre ullum aliud accidens praeter ubi. Ergo videtur ubi.

Rdent aliqui videri de novo locum extrinsecum. Sed Contra potest videri locus extrinsecus et videri Corpus A et tamen non videri Corpus B esse in loco et proximum corpori A

Rdent 2do alij dum videntur illa corpora proxima videri negationem Quantitatis interceptae saltem visibilis: sicuti dicuntur videri tenebrae quatenus non videtur lux, quae si esset, videretur. Ita cum videmus illa duo corpora esse proxima, non videmus Quantitatem interceptam, quae si esset videretur. Sed Contra quia ex hoc sequitur quantitatem interceptam esse visibilem quaero ergo dum videtur Quantitas intercepta inter illa duo corpora, vel videtur sola Quantitas et illa duo corpora; vel aliquid aliud: non primum quia potest videri Quantitas cum illis corporibus et tamen non videri intercepta inter illa. Si secundum illud non potest esse nisi ubi intrinsecum quantitatis interceptae

Rdent alij 3tio Corpus A in secunda dispositione videri proximum corpori B non quia sit positum aliquid diversum in illis Corporibus, quod percipiatur visu; Sed quia species sensibiles diverso modo applicant illa obiecta potentiae visivae. Sed Contra est quia si illa obiecta essent omnino eadem quae erant in prima dispositione producerent Species eiusdem rationis quia idem in quantum idem semper facit idem Ergo debent videri eodem modo atque in prima dispositione in qua non erant proxima. Motus autem nihil facit ad rem, quia nos videmus post transitum motum A proximum B cum antea id non videremus

Rdent alij 4to percipi distantiam a punctis fixis id est quae vel sunt vel supponuntur fixa. Sed Contra etiamsi nullum esset sensibile in rerum natura

praeter illa bina Corpora, adhuc videret A proximum B et tamen non videret ullam distantiam. Ergo illud quod videt praeter A et B non est distantia a punctis fixis.

Idem argumentum quod propositum est in sensu visus proponi etiam potest in aliis sensibus: nam auditus ut percipit sonum vel musicam esse proximam vel remotam esse ad dextram vel sinistram; hoc autem non est aliquid extrinsecum solum nec ipse sonus praecise; nam idem sonus solo sibi excepto poterat esse et tamen non audiri proximus vel a dextris.

Sectio 2

Quid et an sint spatia imaginaria et utrum Deus sit in illis?

Apud Suares s. 1 n 10 antiqui philosophi aliqui dixerunt spatium esse corpus quoddam indivisibile et increatum atque immobile. Sed haec sententia omnino absurda est. 1mo quia in illo corpore essent tres dimensiones longitudo latitudo et profunditas. Ergo esset quantitas vel certe divisibile. Deinde nihil reale praeter Deum est ab aeterno actu et tamen illud spatium esset ab aeterno. Alii apud eundem n 11 dixerunt hoc spatium esse solam quantitatem habentem suas dimensiones undique diffusas. Sed contra hoc est secundum argumentum propositum et multa alia.

Conimbricenses 8 phys c 10 q 2 a 4 et Fonseca 5 metaph c 13 q 7 s 3 et c 15 q 7 s 5 ad 6 dicunt spatium hoc non esse ens aliquod reale non tamen esse aliquid fictitium et a sola intellectus operatione dependens sed verum quid aeternum et immutabile in quo intelligitur capacitas et aptitudo ad recipienda corpora et illorum dimensiones. Suares s. 1 n 24 reijcit hanc sententiam et inquit difficile est explicare cur verum et ens connectantur. Cur appellabo hoc spatium verum potius quam reale quid. Item si hoc reale non est

quale ens potest esse nisi rationis? Cum inter
non sit medium. Itaque quatenus hoc spatium apprehen-
ditur per modum entis positivi distincti a corpo-
ribus, mihi videtur esse ens rationis, non tamen produ-
ctum opera intellectus, sicuti entia impossibilia; sed
fundamento ex parte corporum quatenus sua extensione
apta sunt constituere spatia realia, non solum quae
sunt sed etiam in infinitum extra caelum. Idem
habet hoc spatium revera est nihil, et licet intelligatur per
modum capacitatis, non tamen esse capacitatem realem
et passivam; sed ex parte eius esse solam non repugnan-
tiam, et potius ex parte corporum intelligi aptitudinem
quandam ad occupandum spatium. Et per hanc im-
pugnantiam ad recipienda corpora communiter ex-
cant etiam alii autores spatium imaginarium et
Fonseca c. 13 et 15 citatus. His positis

Dico 1. Spatium imaginarium posse dici aliquo
modo verum et reale non tamen proprie ens. Est
et conclusio communis. Probatur et explicatur; id quod est in poten-
tia obiectiva dicimus esse non ens, et tamen dicimus
reale quid et non rationis; cuius locutionis sensus est
id quod est in potentia obiectiva non habere adhuc exis-
tentiam actualem realem, ac proinde non posse dici pro-
prie ens; quia hoc ens solet significare ens actu
absolute prolatum: nihilominus tamen non esse ad-
conceptum sed esse aliquid reale in potentia, et quod
realiter reduci in actum et existere: per quod distin-
guitur ab ente rationis. Sic dicimus substantiam
bilem et possibilem non esse proprie ens scilicet actu-
nec tamen fictum quid sed reale in potentia, et
dicimus illam possibilitatem esse infinitam secundum
dictionem, quatenus nulla unquam potest fieri substantia
actu tam perfecta quin ex illa possibilitate pro-

trahi alia et alia perfectior usque in infinitum. Ad
m nostram cum spatium imaginarium nihil sit aliud
nam possibilitas diversarum ubicationum quas Deus po
st producere perfectiores et perfectiores in infinitum
d est quod maiorem et maiorem locum occupent vel quod
magis minusve distent inter se, quod idem est quod
per suas entitates absolutas fundant relationes distantiae
et indistantiae maiores et minores, eo quod Deus possit
producere infinitas eiusmodi ubicationes inter se diver
sas quarum una petat non esse cum alia sed separata
ab illa et extra illam; ideo hoc spatium dicitur infinitum
non diatur ens quia non est actu; non tamen est
fictitium quod aut ens rationis sed aliquid reale
in potentia; et secundum illam possibilitatem ut dixi est in
finitum in extensione quia nulla potest fieri ubicatio
tam extensa quin ex illa complexione ubicationum
possibilium alia et alia perfectior vel est magis extensa
in infinitum possit extrahi.
Ex quibus habetur hoc ubi Angeli esse tale ut per
suam entitatem fundet relationem distantiae maioris
ab ubi B quam ab aliis viginti ubicationibus itaque quando
dicimus hoc ubi respicere tale spatium nolumus significare
ordinem quem tale ubi dicat ad spatium; sed tale ubi
fundare talem ordinem distantiae ab alio tali ubi.
Item quando dicimus hoc ubi dare esse Petro hic per
hic volumus significare aliquod spatium cui praesens
sit Petrus per tale ubi; sed solum Petrum habere tale ubi
relationem per quam tantum distat ab aliis ubi. Ac denique
quando dicimus duos Angelos esse simul non significamus
aliquod spatium commune quod capit utrumque; sed solum
utrumque ubi fundare similes relationes distantiae vel
propinquitatis cum aliis ubicationibus et fundare relationem
indistantiae inter se. Quia tamen assueta est mens nostra
concipere spatium reale ut dixi S. praecedenti inde est quod

solemus explicare nostros conceptus per ordinem ad illud spatium ac si esset vacuitas quaedam magna quae repletur rebus locatis per diversas ubicationes. Et hac vacuitate consideramus longitudinem latitudinem et etiam puncta imaginaria fixa quod appellamus centrum imaginarium in ordine ad quod metimur distantias

DICO 2. Deum esse in spatiis imaginariis ita Suares d 30 s 7 n 30 Conimbricenses citati d 14 phys s 3 Contra Vasques 1 p. d 29. probatur Suares ex Scriptura et patribus maxime ex S. Augustino qui dicit sicut Deus per suam aeternitatem respondet omni tempori possibili, ita per suam immensitatem respondet omni loco possibili: et communi sensu Ecclesiae enim Deus quem totus non claudit orbis. Ergo occupat quod aliud spatium quam huius orbis. 2do alias quia sequeretur Deum acquirere de novo praesentias locales quando producit aliquid de novo et sic mutaretur. Confirmatur si Deus crearet alium mundum distantem ab hoc mundo milliari; vel Deus esset praesens illi milliari intermedio, vel non; si primum esset in spatio imaginario quod volumus: si secundum Deus esset in duobus locis et non in medio et consequenter haberet praesentiam interruptam, quod est contra perfectionem ipsius. Confirmatur 3tio si Deus annihilaret mundum maneret aeque praesens ac modo. Ergo

Objicit Vasques spatium imaginarium nunc est sicuti chymaera. Ergo Deus dici posset esse in nihilo in chymaera. Resp. distinguendo antecedens nunc nihil est concedo; potentia nego quia aliter non est chymaera. Nos enim volumus cum dicimus Deum esse in spatiis imaginariis illum esse in aliquo ente positivo actuali habere talem praesentiam per quam correspondere et coexistere infinitis ubicationibus producibilibus

esse: eo modo quo dicimus per aeternitatem cor-
respondere omni tempori possibili. Unde fit ut immensi-
tas Dei sit ubi aequivalentis per eminentiam
omnibus ubicationibus creatis possibilibus, quod ipsum est
esse in spatio imaginario

Sectio 3

An Ens Compositum sit hic per unicum ubi vel per multiplex?

Sensus quaestionis est an rebus per unicum ubi receptum quantitate sit hic; an vero per multiplex prout multiplex est entitas sive accidentalis sive substantialis scilicet albedo calor unio materia forma et actiones quibus fiunt habeant singula proprium ubi.

Negat Vasquez 3 p. d. 190 c 3 et d 199 affirmat Suarez d 51 s 5. Hurtadus d 14 phys. s 4 et alii.

Dicendum: Omnia absoluta quae sunt in composito habere sua ubi peculiaria. Colligitur ex Aristotele 2 Topic c 3 [illegible] 24 motis nobis inquit necessarium est ea quae in nobis sunt omnia simul moveri. Ergo dum movetur compositum singula quae sunt in eo moventur motu proprio Ergo acquirunt proprium ubi. Probatur 1mo a Suarez de materia quia materia seu substantia est simpliciter prior ordine naturae quam quantitas. Ergo ut sic praesupponitur quantitati in omnibus praedicamentis ad illam causandam materialiter. Sed autem ex conditionibus requisitis est esse materiam hic et nunc. Ergo prius est materia hic quam quantitas. Ergo per propriam praesentiam. 2do ab Hurtado ubi quantitatis potest existere sine aliis et formaliter constituat materiam et qualitates in loco. Ergo ubi quantitatis non est ubi materiae et qualitatis. Antecedens probatur et patet in Eucharistia in qua remanet ubi quantitatis sine materia: item quando per alterationem deperditur qualitas remanet

Ubi Quantitatis; Consequentia probatur: ubi est modus de
cuius ratione est non posse esse sine re modificata
Ergo ubi Quantitatis non erit ubi seu modus qual-
vel et qualitatum cum sine illis possit esse. probatur Minor
Deus potest conservare qualitates in eodem loco quo
nunc sunt et destruere quantitatem. Ergo tunc qualita-
tes essent nullibi. probatur Consequentia si enim ab ubi quan-
titatis tanquam a ratione formali oritur qualita-
tes esse ibi impossibile est effectum formalem essendi
qualitatem, manere ablata ratione formali. probatur
vel illud ubi afficit indivisibiliter omnes partes com-
positi, ita ut qualibet variata varietur totum. vel afficit
divisibiliter ita ut singulae entitates habeant singulares
partes ubi. vel demum ubi est solius Quantitatis
modus. Non primum quia variato quolibet illorum quae
sunt in composito variari semper deberet totum ubi sine
ulla necessitate, et consequenter multiplicarentur entia sine
necessitate. Non secundum quia iam admittitur
quod singulae partes haberent suum ubi; et quod ...
est non unita eo quod res illorum ubi differant inter
essentialiter. Non tertium propter rationes allatas
propterea quod ubi Animae rationalis debeat esse spiritua-
le, quale non est Quantitatis. etc.

Fundamentum contrariae sententiae est: Sicut
una Quantitas recepta in materia satis est ad
reddendum effectum formalem extensi et quanti: non tantum
materiae sed etiam formae substantiali saltem materi-
ali et reliquis accidentibus materialibus unitis
materiae. ita unum ubi satis est ad constituendum for-
ter in loco quantitatem materiam et reliqua quae sunt
in composito. Respondeo negando paritatem. Ratio dispar-
itatis est quia esse quantum nihil est aliud quam
habere partes et esse unitum quantitati mediate
vel immediate. et effectus formalis impenetrabilitatis

sufficienter haberi potest pro hoc quod quantitas sit
unita materiae cui sunt unita reliqua, cum se habeat
per modum laminae et impedimenti impedientis ne
omnia illa quae mediate vel immediate afficiat pene-
trentur. At vero esse hic non est solum esse aliam unitum quod
est hic; quemadmodum moveri non est solum esse unitum
alicui quod movetur, sed vere in se recipere motum.
Inde fit ut separata quantitate singula maneant pe-
netrabilia, extensa tamen ut dicam postea, in ordine ad
locum; ac per consequens non habent propriam quantitatem.
Ablata vero ubicatione cuius partis, vel etiam quantita-
tis adhuc remanent alia hic. Ergo habent suum proprium
ubi. Confirmat rem bene Hurtadus sicut in Eucha-
ristia a creatione quantitatis non est creata illa qua-
litas etiamsi illa inhaereret quantitati. ita etiam per ubi
non erit hic etiamsi illi inhaereat

Dices 1. Materiam et qualitates esse sufficienter in
loco per unionem qua uniuntur quantitati. Ergo frustra
ponuntur ubi. Respondeo in primis saltem tot fictura ubi quot
sunt uniones et consequenter cum quaelibet res in composito
habeat peculiarem unionem qua unitur vel materiae
vel quantitati: etiam habebit peculiare suum ubi. Deinde
respondeo negando antecedens; et ratio est quia poterat haec
eadem unio alibi poni, ac proinde non est determi-
nata ad hunc locum

Dices 2 posita unione et tali ubi quantita-
tis materia non est amplius indifferens ut sit alibi.
Ergo sufficienter sine ullo superaddito per ubi quantita-
tis et unionem erit hic. Respondeo distinguendo antecedens non
esset indifferens ad essendum alibi positive nego; nega-
tive concedo id est non dum intelligeretur habere posi-
tivam formam ratione cuius materia sit hic; non tamen
intelligeretur esse distans. Sicuti licet ad alios effectus pro-
ducendos debeat praeintelligi causa cum sua praesentia

et ubicatio ve positiva, ad ipsum tamen ubi produ-
cendum non debet quod intelligi cum ubicatione quia
daretur processus in infinitum. sed tantum non debet quod
intelligi distantia vel ad summum debet intelligi cum di-
stantia radicali id est cum debito radicali habendi pre-
sentiam positivam et formalem. Deinde dico hoc
quod dicas Quantitatem esse hic et qualitatem
illi unitam, bene intelligi qualitatem esse hic sed
formaliter per ipsam unionem et per ubi Quan-
tis sed tantum arguitive et Causaliter

Dices 3 nulla est necessitas multiplicandi
tot ubi Ergo R negando Antecedens necessitas au-
est tum propter motum qui intrinsece reperitur mul-
plex in partibus compositi quod moventur, ad ...
enim videmus quod Quantitas non solum movetur
etiam albedo materia et reliqua: tum etiam ...
ablata aliqua entitate compositi remanet altera

Dices 4 Partes a Copic c3 ut ea qu-
moventur ad motum alterius moveri per Accidens
Anima ad motum corporis. Ergo erit etiam in loco
Accidens. R sensum illius loci esse quod non mo-
primo et per se sed ex eo quod sunt in toto: unde ...
erit Antradus motum qui per se intenditur ab ...
in est motus corporis quanti, secundario vero
quorum quod sunt in illo. per hoc tamen non tol-
quin moveantur motu proprio et intrinseco
non solum denominative nam alias etiam dicere-
tur moveri quando humanitas Christi cui ...
unitus movetur. Ergo sunt etiam in loco per pro-
prium ubi. Quare etiam bene advertit Soa-
n 14 quando accidentia dicuntur moveri per
Accidens non est intelligendum tantum denomina-
sed est dicere perinde ac per aliud. Advertit ...
quando dicatur communiter substantiam corpoream ...
in loco nisi media Quantitate sensum esse de ...

extrinseco et de praesentia circumscriptiva quae plerumque est quantitativa.

Dico 2 Omnes etiam modi excepto ubi et actione productiva illius habent proprium ubi. Ita Hurtadus, Arriaga et alii. Probatur Quilibet modus est distinctum mobile et motu distincto movetur. Ergo etiam habet distinctum ubi. Probatur 2do potest manere materia et forma haec sine unione et idem terminus sine actione tali ut accidit post primam productionem quando perit adveniente actione conservativa operis Dei. Ergo unio et actio non sunt hic per idem ubi per quod sunt hic partes unitae et terminus productus. Probatur consequentia si terminus et actio vel unio et partes essent hic per unicum ubi, aut illud ubi indivisibiliter afficeret et intrinsece unionem et partes vel terminum et actionem, aut certe actio esset hic extrinsece per ubi termini et unio per ubi partium non primum quia sequenter perveniente actione deberet perire ubi termini et ad praesentiam illius termini semper habere novum et novum ubi quod est fingere gratis. Non 2dum quia ut dixi quemadmodum actio est capax sui motus intrinsece quem habet etiam intrinsece, ita etiam debet habere ubi intrinsece et non extrinsece, tum etiam quia illa solum sunt hic et non per ubi superadditum quae sunt seipsis essentialiter affixa hic quale est ipsum ubi et actio productiva illius propterea dixi in conclusione excepto ubi et actione productiva illius quia ut bene Hurtadus motus localis essentialiter est constitutio et productio ubicationis in hoc spatio, ita ut nec divinitus posset ille motus non respondere huic spatio. Ergo non minus motus est alligatus huic loco quam ubi cum hoc tamen discrimine quod motus huic loco respondeat tanquam ratio formalis per quam mobile movetur ad hoc spatium et causat ubicationem, ubicatio autem sit terminus productus et ratio formalis per quam existat mobile in loco

Obiicies implicat ut existat actio productiva termini et non existat ibi ubi est terminus per ipsum productus ut etiam implicat existere unionem et non esse ibi ubi sunt partes unitae. Ergo generaliter hi et omnes modi sunt in loco per ubi suorum subiectorum. Resp. neg. primo

negari posse Antecedens quia forte posset replicari terminus et [illegible]
cari actio productiva vel conservativa termini, neque inde sequi[tur]
quod terminus ubi non conservaretur. Nam cum sit idem petrus [qui]
est Hulciq[?] et qui Viennae ubi habet actionem conservativam [non]
posset absolute dici petrum qui est Viennae non conservari [Hulciq]
solum actionem conservativam petri non esse Hulciq. Dixi forte
si hoc videretur alicui durum posset responderi iuxta di[cen]
da, de unione certum est quod illa possit non replicari etiam[si ma]
teria et forma replicentur. Adeo ideo transeat Antecedens [negatur]
Consequentia et do instantiam implicat esse vel actionem paternitatis
ad filium et filium non referri ad patrem. Ergo formaliter per [ac]
tionem paternitatis refertur filius ad patrem. Ratio est [quia]
posito termino et eius ubi arguitive et quasi a posteriori [col]
ligitur iam fuisse positum ubi actionis, sicuti ex positione [ter]
mini simpliciter colligitur positam fuisse actionem quae
est prior origine ac proinde sicuti ex posteriori [infertur]
bene actionem existere per existentiam termini ita [etiam]
bene infertur actionem existere per ubi termini

Dices posito ubi termini seu passivum actionis
unio non est amplius indifferens ut sit alibi. Ergo per ubi
termini et passivum formaliter unio et actio est [illegible]

R. Concedendo Antecedens negando Consequentiam. Ubi enim pas-
sivum et termini solum tanquam a posteriori demonstrat unionem
et actionem habere suum ubi.

Sectio 4

V. Res spirituales habeant ubi sibi intrinsecum et quale illud sit?

Sectione praecedenti vidimus tot dari ubi quot [sunt forma]
litates in composito, quod maxime locum habet in forma [seu]
anima rationalis quae suum habet ubi spirituale: quod
quidem ubi ut dixi supra vel fit adaequate ab [anima]
corpore ad hoc determinante; vel etiam una simul [illegible]

ente corpore. Vide Soares tom 3 in 3p. d 53 s 1 qui quasi totam vim productiua talis ubi spiritualis refundit in corpus cui nititur Anima. Idem qd dixi de anima valeo ...ati dicendu etiam est de Angelis quoad ubi spirituale ut fuse probat Soares d 55 s 3 n 7 ubi multos citat pro hac sententia contra Thomistas et alios recentiores asserentes Angelos esse in loco per operationem. Legito eundem s 4. Hoc posito videndum quale sit tale ubi divisibile pro divisibilitate spatij an indivisibile pro qualitate subiecti.

Suppono autem duplex esse ubi circumscriptiuu et definitiuu; circumscriptiui essentia in hoc consistit ut respondeat pars rei locatae parti spatij et totum toti: non est autem de essentia illius quod ambiatur externo corpore ut patet in superficie conuexa primi caeli. Hinc est corpus nudatum quantitate si non in producti consistat habere et retinere suu ubi circumscriptiuu; si vero consistat non habitum tale ubi. Hinc etiam est corpora beatorum habere ubi circumscriptiuu licet penetrentur, adhuc cum retineant non solu quantitatem sed etiam actualem extensionem partium. Definitiuu vero est quod habent res spirituales per qd sunt ita in spatio ut sint tota in toto et tota in qualibet parte: ideo ubi corporis Christi in Eucharistia etiamsi habeat partes iuxta partes corporis Christi, quia tamen per illud est totus in tota hostia et totus in qualibet parte, accedit ad ubi definitiuu. Res etiam seu habens partes seu non redacta ad punctu habet ubi definitiuu. Dicitur autem ita quod per illud ita fit res alicubi ut intra definitu spatiu contineatur.

Dicendum probabile esse ubi Angelicu posse esse divisibile pro divisibilitate spatij. Pbtur et supponamus Angelum habere pro sphaera adaequata sui spatij tota

scholam; nam si in hac esset per ubi indivisibile eo
ipso quod vellet non esse in palmo huius scholae de-
beret amittere totum ubi et consequenter praesentiam ad alias
partes, etiamsi maneat in illis partibus; sed hoc videtur
esse aliquod inconveniens. Ergo. Confirmatur a pari-
tate unionis inter Animam rationalem et corpus quam
ponimus divisibilem. Confirmatur 2do quod quoties cumque
videmus manere eundem effectum formalem, debemus
praesumere manere eandem formam, nisi aliunde nobis
constet variari formam; sed videmus quod etiamsi An-
gelus desinat esse in cathedra, non tamen desinit
esse in media schola. Ergo oportet praesumere illum esse
per eandem formam in media schola per quam fuit antea

Dices 1. Omnis forma debet proportionari sub-
iecto sed Angelus est subiectum indivisibile. Ergo ubi quod est
eius forma debet esse indivisibile. R. primo hoc argumen-
tum nimis probare nam eadem ratione nec in angelo posset
esse gratia et aliae Qualitates spirituales, quia hae sunt di-
visibiles. R. 2do ad argumentum distinguendo maiorem for-
ma debet proportionari subiecto in ratione entis perfecti-
mentalis nego, in ratione finis intenti a subiecto concedo
quia ratione cum per ubi intendat Angelus tanquam finem
esse in loco divisibili in ordine ad talem finem ubi etiam
divisibilis erit maxime proportionata angelo. Hac ratione
unio materialis est proportionata maxime animae rationali
cum per illam Anima intendat ut finem accomodare se
corpori

Dices 2. Si ubi esset divisibile esset materiale
sed hoc repugnat Ergo. Probatur maior Id quod habet partes et
ordinem ad Quantitatem est materiale, tale est hoc ubi
ergo. R. negando sequelam maioris ad probationem distinguo
maiorem. Id quod habet partes et ordinem ad quantitatem
cui intrinsece unitur vel mediate vel immediate est ma-
teriale concedo; id quod habet partes et ordinem ad Quanti-

tatem solum tanquam ad terminum extrinsecum et nego: qua ratione cognitio Angelica non est materialis etiam si sit in ordine ad obiectum materiale

Dices 3. Angelus erit in loco sicuti corpus. Resp. negando sequela nam non ambitur a superficie secundum diversas partes ipsius Angeli quod requiritur ad proprium locum. Dicitur autem esse in cælo non proprie tanquam in loco secundum omnia quæ dicit locus sed solum quod habeat relationem indistantiæ a cælo.

Dico 2 Non repugnare ubi angelicum indivisibile per quod sit in loco et spatio divisibili. Probatur Anima respicit et informat corpus divisibile. Ergo etiam ubi indivisibile potest respicere locum divisibilem. Confirmatur 1mo Immensitas Dei est indivisibilis et tamen occupat omne spatium divisibile. Confirmatur 2do intellectio est indivisibilis et tamen potest repræsentare obiectum divisibile.

Ex quibus infertur satis esse probabile Angelum posse se pro libitu constituere in spatio divisibili vel per ubi divisibile vel per indivisibile; quia cum non repugnent talia ubi consequens esse videtur ut Angelus non sit ex se determinatus ad unum. Dixi in spatio divisibili nam in puncto non potest esse nisi per ubi indivisibile.

Sectio 5

Utrum Idem Corpus possit esse simul in duobus locis?

Hanc quæstionem fuse prosequitur Suarez tom 3 in 3 p. d. 48 s. 4 et 5 Vasquez in 3 p. d. 189 c. 6 Coninck 3 p. q. 75 a. 4 dubio 3. Hurtadus d. 14 phys. s. 5 Murcia d. 9 q. 7 et multi controversistæ ut Bellarminus lib 3 de Euchar. c. 3 et 4 qui contra Helveticos nostri temporis agunt negantes ex odio misterii Eucharistici absolute ullo modo etiam divinitus corpus simul posse esse in duobus locis quacumque ratione.

Inter Catholicos est duplex sententia 1ma negat corpus idem posse esse in duobus locis circumscriptive seu secundum extensionem et modo quantitativo, licet concedat sacramentaliter posse esse in duobus locis, ita Vasquez et probabilem putat Rubius n 77 Thomistae communiter cum S. Thoma et alij quos citat Vasquez et Soarez. 2da sententia affirmat posse per divinam potentiam idem corpus poni in pluribus locis etiam circumscriptive. Est Soarez Hurtado Conimbricenses etiam hic c 5 q 5 et aliorum fere recentiorum communis.

Dico cum secunda sententia posse idem corpus non solum definitive et sacramentaliter sed etiam circumscriptive supernaturaliter esse in pluribus locis. Probatur 1mo a posteriori quia id aliquando factum est. Ergo potest fieri. Antecedens probatur Christus existens in caelis visus est in terris S. Paulo ut Bellarminus citatus c 3. Item S. Ambrosius divinis rebus Mediolani assistens testatus est se simul Turone in Gallia exequijs S. Martini interfuisse ut refert S. Antoninus. Item S. Franciscus Xaverius duabus in navibus eodem tempore adesse visus est ut habetur in vita ejus. Probatur 2do Ex misterio Eucharistiae in quo Christus Dominus est in pluribus locis definitive et in caelo circumscriptive. Ergo non repugnat ut sit idem corpus in pluribus locis circumscriptive. Consequentia patebit ex infra dicendis. Probatur 3tio Nulla est implicantia in hac replicatione ut ostendemus ex solutione objectionum.

Dices 1 Ex S. Thoma adducto a Soarez repugnare essentiae et unitati corporis replicationem cujus est ut sit indivisum in se; si autem esset in duplici loco esset divisum in se. Ergo. Respondeo imprimis hanc rationem bene probare connaturaliter non posse corpus esse in duobus locis quod non petit habere duo accidentia ejusdem rationis solo numero distincta. Respondeo 2do hoc argumentum sicut omnes reliquas objectiones

nimirum probare et eadem ratione impugnare nec sacramentaliter corpus posse esse in duobus locis. Secundum R. cum distinctione repugnat unitati corporis divisio entitativa non localis, per quam nullo modo dividitur sed tantum bis ponitur in loco

Dices 2 Esse in loco circumscriptive est ambiri superficie ultima continentis corporis et intra terminos eius claudi. Ergo implicat ut sit extra illud? sed hoc fieret si adhuc esset in alio loco ergo. R. Argumentum bene procedere naturaliter loquendo non autem supernaturaliter. Esse enim circumscriptive in loco tantum significat naturalem terminationem et adaequationem loci cum locato ita ut totus toti et pars parti respondeat; qua ratione non scindit ab alio loco et a negatione alterius loci si essentia illius spectetur. Quare bene inquit Suarez hic dictio aut petit principium aut facit vim in solis verbis; nempe quid intelligatur nomine loci circumscriptivi. Si enim tali nomine putas significari negationem alterius loci, procul dubio non potest res esse circumscriptive in duobus locis; sed tunc est quaestio de nomine, et idem potest dicere de ubi definitivo. Si autem affirmas de ratione modi existendi in uno loco quantitative esse ut illudmet corpus non sit extra illum locum gratis illud asseris et petis principium. Et Hurtadus citatus ait esse circumscriptive in loco non negat locatum posse esse extra illum locum sed potius affirmat locum ita corpore circumscribi ut non sit capax alterius corporis

Dices 3. Idem non potest esse simul in diversis temporibus. Ergo neque in diversis locis. R. negando consequentiam. Ratio est quia hoc ipso quod per se tempus formaliter sit successivum, iam implicabit esse simul quia hoc esset destruere eius essentiam: At vero non implicat plura loca poni simul cum per hoc illorum essentia non destruatur.

Dices A Si idem Corpus potest poni in duobus locis. Ergo etiam in pluribus. Ergo in toto universo. Ergo etiam ubique. Sed esse ubique est proprium solius Dei; unde ex hoc probant SS Patres divinitatem Filij et Spiritus S. R. in primis idem sequi in sententia Thomistarum et aliorum de ubi definitivo et Sacramentali. 2do R. negando secundam sequelam et tertiam admittendo posse corpus poni in spatio reali maiori et maiori in infinitum per iteratas replicationes, nunquam tamen ponendum in omnibus spatijs quia hoc est de ratione infiniti ut nunquam extrinsecus adequetur. 3tio respondent aliqui concedendo secundam et dicunt nullam esse repugnantiam cur aliqua creatura per ubi indivisibile non possit esse ubique. Item concedunt illam praesentiam fore infinitam secundum quid quae infinitas non repugnat. Neque sequitur illa creatura fore immensa quia immensitas est necessitas essendi ubique ut optime etiam advertit Soares citatus.

Cum quibus Dico me non videre repugnantiam; nam repugnantiae illae ob quas negavimus infinitum in magnitudine in numero, in intensione, non videntur contendere ubi habere locum; alia etiam nova repugnantia non apparet. Ergo pro nunc transeat. Dices Cognitio illa qua creatura omnia sciret quae scit Deus repugnat quia illa esset comprehensio. Ergo etiam talis ubicatio. Ad hoc respondent aliqui cum Arriaga d. 23 c. 8 non repugnare talem cognitionem neque fore comprehensionem. Alij dicunt repugnare sed ideo tantum quia esset comprehensio Dei; comprehendere autem Deum nulla potest creatura ut patet ex Concilijs et Patribus de quibus Soares tom. 1 in 3 part. d. 26. Quod si ita est negatur consequentia argumenti quia non habemus ex concilijs et Patribus repugnare talem ubicationem, sicuti habemus de comprehensione. Corpore

...n repugnat cognitio infinitorum obiectorum ut patet in Christo ...go neque talis ubicatio. Dices praescindendo ab anto...tate cognitio qua aliquis omnia sciret essetne infinita ... si est repugnatne dari illam? R. mihi probabilius esse ...od foret infinita non praecise et formaliter ratione infini...tum obiectorum, sed quia etiam argueret infinitam poten...tiam et principium hoc ipso quod sit notitia clara et distin...cta omnium obiectorum, quod non posset fieri si a principio ...limitato procederet. Utrum autem repugnet tale principium ...effectivum talis cognitionis, asserimus probabiliter ex eo, quia alias Deus per talem notitiam exhauriretur a crea...tura, et consequenter argueretur Deus non esse tantae perfe...ctionis.

Dices 5 Corpus positum in duobus locis esset maius ac esset in singulis quia occuparet spatium duplo maius. R. negando sequelam nam ex eo quod occupet mai...rem locum vel duo loca non arguitur maioritas in entitate ...siculi e contra quando duo corpora se penetrant et sunt in eodem loco non arguitur minoritas corporum

Sectio 6

Quae proprietates conveniant corpori in duobus locis constituto?

Dico 1 Accidentia quae essentialiter pendent a loco, qualia est ipsum ubi et actio productiva illius non possunt replicari corpore etiam replicato. Est communis sententia. Ratio est clara quia talia accidentia sunt alligata loco et sunt ratio determinans hic tantum. Ergo non possunt replicari et alibi poni. Confirmatur unio materiae et formae non potest esse ratio uniens materiam et formam alterius: item actio qua pro...ducor ego vel productus sum tantum non potest esse productio alterius. Demum duratio hesterna non potest esse hodierna. Ergo neque hoc ubi poni alibi

Dico 2 Posito miraculo replicationis si Deus vellet

operari conformiter ad naturam rerum replicato suo cor-
pore deberet replicare omnia quae sunt in illo sita sive
substantialia sive accidentalia sint. Ita Conimbricenses c[...]
tali Fonseca 5 metaph. c 4 q 4 s 4 et 5 et Soares [...]
loquendo de accidentibus quae conveniant corpori antequam
replicetur. In s vero 6 in principio dicit accidentia [...]
corpus iam replicatum acquirit in suo loco, non connatura[li-]
ter replicanda; licet in fine eiusdem sectionis videatur
dicere congruentius futurum si Deus replicet etiam [...]
accidentia. Sed meo iudicio aequalis est ratio de ac[ci-]
dentibus corpori annexis ante vel post replicationem.
Suppono autem ubi per quod replicatur corpus non esse [con-]
naturale quoad substantiam sed tantum quoad modum
eo quod non debeatur in his circumstantiis tali corpori [...]
iam suum ubi aliud ubi

Probatur 1mo Conclusio in Eucharistia communiter do[cent]
Theologi ex vi verborum poni omnia accidentia cum [...]
Domino per concomitantiam quam explicans Tridentinum
modus Sess 13 c 3 videtur insinuare quod connaturali[ter]
fiat illa concomitantia. Probatur 2do ex dictis de [...]
na ex vi cuius ubi est suum ut in loco adaequato, de[...]
esse alterum. Probatur 3tio quia non potest res naturaliter
stare sine suis proprietatibus et dispositionibus. Ergo omnia
debent cum illa connaturaliter replicari. Unde Fideles dicunt
bus nobis moveri omnia quae sunt in nobis. Confirmatur
Quando res transfertur in alium locum ita ut deserat p[...]
omnia sua secum fert. Ergo etiam quando retinet p[...]
Quae doctrina extendenda etiam est ad actus vita[les]
ita ut si sint actus vitales independentes ab obiecto [...]
ali propinquo, et immutante potentiam ut est intellec-
tio Dei connaturaliter etiam illi actus replicari debent
Sin vero sint dependentes ab obiectis propinquis ac[...]
ter in tali loco existentibus non debent connaturali[ter]
replicari, licet possint absolute; et hoc duplici [...]

[illegible] ut obiecta etiam replicentur; vel certe sine obiectis
[ad]modum de potentia absoluta potest dari talis sensatio
[et]iam pereunte obiecto; ita etiam replicari illa non repli-
[c]ato obiecto.

[D]ixi in Conclusione si Deus velit conformiter ad naturas
[o]perari: nam esto accidens aliquod habens iam unum ubi
[n]on possit ex vi agentis naturalis habere aliud, nec
[sim]pliciter petat habere illud ab autore naturae, supposita
[t]amen connexione cum substantia et replicatione
substantiae; substantia et unio id petit ut accidens habeat
[a]liud aliud ubi: sicuti supposito habitu charitatis su-
[p]ernaturali in Anima non est connaturale ipsi animae
[qu]od habitui exercere actum supernaturalem charitatis

Dices Accidens habet diversum ubi et diversa actione
[re]plicatur. Ergo per novum miraculum id fit. Ergo non connaturaliter
[R]espondeo distinguendo primum Cusquis si spectemus ipsum Accidens transeat:
[s]i vero ipsam substantiam et unionem nego: nam substantia est sicuti
[p]rinceps qui quocumque proficiscitur petit sua secum deferre. Neque obstat
[quod] nullum agens creatum possit replicare Accidens in dicto casu;
nam si id posset, argueretur etiam quod ex parte Accidentis esset
[ali]qua exigentia replicationis. Et revera nisi sit quaestio de no-
mine plerique concedunt magis congruenter naturis rerum admitti
[...] ut supposita replicatione substantiae Deus suppleat causarum na-
turalium defectum, praebeatque sufficientem concursum ut mutatio
[i]llis facta in uno loco, replicetur in aliis: et esto sit super-
naturalis, aliquo modo saltem est cum aliqua exigentia uni-
[o]nis seu subiecti habentis unionem cum tali forma.

Dico 3 potest per divinam potentiam replicari aliquod
Corpus quin replicentur accidentia etiam absoluta a loco.
[E]st contra Vasquez et alios quos citat Soares S5. Probatur
nulla est implicantia ut patebit ex solutione obiectionum.
Probatur 2do a priori ubi substantiae non est ubi accidentium
ergo posset Deus dare aliud ubi substantiae et non dare
accidentibus. Unde quando Scotus in 4 dist. 10 q 4 Rubius n 83

obiicit privative et contradictorie opposita non posse per illam potentiam eidem simul convenire. Sed ex nostra conclusione sequitur hoc, nam sequitur eundem hominem posse simul habere risum et esse album, esse calidum et non calidum. R. negando hoc: calidum aut non calidum, quia cum hic propositio sit negativa et aequivalenter universalis facit sensum distributivum, nempe quod nullibi habeat calorem aut risum. Idem quidem est dicere hic non habet calorem, hic non habet risum; non tamen simpliciter valet dici non habet calorem etc. In quo casu non sunt contradictoria quia contradictio debet esse eiusdem de eodem secundum idem.

Dices 1. Cum Scoto hic praedicata abstrahunt a loco ergo semper erunt contradictoria. R. distinguendo antecedens: abstrahunt a loco, id est hae proprietates per se pendent a loco determinato, concedo; non requirunt praesentiam localem proportionatam subiecto, et nego. Neque etiam argumenta Vasquez habent vim cum procedant ex suppositione falsa, nempe quod unicum ubi omnia quae sunt in uno composito esse alicubi. Item nulla est implicantia posse vi eius replicari tantum caput, patet quia est hoc et non reliqua membra; et posse caput in una, corpus in altera parte poni etc.

Dices 2. Sequitur ex hoc quod possit aliquis hic peccare vel mereri et alibi non peccare vel demereri; hic scientiam alibi ignorare. R. 1mo posse in uno hominem materialem peccati actionem exercere, nempe accipere aliquid et in alio loco orare; non tamen posse exercere formaliter peccatum, nempe sciens hoc esse malum et hoc esse offendens Deum velle in gratia hoc et alibi non, et elicere actum contritionis. Haec enim sunt contradictoria. 2do De scientia est verum quod possit hic aliquid scire propriam et alibi non scire; non tamen debet dici quod hic ignoret sed quod alibi non sciat.

Tota difficultas est ut vides in hac materia replicationis in ipsis accidentibus quae inter se contrarietatem

habent vel quam unum involvit contradictionem alte-
rius: an videlicet recipiantur propter replicationem in
eodem subiecto vel non et an utrumque eorum replicetur
supposito quod alterutrum iam sit in subiecto. Quare de iis ali-
bi fusius dicendum

Assero 1. Connaturaliter loquendo et si Deus agat
conformiter ad naturas rerum si duae qualitates contrariae
applicentur ut una in uno loco altera in altero agat
v.g. in hoc igne Viennae nix, Romae nivem et ignem autem
subiectum quoad introducant gradus suos usque ad octa-
vum v.g. ignis quinque caloris et nix tres frigoris: aut
ignis est dis fortior, inducet calorem v.g. ut octo
quo introducto debent connaturaliter replicari in utroque loco
dixi superius et bene advertit Hurtadus § 65. Vero
in hoc et similibus casibus eodem modo se gerit idem
corpus in ordine ad diversa agentia contraria in diversis
locis applicata ac si in eodem loco applicarentur. Hinc
si homo in uno loco interficeretur per introductionem
alicuius qualitatis noxiae quae expelleret animam etiam
moreretur in altero loco etiamsi alibi acciperet medicinam
supposito quod qualitas noxia sit superans medicinam. Item
si attendat nimis alicui rei in uno loco, non habitum intelle-
ctus attentionem in alio circa alias res magis quam si in
eodem loco utrumque proponeretur obiectum.

Assero 2. Loquendo de potentia absoluta potest
idem corpus in diversis locis habere contrarias mu-
tationes, et ita se gerere in singulis locis in ordine ad
agentia quae ibi applicantur ac si in nullo alio loco
ab agentibus pateretur v.g. suscipere calorem ut octo hic
et alibi frigus ut octo. Ceterum in hoc casu necesse est confor-
tari potentiam activam et passivam illius corporis ad agendum
patiendum plures effectus quam eius naturalis virtus
de se possit agere vel pati.

Assero 3. Si vero loquamur de potentia absoluta

non possunt esse in eodem subiecto et in eodem loco
non poterunt etiam iuxta diversa loca eidem convenire
(loquendo de formis positivis) nam tota repugnantia de
summitur in ordine ad idem subiectum unde non potest simul
assentiri et ibi dissentiri, simul amare ibi odisse simul esse
in gratia ibi in peccato. Quod attinet ad vivere et
mori negat Hurtadus utrumque simul posse eidem subiecto
etiam pro diverso loco convenire quia inquit mortuum di
cit absolutam negationem unionis inter corpus et animam
quam tamen absolute retinet corpus vivens in uno loco;
concedit tamen posse esse in uno loco corpus et animam
cum unione et in altero sine illa, ita tamen ut hinc non
dicatur mortuum seu carens unione, sed carens ubi unio
nis pro hoc loco. Sed haec est quaestio de nomine
nempe quid intelligatur nomine mortui. Ego puto dici
posse in dicto casu illud subiectum esse simul mortuum non ta
men simpliciter mortuum quia hoc mortuum simpliciter po
latum videtur sonare carentiam omnis ubi. Ratio
quae me movet est quia si illo triduo mortis Christi re
mansisset aliqua panis mica consecrata in caena, non
posses dicere Christus mortuus est in cruce eo quod non ha
beret simpliciter carentiam unionis ubique (supposito quod
mansit vivum corpus sub mica) quod videtur inconveni
ens. Dices ex hoc sequi quod materia connaturali
ter possit habere duas formas, nempe in uno loco for
mam viventis in altero formam cadaveris. Respondeo posito
quod destrueretur in uno tantum loco vivo, Deum tunc
pro libito posse introducere formam cadaveris vel aliam
hoc loco; aut certe permittere materiam simul sine ulla
forma. Quod utrumque tamen miraculosum erit non solum
praesuppositive sed etiam formaliter, eo quod posita replicatione
materia petat ipsa habere formam eandem simul quam habet

alibi: quod si illi non conceditur quod quando datur pariter
exigentiam datur. Suares putat materiam in eo casu
debere habere duas formas si Deus vellet materiam esse
in duobus locis, alias connaturaliter deberet cessare esse
in illo loco in quo perdidit formam.

Assero 4 Si Deus ex uno Capite vellet de
...re potentiam receptivam ad recipiendum in diversis locis
formas contrarias, et ex alio Capite vellet transferre in
aliud locum mutationes vel qualitates quae fiunt in
uno loco; tunc eodem modo se haberet corpus sicuti
si in eodem loco applicarentur illi qualitates contrariae
Et ita si hic applicetur illi ignis et alibi nix,
resisteret per frigus receptum alibi igni hic applicato,
quantum resisteret si simul applicarentur. Ita Hurtadus
§ 66. Suares videtur docere posse tunc corpus connaturaliter
utrobique pati ab agente ibi applicato ita ut hic esset summe
calidum et alibi summe frigidum. Sed mihi ut dixi videtur contrarium verum quia tota repugnantia duarum formarum
desumitur non in ordine ad diversa loca sed ad idem
subiectum quod etiam concedit Suares de actu odii et
amoris.

Dices Cum Suares sicuti non potest naturale
...us actionem transmittere in Corpus illud prout est in
... distante; ita idem corpus alibi existens non potest
...sistere virtuti talis agentis. Sed concedendo antecedens
nego consequentiam; Nam ad hoc ut aliquid agat in corpus
prout alibi est debet hoc agens producere in suo effectu
ibi distans, quod nequit facere: at vero ad hoc ut
aliquid resistat vel hic vel alibi, satis est quod in subiecto
sit talis vis ratione cuius subiectum est incapax habere
aliam formam usquedum hic expellatur. Unde etiam
bene Hurtadus § 66 ait Calor hic existens ...
quidem alibi operatur sed destruens simpliciter frigus

vel minorem frigoris, destruunt consequenter quod illi inhaerebantur, quorum unum erat ubi diversum (?)

Hinc si passo frigido applicetur utrobique ignis, producent in passo gradus caloris quos producerent ignes existente corpore in eodem loco. Quia tamen ex suppositione Deus non vult eundem gradum caloris produci esse in utroque loco, debet dividi effectus ut dimidia pars caloris sit Hulgii et alia Viennae; cum enim uterque ignis habet ius et suum operandum in illud passum et neuter possit producere totum effectum partialiter partialitate causae, consequens est ut producat illum partialiter partialitate effectus dividendo effectum inter utrumque locum.

Assero 5. In casu quo corpus esset replicatum Hulgii et Viennae connaturaliter loquendo posset Hulgii moveri ad Orientem et Viennae ad Occidentem. Ratio est quia hoc ipso quod Deus hoc corpus simul poneret in duobus locis debet illi connaturaliter dare ut possit se movere. Est contra Hurtadum qui putat lapidem replicatum in duobus locis non posse tendere ad centrum quia produceret in se duo ubi quorum naturaliter non est capax.

Dices: Duo ubi vel duo motus contrarii sunt in dentia naturaliter incompossibilia, sicuti calor ut octo et frigus ut octo. Ergo uno habito non potest alterum haberi naturaliter. Ergo corpus replicatum non potest naturaliter ab ullo agente naturali localiter moveri. R. 1mo manum eandem humanam posse habere duos motus omnino diversos ut fit quando dextra manus elevatur et sinistra deprimitur. R. 2do duplicem impulsum non repugnare etiam naturaliter in eodem subiecto; nam licet naturaliter existens in eodem loco non possit moveri duplici motu, bene tamen potest recipere duplicem impulsum a duobus agentibus ad diversa loca impellentibus: ut fit quando unus trudit huc alter illuc aliquod corpus. Ceterum supposito

...od sit corpus replicatū et habeat iam duo ubi, po-
...it ut dixi connaturaliter movere se aut etiam impelli
... diversa ubi; non tamen potest connaturaliter habere
...lorem ut octo. et frigus ut octo. Ratio est quia
...overe se aut occupare aliud ubi est corpori debitū ex
...incipijs naturæ: at vero habere calorem ut octo vel
...igus ut octo non est debitū: maxime cū per motū
...rpus hīc non acquirat aliquid nisi numero diversū
...empe aliud ubi; et similiter ubi etiā aliud numero
...iversū ubi; quod non debet mirū videri ex suppositione
... iam antea habuerit duo ubi. Ex hoc iam facile
...olvitur argumentū Vasques qui hac una ratione nixus
...gat corpus posse poni in duobus locis circumscriptive
...empe si corpus constituatur extensū in duobus locis
...equitur illud posse in utroque ... visita moveri et
... se producere duplex ubi quod repugnat. Solvitur
...igitā negando repugnare supposita tali replicatione:
... ipso enim qd ponitur in duobus locis potest facere
... quæ debentur illi alias ut est movere. Sicuti
... ipso qd Deus cū intellectu producat actū fidei
...pernaturalem debetur homini ut possit se reflectere
...per illū actū, et ideo iste actus reflexus non est supernaturalis
...rnaliter sed tantū præsuppositive, licet nō possit
...sse in rerū natura nisi supposito concursu aliquo
...nnaturaloso. Deinde vistatur argumentū quia ex
...oc sequeretur Christū posito quod sit in hostia et
... cœlo non posse se movere in cœlo naturaliter.

Corolarium.

Quæres 1 An replicatio corporis fieri possit tam per
...tionem adductivam quam per productivā et substantialem?
...st autem adductio actio terminata præcise ad ubi et
...producens solum ubi: altera vero est actio quæ terminatur

ad ipsam substantiam rei ita ut ex vi illius si non fac-
set producta substantia produceretur de novo. Itaque qui loquuntur
dicunt replicationem posse fieri hoc secundo modo admittunt
ad eandem substantiam dari duplicem actionem adaequa-
tam. Nos qui in disp. de Causa efficiente diximus pro-
babilius esse eundem effectum non posse dependere a duabus
causis per duplicem actionem adaequatam, probabilius
indicamus non posse fieri replicationem hoc secundo modo.
Quare etiam loquendo de replicatione supponimus eam
fieri per adductionem.

Quaeres 2 An aliquod Corpus vel Angelus possit esse
nullibi et careat omni ubi? Vasquez 1 p. d. 196 c.
cum aliis ut Caietano Ferrariensi tenet posse id fieri. Suarez vero
d. 94 dicit quod quamvis corpus aliquod possit dari
a parte rei absque hac vel illa praesentia determinata, tamen
non possit dari absque aliqua praesentia reali etiam de prae-
sentia absoluta, quia involvit implicantiam quod sit a
parte rei et non sit alicubi. Cum hoc tamen optime
stat distinctio realis inter praesentiam et rem praesentem
quia corpus separari potest a quavis praesentia singu-
lari. Ita plerique etiam auctores et Suarez lib. 4 de An-
gelis cap. 8 qui probat rem hoc argumento. Si Angelus esset
nullibi vel esset creatus extra mundum vel ante mundum
vel alicui qui est in mundo daretur licentia abeundi
ita ut sit nullibi. Hoc posito posset creare Deus aliud
Corpus quod realiter esset praesens illi Angelo, et tunc
deberet ille Angelus incipere habere relationem praesentiae
ad tale corpus. Ergo supponeretur habere fundamen-
tum talis relationis. Hoc autem non esset aliud nisi
praesentia localis per quam esset alicubi. Ergo non
potest esse nullibi; quis enim prohiberet Deum facere
aliud locum concludentem illum angelum

Respondeo posset melius in tali casu Angelum nec destru-

hoc esse prope positive et formaliter, fere eodem modo quo loquuntur ii qui admittunt relationem modi superadditam, et dicunt ablata illa formaliter non fore similia dissimilia, sed tantum fundamentaliter

Sed quidquid sit de hoc argumento et responsione probo aliter rem 1mo Non potest res existere quin habeat durationem, ergo nec existere quin habeat ubi singulari habet nam sicuti per durationem alligatur tempori ita per ubi loco. Confirmatur inductione, ideo omnia de facto habent ubi imo et ipse Deus per immensitatem suam est ubique. Probatur 2do ex implicantia nulla creatura est vel esse potest quae non necessario coexistat Deo. at si posset esse nullibi non coexisteret Deo. Ergo coexisteret et non coexisteret.

Objicies Omne prius potest absolvi a suo posteriori Ergo substantia creata potest absolvi a suo ubi. Resp. possem 1mo negando antecedens nempe quod possit absolvi a suo posteriori indeterminate: substantia est in sententia multorum, substantia est prior duratione et tamen non potest absolvi ab illa. Resp 2do Omne antecedens seu prius potest separari a posteriori determinate concedo ab omni posteriori indeterminate et nego tum autem ab aliquo etiam indeterminato aliquod prius possit absolvi, non item aliud ratio est quia ex ablatione prius seu in suo casu sequitur implicantia ut patet in praesenti, non item in alio casu

Quaestio 3
De Vacuo

Agit Aristoteles de vacuo 4 physicorum a textu 50 usque ad 87 ubi probat tractationem de vacuo pertinere ad physicum propter affinitatem quam habet cum loco et ex eo quod antiqui putarent requiri vacuum ad motum localem

Sectio 1

Quid sit et an detur Vacuum?

Aristoteles ubi retulisset antiquorum definitiones et opiniones de vacuo ut videre est apud Rubium 4 phys c 8 de vacuo in expositione t 60 ubi describit primus vacuum esse locum carentem corpore. Dicitur locus ut si intra caeli ambitum nullum corpus contineretur. requiritur enim ad vacuum superficies intra quam nullum sit corpus. Unde t 67 dicit vacuum non ens quidpiam et privatio esse videtur: quod si daretur carentia solum corporum sine terminis realibus vocaretur spatium illud inane non vacuum, quale est extra caelos. Dicitur carens corpore quia supponit capacitatem corporum ita tamen ut nullum sit actu corpus. Hoc

Dicendum Non dari neque naturaliter dari vacuum in rerum natura. Ita Aristoteles hic t 64 et omnes communiter contra antiquos. Probatur 1mo Omnia agentia naturalia exigunt indistantiam et coniunctionem cum subiecto in quo debent aliquid producere, et elementa invicem coniuncta transmutantur et operantur. Probatur 2do vacuum impediret influxum astrorum, ordinem et pulchritudinem universi. Unde Aristoteles 1 meteor. c 2 ait hunc mundum sublunarem debere esse contiguum superiori vide Rubium citatum et 4 phys c 9 q 1 a 3. Probatur 3tio experientijs quae multae afferuntur quibus natura videtur etiam minimum repugnare vacuum. 1ma est quia videmus aquam vel vinum ascendere ad replendum vacuum, ut cum per tubum ex vase vinum extrahitur. 2da est aqua in vase quo ad irrigandum hortulani apertis foraminibus clauso orificio ex superiore non effluit, quia scilicet aer non posset ingredi et vacuum quod relinqueret aqua descendens. 3tia est cucurbitarum vitrearum ad eliciendum sanguinem in quibus suscepta flamma rarefacit aerem interclusum, qui deinde

flamma frigescit et addensatur, et occupat minorem locum intra cucurbitam: quare ne relinquatur vacuum attollitur caro et extrahitur sanguis. Ista est experientia in follibus quinta est duorum corporum planorum nullo adhaerentium quorum non potest unum aequaliter elevari quin elevetur alterum ad vitandum vacuum eo quod aer non posset simul ingredi intra illa corpora.

Obijcies 1. Ex Ante non potest fieri motus localis in pleno. Ergo non datur plenum. Antecedens probatur nam vel se penetrarent duo corpora; vel si dum moveor propello unum aliud corpus ante me ad motum minimum formicae totus mutabitur mundus. Rideo negando Antecedens, ad probationem dico neutrum sequi: non primum quia corpus anterius propellitur ultra: non secundum quia corpus pleni addensatur uniformiter difformiter, et sic desinit motus illarum. Explicatur ex exemplo circulorum quos facit latus lapis si projiciatur supra superficiem aquae, ita ut illam lambendo leniter vadat. prope projicientem circulationes lapidis sunt majores minus vero sunt minores nec ita frequentes.

Obijcies 2. Constat experientiis dari aliquod vacuum Ergo datur. Probatur Antecedens prima experientia est si vas aliquod aqua calida plenum deinde optime claudatur eius orificium dabitur aqua frigescit et sic condensabitur occupando minorem locum. Ergo dabitur in vase vacuum. Secunda sunt quidam qui lucernam lucidam in quas infunditur oleum perforata est quod in extrema parte adjacet, et per quod lychnus accenditur et attrahit oleum incumbens foramini in quo est foramen occlusum ab oleo incumbente, non permittit aeris ingressum. Cum oleum sit gravius et densius aere; ex alia parte oleum semper descendit cum a flamma minui consumatur, et consequenter dabitur vacuum interceptum intra superficiem olei superioris, et partem concavam lucernae. Tertia in cyatho aqua vel vino pleno si ponatur tantundem

cineris aqua non effluet. at etiam si ini ponantur an
Ergo signum est quod ante infusionem cineris et imposi
tionem aureorum dabatur vacuum in cyatho. Ita dum stylus
cera extrahitur relinquit vacuum in parte inferiori

Ad 1.mam experientiam Video quod cum tanto vacuo. vel
sequitur aquae condensationem, vel si condensetur, rumpere
vas illud aeneum; Ad 2.dam de lucerna, dico partem sup
eriorem occupari tum ab aere qui intra partes olei contine
et rarescit ad replendum vacuum; tum ex partibus olei
ioribus rarefactis per calorem flammae conceptae in lic
et communicatum ipsi oleo per quem calorem oleum rarefac
occupat maiorem locum, donec paulatim possit aer
foramen succedere oleo iam rarefacto et permittente
quam aerem quod constat ex bullis et sonitu qui sentitur
Ad 3.tiam R. 1.mo multas partes cineris evaporare, et
aliquas partes aquae leviores. Deinde aerem etiam intercep
exilire ut patet ex bullis quae supra aquam fiunt. Denique multas
tes aquae et cinerum condensari. vide Arlem Sect. 25 probl. 8
ob eandem constipationem partium vini quod facilius fit in utri
quam in magno dolio docet evenire ut tantundem vini in
utribus possit in dolio recipi, quantum sine utribus: imo ut
etiam liquoris possit infundi. Et ob contrariam rationem
accidere quod fornex terram exemptam recipere nequeant
intra illius partes aer intercipitur. Ad illud de aureis
aquam supra labra vasis tantum intumescere et arenam quantum
aeri quantitas quae mittitur, idque tantisper dum labra
vasis sicca sunt, alioquin si madefient mox aqua illa
defluet. ⊕ vide Conimbricenses (5 q 4 a). Ad 4.tam R.
tes cerae inferiores coalescere dum stylus extrahitur
gitur ex eo quia postrema pars styli semper fuit secum
quid cerae: vel aerem interceptum et similia corpuscula
refici ad vitandum vacuum

OBIICIES 8. In elevatione lapidis plani supe
lapidem planum ita ut ex uno extremo fiat elevatio, aliud
extremum maneat contiguum cum lapide inferiori. In a

multae experientiae q
sunt aut plane aut ex
falsis ... et ... de utribus,
de autoritate ...
multum laborandum
est enim plurima ma
... in problematis esse
mixta quae non sunt
... vero dubitant al
ultimo tractatus illa sit
...

... extrahimus
... latius ...
foramen ac pro
aer subingreditur
... d... et
... vel ligno ...
volumus extrahere
ideo cum difficultate extra
et non nisi post la
aliquomodo foramen
... qua aere ...
...

⊕ Ad ... de ... Eam et similium experientiam non probant ullo modo vacuum si enim aliquod vacuum daretur in natura non p
... ratio ulla cur non possit dari maius vacuum qd tamen experientiis repugnat alias aqua per syphonem vel
non attolleretur. Quare si aliquid in loco aliquo plus corporis ponatur quam antea fuerit in eodem loco recurr
ad condensationem non vero qd ibi ante fuerit vacuum.

[i]one in qua tali non potest vitari vacuum. nam omnes partes lapidis simul elevantur, licet magis distantes a puncto elevationis velocius moveantur, partes vero minus distantes tardius; et tamen aer non potest simul ingredi eo quod successive id fiat per motum localem occupando prius spatium inter partes extimas et postea intimas. Ergo si in casu posito isti duo lapides ita coniungantur, ut nullum plane corpus neque minimum aeris inter utrumque lapidem intercipiatur, sine dubio non poterunt divelli per elevationem nisi alter inflectatur; unde etiam fit ut latera follium nullo modo separari posse occluso orificio quia se aer insinuat. Item tabella plana simul tota ab aqua divelli non potest quin pariter aqua tabellae adhaerens in sublime feratur ut patet experientia. Sed quia in coniunctione tali duorum lapidum omnes partes numquam ita coniunguntur quin aer intercipiatur, potest fieri recta elevatio sine periculo vacui; rarefaciente se aere qui tenebatur condensatus et conclusus inter lapides.

Dices. Ergo marmor ingens et planum descendens supra basim perfecte planam, vel non tanget immediate basim; vel certe aere diffugiente per latera dabitur vacuum, dum aer qui fuit in medio vasis pervenit ad extremas partes vasis. Sed neutrum potest admitti. Ergo. Probatur maior non secundum ut patet: non primum et probatur quia si inter illa duo saxa interciperetur aer, posset corpus superius in infinitum moveri, semper et semper condensando aerem interclusum, cum grave moveatur deorsum quamdiu est supra leve. Sed hoc est absurdum. Ergo.

R. negando maiorem ad probationem concedo primum partem de
vita dico interceptum aerem non posse condensari a natura ultra nisi ad certum terminum, sicuti nec rarefieri nisi ad certum terminum. Quando autem dicitur grave tendere deorsum quoad est levius sub illo, intelligendum est in illis casibus quando potest leve illud expellere et constituere supra se non autem quando non potest uti in praesenti fit propter evitandum vacuum. Quo qua re melius intelligenda

[d]icunt multi esse decepti qui putant plus auri posse imponi quam alterius vel metalli vel corporis cuiuscumque eo quod non attenderint [a]ttentur ad auri pondus. magnum enim auri pondus parvum tamen locum occupat cum aurum superet quaecumque alia corpora in [gr]avitate immo ut ex accuratissimis observationibus quas fecit Vilalpandus habetur habet ad stannum quod tamen etiam satis [grav]e eam in pondere rationem quam habent duo cum dimidio ad unum. Hoc est sint duo globi aequales in ma[gnitu]dine aureus unus stanneus alter ponderetque stanneus lib 1. aureus ponderabit lib $\frac{2 1}{2}$ ut habet Vilalpandus [s]eparatim parte 2 lib 3 c 5 ubi similiter habet proportionem reliquorum metallorum inter se quia ergo multum [val]et illud aurum quod imponitur plus quasi auri videtur imponi quam alterius metalli. quod tamen [s]imiliter est falsum

Adverte in dicto casu quod aer intercludens deveniat ad tam parvam molem ut exire non possit, quia ut exiret deberet rarefieri et propellere alias partes aeris quae sunt extra basim et causare in illis condensationem, quod praestare non potest aer includens cum pervenit ad tam parvam molem, eo quod resistat maior aer extra basim qui intendit se conservare in sua raritate.

Obijcies 4. Cantarum vini plena contusa magis ponderat quam quando est contusa. Item homo vivus minus ponderat quam mortuus. R. Cantarum contusam ideo esse maiorem quia aer qui in terra perturbatur inter poros per contusionem expulsus est. Homo item vivus propter aerem quem spirat et propter spiritus tenuiores quos habet dum vivit est levior quam quando est mortuus. Haec et alia argumenta bene dissolvunt Conimbricenses. 4 phys c. 9. q. 1 a 5

Sectio 2

Per quam virtutem moveantur corpora ad replendum vacuum?

Cum videamus mira quaedam fieri in natura ad vitandum vacuum, ut descendere levia, ascendere gravia, investiganda est virtus per quam talia fiunt.

Conimbricenses c. 9 q. 1 a 4 dicunt praeter peculiares virtutes quibus propria loca petunt corpora, videlicet illis attributa aliam virtus cuius impulsu ad omnem loci differentiam cum opus est rapiantur; interdum vero hanc vim non adhibent sed adsciscunt operam alterationum qualitatum quibus corpus rarefaciunt; interdum per negativam quandam obsistentiam talia repugnant ut fit in follibus etc. Rubius q. 1 n 14 recurrit ad causam primam cuius munus est conservare totam universum, et ideo vel per corpora apta ad praestandum id movet aliud corpus; vel per angelos quibus eam curam demandat.

Dicendum. Elementa et reliqua corpora movent extra suum locum ad vitandum vacuum ab illo agente quod movet proxime corpus. Ita Vasquez 9a 2dl. d 25 n 29 Murcia lib. d 29)

[cor]pora gravia et levia [m]oventur ad omnes loci [dif]ferentias aut aliam moti[onem] naturalem sequuntur sic [aq]ua ascendit in antliis [si]phonibus etc. aer descen[dit] infra aquam etc. 2do [cor]pora rarescunt plus [qu]am exigit eorum natura [...] si quis obturato ore [fo]llium attollat latera, si [...]a naturam rarescunt aer [...]clusus non tamen po[ss]unt quantumvis [...] folles [ap]erire sed franget folles [...] fiet apertior ut possit [...] relinqueret quod si [...]tem folles sunt fortiores quam [...] frangi possint adhibita potentia non poterunt eos ulterius aperire

Patet manifesta experientia qua quis trahens aerem contiguum cum aqua sentit etiam pondus aquae adeo ut si ille qui trahit non habeat virtutem attrahendi corpus contiguum nempe aquam, nec posset trahere corpus immediatum neque qui non posset trahere aquam per tubum, nec posset trahere aerem immediatum sibi et aquae. trahens ergo aerem producit primo impulsum in aere deinde simul cum aere in aqua. Quod si vero corpus habeat virtutem ex se ascendendi tunc ex se primo ascendit et consequenter producit virtutem in corpore proximo quia se sequatur. Unde fit ut si duae fistulae ita conjungantur ut faciant angulum, et una extremitas in vas demergatur ex altera vero ore exhalatur aer, tanta debet esse attractio quanta sufficit ad trahendas partes vini vicinas aeri in fistula existentes, quae partes vini deinde suo pondere descendentes trahunt alias sequentes. Ratio à priori Conclusionis est quia ad tales motus sufficit potentia passiva in corpore ad recipiendum motum qui est violentus simpliciter, per accidens vero naturalis quatenus per illum tendit corpus ad contiguitatem quam natura ex multis experientiis videtur intendere.

Objicies 1. sequeretur idem esse prius et posterius nam valet haec Causalis, in vase irrigatorio aperto orificio ideo aqua descendit quia aer ingreditur per orificium; et deinde valet etiam ideo aer ingreditur quia aqua descendit R. negando seq. prius enim est aquam descendere et simul pos aerem proxime subingredi per orificium apertum quam aerem subingredi.

Objicies 2. Contiguitas est bonum universi Ergo ad illam Corpora habent inclinationem activam. Ergo si pro ea habenda necesse sit Corpus movebitur contra suam particularem inclinationem movebitur. Quemadmodum enim quilibet civis duplicem habet inclinationem et habitudinem alteram ut privatus et sic quaerit bonum privatum: alteram universalem ut pars communitatis et sic aliquando quaerit destructionem sui pro servanda Communitate. R. concedendo Antecedens distinguendo Consequens habent inclinationem activam et per se per quamcumque media nego: habent inclinationem activam

per aliqua media, per alia vero solum passivam et per accidens concedo. In exemplo autem de lune est disparitas quia eadem potentia appetitiva in lune potest inservire ad bonum privatum et commune, non autem gravitas neque in aqua potest inservire per modum principij activi ad ascensum et descensum.

Dices qui habet inclinationem per se ad finem non potest non habere etiam ad media. Ergo si corpora habent inclinationem ad finem, nempe contiguitatem, habere etiam debent ad media. R. distinguendo antecedens si media illa sunt connexa per se cum fine concedo, si solum per accidens nego. Quare cum ascensus aquae deorsum non sit per se connexus cum contiguitate aquae et aeris, eo quod possunt esse simpliciter contigua sine tali ascensu, non est necesse quod aqua per se habeat inclinationem ad talem ascensum.

Adverte autem licet virtute naturali non possit dari vacuum potest tamen virtute divina ut communiter omnes quia nulla est implicantia. An autem possit dari vacuum virtute angelica x est dubium. Negant plerique ut Conimbricenses, Hurtadus, Fonseca eo quod inducere vacuum sit mutare universi ordinem quod non competit Angelis. Item quod sit miraculum. Affirmativam tenent aliqui recentiores eo quod ad faciendum vacuum non requiratur alia virtus quam propellere unum corpus et retinere aliud ne sequatur, quod totum cur non possit facere Angelus? Ego puto ex intrinseca virtute Angeli id posse fieri sed prohiberi ab extrinseco decreto Dei volentis id prohibere tanquam autoris naturae et conservatoris sicuti procul dubio Angelus posset sistere solem et consequenter destruere mundum, similiter communis conceptus hominum est posse daemones si Deus permitteret totum orbem susque deque vertere, neque haec sunt proprie miracula, vel si sunt ad summum sunt miracula quoad modum scilicet non debetur vacuum in his circumstantijs in rerum natura.

x ... videtur simpliciter ... non ... possit ... instrumentis arte ... augeri potentia in ... ita ut nulla tanta ... dari resistentia quanta non possit superari nec ... pondus tam grave quod possit attolli mediantibus machinis (ut patet ... Archimede, Papo, Ale... Guido Ubal... et alijs) qui demonstrant de machinis seu ... et cum potentia ... motiva quam habet ... sit finita videtur dari non possit potentia quantumque machinis adiuta ... ad corpora abrumpenda avellenda, nec posse ... angelica loco mo... ad hoc sufficere ... Quanto autem id possit aliter ... ut non ita coniiceant ... corpora incitum et probabilius esse videtur non posse ... videtur Deus decrevisse vel Angelo vel Daemoni potentiam ... turbandi ordinem universi vel mutandi naturalem ... universi propensionem ... probabile est solum Deum posse inducere vacuum in hoc universo. quod vero id Deus possit ... potest dubitari cum nulla in eo appareat implicantia

Sectio 3

An et qui motus dari possint in vacuo?

Quaestio procedit praesertim de motu locali, de aliis enim
motibus ut sunt alteratio augmentatio et generatio loquendum
est cum distinctione. Si enim ad omnes actiones sublunares
requiritur influxus caelorum ut videtur requirere Aristoteles 2 caeli
c 2 et 8 phys t 75 S. Thom. in 2dum dist 2 q 2 a 3. tunc
dicendum est non posse fieri hos motus in vacuo; si autem non
sit necessarius influxus caeli pro singulis actionibus ut proba-
bilius existimant Conimbricenses potuerunt quantum est ex hoc
capite huiusmodi motus esse in vacuo. Quaestio ergo ut
dixi procedit de motu locali corporum supposito vacuo

DICO 1. Si daretur vacuum v.g. aer annihilaretur
adhuc naturaliter gravia et levia moverentur in eo non
solum per accidens per motum alterius trahentis qui sit in
pleno sed etiam per motum a principio intrinseco. Ita Conim-
bricenses q 4 a 1 Rubius q 3. Murcia q 2 Hurtadus et alii
Probatur 1mo talia corpora adhuc haberent suum centrum
ergo possent ad illud tendere quare si lapis poneretur
in vacuo descenderet ad terram et ignis peteret concava
lunae. Probatur 2do Contiguitas est bonum universi
ergo si aliunde corpora habent virtutes motivas et inclinatio-
nem ad locum suum naturalem dicendum est quod per illas
virtutes moverentur se ad coniungendum alicui corpori vicino
in suo loco naturali

DICES. Corpora non moventur nisi ut gravia sint
infra levia et levia supra gravia. Sed lapis (et idem est
de omnibus mixtis et simplicibus corporibus) in vacuo non est
supra levius corpus. Ergo non est ratio cur moveatur. Resp.
posset 1mo negando maiorem quidquid enim sit an moveantur
propter illam rationem posset tamen dici quod non solum pro-
pter illam moveantur sed etiam propter hoc ut sint in suo
loco magis vel minus proximo centro. Resp. 2do negando
minorem nam suppono post vacuum verius centrum terrae
esse aquam lapidem autem in vacuo ubi antea fuit aer

DICO 2. Motus proiectorum si fiat a corpore non potest

fieri in vacuo. Ita Fonseca lib 9 c 1 q 6 s 7 et alii. Probatur breviter in omnibus corporibus sublunaribus est amor et inclinatio contiguitatis. Ergo naturaliter petunt non disiungi invicem. Unde est ut sagitta adhaeresceret manui proicientis propter amorem contiguitatis. Dixi a corpore si enim proiceretur ab Angelo probabile est quod moveretur sagitta in vacuo.

DICO 3. potest fieri motus aliquis viventis in vacuo ita Fonseca et Hurtadus. Probatur quia nulla videtur ratio in contrarium. Cur non posset homo existens in vacuo elevare brachium. Probatur 2do motus Animalis potest fieri iuxta inclinationem animalis determinati per cognitionem. Ergo potest fieri in vacuo. Quod tamen intellige quantum est ex hoc capite nam aliunde non posset fieri eo quod Animal ob defectum respirationis moreretur in vacuo.

Difficultas maior est de motu progressivo. Pro quo sciendum potentiam progressivam Animalis residere in musculis ex Phil. s 7 probl. s 8 et 3° de Anim. c 13 qui musculi per se moventur primo per deductionem et adductionem. Deinde movent alias partes exteriores quare si motus Animalis esset in vacuo esset solum per accidens ratione partium externarum, proprie esset in pleno ratione partium internarum. Motus autem progressivus fit hac ratione elevatur primo pes per potentiam motivam et postquam ita sublatus est pes ut per eam elevationem respondeat loco ulteriori a sua vel etiam capitis gravitate movetur et descendit ad locum ulteriorem qui per lineam rectam correspondet. Et hic est ratio quare cum velociter ambulamus et pulsamur cum ascendimus caput et reliquum corpus inclinamus in partem anteriorem quia hac ratione gravitas capitis iuvat et inclinat pedes in partem anteriorem et deprimit illos et hac ratione inclinando in partem illam minus laboris experimur in ascendendo. Hoc posito

DICO 4 Si homo existens in vacuo haberet pedes

supra basim non posset moveri localiter. Si vero non haberet posset. Ratio prioris partis est quia amor continuitatis non permitteret a basi pedem amoveri. Secunda pars ptz potest in vacuo attolli pes et transferri sicut dixi de brachio in Concl. 3. potest item propria gravitate descendere ubi laxati fuerint musculi, sed in his consistit motus progressivus. Ergo in vacuo potest fieri motus progressivus.

Dices in vacuo gravia non gravitant et consequenter pes semel elevatus non descenderet, unde non fieret progressio. Sed Contra: Jam dixi supra ut etiam in vacuo gravia gravitant et petant centrum. Deinde esto id esset falsum nihilominus cum post elevationem pedis non potest virtus detrudi per impulsum acceptum a cerebro. Sicut enim potest manus detrudi et deijci ita et pes quo casu erit ambulatio et progressio

Dices 2. Non elevatur pes unus nisi saltem innitatur alicui corpori solido Sed in vacuo supponitur nullum esse tale corpus cui insistat pes et innitatur. Ergo in vacuo non potest elevare pedem alterum Ergo nec progredi. Rx primo hoc argumentum esse contra adversarios nam hoc ipso quod supponant in vacuo gravia non gravitare non erit opus ad elevationem pedis unius ut alter insistat alicui corpori solido. Deinde dico sicut supponitur possimus stare utroque pede in vacuo absque eo quod insistat alicui corpori cur non etiam supponatur uno pede stare dum alterum attollit

Objicies 1 Arist. Coeli t 22 dicit coelum non esse figurae ovalis aut angularis, sed perfecte sphaericae quia cum moveatur circulariter fieret de novo vacuum in eius angulis vel in aliis partibus sed si aliquod corpus moveretur in vacuo eodem modo fieret de novo vacuum. Ergo nullum corpus potest moveri in vacuo. Confirmatur quia Ide t 66 ait In vacuo impediri motum Rx Aristotelem ibi loqui de figura quae per se conveniret coelo et sic per se essent ordinati tales anguli ad faciendum vacuum. At vero in casu posito ubi

vacuum esset per Accidens ita per Accidens fieret aliquid vacui vel potius commutatio vacui pro vacuo. Sed hoc nihil refert nec tollit bonum universi cum ex suppositione vacui accideret Conimbricenses c. 9 q. 1 a. 5 ad 2 dicunt hanc rationem Aristotelis esse solum probabilem et non convincere: alij dicunt si convinceret id fieri ex suppositione aliquorum quae supponit Aristoteles. Ad confirmationem Respondeo Aristotelem loqui ubi ad hominem contra antiquos ut videbimus postea

Objicies 2 Si Petrus in vacuo elevaret manum divelleret duo corpora adinvicem. Sed hoc est contra amorem contiguitatis Ergo Respondeo concedendo maiorem nempe quod partialiter divelleret et nego minorem, hoc enim non est contra contiguitatem cum adhuc semper manus maneret non solum contigua sed etiam contigua pectori, et consequenter adhuc stat influxus unius partis in aliam. Haec et similia non sunt absurda. Cum sequantur connaturaliter ex eo quod datum sit vacuum et positus sit homo in vacuo unde sedens potest assurgere et se extendere vel e contrario contrahere se in minorem situm.

Sectio 4

Utrum si gravia et levia moverentur in vacuo vere referatur debere moveri in instanti

Aristoteles hic t. 73 pluribus argumentis probat si fiat motus in vacuo necessario debere fieri in instanti ex quo infert impossibile esse motum fieri in vacuo, cum hoc ipso quod motus sit localis successivus esse debeat. Primum argumentum eadem est proportio velocitatis in motu per medium subtilius ad celeritatem motus per medium crassius quae est inter ipsum medium subtilius et crassius et consequenter eadem proportio temporis intra quod mobile per utrumque spatium defertur. Sed vacui ad plenum nulla est proportio Ergo nec est proportio celeritatis inter motum in pleno et motum in vacuo

Secundum argumentum. Si motus esset in vacuo tam brevi tempore posset aliquod mobile pertransire spatium plenum quam vacuum ponamus enim spatium pertransiri uno quadrante, tunc

impleatur aere et perforetur una hora deinde tollatur aer et impleatur alio corpore quod sit quadruplo subtilius aere ex quo facile fit argumentũ. Tertiũ Argumentũ Si motus in vacuo fieret in tempore sequeretur duo corpora inaequalis gravitatis aequali tempore idem vacuũ pertransire, nam gravius ideo celerius movetur in pleno quia facilius secat mediũ per quod transit et superat resistentiam illius. Sed in vacuo nullũ est mediũ superandũ nec ulla resistentia Ergo

De mente Aris et de veritate quaestionis duplex est apud auctores sententia. Ferrerius lib 11 c 10 tenet Arlem demonstrative concludere. Idem dicunt multi recentiores qui putant quod omnis successio in motu habeatur a medio pleno ita ut vel mediũ sit adaequata causa successionis, vel certe sine illo non sit successio. S. Thomas hic lect 12 Conimbricenses Rubius Toletus et alii tenent causã adaequatam successionis in motu posse esse ipsũ mobile quamvis aliqua successio habeatur a resistentia medii. Quare si motus esset in vacuo absolute esset successivus.

Dicendũ cũ secunda sententia. Probatur Successio motus non solũ provenit ex medio quatenus plenũ est sed etiam prout intercapedinem et distantiam extremorũ exhibet. Sed illa distantia manet in spatio vacuo. Ergo, ratione illius adhuc motus in vacuo erit successivus. Minor patet quia terminorũ distantia est quae causa ne corpus simul in termino a quo et termino ad quẽ et in locis intermediis esse possit. Hoc constat ex suppositione vide Conimbricenses qui rem bene declarant et confirmant. Confirmatur primo Angelus movetur successive cui tamen non resistit ullũ spatiũ. Ergo non ex sola resistentia medii oritur successio. Confirmatur ideo ex S. Thoma. ultimũ caelũ movetur successive et tamen in vacuo seu potius in nihil. Ad Arlem respondeo cũ S. Thoma Conimbricensibus et aliis argumenta illius efficacia esse ad hominem. Contra antiquos qui ponebant ex resistentia medii oriri totã successionem in motu cũ ergo suppositio

illa absolute sit falsa argumenta ipsa nihil absolute concludunt maxime primum. Unde Conimbricenses a 2 dicunt eandem esse proportionem temporis ad tempus quae est spatii ad spatium modo de eo tantum loquamur tempore quod ob resistentiam medii consumitur non autem de illo quod ob intercapedinem spatii.
Ad 2dum dico si vacuum decurritur uno quadrante et plenum fere una hora, sola tarditas trium quadrantium oritur ex resistentia aeris et ideo corpus quadruplo subtilius decurretur uno quadrante, et postea quarta parte trium quadrantum.
Ad 3tium respondetur ipsam gravitatem esse determinativam tantum velocitatis, nec esse veram causalem quod solum ideo maior lapis moveatur citius quia magis superat resistentiam medii. Quod autem antiqui supponerent totam successionem ex resistentia medii S. Thomas id colligit ex ipso Aris. argumento ponentes vacuum inquit hac de causa ipsum ponebant ut non impediretur motus et sic secundum eos causa motus erat ex parte medii quod non impedit motum &c.

Obijcies Si in subiecto non esset frigus calor produceretur in instanti. Ergo si medium non esset plenum motus fieret in instanti R negando consequentiam nam successio alterationis habetur adaequate a resistentia contrarii et ab applicatione causae unde lumen producitur in instanti a sole; at vero successio in motu locali habetur etiam a distantia terminorum ut a qualitate motiva.

Dices unde habetur quod virtus motiva gravium et levium sit determinata ad certam velocitatem vel tarditatem R id non fingi gratis sed habere fundamentum. nam in pleno videmus per idem medium unum moveri tardius altero deinde esto non esset ista motiva virtus determinata semper tamen adhuc arguitur successio in motu in vacuo ex distantia terminorum quam non posset corpus naturaliter pertransire in instanti, supernaturaliter quidem posset si poneretur in toto illo spatio seu distantia simul per replicationem et productionem omnium ubi simul quae alias successive habiturum esset corpus.

Disputatio 13
De Duratione

Agit Aristoteles hic 4 Phys. a t. 87 usque ad finem de tempore quod est duratio successiva, qua occasione agemus hic de omni duratione, qua etiam de re agunt in pul senti autores.

Quaestio 1
De Duratione in Communi

Hac quaestione tractabimus de duratione in communi et iis quae spectant ad durationem non descendendo ad particularem speciem durationis successivae quae est tempus.

Sectio 1
Quid et quotuplex sit Duratio?

Soares d. 50 Metaph. s. 1 et Severinus lib. 12 c. 1 inquiunt durationem esse permanentiam seu moram rei in suo esse sive esse moram existendi; et est ita rem aliquam esse ut antea fuerit. Alii dicunt durationem esse formam a qua res habet non quod existat simpliciter sed quod existat hodie vel cras, sicuti ubi est illa forma a qua res habet existere hic vel ibi. Est autem duratio multiplex. Prima est aeternitas quae communiter definitur ex Boethio lib. 3 de consol. pros. 2 et lib. 5 pros. 6 hoc modo: Aeternitas est interminabilis vitae tota simul et perfecta possessio. Dicitur interminabilis quia debet habere incapacitatem termini; dicitur vitae eo quod talis duratio non sit nisi viventis; dicitur tota simul ut excludat omnem intrinsecam successionem et solum coexistat indivisibiliter aliis durationibus extrinsecis

fluentibus. Durationem perfectam possessio ut indicatur q[uae] careat omni imperfectione.

2da Duratio est durum quod est habens initium non finem et ideo definitur esse duratio rerum incorruptibilium seu spiritualium. Carens fine non principio; ita quidem ut possit per potentiam Dei non carere fine: hac duratione durant angeli et animae rationales: hac etiam duratione durat visio beatifica, amor beatorum in patria ut Suarez S 6 n 4.

3tia Duratio est rerum natura sua corruptibilium per ... tamen qua duratione durat lapis homo &c

4ta est duratio rerum quae in fluxu et successione consistunt ... duratio motus. Quamquam ut bene Suarez S 2 n. 10 et ... tardus motus proprie loquendo non durat nec temporalis quia ipsorum esse consistit formaliter in fluxu et transitu ita ut nulla pars perseveret aliquandiu in esse alioquin circa illam partem non essent entia successiva. Denique ... quaedam duratio imaginaria temporis imaginarii ab ... in aeternum fluentis, de qua fuse tractatur D 15 physica et nos aliquid infra.

Solet praeterea assignari duratio instantanea quae ... forte explicatur per particulam nunc de qua nos infra in disp. de quantitate sicuti etiam de instanti angelico quod est duratio conveniens operationibus angelorum liberis quia ... licet ita habeant ut non semper illas retineant, et quia ... unam operationem eliciunt alteram fit ut concipiantur successionem quandam inter illas operationes quod vocatur successio discreta vide Suarez S 7 n 8.

Sectio 2

An duratio distinguatur a re durante ex natura rei?

Quaeritur hic in universum de omni re creata quae durat an duret per modum superadditum? Prima sententia sola ratione distinguit durationem a re durante, ita Soares d. 50. Ferrerius citatus, Vasques 1 p. d. 33 c. 3. Molina 1 p. q. 3 a. 4 dub. 2. Hurtadus d. 17 metaph. § 2. Toletus hic q. 13. Fonseca 5 metaph. c. 13 q. 11 s. 1, licet contrarium q. 10 s. 2 videatur docuisse: Secunda sententia docet distingui ex natura rei seu modaliter ita Bonaventura in 2dum dist. 2 q. 3 a. 3. Salas 1a 2dae tract. 7 disp. 2 s. 12 et Arriaga tract. 13 d. 5 s. 7. Murcia hic d. 3 q. 3. Conimbricenses hic c. 14 q. 2. Rubius tract. 1 de tempore q. 4.

Dicendum cum secunda sententia. Probatur 1mo. Hoc quod est durare est quid reale ante opus intellectus; sed hoc non potest habere res per suam entitatem neque per aliquid extrinsecum. Ergo per modum superadditum. Maior patet quia etsi nemo cogitet ego vere duro. Minor probatur quoad primam partem: quia eadem entitas est etiam in primo instanti et tamen non dicitur proprie durare. Sed quidquid sit probatur melius haec prima pars. Angelus productus hodie potest deprecari a Deo ut duret cras: nemo autem petit quod habet; si autem duratio esset existentia rei, peteret Angelus quod haberet. Signum ergo est quod duratio non sit ipsa rei entitas sed aliquid quod per petitionem potest illi accedere. Quoad secundam etiam partem probatur. Sublato omni extrinseco vere res duraret ut si Angelus tantum unus crearetur adhuc vere diceretur durare. Probatur 2do. Existentia rei creatae est indifferens ut sit potius nunc quam alio tempore. Ergo hoc quod est Angelum durare nunc habetur a modo superaddito. Antecedens constat quia potuit Angelus creari alio tempore. Consequentia patet a paritate sicuti enim ex eo quia res est indifferens ut sit hic vel ibi arguitur ubi esse modus superadditus determinans ad essendum hic: item quia res est indifferens ut pendeat a tali vel tali causa arguitur actio esse modus superadditus per quam res ab hac causa et non ab alia dependeat. Ita cum existentia Angeli sit indifferens ad durandum nunc vel alio tempore hodie vel cras, ita debet dari modus superadditus

ratione cuius determinatur ad durandum hodie et

Dices 1. Entitatem hanc existere nunc seu durare
hodie nihil addere supra existentiam nisi connotatum temporis
extrinseci cui coexistit: durare item multum vel parum
addit connotatum diuturni vel brevis temporis cui coexistit.
Sed contra 1mo quia in hac solutione petitur principium
coexistere enim alicui est existere tunc quando aliud
existit. Ergo hanc entitatem coexistere tempori extrinseco
est existere tunc quando existit tempus extrinsecum
Ergo ad hoc ut coexistat tempori debet supponi existens
de hoc ergo quod est existere tunc inquiro quid sit
hoc enim non est formaliter coexistere tempori cum sit
natum ad coexistendum. Sicuti ad hoc ut duo homines ex-
sistant localiter necesse est quod unus existat ubi
est alius atque ideo necesse est quod quilibet prius supponatur
existens ibi per aliquem modum realem intrinsecum. Contra
In casu quo esset solus angelus creatus vere duraret nunc
et verum esset dicere durasse nunc plus quam antea, et tamen
tunc non esset tempus extrinsecum.

Dices 2. Diceretur angelus durare nunc et plus
per ordinem ad tempus imaginarium. Sed contra quia tem-
pus illud imaginarium de facto non est aliquid positivum
nos imaginamur ac si esset aliquid fluidum cui res
coexistunt, denominatio autem haec durantis plus ex-
stentis [sic] nunc vel postea est vera denominatio realis. Ergo
non potest sumi ex coexistentia ad formam imaginariam
Patet consequentia quia denominatio realis vera de novo
non potest dari sine aliqua mutatione reali positiva
vel negativa. Cum enim denominatio nihil aliud sit quam
appellatio vel praedicatio; veritas autem praedicationis
sumi debeat ab eo quod res sit vel non sit ita parte rei
hinc fit evidenter non posse dari praedicationem ve-
ram de novo nisi aliqua mutatio realis de novo
fiat in rebus ipsis. Prob. 2do Conclusio ad hominem
contra Suarez et Hurtadum. Non potest aliquid existens

stit sine modo superaddito. Ergo nequit esse hodie sine
alio modo superaddito

Dices cum Soares hanc esse differentiam inter prae-
sentiam localem et durationem quod spatium imaginarium
locale fixum sit et stabile; entitas vero movetur ad illud
acquirendum, atque ideo ipsam entitatem quando movetur debere
aliquid acquirere in se de novo quia ipsa est quae mutatur
at vero spatium imaginarium temporis est fluidum et successi-
vum; atque ita fixa et immobili stante entitate ipsum tempus
fluit et succedit: quare mutatio non datur ex parte enti-
tatis; non secus ac lignum in aqua manet immutabile semper
succedente nova aqua. Sed contra 1mo quia
ut ab exemplo incipiamus disparitas est eo quod aqua sit
aliquid reale atque ideo non mirum quod ligno immutato in-
cipiat de novo esse iuxta hanc aquam et postea iuxta aliam
datur enim mutatio realis ex parte alterius extremi.
Contra 2do etiamsi entitas non moveatur ad occupandum
spatium locale debet tamen dari ubi intrinsecum distinctum; ut
patet si Deus illa in tali loco crearet. Ergo similiter licet entitas
non mutetur nec moveatur ad acquirendum tale spatium temporale
adhuc necessaria erit duratio distincta a qua dicatur esse nunc
vel hodie: et ratio a priori est sicuti enim ex eo quia res
producta est in hoc loco cum potuisset alibi produci, habet
ubi distinctum per quod sit hic: sic etiam quia producta
est hoc tempore cum potuisset in alio produci, debet habe-
re praesentiam et modum distinctum quo sit nunc vel hodie
Contra etiam sunt argumenta supra alata

Obiicies 1 Existere est effectus formalis substan-
tialis. Ergo etiam existere nunc. R. negando consequentiam
quia esse nunc vel hodie non est praedicatum constitu-
tivum ingrediens primum suum intentum a natura. Deinde
ad hominem contra Soares ubi quoque haec ratione esset
aliquid substantiale

Obiicies 2 Hunc modum esse omnino superflu-
um quia eo ipso quod intelligas rem existentem et hodiernum
tempus intelligis etiam durantem hodie, et hoc est fundam.

mentum contrariae sententiae. Rdeo potest 1mo ex eo quod intelligatur res existere et hodiernum non dum intelligitur existere hodie. Quare praeter exi... et praeter hodiernum tempus requiritur aliqua forma quae faciat rem hodie existere 2do Rdeo hoc argumentum contra me non habere vim ut patebit s.

Obijcies 3 Deus durat nunc et quoque e... rat hodie et cras, et tamen non per durationem di... Ergo poterit etiam id concedi creaturae. Antecedens patet in Deo datur denominatio durantis hodie cras, et ... rantis hodie minus quam cras. Ergo consequentia patet, R negando consequentiam ratio disparitatis est quia natura est indifferens ut duret cras vel hodie at vero non potest non durare hodie, unde duratio Dei est e... tialis et intrinseca extrinseca vero creaturae. Sicuti ubicatio per quam creatura est hic distinguitur ab quia poterat esse et non esse hic, Deus vero per sitatem sibi identificatam et intrinsecam est ubiqz.

Dices Sicut Deus non possit non existere in differentia temporis, heri tamen non habuit denominationem existentis seu durantis hodie. Ergo hic denominatio ... durare Deum hodie habetur ab existentia Dei et ab hodie... tempore. Tunc sic sicut in Deo durare hodie est duratio conflata ex existentia Dei et tempore hodierno ... ullo alio superaddito. ita etiam poterit creatura ... durare hodie per solam existentiam et hodiernam du... sine ulla entitate superaddita. R Deum non habere hodie aliquam denominationem intrinsecam realem non... quam heri non habuit, sed solum extrinsecam ex coexist... temporis extrinseci vel alicuius creaturae cui incipit novo coexistere. Sicuti ex eo etiam quod producitur entitas nova, incipit Deus de novo localiter coexist...

ubi per denominationem extrinsecam novam provenientem a praesentia locali creaturae. Quare loquendo in rigore denominatio durantis hodie in Deo est partim intrinseca partim extrinseca orta ex aeternitate intrinseca Dei et duratione hodierni temporis seu duratione hodierna creaturae. unde deficiente hodierna duratione creaturae vel temporis hodierni non haberet Deus hanc denominationem durantis hodie secundum omnia quae dicit licet secundum id quod dicit intrinsece seu in recto illa denominatio haberet Deus; quia cum duratio Dei sit aeternitas quae est tota simul non datur in illa fuit vel erit sed tantum est ac ideo est indivisibilis; potest tamen dici divisibilis virtualiter quatenus correspondet durationi imaginarie divisibili in infinitum. sicuti dicitur de ubi Angelico quod est entitative indivisibile faciens tamen respondere spatio divisibili. Quo posito sicuti Angelus per tale ubi existens in tota schola dici posset in cathedra habere id per quod esset in tota schola: ita Deus per suam aeternitatem indivisibilem dici posset habere hodie id per quod durabit cras; quod fatentur etiam graves de immensitate Dei d. 30 s. 7 quod intelligendum secundum id quod illa denominatio dicit in recto et secundum intrinsecam formam. Et sicuti deinde in communi modo loquendi non bene dicitur Angelus in Cathedra est in tota schola. ita nec bene dicitur Deus hodie durans durat cras. Ratio est quia hoc quia completa haec denominatio conflatur ex duratione Dei et duratione hodierna vel crastini temporis.

Nunc ad argumentum R. negando consequentiam ratio est quia hoc ipso quod Deus sit aeternus et non indifferens ad essendum hodie vel cras et consequenter habens intrinsece totam formam per quam durat hodie et cras, non indiget modo superaddito. At vero creatura cum sit indifferens ad durandum hodie vel cras non potest habere formam hodie per quam durat cras, neque forma illa esse illi intrinseca

et praedicati essentiale, alioqui non posset non durare cras, sed deberet sicuti hodie ita cras durare.

Hinc infero hunc modum distinctum debere competere omnibus entitatibus etiam iis quae per suam essentiam non sunt essentialiter alligatae tali differentiae temporis: nam sicuti ipsum ubi et actio quia producitur ubi non debent habere aliud ubi distinctum quia seipsis sunt essentialiter alligata tali loco: ita etiam ipsa duratio et omnia quae essentialiter alligantur huic differentiae temporis, non habent aliam durationem distinctam. Quod similiter dicendum est de ipsa durationis; alias enim sequeretur processus in infinitum; nam si ubi durationis haberet suam propriam durationem, haec etiam duratio deberet habere suum ubi, cum omnis duratio habeat suum ubi: et rursus hoc ubi durationem etc in infinitum.

Infero 2do quamlibet entitatem habere propriam durationem quia singulis competit esse nunc, esse hodie, quod ipsum melius ex dicendis patebit

Dices 1 possent dici durare omnia quae sunt in uno composito per eundem modum durationis, per quem durat unio, quia impossibile est aliquid esse unitum alicui et non durare durante unione eiusdem. Sed contra sicuti non sunt omnia hic per unum ubi quae sunt in composito, ita nec poterunt durare per unam durationem; quia cum possunt durare et remanere in esse suo res quae uniuntur sine unione, consequenter non durabunt per durationem unionis.

Dices 2 Connaturaliter loquendo non potest substantia manere sine accidentibus nec accidentia sine substantia. Ergo connaturaliter omnia possunt durare per unum modum durationis. Nec obstat quod substantia miraculose debeat unum durare sine alio requiritur modus superadditus durationis: nam dici posset in casu miraculi habere rem propriissimum modum durationis [illegible]

quem Casu non est necesse ut habeat istum modum. R. negando Consequentia. Ratio est quam dabo S. capiti nempe quod sicuti unio non destruit quominus entitates maneant distinctae et consequenter per distinctas actiones producantur: ita etiam unio non destruet distinctionem durationum. Et licet optime colligatur peculiaris cuiusque rei duratio ex separata existentia, non dico tamen istum modum requiri ad hoc ut aliquid duret separatum ab alio.

Sectio 3

V. Duratio sit modus distinctus ab ipsa rei productione et conservatione.

Autores ii qui dicunt durationem esse modum superadditum dicunt rem non habere durationem proprie pro primo sui esse seu in eo instanti in quo producitur, sed pro et in sequenti tempore: imo etiam ii qui non distinguunt durationem volunt rem in primo instanti non proprie durare, et ratio est quia duratio dicit permanentiam seu moram in esse. Alii tamen dicunt rem etiam durare in primo instanti, hoc ipso enim quod existit durat. Sed quaestio est de nomine rem tene et haec contentio verborum. Quibus omissis

Dicendum durationem non esse distinctum quid ab ipsa rei conservatione seu actione conservativa vel productiva ita in terminis aliqui recentiores, in re ipsa autem multi antiqui asserentes variari actionem pariato tempore. Probatur 1mo si duratio esset modus distinctus ab actione conservativa, educeretur a re durante ergo res esset prior natura ipsa duratione. Sed hoc repugnat ergo. Sequela maior patet quia omnis modus excepta actione creativa debet educi. Consequentia etiam patet quia omnis effectus est posterior natura sua causa subiecto. Probatur Creetur Angelus in hoc instanti A et immediate post conservetur. In eo priori in quo debet causare

modum durationis sequentem, adhuc intelligitur existens et non
destructus Angelus. Ergo intelligitur perseverans in esse. Ergo du-
rans. Patet Antecedens quia omnis causa ad hoc ut causet
debet esse existens et ita intelligi: atqui Angelus est cau-
sa saltem materialis suae durationis. Ergo probatur prima consequentia
Intelligitur existere et non in primo instanti. Ergo in
tempore sequenti. Sed hoc est perseverare in esse. Ergo.
Hoc supponitur et probatur quia Angelus intelligitur causans du-
rationem non pro primo instanti A sed pro tempore sequenti
Ergo debet intelligi existere in tempore et non tantum
in primo instanti; existere enim nihil iuvat ad causandum
sed existere pro eo tempore pro quo causat. Probatur consequentia
Angelus prout causat durationem debet concipi ut positi-
ve distans a primo instanti; instans enim naturae in quo
tanquam in priori debet supponi res existens ut causa du-
rationis, est ipsum secundum instans seu tempus, eo quod
instans naturae non distinguatur ab instanti reali seu
a tempore. Sed secundum instans seu tempus se ipso positi-
ve distat a primo instanti A. Ergo hoc ipso quod concipitur
existens et causa durationis concipitur non in primo instanti.
Probatur 2do (si admittis rem in primo sui instanti durare duratio-
ne) Res cum sua actione esset causa talis durationis. Ergo
deberet posse intelligi sine tali duratione. Sed hoc per te non po-
test esse. Ergo non datur talis duratio superaddita. Sequela in...
patet ex doctrina de causa et prioritate naturae. Hoc...
Res cum actione deberet intelligi existens non de praeterito
vel de futuro quia hac ratione non intelligeretur ut cau-
sa actu. Ergo debet intelligi existens de praesenti; esse au-
tem de praesenti est ipsissimum esse nunc seu durationem
instantaneam. Ergo antequam intelligatur modus durationis
sequens iam intelligitur res existens de praesenti et cum pri-
malissimo conceptu durationis. Probatur 3tio Non sunt
multiplicanda entia sine necessitate. Ergo si possumus om-

effectum formalem durationis salvare in actione productiva rei debemus id facere: praesertim cum hac ratione salvemus adhuc distinctionem durationis a re durante: atqui ex dictis patet posse in actione salvari effectus formales durationis, cum actio productiva rei praescindendo ab omni alio sit praesens et positive distans ab instanti praecedenti ergo. Probant Ato alii argumento theologico si duratio esset distincta ab actione productiva rei sequeretur quod continuatio in opere bono non esset meritoria. Consequens est falsum ergo. Probatur sequela non esset libera formaliter sed necessaria ergo nec meritoria. Probatur antecedens non posset non sequi talis continuatio posita entitate actus quia entitas rei est causa necessaria durationis

Obijcies 1. Actio productiva rei est indifferens ut sit nunc vel postea. Ergo non potest esse modus durationis qui alliget essendi aliter ad hoc tempus. Antecedens probatur frustra enim fingitur si res fuisset alio tempore producta quod debuisset etiam per aliam actionem produci. Respondeo negando antecedens nam talis actio in eo priori in quo per te intelligitur esse causa mediata durationis, debet intelligi actu et praesens. Ergo habens conceptum durationis ergo alligata ad hoc tempus. Ad probationem antecedentis non frustra hoc dici aut confingi; nam dicendo actionem esse durationem effugimus multiplicitatem modorum ex una parte; ex alia nullum sequitur inconveniens si admittamus eandem numero actionem non potuisse alio tempore poni in rerum natura. licet sequeretur inconveniens si admitteremus rei ipsius existentiam alligatam esse tempori; nam tunc non potuissem ego alio tempore produci etiam per potentiam Dei, nec mundus alio tempore quae omnia absurda sunt.

Dices 1 eadem ratione res potest intelligi esse hic

per actionem productivā sui sicuti intelligitur esse nunc
per eandem actionem. Aliqui recentiores admittunt hoc
sed contra 1mo pro eo priori quo intelligor existens cum
determinata actione sum adhuc indifferens ad essendum hic
vel ibi. Ergo actio non est ratio formalis constituens me
hic. Probatur antecedens. Prius intelligitur res esse absolute et
consequenter habens determinatam existentiam et actionem
quae dedit esse existentiae quam intelligatur esse hic. Ergo
pro illo priori res est indifferens ad essendum hic vel ibi.
2do Contra est nemo est indifferens ad causandum
vel conservandum per hanc vel illam actionem et tamen est
indifferens ad essendum hic vel ibi. Ergo esse hic vel
ibi non habetur ab actione causativa existentiae.
3tio cum actio sit fluens sequitur quod ego stans et fixus
semper sum in diverso loco intrinseco, et consequenter [illegible]
dictum tempus cum loco etc.

DICES potest res intelligi existens licet non in-
telligatur esse in loco positive sed solum negative id est
non esse alibi. Ergo poterit intelligi res existens posita
actione non positive sed tantum negative id est non ha-
bens alias durationes, positive vero intelligetur existens
et durans per durationem supervenientem. R. negando
consequentiam. Disparitas est quia hoc ipso quod intelligatur
res existens ut causa talis durationis, intelligitur etiam esse
positive praesens eo quod talis praesentia sit de conceptu
existentiae actu ut est causa. Ubicatio vero non est de
conceptu causae causantis de praesenti. Quare ubi supponitur
conceptus existentiae rei qui bene potest haberi non habito
conceptu ubicationis; non vero potest haberi conceptus
existentiae causantis aliquid sine duratione: [illegible]
ipso quod intelligitur res existens causans aliquid debet
intelligi prioritas naturae et instans rationis, in instans autem

rationis non potest praescindere ab instanti reali Ergo

Sectio 4

An duratio entium permanentium sit successiva

Sensus est an entia quae habent omnes partes simul existentes, vel etiam an entia indivisibilia durantia certo tempore durent per modum durationis permanentem an vero per successivum et fluentem? sicuti lignum positum in fluvio habet diversas partes aquae fluentes successivas. Pro qua

Adverte sicuti ubi explicamus per correspondentiam ad tale spatium imaginarium: ita modum durationis explicamus per hoc quod sit affixus tali tempori imaginario, cum hoc tamen discrimine quod spatium ubicationis habet omnes partes simul, spatium vero durationis seu tempus habeat partes fluentes.

Dicendum Omnem durationem rei creatae existentis plus quam per instans esse in sua entitate successivam. Bonaventura. Murcia citatus d. 3. q. 4. Arriaga tract. de Trinitate Contra Suarez Vasquez Molinam Prado 1 p. q. 10 alios quam recentiores. Probatur 1mo auctoritate Patrum qui in hoc potissimum distinguunt durationem creatam ab increata, quod haec sit permanens illa successiva ut videre est apud Molinam 1 p. q. 10 a. 1. Valentia 1 p. q. 10 punct. 3 et alios. Probatur 2do ratione omissis aliis argumentis quae facile rejicimus. Si duratio creata sit permanens et indivisibilis sequitur Angelum semel productum non posse iam annihilari; sed hoc non debet dici Ergo. Probatur sequela quia si duratio est indivisibilis per eandem durationem est praesens Angelus tempori hodierno et crastino. Ergo eadem est forma indivisibilis faciens illum durare hodie et cras. Ergo nec posset Deus ita non facere Angelum durare cras quia hoc

est de essentia talis formae. Ergo non potest non durare cras Angelus et sic in infinitum. Hoc idem argumentum potest applicari ad durationem indivisibilem per quam Angelus durat per aeternitatem a parte post id est per aevum, et sic sequitur Deum non posse annihilare Angelum hoc ipso quod ipsum semel produxerit et dederit illi durationem. Quare S. Bonaventura hoc suo quasi ultimo argumento dum dicit nisi successio inveniretur etiam spiritualium duratione formaliter, statim atque primo producuntur, acciperent totum suum esse ultimo modo quo possent: ex quo fieret ut amplius conservatione non indigerent. Si enim non possent annihilari ad quid egerent conservatione ulteriori. Hunc probat non primum argumenti nempe quod sit absurdum quia hoc repugnat perfectissimo Dei dominio eo quod non posset annihilare creaturam quando ipse vellet. Quod tamen repugnat Patribus et communi sensui Catholicorum qui apprehendunt quovis momento Deum quemvis uno totum mundum posse annihilare. Probatur 3tio modus durationis quo Angelus durat esset talis ut ei ex principiis intrinsecis repugnaret destrui sed hoc repugnat creaturae. Ergo repugnat simpliciter talis modus. Ideo patet quia essentia talis modi esset respondere omni tempori a parte post. Minor probatur creatura hoc ipso quod creatura sit habet esse participatum et per subtractionem concursus Dei defectibile: sed talis modus non haberet esse participatum per subtractionem concursus Dei defectibile. Ergo non esset creatura quod repugnat. Probatur 4to frustra applicarentur activa passivis, v.g. ignis ligno ut destruat illud quia si lignum habet modum durationis determinantem ultra illud tempus, quo applicatur ignis, non poterit comburi. Ratio a priori est quia per nos duratio est actio sed actio est successiva et

sive ens quid. Ergo et duratio. Dices 1mo
nempe esse absurdum creaturam non posse annihilari quia hoc
esset ex suppositione et consequenter non antecedenter; nam po
tuisset Deus non dare talem modum durationis. Sed
contra. nam licet ex hoc arguatur quod positio talis dura
tionis sit facta libere a Deo, repugnat tamen ex alio
capite scilicet quod detur creatura aliqua petens ex suis
principijs intrinsecis et essentialiter non destrui quod est
contra dominium Dei et contra rationem creaturae ut
ostendi. Unde etiam est quod repugnet minus (quod est
tamen contra communem sensum philosophorum vel sal
tem multorum autorum) creaturam esse ab aeterno quam
durare in aeternum per talem durationem indivisibilem
quia licet producta creatura ab aeterno non potuisset
destrui quin aeternum durasset, poterit tamen destrui
quocumque tempore et instanti assignabili

Dices 2. Si Deus decerneret me durare per tres
horas non posset me destruere ante tres horas elapsas
et tamen hoc non esset contra perfectum dominium
Dei. Ergo neque si daret mihi durationem indivisibilem
per quam durarem tribus horis. R. negando consequentiam
disparitas est quia in primo casu totum se teneret ex
parte Dei cum ex parte creaturae poneretur duratio quae
esset essentialiter defectibilis. In secundo vero casu pone
retur aliquid extra Deum petens ex suis principijs in
trinsecis essentialiter non destrui

Dices. 3. Angelus potest existere in spatio divisi
bili per ubi indivisibile. Ergo etiam in tempore divisibili
per durationem indivisibilem R. negando consequentiam
ratio disparitatis est quia talis duratio esset indefecti
bilis etiam de potentia Dei absoluta, nam ut dixi essen
tialiter respiciet tales differentias temporis. Ergo non pote
rit destrui quousque fecerit respondere talibus differentijs temporis

at vero licet ubi indivisibile faciat respondere nullis spatiis, potest tamen destrui quocunque tempore

Dices 4 Si duratio habet continue partes successivas, sequitur rem permanentem continuo mutari et aliter se habere. R concedendo totum in quo nullum est absurdum sed convenientissimum creaturae cuius dependentia ab actuali influxu Dei hoc postulat

Dices 5 Si duratio rei permanentis intrinsece est successiva illa non differet a tempore. Sed hoc est falsum Ergo. Maior patet quia per successionem differt tempus à reliquis rebus. R cum minori negando sequelam. et dico tempus esse duplici modo successivum ut quo et ut quod; durationes autem creaturarum dicuntur rerum permanentium uno saltem modo sunt successivum scilicet ut quod et sic differunt à tempore esse autem successivum ut quod est in sua entitate habere partes succedentes sibi; successivum vero ut quo est illud quod substerna est ratio cur alterum habeat successionem et partem post partem: qua ratione tempus est duratio motus qui habet partes post partes

Quaeres An etiam negationes durent?

R negationem v.g. Antichristi durare seipsa essentialiter ab aeterno; nam sine addito verum est dicere ab aeterno Antichristum non esse ab aeterno: in quolibet enim instanti determinato habet non fuisse ab aeterno per carentiam durationem sincategorematice infinitam, eo quod habeat negationem et huius et illius durationis et sic in infinitum

Quaestio 2

De Tempore

Multa quae de tempore peculiariter dici possent intelliguntur ex quaestione praecedenti, cum etiam tempus sit duratio et quidem successiva. Hic tamen aliqua peculiariter ad tempus spectantia subiungemus quae aliis quaestionem obscuram elucident. Unde S. Augustinus 11 Confessionum c. 14 ait Quid est ergo tempus? Si nemo ex me quaerit scio, si quaerenti explicare velim nescio.

Sectio 5
Quid sit Tempus?

Adverte ex Conimbricensibus in praesenti q. 1 a. 2 tempus triplici posse usurpari. 1mo modo ut est mensura motus summe aequabilis, qualis est conversio primi spheri vel eo quod talis motus sit maxime regularis et omnium brevissimus ut ait Aristoteles 8 Phys. t. 83. Unde S. Thomas existimat tempus hic definitum esse mensuram motus solius primi spheri: ab aliis vero motibus aliorum orbium habent alias denominationes temporarias: a motu enim solis distinguitur tempus in annos, a motu lunae in menses etc. quae tempora dicuntur mensura vel extrinseca aliarum durationum. Et de hoc tempore extrinseco dicitur in Apocalypsi non futurum tempus aliud, id est post diem iudicii quia motus caelorum desinent. 2do modo sumitur tempus pro duratione intrinseca cuiuslibet rei existentis et perseverantis in suo esse. 3tio pro imaginario quod concipimus per modum cuiusdam fluxus constantissimi et pro mensura universalissima omnium durationum.

Adverte 2 aliud esse numerum numerantem qui est intellectus formaliter unitates recensens: aliud numerum numeratum, talis autem numerus quoad praesens institutum attinet dividitur a Peripateticis ex doctrina Aristotelis in praesenti t. 102 in numerum a rebus abstractum ut in binario ternario etc. et in numerum rebus concretum ut in binario hominum lapidum etc.

Item numerus Concretus rebus duplex habetur unus qui ex partibus reipsa discretis coalescit cuiusmodi est binarius duorum hominum, alter qui constat ex unitatibus non re sed cogitatione disiunctis ut si quis continuum aliquod in duo dimidia intellectu partiatur.

Adverte 3° ex Vasquez 1 p. d. 3, c. 2 mensuram realem alicuius rei oportere realiter distingui a re mensurata; quod saltem ex communi modo loquendi rerum est

Dicendum bonam esse definitionem temporis quam posuit Aristoteles hic t. 101 tempus est numerus motus secundum prius et posterius. Explicatur. Dicitur numerus non quidem numerans sed numeratus ut habetur t. 102 competit enim rei quasi proprietas passiva numeratio id est quod possit numerari: Tempus autem dicitur numerus non quia tempus sit entitas discreta sed ut explicetur quomodo tempus habeat partes unam post aliam ut se habent unitates dum enumerantur; item quia intellectus ad modum quantitatis discretae dividit tempus in saecula lustra annos, dies horas. Dicitur motus ut ostendatur tempus esse durationem rei successivae qualis est motus praesertim primi spherae mobilis; atque adeo esse reipsa motum: ubi Aristoteles t. 99 quod tempus id quidem quod est motus est. Dicitur secundum prius et posterius ut ostendat quod partes non debeant esse simul sed successive una semper post aliam.

Ex dictis facile solventur ea quae apud Conimbricenses a, ab auctoribus obiiciuntur 1mo tempus esse continuum quid et non discretum ac proinde non numerum. Ad quod respondent Conimbricenses tempus esse continuum quid spectatum prout est in rebus, prout vero est in mente seu ab intellectu numeratur unum post aliud esse discretum. 2do dicunt posterius et prius explicantur per tempus ergo si per hoc tempus definitur idem per seipsum declaratur. Respondent iidem Conimbr. negando antecedens et dicunt has particulas designare tantum partes motus prout successive fluunt et a nobis numerantur secundum successionem unius post aliam

4to tempus etiã mensurat quietem, ergo etiã illa est in definitione adhibenda. R. negando seqª. tempus enĩ mensurat motũ per se quietem per accidens solum teste Atē t 108 - 5to objiciunt independenter a tempore motus habet partes priores et posteriores R. in sententia mea negando antecedens nam duratio non distinguitur realiter a motu si loquamur de duratione rei successivæ: unde quando in definitione temporis ponitur motus vel intelligendũ est ly motũ accipi pro termino motus, vel certe tanquã per nomen notius explicari tempus. 6to objiciunt in eodem tempore potest dari motus velocior vel tardior. Ergo motus distinguitur realiter à tempore. R. in eodem tempore extrinseco verũ esse, non autem si loquamur de tempore intrinseco: nã tempus intrinsecũ et motus acceptus pro productione ubicationũ successivarũ æqualia sunt

Quæres tamen 2do an tempus distinguatur a motu et quomodo? et quidem qd debeat aliquo saltem modo distingui patet quia si nullo modo ne ratione quidem distingueretur male poneretur motus in definitione temporis; cum sic idem explicite poneretur in definitione ipsius! Omnes autores qui tenent juxta communem sententiam durationem esse modũ rei contradistinctum à re durante et ab actione productiva, consequter distinguunt tempus à motu modaliter. Ita Complutenses q 2 a 3 cũ aliis. Autores vero ii qui durationẽ non distinguunt à re durante non distinguunt tempus intrinsecum a motu. Ergo dico tempus extrinsecũ seu durationem primi mobilis realiter distingui à quovis alio motu et hac de re non est disceptatio. Deinde dico si per motum intelligas terminos actionis tempus distingui modaliter a motu sicuti scilicet actio a termino: si vero per motum velis ipsam actionem productivã terminorũ intelligi non distingui vel realiter vel modaliter: sicuti enĩ durationem superius identificavimus cũ actione conservativa rei permanentis: ita etiam identificamus cũ actione

conservativa et productiva rei successivae: quod
bene confirmat Arist. t. 24 ubi probat ex identitate velo-
usque fore ut si idem motus redeat idem etiam debeat red-
re. Ex quo Resp. ad rationem dubitandi non male
in definitione temporis poni motum nam ad hoc sufficit
quod distinguatur tempus a motu ratione; distat autem
motus qui se habet ut ratio quaedam generica in definitio-
ne potest ac formaliter esse etiam ad terminum; tem-
pus autem moram quandam in esse quam necessa-
rio habet talis motus qui est successivus. Quod si vero
dicas motum non praescindere à successione sed etiam
formaliter habere prius et posterius motum adhuc ta-
men distinguetur à tempore quatenus tempus nume-
rat illud prius et posterius non active sed passive
id est tempus est prius et posterius motus quatenus
numerari potest quod non dicit ex conceptu motus

QUAERES 2 An per hanc definitionem definiatur
tempus solum extrinsecum an vero etiam tempus intrinsecum
Conimbricenses et Vasquez citatus putant hic solum definiri
tempus extrinsecum illud scilicet quod invenitur in mo-
tu primi mobilis. Alii tamen communiter censent etiam
tempus intrinsecum definiri hac definitione et ratio est
quia tempus intrinsecum essentialiter differt ab omni alio
ergo debet habere aliquam definitionem sed nullam aliam
praeter hanc; ergo. Item omnes particulae definitio-
nis conveniunt tempori intrinseco ut patet. Ergo

QUAERES 3 An tempus sit ens rationis; ratio
dubitandi est quia numerus formaliter est ab intellectu
tempus autem est numerus Ergo habet suum esse ab intellec-
tu. Hoc est Arist. et quia impossibile est aliquid esse
numeratum aut numerabile nisi sit qui numeret.
R. non esse ens rationis et patet quia cum tempus non
distinguatur realiter a motu qui est reale quid etiam
tempus erit reale quid. Verum quidem est quod

maliter ad denominationem temporis quia tale
equiritur operatio intellectus, neque potest esse nume-
us aut numeratio sine intellectu, neque mensura pas-
a sine conotatione ad aliquam potentiam a qua
iat talis mensuratio. Quod ergo Aristoteles dicat impossibile
sse tempus sine anima vult partes successivas non
abituras rationem temporis nisi sint numerabiles per
dinem ad potentiam aliquam quae numeret vel pos-
t numerare, et in hoc est par ratio in omnibus obie-
is intellectus; impossibile enim est illa esse intelligibi-
ia sine denominatione extrinseca ab intellectu vel
altem per ordinem ad intellectum possibilem et tamen
on propterea obiectum intellectus est ens rationis.
e tamen quaestio non est de tempore imaginario
am illud ut dixi fictum quid est. Cum hic fieri solet
biectio partes temporis sunt praeteritum et futurum. Ergo
l sunt reales ut praeteritum et futurum vel ut prae-
ns: non primum quia praeteritum et futurum ut tale
ihil est; non etiam secundum nam nulla pars tempo-
is est per se praesens quia de eo quod praesens est
um est dicere quod nunc sit. quod tamen de par-
e aliqua temporis verum esse non potest. Quae obiectio
angit difficultatem quomodo partes motus ex futuro
iant praeteritae si nunquam fuerunt praesentes, vel si
uerunt praesentes quomodo potest id fieri cum quidquid
aesens est instans sit. Ad hanc difficultatem respon-
bo in materia de quantitate

Alia etiam hic potest fieri obiectio nempe si tem-
s non distinguitur a motu atque adeo tempus et du-
atio identificantur sequitur quod motus iste quo limax
ficit iter intra annum esset aequalis motui quo
aquila illud conficit intra horam, nam spatia utrinque
sunt aequalia. Ergo et ubicationes quia ubi est in ordine
ad spatium. Ergo et motus productivi talium ubi aequales
erunt; sed motus isti sunt durationes et tempus. Ergo eadem

seu aequali tempore limax et aquila conficiant motum aequalem. Ad hoc etiam argumentum patebit responsio ex dicendis, pro nunc breviter dico posse aliquid alteri esse aequale secundum unam rationem et inaequale secundum aliam: ita possunt ubicationes et motus esse aequales ratione spatii; inaequales tamen ratione temporis alicuius extrinseci per ordinem ad quod comparantur tales motus

Disputatio 14
De Quantitate

Aristoteles ubi lib. 3 de motu in communi et de infinito egisset lib 4 de loco, vacuo et tempore 5 de motuum speciebus et oppositione egit: 6 demum agit de continuitate et partibus motus: qua occasione agemus de omni continuo sive permanenti sive successivo. Porro disputatio haec sensim in tres dividitur partes prima erit de essentia quantitatis et continui permanentis, altera de compositione eiusdem. tertia de indivisibilibus. pro quibus omnibus autem est advertendum ne difficultatibus territi animum despondeatis

Quaestio 1
De Essentia Quantitatis et Continui

Antequam penitius partes continui permanentis discutiamus oportet essentiam eiusdem inquirere et definire. Agunt autem de materia huius quaestionis fere interpretes in Logica c. de quanto et Fonseca 5 metaph. c. 13 q. 1, Soares q. 40 s. 4 Hurtadus d. 13 metaph. s. 4.

Sectio 1
Quid sit Quantitas et qualiter distincta a materia.

Supponimus tanquam certum dari quantitatem. nomine

autem quantitatis continuae in praesenti intelligimus illud Accidens per quod corpora sunt extensa et tantum modo sensibilia, ratione cuius possunt mensurari et occupare spatium. Describit autem Aristoteles 5 Metaph. t 18 quantitatem in concreto Quantum est id est divisibile in ea quae insunt quorum utrumque vel unumquodque unum quid vel hoc aliquid aptum est esse, id est quantum est divisibile divisibilitate sensibili in partes integrales non essentiales quae partes sunt in ipso quanto et quarum quaelibet servat in se rationem totius ut si dividas lignum palmare in duos semipalmos illi duo semipalmi erunt duo quanta et duo continua. ubi Notat Quantitatem describi in concreto tum quia Aristoteles omnia accidentia ita definit, tum quia praesertim quantitas potest dici quantum quatenus ipsa Quantitas est quid divisibile in partes quas in se continet.

His positis Controversia est an distinguatur Quantitas nemine cogitante a rebus quantis?

Qua in re fuit antiquorum quorundam sententia quam secutus est Occam cum caeteris nominalibus et ultimo Franciscus Aguilonius lib 5 optic dicentium quantitatem sola ratione distingui a substantia et caeteris accidentibus materialibus ita ut tot sint quantitates in aliquo corpore quot sunt in illo corporales entitates realiter distinctae. Contra quos est communis sententia

DICO Quantitatem distingui realiter à re quanta Ita S. Thomas Scotus et alii quos citat et sequitur Soares d 40 s 2 Fonseca citatus q 2 Ferrerius lib. c 2 Vasques 3 p. d 294 n 28 Hurtadus et alii Probatur primo ex Aristotele 2 de Anima t 69 ubi ait lumen non esse corpus quia alioquin corpora se penetrarent. Ergo quantitas est distincta ab accidente lumine. Probatur 2do ratione quia de facto videmus in Eucharistia quantitatem

separatā a substantia, et postea videmus eadem extensione permanente qualitates dependere. Ergo quantitas et a materia et a reliquis accidentibus distinguitur. Reiciunt nominales negando quantitatem substantiae panis manere post consecrationem, sed dicunt manere quantitatem albedinis, caloris, et aliorum accidentium. Sed contra quia hoc in primis est contra communem sensum Theologorum: deinde rarum duo quanta se penetrarent ut accidentia caloris coloris quorum quodlibet habere dicitur suam propriam quantitatem de cuius ratione est non admittere aliam quantitatem in suum locum.

Dices. Quanta diversae rationis posse se penetrare non vero quanta eiusdem rationis. Sed contra. Ergo etiam corpora sublunaria cum caelo penetrarentur quia saltem iuxta communem sententiam ibi est quantitas diversae rationis. Item hostia cum manibus sacerdotis se penetraret quia esset quantitas diversae rationis. Rursus duo gradus caloris non se penetrarent cum sint rationis eiusdem. Ex quibus formatur Thomistarum argumentum quia si quaelibet res materialis habet propriam quantitatem sibi identificatam sequitur quantitates huiusmodi diversas naturaliter se penetrare. Hoc est absurdum ergo Antecedens probatur quia apud mathematicos et philosophos est axioma quantitatem additam alteri quantitati facere magnitudinem et molem. Consequentia constat quia materia forma et alia accidentia materialia sunt simul in eodem loco.

Obijcies 1 Nulla est necessitas adstruendi hanc entitatem. R. necessitatem adstruendi quantitatem distinctam rationes allatae probant.

Obijcies 2 Quod per seipsum habet partes ut spatio respondeant illud est per se quantum, sed hoc habent omnes res materiales. Ergo R. negando minorem ex quae in sequenti sectione fusius.

Obiicies 3. Quantitas est quanta et extensa seipsa. Ergo idem et multo magis dicetur de substantia et accidentibus materialibus. Patet consequentia quia ratio formalis et quod se habet ut quo in aliquo genere non potest se habere ut quod albedo enim non est alba. Ergo neque quantitas quanta. Respondeo negando consequentiam quia quantitas cum sit ratio formalis qua alia sunt extensa et quanta non potest per aliud à se esse quanta et extensa ne detur processus in infinitum: at vero alia possunt esse extensa per quantitatem. Ad probationem consequentiae nego paritatem nam aliquando ratio formalis quo est etiam ta[lis] quod ut albedo quae est quo paries est disgregativus visus ipsa etiam dicitur disgregativa visus: quando autem ratio formalis ut quo potest esse etiam quod pendet ex natura ipsarum unius formae et effectus formalis earundem.

Obiicies 4. Si accidentia materialia non haberent propriam et sibi identificatam quantitatem non essent quanta nisi ad summum extrinsece sequela est falsa ergo et antecedens. Respondeo distinguendo rem si per extrinsece intelligatur per formam quae illis non inhaereat neque etiam sit identificata concedo; si vero intelligatur per formam quae non connectatur cum illis in eodem subiecto et nego

Obiices In Eucharistia accidentia non coniunguntur in eodem subiecto cum nullum detur subiectum. Ergo ibi solum erunt extrinsece quanta et per consequens non erunt magis formaliter quanta quam accidentia spiritualia. Respondeo adhuc negando sequelam nam esto ibi nullum sit subiectum quantitatis et alterum in accidentium connectuntur tamen ibi accidentia inter se ratione corporis Christi in quo licet non subiiciuntur connectuntur tamen cum illo; qua autem ratione id fiat sive qualis connexio et unio intercedat videbunt Theologi. Spiritualia autem etiamsi connectantur quia tamen aliunde non habent partes non possunt dici quanta.

Sectio 2

In quo consistat ratio Formalis Quantitatis?

Sensus quaestionis est quid sit illud quod constituit Quantitatem ut ratio formalis; cum enim multa tribuantur Quantitati videndum quid illi conveniat proprie et quid ex illis sit prima radix caeterorum.

Quare Nota 1 Tribui quantitati primo divisibilitatem id est potentiam passivam ad divisionem. Divisibilitas radicalis per Suarez S 4 est ipsa extensio partium in ordine ad se quae tamen dicitur proprietas per ordinem ad divisionem actualem quae importat negationem coniunctionis eo modo quo non dicitur proprietas entis. Sed qualis sit videbimus hac de re infra. 2do impenetrabilitatem quae consistit in hoc ut una res quanta non petat connaturaliter esse in loco alterius, vel potius petat connaturaliter non esse in loco alterius: quamquam potest deus facere ut duo quanta se penetrent sic Christus Dominus penetratus est cum ianuis clausis introivit ad discipulos. Impenetratio autem actualis cuius principium est impenetrabilitas consistit in extensione locali et negatione alterius quantitatis in eodem loco: quare impenetrabilitas dici posset positiva quaedam repugnantia ut non quantum sit in eo loco in quo est aliud; ex qua impenetrabilitate oritur divisibilitas sensibilis qualis est cum fit scissio corporum: nam lignum v.g. non scinderetur a securi nisi quia cum lignum sit impenetrabile cum securi suo impetu descendens fit ut securis intendens occupare medium locum partes ligni hinc inde faciat disilire ut cedant sibi loco

Nota 2 Quantitati tribui extensionem. Est autem extensio duplex, altera in ordine ad se, altera in ordine ad locum: prima est ordo partium quo videlicet partes quanti ordinantur inter se ut serviant inter se mediationem

et illa immediate tribuitur alteri et mediate alijs. Illa est ut aiunt Conimbricenses extensio in ordine ad locum quia scilicet duae partes eiusdem corporis aut duo corpora ita se excludunt ut necessario vendicent duas partes loci. Prima potest esse sine secunda quia retinet Christus in Eucharistia etiamsi non retineat secundam extensionem. Et utramque competere quantitati nemo dubitat: imo ut loquuntur ijdem Conimbricenses c. de Quantitate Peripatetica sententia est quantitatis essentiam in eo positam esse quod sit res per se extensa et formalem eius effectum esse reddere substantiam extensam. Et quamvis extensio localis sit per ordinem ad locum in quo res est per ubi in tali loco adeo ut sit impossibile per illud ubi per quod sum in schola esse me extra scholam; quae impossibilitas oritur ex immobilitate loci intrinseci: adhuc tamen tale ubi ut sic differt ab impenetrabilitate quia per impenetrabilitatem non possunt duo corpora esse in eodem loco extrinseco, possunt tamen esse in eodem loco duo ubi totalia ut (Angelus potest esse per suum ubi in loco in quo ego sum.

Nota 3. Ex Soares d. 42 S 3. n 1° nomen figurae sumptum proprie et non metaphorice potest dici dispositio resultans in corpore ex terminatione magnitudinis: quae figura si sit sensibilis et ornata coloribus dicitur forma. Est autem duplex figura altera entitativa altera situalis. Prima dicitur figura organica quae consistit in tali dispositione [et] unione et ordine partium quae exigat talem figuram situalem: secunda est ipsa occupatio talis loci localiter dispositi ut rotundum longum etc. Inde Christus Dominus in Eucharistia dicitur retinere figuram organicam quam habet in coelis non vero situalem. Explicat autem optime figuram organicam Soares s. p. t. 3 d. 48 S 1) exemplo manus extensae et plicatae quae eandem semper figuram organicam retinet licet mutetur figura situalis seu in ordine ad locum. His figuris additur figura artificialis

x situalis

quod fit per detractionem et additionem aliquarum partium et ubi. Quare licet in ligno non sint talia ubi cum tamen non sint ubi aliarum partium et ubicationum negationes, ideo non dicitur lignum inde habere figuram specialem saltem actu. Ex quo fit ut dixi in quolibet ne de ante figuram artificialem non esse quid distinctum a talibus ubi vel saltem a talibus ubi cum talibus negationibus, imo et similis figura in rigore non est aliud quam tale ubi

Nota 4. Quantitati convenire etiam quod sit mensura. Mensura autem ex Soares d. 40 S 3. n 4 dupliciter accipitur pro activa et passiva, et prima quidem dicitur quod est apta ad mensurandum aliud passiva ad mensurandum ab alio. Sic Aristoteles 5 Metaph. c 13 ait magnitudinem esse quantum quod si sub mensuram cadere possit. His positis aliquot sunt sententiae quas refert et impugnat Soares S 4 et Hurtadus d 13 Metaphysicae S 4 Fonseca citandus et alij quibus omissis et omissa etiam sententia Vasquez tom in 3 p. d 290 n 25 qui negat materiae vel substantiae naturali partes ante quantitatem quem Hurtadus citatus et alij ipse impugnant et merito, quia cuilibet parti quantitatis respondet quaelibet pars substantialis. Ergo praecisa quantitate remanent adhuc partes eaedem. Omissa inquam hac et alijs sententijs tres sunt celebriores hac in re

1ma est Quantitatem esse principium et rationem extensionis seu extraneitatis partium in ordine ad se ita ut partes substantiae praecisa quantitate amittant suam extensionem et unionem qua una pars unitur immediate alijs et mediate alijs; ita videtur sentire Fonseca 5 metaph c 13 q 1 S 4 et recentiores aliqui

2da est rationem formalem quantitatis consistere in hoc quod sit principium extensionis partium in ordine

ad locum et impenetrabiliter. Inde fit ut sublata quanti tate materia non maneret extensa sed necessario conflu eret in punctum; a quantitate autem habeat quod una pars non penetret aliam et consequenter non confluat in punctum Ita Hurtadus d 13 metaph et multi recentiores.

Tertia denique est Quantitatem formaliter tantum esse principium impenetrabilitatis id est ut manente quanti tate connaturaliter non possit penetrari substantia una ab alia substantia affecta etiam quantitate; licet ablata illa maneret adhuc substantia extensa et occupans spatium quod occupabat dum esset sub quantitate. Ita Soares d. 40 S 4, qui citat alios, et Conimbricenses a. 3

DICO 1 Contra primam sententiam substantia et quaelibet accidentia materialia habent independenter a Quan titate suam extensionem et extraitatem partium in ordine ad se seu ut loquitur Fonseca in ordine ad totum. Probatur talem partium extensionem et figuram organicam non habent partes substantiales nisi ab unione formaliter. Ergo non for maliter a quantitate. Probatur Antecedens Illud ratione cuius habet talem figuram debet esse aliquid substantiale. Ergo non est formaliter quantitas quae est Accidens. Probatur hoc Antecedens. Illa unio quae reddit materiam formae pertinet et ingreditur conceptum primi entis intenti a natura Ergo etiam illa quae connectit partes integrales; natura enim non intendit partes dissipatas sed unitas. Ergo unio illarum est quid a natura primo intentum. Deinde illam extensionem in ordine ad totum non potest habere substan tia a quantitate effective vel etiam exigitive quia sicuti substantia est prior quantitate ita omne illud quod in conceptu illius includitur. Vide Conimbricenses ci tatos a 2 qui bene hanc sententiam impugnant

DICO 2 Contra secundam sententiam Probabilius esse substantiam et reliqua accidentia materialia habere

ex se suam propriam extensionem localem et situale adeo ut ablata quantitate non confluerent partes substantiae ... tandem ad punctum loci. Probatur 2do Extensio localis per nos est idem ac ubi et fit formaliter per ubi tale. Sed ex dictis substantia habet suum ubi distinctum ab ubi Quantitatis Ergo habet et etiam extensionem localem distinctam ab extensione Quantitatis: sicuti etiam substantia habet extensionem in ordine ad se distinctam ab extensione Quantitatis. Probatur 3tio Si extensio localis est solius Quantitatis sequitur quod de potentia absoluta non possit manere substantia extensa localiter si auferatur quantitas; sed non potest huius rei ostendi implicantia. Ergo potest fieri quod maneat extensa. Ergo haec non est proprium Quantitatis et essentiale ac ultimum eius praedicatum; quia ultimum et essentiale praedicatum nec de potentia absoluta potest alii communicari. Sed haec conclusio melius infra probabitur

DICO 3 Ratio ultima constitutiva et distinctiva Quantitatis consistit in impenetrabilitate radicali. seu in actu primo quatenus exigit partes extra se extensas localiter esse impenetrabiles non tam à se invicem quam ab alio quanto seu alia mole corporea.

Probatur Ad hoc ut aliquid sit ultima ratio essentialis requiritur ut et illud sit radix caeterorum quae attribuuntur illi essentiae et praeterea non conveniat alteri essentiae sed solum huic: Atqui ratio assignata ita se habet. Ergo illa est ultima essentialis ratio constitutiva et distinctiva Quantitatis. Ergo in illa consistit essentia Quantitatis sicuti dicimus in rationali consistere essentiam hominis. Probatur minor quoad primam partem, ex hac radicali impenetrabilitate oritur impenetratio actualis ex qua oritur divisibilitas sensibilis, mensura actiua

et passiva &c. Pbo quoad secundã partem. Habere par
tes item habere partes extensas in ordine ad se uno
et extensas in ordine ad locũ convenit etiã substan
tiæ secundũ se uti ostendimus. Ergo hæc sola ratio conve
nit illi tanquã proprie et peculiaris et quam unicã
communicat substantiæ non habenti illa antecedenter
ad Quantitatem. Confirmatur ex Arte qui 4 Phys t 76
ait vacuũ non esse Corpus et rationem reddit quia cor
pora se penetrarent quod est contra naturã Quantita
tis. et 1 de Anima t 72 docet Animã non esse Corpus
nec quantum quia plura corpora penetrarent se. Ergo per
Artem impenetratio radicalis est Causa adæquata dans
esse quanto et corporeo &c.

Pro solutione Objectionũ Adverte effectũ primã
rũ Quantitatis esse reddere impenetrabilem substantiam
in actu primo id est exigentem impenetrationem seu ne
gationem alterius ubi corporei in eodem loco quo illa est
quæ impenetratio seu negatio connaturaliter sequi debet:
licet divinitus possit impediri tanquã effectus formalis
secundarius, qui possunt simpliciter impediri ut bene osten
dit Hurtadus d 13 meta. s. 4. Unde etiã fit ut impene
trabilitas non sit negativum quid sed positivum

Objicies 1 Esse extensũ in ordine ad se vel ad
totũ est prius quam esse extensũ in ordine ad locũ. Ergo Essen
tia Quantitatis non consistit in hoc posteriori sed in priori
Pbo Consequentia Quia illud est essentia alicuius quod est primũ
in illo reliqua vero sunt proprietates. R Concedendo Antecedens
negando Consequentiam Ad probationem distinguo Antecedens illud
est essentia quod est prius si illud soli huic conveniat
concedo; si conveniat etiam alijs et nego: hic enim quæri
mus illam rationem essentialem Quantitatis per quã ab
omni alio distinguitur quæ non est extensio in ordine
ad se uno neque extensio in ordine ad locum quam
independenter a quantitate diximus convenire substantiæ

Objicies 2. Si substantia propriã haberet extensionem in ordine ad se et in ordine ad locum, haberet quoque propriã figurã. Consequens est falsũ. Ergo. Probatur minor quia figura resultat ex terminatione magnitudinis quod non est in substantia sine quantitate. Hoc autem videtur clara. Respondent Conimbricenses in re ipsa aliquas et non male concedere substantiam separata quantitate habiturã propriam figurã situalem, quod etiam ego libenter concesserim: in modo tamen loquendi. Respondeo cum iisdem negando maiorem, nam ad figuram situalem requiritur non quaecumque terminatio, sed quantitativa ut videtur colligi ex Aristotele 5 metaph. c. 14.

Objicies 3. Aristoteles quantitati tribuit lineas superficiem et aequalitatem etc. Sed si substantia haberet propriam extensionem ista omnia illi convenirent. Ergo. Respondeo distinguendo maiorem tribuit quantitati superficiem lineas aequalitatem quantitativã concedo ut est per se entem [?] notem [?] entitativam nego: nam hac ratione etiam substantia materialis esset quantitas quia est divisibilis in partes independenter a quantitate. Sed quidquid sit Aristotelis autoritas hac in re non est magna quia ille non habuit fundamentũ asserendi distinctionem quantitatis a substantia.

Objicies 4. Ex nostra sententia sequi substantiam fore impenetrabilem per se et non propter quantitatem. Probatur ipsa partes substantiae secundũ se exigunt esse in diversis locis praecisa quantitate. Ergo exigunt non esse simul in eodem loco: sed haec exigentia est impenetrabilitas. Ergo substantia est impenetrabilis secundũ se praecisa quantitate. Respondeo distinguendo antecedens substantia erit impenetrabilis et non per quantitatem perfecte et proprie nego, incomplete et improprie concedo. Propterea

Adverte quod nũ ubi non possit esse in loco ubi est aliud ubi, non esse impenetrabilitatem sed immobilitatem loci.

eo quod ubi sit affixum tali loco: quod apparet manifeste in duobus angelis quorum unus per suum ubi est Hispali alter per suum ubi Pragensi, et is qui est Hispali cum suo ubi Hispalensi, non potest esse Pragae, nec alter cum suo ubi Pragensi Hispali; non tamen propterea Angeli dicerentur proprie impenetrabiles sicuti dicuntur duo corpora: nam saltem Angelus iste perdendo ubi Hispalense posset esse Pragae in eodem loco cum altero Angelo. At vero ego nec per ubi Hispalense nec per ubi Pragense possum esse in illo loco in quo iam est aliud corpus. Et haec est formaliter impenetrabilitas, id est quaedam repugnantia habendi duo ubi adaequata in eodem loco. Partes autem substantiae quando sunt coextensae localiter cum habeant talia ubi partialia quae illas partialiter diversis alligent locis, poterunt dici esse impenetrabiles improprie; quia sicuti unum ubi partiale unius partis correspondens huic loco partiali, non potest esse ibi ubi est alterum ubi partiale: ita nec sinit partem suam esse cum parte alterius seu non sinit illas esse simul.

Dices 1. Qualis asseritur impenetrabilitatem propriam excludere aliud corpus contiguum non autem partem continuam. Resp. quantitatem habere quidem utrumque quatenus et partem à loco partis et aliud quantum ab altero quanto excludit: dicimus tamen illud primum habere etiam substantiam materialem quae hoc ipso quod sit extensa per suum ubi divisibile, non sinit suam partem penetrare aliam, non tamen prohibet aliarum etiam materialem et quantitate affectam se penetrare. Unde secunda exclusio sicuti propria est quantitatis ita proprie dicitur impenetrabilitas

Dices 2. Si substantia ex se haberet extensionem situalem omnes proprietates quantitatis convenirent illi ut esse divisibile, figuram etc. Resp. cum distinctione

proprietates genericas concedo, proprietates specificas
nego. Proprietates autem specificae quantitatis non est
quidquam quod divisibilitas figura etc. sed divisibilitas sensi-
bilis figura terminata terminis quantitativis ut dixi.
Dices 3. Illud ubi quod extendit substantiae partes
in ordine ad locum provenit a quantitate tanquam à
radice. Ergo ablata quantitate materia non esset extensa.
Ergo non habet ex se extensionem localem. Probatur antecedens
in tantum enim substantia habet ubi extendens se unius pal-
mi, in quantum habet quantitatem unius palmi, nam
ex se non magis petit illa substantia esse in spatio unius
palmi quam duorum. R. distinguendo antecedens illud
ubi substantiae provenit a quantitate tanquam à radice
quae sit efficiens vel materialis causa illius ubi nego; quae sit
conditio concedo, iuxta cuius extensionem sicuti accomodat
se extensio substantiae ita etiam iuxta ubi quantitatis ubi
substantiae. Sed hac de re forte aliquid infra ubi videbimus
an quantitas mereretur ubi substantiae vel etiam suum.
Ex dictis habetur solutio quid sit dicendum ad illam quae-
stionem an sublata quantitate materia confluxura sit in
punctum. Et primo quidem patet ex dictis materiam seu
substantiam non necessario ablata quantitate debere conflu-
ere in punctum cum habeat suam propriam extensionem loca-
lem, praescindendo a quantitate et suum ubi divisibile
quod non nisi in fieri dependet ab ubi quantitatis tan-
quam à conditione. An vero possit sine miraculo con-
fluere in punctum difficilius est, Aliqui dicunt debere
necessario confluere. Alii tenent ut Fonseca et man
ne recentiores quod sit indifferens ad ubi divisibile vel
indivisibile hunc temporis substantia, sicuti diximus
de Angelo. Soares S 4 n 25 dicit si Deus nollet
adiungere aliam mutationem praeter ablationem quantitatis
ex natura rei mansuram substantiam extensam

Recentiores aliqui addunt et dicunt etiam ablata quantitate non sine novo miraculo confluxuram substantiam ad punctum

Ego DICO probabilius videri esse non confluxuram in punctum sine novo miraculo, tum quia materiali seu substantiae per se convenit extensio localis saltem in conservari: tum quia hoc videtur proprium substantiae spiritualis quod potest locum divisibilem vel indivisibilem occupare. Ergo non convenit rei materiali, tum tertio si potest res materialis praeter miraculum esse in indivisibili poterit etiam praeter miraculum quoad substantiam esse totum in toto et totum in qualibet parte: atqui hoc non fit sine miraculo novo quoad substantiam. Ergo probatur sequela quia replicatio eiusdem corporis non est simpliciter miraculum novum quoad substantiam cum nihil sit aliud quam productio plurium ubi: at vero hoc ipso quod substantia materialis in indivisibili posita replicaretur iam esset tota in toto et tota in qualibet parte. Ergo sine miraculo novo quoad substantiam esset tota in toto et tota in qualibet parte. Probo minorem primi argumenti praesentia Christi in Eucharistia est miraculosa quoad substantiam ut ostendit Soares in materia de Eucharistia d. 48 s. 1 et ideo communiter Theologi dicunt non posse ab Angelo cognosci illam praesentiam Christi: sed non ob aliam causam nisi quia est totus in toto et totus in qualibet parte. Ergo substantiam materialem esse tota in toto etc. est et fit per supernaturalem et miraculosam praesentiam quoad substantiam. Hoc constat ex rationibus quas adfert Soares et alii ad ostendendum illam praesentiam esse supernaturalem quoad substantiam: quae rationes aeque applicari possunt et probant quamcunque materialem substantiam iam non posse esse totam in toto et totam in qualibet parte sine miraculo quoad substantiam.

Ergo autem peculiariter probo minorem quia praesentia naturalis quam haberet manus Christi in hoc spatio esset completa in ratione ubicationis manus, nec poterit ullo modo compleri per aliam praesentiam eiusdem manus; nam licet poterit continuari cum praesentia brachij, non tamen cum praesentia alia eiusdem manus. At vero praesentia manus in Eucharistia in hoc indivisibili spatij non ita est completa ut non possit magis compleri per aliam praesentiam eiusdem manus in spatio proximo, ita ut manus in toto hoc spatio habeat plures praesentias integrales ex quibus integratur una totalis. Ergo haec praesentia est entitative diversa a praesentia naturali. Ergo est supernaturalis quoad substantiam.

Quaestio 2

De Compositione Quantitatis et Continui

Haec est illa celeberrima quaestio et difficillima totius philosophiae in qua nihil facilius quam alios impugnare, nihil difficilius quam aliquid certi statuere. Quare iam olim inter Zenonem principem Stoicorum et Aristotelem maxima erat controversia. Dum hic quantitatem componeret ex partibus, ille ex indivisibilibus quem secuti sunt postea Maior in 2° dist. 2 q. 5 et multi quos suo tempore docuisse eam sententiam dicit Gregorius in 2° dist. 2 q. 2 a. 1 idemque de multis iunioribus refert Toletus Rubius et alij Rodriq. Lonarij et in multis Academijs Hispanicis est celebris. Quam sententiam nec propugnare nec oppugnare volo, nec fundamenta quibus nititur fusius (cum breviter id fieri non possit) explicare. Aristotelica ergo pro nunc a nobis supponetur et hic stabilitur doctrina: in qua conabimur illud dicere. non

quod caret difficultate sed quod minus habet difficultates

Sectio I

Praemittuntur aliqua de praesenti materia

Supono 1mo hoc nomen pars esse aequivocum, aliquando enim sumitur pro parte essentiali quae etiam vocatur heterogenea id est diversae rationis quarum una sit actus altera potentia ut materia prima et anima rationalis: aliquando vero accipitur pro parte homogenea id est eiusdem rationis cum alia quarum quaelibet possit existere separata ab alia et consequenter quae sit apta esse quid totum completum ut accidit in ligno bipalmari cuius quilibet palmus est potens existere sine alio

Supono 2do quantitatem esse divisibilem in partes integrales, non tamen posse dividi in omnes nam rediceretur ad indivisibilia ut patet et consequenter continuum constaret ex indivisibilibus. Divisio ergo poterit fieri huiusmodi ut si v.g. dividenda sit magnitudo octo palmorum primo dividatur in duos quatuor palmos, rursus in quatuor duos palmos; iterum in octo palmos, deinde in sexdecim semipalmos et sic in infinitum. Ubi Adverte semper in sequenti divisione destrui priorem et consequenter fieri plures collectiones partium diversae magnitudinis id est quae non integrant unam multitudinem quia collectio sexdecim semipalmorum non facit unum cum collectione octo palmorum ita ut possit dici ex utraque multitudine factam esse unam collectionem 24 vel 32 semipalmorum vel palmorum; nam collectio sexdecim semipalmorum continetur in collectione octo palmorum

Supono 3tio continuum dividi posse in partes ali

quotas seu determinatas. Porro pars aliquota dicitur illa quae determinata in se per sui replicationem facit certam magnitudinem et dicitur etiam mensura ut palmus est pars aliquota ulnae, eo quod quater replicatus faciat ulnam. Requiritur ergo ut pars aliquota sit una certa ac determinata cui si inveniantur partes finitae aequales fiet magnitudo finita; si vero partes infinitae magnitudo infinita. Unde non sufficit ad infinitam magnitudinem in aliquo continuo reperiri non tot quin plures partes nisi sint aequales in certis quod patet ex Arte 3 Phys. t 59 qui vult ad hoc ut sit magnitudo infinita debere fieri divisionem in partes aequales in certis non tot quin plures, quod quia adhuc non sufficit.

Suppono 4to posse dividi continuum in partes communicantes et non communicantes. Communicantes sunt cum una alteram includit; non communicantes cum non includit. Porro Communicantes vel sunt totaliter communicantes quomodo bipalmaris includit duos palmos; vel partialiter quando secundum unam partem una in altera continetur; sic in palmo est semipalmus: sic ex bipalmari quantitate sumas ex uno palmo medietatem et ex altero medietatem perficies tertium aliquem palmum. Item si in magnitudine septem usque palmorum designetur primus palmus ab initio ulnae secundus a proxima parte post primam et sic deinceps in infinitum iuxta infinitatem partium minorum et minorum. Exemplum secundi generis seu partium non communicantium est cum una ulna dividitur in septem palmos quorum unus non includitur in alio: et ita invenirentur in una magnitudine non tot quin plures proculdubio facerent magnitudinem infinitam

simpliciter et Categorematicè vel saltem numerum infiniti simpliciter

Supono 5to dari partes proportionales et communicantes totaliter quæ ita vocantur quia servant cū toto in quo continentur et inter se talem proportionem quatenus palmus dividitur in duos semipalmos et hi in quatuor medietates et sic in infinitum. Unde verū est dicere sicuti se habet palmus ad semipalmos, ita hi semipalmi ad quatuor partes illas et sic in infinitū Ex quo deducunt Complutenses d. 25 q 4 § 2 partes proportionales esse aliquas medietates; attamen ut rationem obtineant proportionalium necesse est ut per se primo ad totum comparentur ita quod totū dicatur includere partes proportionales, non quia duas tantū includat medietates sed quia continet medietates in quantū quamvis nullo habito respectu ad aliam est medietas quæ comparata ad primam medietatem in qua includebatur semper est minor. Et quia nequit assignari terminus infra quem nequeant minores et minores divisiones reperiri, hinc vocantur indeterminatæ. Communicantes autem dicuntur quatenus omnes illæ partes communicant. duo enī semipalmi communicant et includuntur in palmo, imo sunt palmus. quare etiā bene advertit Hurtadus in quæ senti § 54 partes indeterminatas non distingui a determinatis cum omnes medietates inferiores non sint nisi medietas prima. vel certe si distinguuntur, distinguuntur inadæquate quatenus pars determinata plures indeterminatas continet id est plures medietates, et medietas una non tantū quantum totum, cum non contineat alterā partem mediam ut semipalmus non continet alterū semipalmum

Hic omnia communia sunt et supponuntur ab autoribus negantibus continuum componi ex solis indivisibilibus, qui in duas potissimum divisi sunt classes. Prima est eorum qui docent continuum nullas habere partes actu sed esse secundum se ens aliquod unitum et potentia continens in se partes quae ex illo per divisionem extrahi possunt quod est dicere non esse in continuo partes nisi per designationem. Hanc sententiam sequuntur antiquiores quidam apud Toletum hic q 7 et eam videtur tueri Pererius lib 10 Sotus 3 phys q 3. Fonseca lib 5 c 13 q 6 s 4 et eam acriter defendit Bandinus lib 2 de Anima digressione 27 et multi recentiores. Fundamentum huius sententiae potissimum est quia putant se effugere hoc modo dicendi multas difficultates insuperabiles in quantitate; quod si verum est fundamentum sane et sententia bona foret. Pro solutione autem difficultatum supponit haec sententia in continuo aliquo ante designationem esse quidem partium entitatem, sed non distinctionem earum ab invicem. Porro dicunt distinctionem sequi ad individuationem; quia ut aliquid actu sit distinctum a quolibet alio, debet habere individuationem completam quae in aliquibus non distinguitur ab actuali eorum entitate; in aliis vero qualia sunt homogenea, individuatio completa praeter actualem entitatem dicit aliquid aliud nempe terminationem, sive haec sit solum negatio ulterioris extensionis sive aliquid aliud. Exemplo res fiet clarior quando duae guttae aquae antea separatae coniunguntur inter se non possunt remanere duo individua completa sicuti antea et tamen manent earum entitates. Cur autem non remaneant duo individua patet quia ex duobus entibus completis in

esse specifico et individuali non potest fieri nisi per
se ut fit ex duabus guttis coniunctis una aqua. Ex quo
intelligitur illarum guttarum individuationes non dicere solum
entitates sed aliquid aliud quod vel est negatio ulterioris
extensionis vel id quod consequitur talis negatio; quae negatio
convenit partibus entitatis post assignationem
cum intellectus concipit partes ulterius non protendi:
potest autem pluribus modis fieri assignatio in partibus
continui 1mo per intellectum 2do per contactum et superpositionem
partis minoris supra maiorem 3tio per informationem
ut cum una pars materiae est calida altera
frigida. 4to per scissionem et actualem divisionem
ut bipalmare lignum scinditur in duos palmos; et hi
palmi dicuntur tantum fuisse in potentia non actu in
quantitate bipalmari quia poterat erat hoc lignum bipalmare
scindi et dividi; et consequenter poterant contingere
duae terminationes quae constituerent duo individua
completa id est duos palmos

2da Classis est eorum qui dicunt dari partes actu
in continuo non tot quin plures distinctas inter se ante operationem
intellectus. Ita Rubius 6 phys. tract. de compositione
continui q 3. Et posteriorem sententiam qui plurimos
citat ex antiquioribus et recentioribus. Sotum 3 phys. q 3.
Toletum 6 phys q 7 concl. 3 Conimbricenses 6 phys c 20
q 1 a 2, citat etiam Fevernium et Fonsecam qui venerat
ut in hac sententia licet propter quaedam subobscura in
contrarium citentur. Vasques 1 p. d 193 n 9
Soares d 40 S 2 n 34 dum explicat in quo sensu dicantur
partes esse in potentia scilicet ut non excludat existentiam
sed realem divisionem. Hurtadus d 15 physica S 7 et alii

Sectio 2

V. in Continuo dentur partes infinitae actu distinctae?

Nota 1 Aliud esse distinctionem aliud divisionem quia possunt aliqua esse distincta et non divisa cum scilicet sunt unita. Item ut bene Toletus citatus c 2 ratio partis actu non consistit in separatione à toto, imo in coniunctione: itaque ut si separentur iam non sint actu partes sed tota quaedam.

Nota 2. Ad hoc ut dicatur aliquid unum satis est quod illa ex quibus conflatur, colligentur vinculo uno, ita dicitur unus fasciculus florum, una domus etiamsi in ea sint multa realiter distincta.

Nota 3. Me non habere difficultatem concedendi quod non sufficiat distinctio entitativa ad hoc ut possit dici et esse hoc aliquid demonstrabile. Requiritur ergo ad faciendum hoc aliquid praeter negationem qua una res non est alia, negatio etiam unionis seu ulterioris extensionis: hoc enim posito dicitur proprie hoc aliquid, quod ipsum ab adversariis dicitur individuum completum.

Dicendum dari partes actu in continuo distinctas ita autores citati et Complutenses d. 25 q 3 § 2 qui praeter autoritatem S. Thomae adferunt Concilium Tridentinum Sess 13 c 3 ubi concilium de Christo in Eucharistia existente sic loquitur. totus enim est integer Christus sub panis specie et sub quavis ipsius speciei parte: quod testimonium inquiunt difficulter salvabitur nisi admittantur formaliter partes. Hanc etiam sententiam Rubius et Soares et communiter plerique vocant veram Aristotelicam ut patet ex multis locis quos afferunt autores citati. Unus est 5 Met. c 7 in principio ubi ait quantum dicitur quod est in ea quae insunt divisibile quorum utrumque aut singula unum quid et quod quid aptum est esse. Cuius sensus est quantum esse divisibile in ea quae ei insunt atque

stat esse divisibile in partes. Ergo ei partes insunt quae vero insunt, actu insunt. Ergo partes actu insunt. Pbtr 1mo Conclusio ratione. In casu quo duae guttae aquae coniunguntur verum est dicere ante coniunctionem entitas guttae A non est entitas guttae B. Ergo neque post coniunctionem; quia quod est semel distinctum ab alio non potest unquam identificari cum illo. Ad hoc respondent aliqui partes quoad entitatem non fore easdem simpliciter tamen non erunt distinctae quia ad distinctionem plus requiritur nempe terminatio. Sed contra antequam iungantur partes erant realiter distinctae. Ergo etiam quando iunguntur eandem retineant essentiam et existentia post coniunctionem et aliunde coniunctio non tollat distinctionem. Pbtr 2do Separatio supponit partes actu distinctas atqui continuum potest habere separationem in partes. Ergo praesupponitur habere partes. Ideo videtur evidens in illud enim potest existere separatum ab alio nisi antea prius fuerit distinctum ab alio. Quod principium si semel corruat dicam ego nec elementa esse distincta ante separationem a mixto nec materia a forma nec subsistentia a natura.

Dices ista prius fuisse distincta quia sunt heterogenea. Sed contra ex principio metaphysico patet quod non possit idem non esse idem cum seipso; unde si semel separetur signum est numquam fuisse idem. Haec autem ratio vel nihil probat vel probat tam in homogeneis quam heterogeneis. Deinde non minus ex homogeneis quam heterogeneis fit mixtum. Ergo si separatio in heterogeneis prius supponit partes actu etiam separatio in homogeneis idem faciet

Dices 2 Separatio est indicium distinctionis potentialis non actualis. Sed contra separatio respicit distinctionem actualem ex principio metaphysico supra posito eo quod nihil possit separari a seipso. Contra 2do dicam ego omnia quae separantur antea non fuisse distincta nisi potentialiter

Pbtr 3tio Conclusio a priori: distinctio est ratio positiva quia unum ens per seipsum distat ab alio et explicatur

per negationem consequentem; hoc ipso enim quo aliquid
est ens habet et negationem divisionis in se et divisio-
nem seu negationem cuiuscumque alterius. Ergo si in conti-
nuo sunt partes quoad entitatem etiam erunt quoad distin-
ctionem

Dices Ad distinctionem in praesenti materia praeter en-
titatem et negationes consequentes entitatem requiri etiam
negationem ulterioris extensionis. Sed contra Talis ne-
gatio addita non est aliud quam negatio continuatio-
nis et amissio unionis quam habuit una pars cum alia
et ratione cuius dicebatur esse continuata cum alia
parte: nos autem de hac non inquirimus dum argui-
mus partium distinctionem; sed loquimur de unitate
et distinctione transcendentali sequente entitatem. Ergo
sicuti in continuo sunt partes quoad entitatem diversae,
sic erunt quoad distinctionem metaphysicam et transcen-
dentalem.

Dices 2 et est praecipuum effugium oppositae sententiae
individuationem incompletam non sufficere ad distinctionem
ubi non sufficit ad constituendum hoc ens: sed ante separatio-
nem et assignationem manent tantum individua incomple-
ta seu partes cum sua individuatione incompleta. Ergo
non manent distinctae. Hoc probant hi ex communi mo-
do loquendi quo una tabula ante separationem non dicuntur
duae tabulae seu tabulae distinctae. Hoc etiam probatur quia
si in continuo essent individua completa tunc ex duobus
completis fieret unum per se quod non potest esse.
Sed contra. Esto concedam individuationem completam
vel potius illam negationem ulterioris extensionis requiri
ad faciendum hoc aliquid demonstrabile et per consequens
ut dicantur duae tabulae requiri duas individua-
tiones completas; nego tamen ad distinctionem realem
simpliciter requiri individuationem completam. Ratio
est quia sicuti individuatio completa addit aliquid
aliud supra entitatem rei, ita etiam addit aliquid
supra distinctionem seu unitatem quae sicuti est passio entis
ita convertitur cum ente vel ad summum dicit negationem

alterius entitatis, non autem negationem unionis vel ulterioris extensionis quae necessaria quidem est ad divisionem non tamen ad distinctionem actualem. Contra 2do hanc tota quaestio reducitur ad nomen scilicet quid intelligas per hanc distinctionem et quid significet partes actu esse in continuo, si enim per distinctionem partes actu intelligas esse separatas et non esse unitas, quis unquam dubitabit hoc modo in continuo non esse partes actu; quia esset contradictio in terminis esse partes in continuo et non esse continuatas. Aliud ergo volunt autores dicentes quod volunt verum in continuo sint partes actu distinctae ante assignationem nempe verum continuum sit unum compositione, vel certe sit unum simplex excludens ante assignationem omnem rationem partis integralis et compositionis: sicuti aliqui autores dicunt caelum esse corpus simplex excludens omnem compositionem essentialem. Et talem unitatem simplicitatem et indistinctionem impugno, non autem illam quae fit per compositionem, quae hoc ipso quod sit compositio requirit distinctionem partium. Unde habetur quod indivisio incompleta unius sicuti non tollit unionem et compositionem cum altero ita neque distinctionem.

Ex quibus omnibus formatur argumentum. Continuum est unum non per identitatem eorum quae sunt in ipso sed per compositionem actualem et unionem. Ergo illa quae sunt in ipso sunt distincta actualiter. Probatur consequentia compositio et unio actualis realis essentialiter supponit partes actu, et distinctas actu. Ergo. Atqui in continuo non habent partes indivisionem completam. Ergo ad distinctionem non requiritur indivisio completa seu negatio unionis et ulterioris extensionis. Confirmatur ex eo quod fiat compositio sive quod coniungantur partes heterogeneae manent partes actu distinctae. Ergo etiam ex eo quod coniungantur homogeneae. Probatur consequentia non minus homogeneitas seu similitudo quam dissimilitudo supponit distinctionem eorum quae sunt similia vel dissimilia. Ergo pariter manent distinctae partes. Vide Hurtadum et Rubium qui aliis argumentis sententiam impugnant

praesertim Rubius ultimo argumento ubi docet per omnes quantitati convenire habere partes extra partes. Ergo per omnes supponitur quantitas habere partes distinctas quia esse extra supponit unam non esse aliam.

Sectio 3
Soluuntur obiectiones contra nostram sententiam

Obijcies 1 Si continuum haberet partes infinitas seu divisibiles in infinitum nullus daretur motus localis probatur sequela quia infinitum non potest pertransiri. R. Si sermo sit de partibus proportionalibus minoribus et minoribus nego sequelam. Ad probationem sequelae R. cum distinctione quod est infinitum simpliciter non potest pertransiri concedo, quod est infinitum secundum quid non potest pertransiri et nego. Et ratio est quia infinitum secundum quid simpliciter est finitum maxime in praesenti est verum quia omnes partes proportionales sunt communicantes et sunt idem cum determinatis et aliquotis. Ergo si finitum simpliciter potest pertransiri, etiam infinitum secundum quid. Sed ad hoc argumentum melius infra respondebitur

Dices 1 Quaelibet pars quantitatis etiam proportionalis est distincta ab alia. Ergo et extensa extensione propria. Ergo si in continuo actu inveniuntur infinitae partes etiam actu inveniuntur infinitae magnitudines. Ergo ex eis adinvicem unitis coalescet infinita magnitudo. R. concedendo totum excepta ultima consequentia quam nego: neque enim ad magnitudinem infinitam sufficit infinitas partium extensarum sed partium disparatarum et occupantium per easque spatium infinitum

Dices 2 Semper manet hoc quod quaelibet habeat suam propriam extensionem distinctam ab extensione alterius et easque impenetrabilis cum alia. Ergo si sunt infinitae extensiones extra se unitae tamen facient infinitam

extensa. R distinguendo antecedens quaelibet habet suam extensionem distinctam ab extensione partis sibi oppositae concedo; ab extensione aliarum respectu cuius haec est medietas nego: unde ambae medietates digiti v.g. non sunt maiores quam totus digitus; nec medietates medietatum sunt maiores, nec habent aliam extensionem quam ipsam extensionem digiti vide quae dixi quid sit pars proportionalis.

Dices 3. Tot sunt medietates inter se aequales quarum una sit extra aliam quot possunt fieri divisiones; sed possunt fieri infinitae divisiones. Ergo sunt infinitae medietates aequales quarum una sit extra aliam. Ergo facient extensionem infinitam. R distinguendo maiorem tot sunt medietates aequales uni certae quae sit mensura (et extra omnes medietates nego; aequales inter se seu quaelibet cum sua sibi respondente et extra illa concedo. concedo etiam minorem et primam consequentiam negando secundam

Dices 4 Si omnes partes proportionales essent divisae esset partium extensarum infinita multitudo una extra aliam. Ergo nunc sunt et erunt eodem modo extensae. Ergo facient infinitam extensionem R argumentum esse a subiecto non supponente quatenus supponit post omnimodam divisionem fore adhuc partes divisibiles et consequens est contradictio in terminis dicere si omnes partes essent divisae, esset enim dicere si non divisae essent divisae, quia de re infra

Cur autem quantitas habens infinitas partes proportionales non sit infinita simpliciter ratio potest esse quia ad quantitatem dicamus tantum esse quantum est spatium quod occupat, hoc ipso quod talis quantitas occupet spatium determinatum et clausum duobus terminis nempe spatio anteriori et posteriori quod non occupat, iam talis quantitas non erit infinita simpliciter sed ad summum secundum quid propter infinitatem partium proportionalium

Obijcies 2 Si dantur infinitae partes actu in continuo Ergo iam dabitur infinitum categorematicum sed hoc non admittis

a nobis. Ergo nec aliud [illegible] signa infinitum Categorematicum
est actu sincategorematicum potentia. Ergo si partes omnes distin-
ctae sunt actu et infinitae erit infinitum categorematicum.
R. negando rationem. Nullam enim video repugnantiam talis
infiniti: et rationes quibus supra usi sumus ad impugnan-
dum infinitum non habent hic locum cum tota ista infini-
tas partium natura sua non sit occupativa spatii in-
finiti. Ulterius non dabitur proprie multitudo infinita
quia multitudo in rigore seu numerus sonat discretio-
nem quae hic non reperitur.

Obijcies 3. Omnis potentia est reducibilis ad
actum. Sed continuum est in potentia ut dividatur in infini-
tum seu est divisibile in infinitum. Ergo potest aliquando
dividi. R. distinguendo minorem est reducibilis ad
actum eo modo quo est potentia concedo alio modo
nego. potentia autem continui ad divisionem est ad
divisionem inadaequatam et distributive acceptam videlicet
ut possit semper et semper poni aliqua divisio, ita
tamen ut maneant ulterius partibiles seu non tot
quin plures adhuc sint ulterius divisibiles sic omnipotentia Dei
est circa creaturas possibiles quatenus nulla est quam non
possit facere simul tamen eas facere non potest vide quae
dixi supra de obiecto omnipotentiae Dei in d. de infinito.

Dices dividatur continuum simul in omnes partes
in quas potest simul dividi, hoc posito peto remanentne ulte-
rius partes divisibiles vel non si non ergo redactum est
continuum ad indivisibilia, si ita ergo continuum non est
divisum in omnes partes in quas potest simul dividi

R. imprimis.

R. ad primum argumentum esse a subiecto non supponente eo quod supponat continuum esse divisibile adaequate et collective in omnes partes, cum tamen dixerimus continuum non esse divisibile nisi inadaequate et distributive. Quare quando quaeritur in quas et quot partes potest simul dividi continuum, respondendum est posse in quamlibet collectionem finitam indeterminate et vage: potentia enim continui ad has collectiones seu in ordine ad divisionem supponit confuse et indeterminate. Unde est quod palmus verbi gratia potest dividi in decem partes seu collectionem talem, in viginti, in centum. Et sic omnipotentia Dei non est ad omnes creaturas collective et adaequate sed tantum distributive et considerata ad creaturas supponit confuse et vage quatenus potest vel hanc vel illam vel quamvis multitudinem creaturarum producere, numquam tamen omnes.

Obiicies 4. Si continuum constat ex partibus actu distinctis constaret ex indivisibilibus, consequens est absurdum. Ergo et antecedens. Probatur sequela: si omnes partes continui distinctae tamen carerent unione, essent omnes divisae et consequenter indivisibiles ultra. Ergo nunc etiam continuae sunt indivisibiles. Patet antecedens. Probatur consequentia: unio non mutat naturam partium. Ergo si sine unione essent indivisibiles, etiam nunc erunt indivisibiles. Probatur hoc antecedens: quia sicut unio essentialis inter materiam et formam non mutat naturam materiae et formae, ergo unio integralis non mutat naturam partium integrantium. Ergo si sine unione hae essent indivisibiles, ratione unionis non possunt fieri divisibiles, cum divisibile et indivisibile differant essentialiter.

R. negando sequelam maioris. Ad probationem sequelae distinguo antecedens: essent solum indivisibiles nego; essent et non essent indivisibiles concedo. Non essent quidem ex suppositione quod essent eaedem partes quae erant continuae

est autem impossibile ut omnes illae actu dividantur
quia est contra essentiam illarum quod quatenus aptae sunt
facere continuum homogeneum, debent illae semper esse divi-
sibiles ita ut semper quaelibet divisa faciat totum; per quod
distinguitur à parte heterogenea quae divisa remanet pars
et ens diminutum et incompletum. Quare suppositio quod sit
includit contradictionem et destruit seipsam formaliter
sicuti si diceretur si homo rationalis non esset rationa-
lis sive si homo non esset rationalis non dicam verè,
sequeretur enim utrumque ut ipse fatetur Franciscus An-
tonius Cassilius in summulis lib. 3 tract 2 c ultimo
§ sic argumento. Ad probationem consequentis distin-
guo antecedens unio non mutat naturam illarum partium
quarum est unio concedo; unio essentialiter inclusa in
partibus non mutat naturam illarum nego: mutat enim in hoc
sensu quod nisi haberent talem unionem non essent
partes tales quarum natura est ut sint totum ut vidi-
mus et sic nego consequentiam. Ad probationem prece-
dentis et paritatem dico in aliquibus esse paritatem
cum unione essentialiter, in aliquibus non. Est pa-
ritas in hoc quod per unionem tam partes essentiales
quam integrales faciant unum per se, et quod non mutet
simpliciter naturam earum quarum est unio: est tamen dispa-
ritas in alio quatenus aliquomodo in homogeneis mutat naturam
partium unio non in heterogeneis id est quod partes heteroge-
neae amittendo unionem essentialem remanent essentialiter
partes incompletae, partes vero homogeneae amittendo aliquam
unionem remanent duo tota completa eo quod adhuc
habeant aliam unionem: nam licet quaelibet pars deter-
minata continui possit carere unione qua facit totum
cum comparte, tamen non potest carere unione qua ipsa
ut totum quid componitur ex aliquibus partibus; et cum non
detur ultimum in istis divisionibus, nulla datur pars quae

non sit totum. Unde habetur manifesta disparitas inter partes essentiales heterogeneas et inter integrales homogeneas quod unio non sit de essentia illarum uti est de essentia partium homogenearum; eo quod nulla detur particularis pars quae non sit totum et consequenter nulla quae non includat et habeat aliam sibi unitam. Et licet quaelibet pars possit carere determinata unione non tamen potest carere omni unione absolute cum non possit non esse totum. Hac ratione etiam Redeo ad praecedens dubium seu argumentum in forma si continuum divideretur in omnes simul partes esset ulterius divisibile et non esset: esset quia supponimus esse partes continui quae hoc ipso sunt tota et divisibiles ulterius: non essent ex suppositione quod essent omnes divisae

Dices unio partium est realiter distincta ab ipsis partibus. Ergo Deus potest videre talem unionem praecisam a partibus. Ergo videndo terminum seu partes a quibus realiter distinguitur unio videt illas indivisibiles cum sint solum divisibiles ratione unionis R. concedendo antecedens et primam consequentiam hac tamen ratione ut cum ordine ad partes concipiatur unio sed nego ultimam consequentiam non enim potest videre partes sine unione seu praecisas ab unione. et ratio est quia partes tales essentialiter includunt unionem ratione cuius sunt divisibiles eo quod quaelibet sit essentialiter totum. Et cum Deus supponatur videre res ut sunt possibiles realiter: sicuti realiter non potest dari pars aliqua quae non includat aliam partem et consequenter unionem: ita nulla potest Deus videre sine unione partium inclusarum in illa. ubi

Adverte quod etiamsi bene inferatur distinctio realis ex separatione non tamen omne quod distinguitur ab alio separari potest quomodocumque: ubi licet uniones distinguantur a partibus homogeneis requirunt tamen

omnes uniones separari; eo q[uo]d de ratione intrinseca partium talium sit ut dixi habere uniones. verum quidem est quod nulla sit assignabilis unio quae non possit separari a parte sua assignabili quam unit non tamen possunt omnes uniones separari quia hoc esset destruere essentiam talium partium. Aliquid simile habemus in ubi non enim potest entitas creata absolvi ab omni ubi et tamen ubi est accidens distinctum. Unde est quod licet quaelibet pars assignata possit separari ab alia assignata parte nequit tamen separari ab omnibus quantumcumque ab omnibus distinguatur. Quare ut dixi separabilitas est quidem signum certum distinctionis; ita tamen ut non omnia quae distinguuntur possint separari ut etiam patet in creatura et creatore. Ex hac solutione patet etiam solutio illius quaestionis quomodo Angelus possit numerare partes unius horae dicendo infinitum quantumcumque numeret per minores et minores numquam tamen absolvet enumerando omnes et postea quamlibet enumerando infinitas includet in illa non numerabit cum quaelibet pars sit etiam tota et contineat infinitas alias.

Obiicies 4 Ex Ocham in 1o Dist. 2 q. 8 in 4 aut omni parte distincta alicuius magnitudinis datur aliqua minor aut non: si non datur. Ergo illa est omnium minima et consequenter indivisibilis. si datur. Ergo etiam illa quae dabitur minor qualibet minori possibili erit omnium minima et consequenter quia non possit dari alia minor Ergo indivisibilis. Advertunt auctores veram esse propositionem istam, Omni parte est vel datur aliqua minor quia hic aliqua supponit confuse et consequenter vage confundendo vel hanc vel istam cum qualibet parte: et similiter est quod non reperiatur ulla pars determinata quae sit omnium minima. Quare non bene infers omni parte est vel datur aliqua minor. Ergo aliqua est minor

omni parte: nam in antecedenti ly aliqua ut est praedicatũ supponit confuse et indeterminate; in consequenti vero ut est subiectũ supponit determinate pro una determinata prout etiam supponit consequentia illata superius. Vide etiam Cassilium lib. 1 tract. 2 c. 8 s. 8

Obiicies 6 Si sunt infinitae partes in continuo sequitur quod si Angelus incipiat numerare partes horae eo modo quo transeunt, per totam aeternitatem illas non absolvet et per consequens quod hora durabit aeternum. Hoc est impossibile. Ergo.

R. distinguendo maiorem si numeret aliquo certo genere enumerationis u. g. per quadrantes vel semiquadrantes nego maiorem absolutam; si vero numeret per partes minores et minores in infinitum concedo numquam absolveret quia numquam deveniret ad ultimam cum non detur ultima. Et in hoc sensu concedo horam duraturam per aeternitatem; hoc vero nihil aliud est dicere quam Angelum numquam recensurum distincte omnes partes: quod inde oritur quia quantumcumque accipiat et enumeret parvam aliquam partem, necesse est ut infinitas pertransiri quas non numerabit illas scilicet quae non includuntur in illa parva parte

Obiicies 7 Si sunt partes actu infinitae in continuo non repugnabit exercere infinitas divisiones circa continuum. Sequela non admittitur. Ergo nec antecedens. Probatur sequela potest dari successiva combustio ligni in hoc casu tunc exercentur divisiones quot sunt partes proportionales quoniam per quamlibet partem combustionis illius dividitur una pars ligni combusta ab alia quae nondum combusta vel ignita est. R. distinguendo maiorem non repugnat exercere infinitas divisiones proprie nego divisiones improprie concedo. est autem divisio continui proprie quando post divisionem manent partes terminatae proprio termino et determinato ac consequenter sunt tota separata improprie vero quando successive per partes proportionales introducitur forma ignis

quod divisio non implicat uno est convenientissima ratio

Dices sequi ex hoc quod possunt infiniti Angeli in una hora creari. Sed hoc non admittitur. Ergo. Probatur antecedens in qualibet parte proportionali potest creari unus Angelus Ergo in infinitis infiniti. Respondeo negando sequelam. Ad probationem nego antecedens: verum quidem est nullam partem esse assignabilem vel posse assignari in qua non possit Deus creare Angelum; nego tamen in omnibus proportionalibus quia hoc esset dicere quod in una parte possunt infiniti Angeli creari cum omnes illae partes proportionales et medietates illius medietatis sint et contineantur in una parte determinata. Quare cum productiones Angelorum non sint actiones totales non contentae et communicantes per modum partium proportionalium in aliqua una actione totali finita et determinata est disparitas magna inter productiones Angelorum et partes proportionales temporis

Obijcies 8 Si in continuo dantur partes actu infinitae sequeretur granum milii tot habere partes quot caelum empyreum et partem esse aequalem toti suo. Sed haec implicant Ergo. Respondeo negando sequelam quia tam granum milii quam quodvis eius pars constaret partibus infinities infinitis; et non videntur esse plures imaginabiles partes quam infinities infinitae. Ergo caelum non constat pluribus. Respondeo in caelo fore partes maiores sic dicimus in circulo maiori esse maiores partes proportionales quam in minori incluso in eo quod manifeste apparet ex eo si circulares lineae in longum protendantur. Ubi sive duo partes proportionales unius sunt maiores partibus proportionalibus alterius: nam hoc ipso quod unum sit maius altero oportet ut medietas illius quae totata cum ipso toto habet rationem partis cum eodem communicantis, sit

maior medietate alterius totius minoris: atque ita iterum et iterum divisis his medietatibus in alias et alias usque in infinitum, semper erunt maiores illis quae in medietate totius maioris continebantur. R. 2do fore etiam plures partes in caelo materialiter quam in grano tritici, quia in hoc sunt infinities infinitae. certum tamen est quod materialiter sunt plures in caelo vide quae dixi in infinito s 4 unde etiam in caelo est maior magnitudo. Vide Complutenses q. 4 in fine qui in terminis concedunt plures esse partes possibiles quam infinities infinitas. nam multitudo partium infinities infinita si bis aut pluries multiplicetur maior erit

Obijcies 1 Deus videt omnes partes distinctas ergo videt indistinguibiles ulterius. Ergo indivisibiles. R. transeat prima consequentia nego secundam nam partes sunt divisibiles per hoc quod sunt actu distinctae; non esse autem ulterius distinguibiles non est propter defectum potentiae sed expletionem. Sicuti si Deus produxisset omne producibile non esset exhausta sed adaequata omnipotentia. Cur autem negetur secunda consequentia ratio est quia non est idem esse indistinguibile et esse indivisibile eo quod illud sit praedicatum actuale conveniens continuo actualiter; cum indistinguibile aequivalenter sit idem ac esse distinctum; hoc autem est tantum praedicatum potentiale in ordine ad divisionem actualem; distinctio autem convenit omnibus partibus etiam collective ac copulative acceptis. divisio vero non nisi distributive quatenus potest fieri et haec et illa et quaecumque particularis divisio numquam tamen omnis, sicuti dixi de omnipotentia Dei quae potest et hanc et illam et quamcumque creaturam creare numquam tamen omnes

Dices 2 Deus videt omnes divisibiles. Ergo ultra illas nulla est alia divisibilis. Ergo est indivisibilis ulterius in alias R. Concedendo antecedens quatenus Deus videt omnes illas

quod sunt divisibiles et postea videt omnes esse divi-
sibiles seu habere hoc praedicatum quod possint ulterius dividi
quod etiam nos confuse scimus. Deinde concedo primam sequelam
et nego secundam eo quod secunda sequela supponat Deum
excludit illas omnes etiam quia Deus non videt adhuc ulterius
divisibilem quod est falsum. Conceditur ergo partes omnes
minus palmi usque non esse ulterius divisibiles id est in
alias partes extra illas; non tamen conceditur positive
esse indivisibiles quia hoc esset dicere quamcumque ex
illis habere negationem divisionis quod est falsum.

Dices 2 Deus cognoscit omnes partes in quas
est divisibilis quantitas palmaris. Ergo cognoscit singulas.
Sed singulae non sunt ulterius divisibiles. Ergo sunt indi-
visibiles. Resp. distinguendo primum consequens cognoscit singulas
ut partes quomodocumque nego ut partes homogeneas
id est quae aliunde sunt tota concedo. Deinde nego
subsumptum sicuti enim singulae non possunt exhauriri
a ratione partis homogeneae et a ratione totius, ita
nec à ratione divisibilitatis.

Obiicies Si continuum componitur ex partibus
actu infinitis sequitur mobile continuo numquam posse totum
spatium divisibile usque [illegible] pertransire; hoc est contra
experientiam. Prob. sequela sicuti data hac infinitudine
ante quamlibet partem prius esset alia; ita numquam
prius per unam quam per aliam, et quamvis par-
te per motum acquisita numquam restaret alia et alia
acquirenda. Ergo mobile numquam illas finiet seu
omnino pertransibit. Resp. negando iam ad pro-
bationem concedo antecedens nego consequentiam. Ratio est sicuti
enim spatium habet partes ita etiam habet tempus, ac proinde
sicuti fluunt infinitae partes temporis proportionales ita
etiam acquirunt partes motus et partes spatii percur-
runtur.

Dices Idem argumentum fit de ipso tempore nam
etiam tempus habet ita partes ut antequamlibet fuerit alia

et alia in infinitum, et post quamlibet restet ulterior et ulterior pars in infinitum. Ergo non potest tempus desinere et incipere. Prob. sequentia, nam ad hoc ut aliqua res divisibilis incipiat et desinat, videtur indispensabiliter desiderari quod sit in ea prima et ultima pars. Ergo R. cum Complutensibus d. 25 negando sequentiam ad probationem nego antecedens. Ratio est quia tempus reale fluit per correspondentiam ad aeternitatem seu tempus imaginarium: quare sicuti in imaginario optime concipitur infinitas partium fluens, ita potest per correspondentiam ad illud intelligi tempus incipere et desinere in quantum nempe advertimus ea coexistere vel non coexistere. Confirmatur responsio sicuti partes tali modo infinitae conficiunt magnitudinem finitam eo quod sint semper minores et minores, ita et possunt permanentes quatenus sic concludunt intra finitam extensionem et ita prius ac prius semper per processum in infinitam minoritatem absolvuntur infinita dimidia et per consequens. Ad hanc eandem difficultatem respondet Arist. 6 Phys. t. 19 et 8 Phys. t. 68 cuius responsionem examinant auctores praesentium Complutenses et Arriaga s. 7 q. 22.

Obicies

Ex duobus entibus completis non fit unum per se; sed si partes sunt distinctae actu sunt entia completa. Ergo ex illis non fiet unum per se. Atqui vere continuum est unum per se. Ergo in continuo non sunt partes actu. R. distinguendo maiorem: ex duobus entibus completis non fit unum per se essentiale concedo, integrale nego: nam quando ex duabus guttis aquae coalescit una, atque manent entia per se quam fuerint antea cum nihil possit in dependeant. Adsi velis dicere cum Soares d. 4 metaph. s. et Hurtado in praesenti quod licet gutta aquae habeat talem integritatem cum qua possit naturaliter existere a parte rei, non tamen habet totam integritatem quam potest habere in suo genere et in ratione aquae; et ideo semper manet in ordine ad aliam aquam cum qua possit continuari

ut obtineat maius complementum. Ubi Adverte partes prout sunt in continuo non existere per se proprie sed in continuo, separatae vero iam existunt per se quemadmodum Anima rationalis dum unita est materiae existit in composito, separata vero existit per se; sive hoc inde fiat quia separata habet subsistentiam completam sive aliunde.

Obijcies Ultimo ex Arist. 7 metaph. t. 49 ubi ait duo namque si actu nunquam sunt unum actu, si autem sint potestate duo fuerint erunt unum vide S. Thoma ibidem l. 13. Pro his et similibus locis Arist. R. per potestate vel potentia non intelligere illum potentiam ad distinctionem sed ad divisionem quia posita dicuntur propria duo eo quod terminentur hinc quantitates duobus diversis terminis.

Quaestio 3

De indivisibilibus Continui

Si vulgariter loquamur de indivisibilibus omnes cum Arist. illa admittere debemus, quid autem sint et in quo sit ratio eorumdem dubium est: quare hac quaestione de illis fusius agemus

Sectio 1

Quid sint et an sint indivisibilia in Continuo permanenti?

Nomine indivisibilis communiter intelligitur aliquid quod sit indivisibile seu partibile: atque ut continuum duplex est alterum permanens quod habet omnes partes simul, alterum successivum quod habet partes fluentes seu non existentes simul: ita indivisibilia sunt duplicis generis alia entis permanentis alia successivi. Porro indivisibilia entis permanentis sunt triplicis generis, punctum linea superficies. indivisibilia item tam continui permanentis quam successivi alia sunt continuativa seu copulativa quae inter

cipiuntur inter partes; alia terminativa quae complent et terminant ipsum continuum: et haec ut sunt in continuo permanenti vocantur copulativa et terminativa; ut sunt in successivo vocantur mutata esse et instantia. In praesenti autem tractabimus tantum de indivisibilibus continui permanentis, postea de continuo successivo

Nota autem 1 quaestionem esse apud auctores quid sint illa indivisibilia an scilicet sint mera negatio an entitas aliqua excludens positive omnem vel aliquam divisionem quae si continuum habeat actu partes fuit actu si potentia fuit potentia: an vero sit ipsa entitas quantitatis lineae dimensae quatenus comparata cum altera quantitate abstracta seu praescindit ab aliqua vel ab omni dimensione ita ut linea neque sit quantitas lineae dimensa sed considerata quatenus alteri convenit alio secundum longitudinem tantum abstrahendo a latitudine et a profunditate: quare linea secundum hunc modum dicendi non est entitas excludens positive latitudinem sicuti equus excludit hominem nec habet negationem sed praescindit tantum a latitudine sicuti animal a rationali. Et hoc est quod aliqui recentiores dicunt quantitatem non esse indivisibilem seu non habere indivisibilia sed indivisibiliter posse accipi

Nota 2 In universum pro hac materia de continuo cum nihil certi dici possit quod non sit obnoxium multis difficultatibus illud melius philosophari qui pauciora ponit et solum necessaria ad explicanda ea quae sensibus percipiuntur et passim tribuuntur quantitati; qualia sunt unum corpus alterum tangere alteri esse aequale, esse continuum, esse contiguum habere hanc dimensionem etc. quae omnia si possunt explicari sine indivisibilibus quae sunt entitates realiter diversae a partibus divisibilibus, non erit necesse ea ponere

Dico 1 Indivisibilia in quantitate non sunt merae negationes quidquid sit an in obliquo secum trahant negationes. Ita plerique auctores maxime Fonseca 5 Metaph c 13 q 6 s 2

Conimbricenses 6 phys. c 2 q 2. Contra Severinum Ockam Gregorium Durandum Gabrielem etc. Probatur Quia in superficie recipitur lumen. Ergo superficies non est mera negatio. Item superficies est locus: locus autem qui dicit adaequationem locati cum loco debet esse quid positivum cum adaequatio non sit mera negativa. Ratio a priori est. Quia modi loquendi de quantitate non salvantur per meras negationes. Ergo probatur Aristoteles contigua dicuntur quorum extrema sunt simul. Continua quae copulantur termino communi: praeterea contactus quo sphaera vere tangit planum est realis contactus physicus. Ergo non est contactus secundum negationem

DICO 2. Non dari in continuo permanenti indivisibilia copulativa realia realiter excludentia aliquam vel omnem divisionem. Ita Ockam Durandus Gregorius in 2do d 2 q 4 Fonseca citatus. Raphael Aversa q 22 de Quantitate s 4 et recentiores aliqui contra plerosque quos citat et sequitur Soares d 40 s 5 Hurtadus d 15 s 2. Probatur 1mo Non sunt multiplicanda entia sine necessitate. Sed nulla est necessitas ponendi ista indivisibilia. Ergo. Maior patet Minor patebit ex dicendis. Probatur 2do Si daretur indivisibile inter duas partes, indivisibile illud deberet replicari probo. Sequela. Illud indivisibile ad hoc ut uniat (quod plerique volunt) debet esse intime praesens partibus unitis; sed illae sunt extra se et in diversis locis. Ergo etiam illud indivisibile: vel si est extra alteram partem. Ergo iam occupat spatium contradistinctum a partibus et aliunde non erit intime praesens. Probatur 3tio Si indivisibile intercederet inter partes, deberet afficere partem sed non potest afficere nisi vel indivisibile replicetur infinitis replicationibus, vel pars ipsa undequaque penetret et redigatur in punctum. Hoc argumentum est quo contrariae sententiae autores probant non posse sphaeram tangere in plano partem aliquam, sed ne

assano debere etiā in plano dari indivisibile respondens
vide Soares n. 67. Et certe non est conceptibile quomodo
puncti afficiat partem immediate quae rursus puncti est
divisibilis in infinitum et consequenter distat a puncto infinite
Prob. 4to ad hominē contra aliquos. Frustra ponuntur hic
indivisibilia. Ergo non dantur. Patet Antecedens non ut uniant
partes quia illi concedunt ea distingui distinctione maiori
seu non modali et praeter illa aliā unionem admittunt.
non ut augeant Quantitatem quia per Adversarios indivisi
bile non auget Quantitatem. Prob. 5to Ab absurdis
vel urgentibus difficultatibus sententiae admittentis realia indi
visibilia realiter excludentia omnē vel aliquā divisio
nem. Imo iuxta illam sententiam tot erunt pun
cta in Circulo minori individua quot in maiori cū iuxta
Mathematicos a quolibet circumferentiae puncto ad pun
ctū Centri possit duci linea quam necesse est transire
per puncta Circuli minoris concentrici. 2do in cylindro
potest dari linea spiralis habens non tot quin plures partes
aequales omni centri ut patet in figura Ergo iā cylindrus erit
infinitus simpliciter vel saltem linea spiralis in eo ducta
erit infinita simpliciter 3tio fiat linea spiralina incipiens
a centro circuli et producatur semper usque ad Circumferentiam
talis linea erit infinita quia in ea inveniri poterunt
non tot quin plures partes omni centri aequales &c et similia
absurda quae solent obiici contra sententiam Adversariorum quorū plu
ritas negando talia indivisibilia realiter distincta a
partibus. Vide Rubium citatum q. 1 qui multis disputat
de indivisibilibus et autorum varietatem ostendit circa distin
ctionem indivisibilium. Vide etiā Arriagam qui multis
rationibus impugnat indivisibilia. Placet hic unā
apponere. Si dantur puncta distincta realiter a partibus
vel poterunt separari per potentiā Dei a partibus vel non.
Si non id erit contra realitatem et distinctionem eorum
Si affirmatur tunc si partes remanebunt indivisibiles
iā omnia erunt indivisibilia. Si remanent divisibiles

atque adeo compacti in se ex pluribus partibus, cum
continuatio fiat sine punctis. Deinde ait Consideremus saltem
abstractione mentali omnia puncta praecisa a partibus
tunc petendum est utrum continuum addat aliquid ultra
omnia puncta vel nihil. Si nihil ergo omnia erant
puncta: si aliquid nempe partes hae non possunt rursus
includere puncta. Ergo dantur et intelliguntur partes in se
extensae et divisibiles sine punctis quod argumentum
licet in mea sententia non habeat magnam vim
facessit tamen negotium adversariis. Et paulo infra ait illa
indivisibilia dicuntur iuxta communem sententiam resultare a
partibus tunc si in hostia consecrata quando frangitur consurgunt
duo nova indivisibilia vel Christus est sub illis vel non. Si primum
ergo Christus incipit esse de novo sub novis accidentibus
absque nova consecratione quod tuto dici non potest: si dicas
secundum. Ergo non in tota illa hostia et vino consecrato esset
Christus: et insuper in novis superficiebus et punctis deberet
esse substantia panis naturalis et vini; quia si ibi non
erit Christus non debebunt illa accidentia permanere
sine substantia.

DICO 3. In continuo permanenti non dantur pun-
cta vel indivisibilia terminativa realia realiter a partibus
distincta. Ita Gregorius Occham Durandus Aversa et
recentiores aliqui. Probatur primo Non sunt multiplicanda
entia sine necessitate. Sed ut videbimus nulla est necessi-
tas ponendi talia indivisibilia cum omnia quae illis at-
tribuuntur possunt aliter explicari. Probatur 2do effectus for-
malis quem habet res ex se essentialiter non potest il-
li convenire per aliquid superadditum; sed magnitudo pal-
maris essentialiter est terminata ex se. Ergo non potest
per aliquid superadditum terminari. Maior patet quia cum
est essentialiter intelligens actualiter ut est Deus non po-
test per superadditum quid fieri intelligens ergo. Minor etiam
constat vera magnitudo palmaris non protendatur ultra p[almum]
Item potest esse mensura certa et habet omnia quae ...

beret si adesset punctū terminatiuū. Confirmar quadmodū Angelus quia in se est completus nec per potentiam Dei absolutam potest compleri ita etiam cum magnitudo palmaris per se sit completa certa, neque per potentiam Dei potent compleri per punctū terminatiuū. Confirmar 2do hoc posito punctū esset essentialiter frustra quia cū non habeat aliud munus quā terminare et hoc non posset exercere essentialiter erit frustra.

Dices ablato puncto terminatiuo maneret quantitas terminata fundamentaliter. Sed non formaliter Item esset finita negatiue non vero positiue. Sed contra est 1mo ad hoc ut aliquid sit formaliter tale, satis est ut habeat illa omnia quae alioquin accipi deberent à forma. Sed continuū palmare praeciso indiuisibili terminatiuo haberet illa omnia ut patet, cū reuera esset hic numero palmus et non alius. Item non procederet ulterius ergo esset formaliter terminatus. Ratio a priori est quia quandocumque denominationes aliquid conueniunt rebus secundū se spectatis non est opus imo non debemus confingere nouā formā ratione cuius illi conueniat talis denominatio ut ostendi in Logica in quaest. de relatione: alioquin dicā ego in sit esse formaliter tale nisi aliquo ente superaddito scilicet nec materia esse potentiam nisi per superadditum formā nec formā esse actū nisi per aliquid superadditum

Contra 2do Ratio finiti ut vidimus in suo conceptu est negatiuum quid. Ergo ad rationē finiti continui non requiritur terminus positiuus

Prob. 3tio Conclusio argumento secundo et tertio supra facto pro secunda Conclusione. Prob. 4to si darentur puncta terminatiua quando frangitur hostia consecrata, deberent etiā in illa resultare talia puncta: hunc sic vel in illis poneretur Christus vel non; non secundū quia communis sensus Catholicorum in quolibet indiuisibili hostiae poni Christū: non primū quia sacerdotes non proferent

denuo verba consecrationis. Haec est difficultas in qua se torquet Soares 3 p. tom. 3 d 52 s 3 Vasquez disp. d 188 c 4. vide etiam Rubium 1 de generat. c 4 tract 3 q 3 ubi multa refert quae antea in 6 Phys. dixerat

Sectio 2

Explicatur tertia sententia et resolvitur

Tertius modus loquendi vel alius supra tribus potissimum urget difficultatibus quia non potest sine entitate indivisibili quod vel actu vel potentia sit distincta salvari contactus duorum corporum: si enim perfecte sphaericum superponatur perfecte plano tanget illud in puncto; et si cylindrus superponatur perfecte plano tanget illud in linea ut mathematici cum Euclyde lib. 3 prop. 16 et philosophi cum Arist. 1 de Anima t 13 sed huiusmodi contactus non potest esse in aliqua parte extensa plani, quia à singulis et ab omnibus partibus extensis plani sphaera distat ut mathematici demonstrant

2da difficultas est quia sine indivisibilibus saltem potentia distinctis non possunt explicari communes definitiones et modi loquendi de quantitate ut cum dicitur continuum esse id cuius partes copulantur termino communi; contigua esse illa quorum extrema sunt simul

3tia et potissima difficultas est quia si non dentur in quantitate entitates indivisibiles, non potest explicari quid sit ratio formalis qua duae partes aquae uniuntur inter se: nam non possunt partes seipsis fieri unitae ex non unitis; neque etiam sufficit indistantia duarum ibi quia una aqua non esset unum per se eo quod in sua unitione includeret aliquod accidens. et eadem ratione dici posset unionem inter materiam et formam esse indistan

tam denomi tibi. Praeterea sequeretur quod quotiescumque mouet aqua, desineret esse eadem numero eo quod periret tibi. Ergo requiritur aliquid aliud, non divisibile. Ergo indivisibile. Probatur consequentia prima quia non potest fieri nova denominatio et novus effectus formalis sine nova forma ut saepius dixi. Subsumptum probatur vero. Probatur si sufficit divisibile aliquid, quaero an sit in tota aqua an in aliqua parte: non in aliqua parte quia non est maior ratio de una quam de alia: si in tota adhuc quaero vel est indivisibiliter in tota, scilicet indivisibilitate effectus formalis quem tribuatur indivisibiliter singulis partibus illius aquae, ita ut quaelibet v.g. gutta aquae ablata e mari totum illud divisibile quod se habet per modum formae per quod constituebatur una aqua, pereat. Et hoc videtur difficile captu, imo difficilius quam admittere indivisibilia. Si vero dicatur afficere totam aquam divisibiliter ita ut pereunte una parte aquae remaneat altera pars illius unionis licet aliqua pereat. Contra est quia vedit argumentum initio factum scilicet quod debeant ipsae partes talis entis et formae uniri et facere unum per aliquid aliud superadditum quod non est solvere sed transferre difficultatem. Remanet ergo quod partes debeant uniri per indivisibilia.

Pro solutione primae difficultatis Nota 1 hunc in genere aliqua duo corpora dici se tangere cum secundum proprias figuras ut talia tota sunt non possunt magis approximari et ut nihil inter illa mediet. Et hic est conceptus quem omnes vel ipsi rustici faciunt generatim de contactu ut patet ex contactu manus et tabulae quae invicem se tangunt et ex eo quia ita sunt approximata ut non possunt magis approximari loquendo de contactu physico. Rursus ex contactu duorum corporum ipsi etiam rustici arguunt ordinarie aequalitatem vel inaequalitatem illorum secundum aliquam dimensionem v.g. per contactum ulnae cum panno arguunt longitudinem panni, et per contactum alicuius quadrati arguunt latitudinem. Et ratio est quia per contactum

secundū aliquā dimensionē habetur adaequatio talium corporū et commensuratio, ut ergo totū corpus tangens commensuretur adaequate corpori tacto, et illud signet ac determinet tantū quantū est ipsū; deberent singulae partes talis corporis ita se habere ut nun possent magis aproximari partibus alterius corporis et ut nihil inter illas mediet.

Nota 2. Corpora et quantitates cū invicem se tangunt et sunt aproximata posse adaequari et commensurari secundū unā vel alteram dimensionem et non secundū omnes v.g. secundū longitudinem et latitudinem et non secundum profunditatem, ut si planū suponatur alteri plano. Cū enim duo illa corpora non se penetrent, partes profunditatis non sibi correspondent sicuti correspondent partes latitudinis et longitudinis; nam si dividantur ea plana secundū profunditatem possunt huiusmodi partes magis et magis aproximari; non autem si dividantur secundū latitudinem vel longitudinem; quia cū cuicumque parti unius plani correspondeat alia pars proxima alterius plani, quaecumque pars assignetur secundū longitudinem et latitudinem, semper assignatur proxima alicui parti alterius plani superpositi. potest etiā unū corpus alteri ita aproximari ut commensuretur solū secundum longitudinem: ut si ulna rotunda vel cylindrus superponatur plano: hunc enī non solū partes plani secundum profunditatem sed etiā secundū latitudinem possunt magis aproximari cylindro; cū enī cylindrus tangat planum solum in linea, quaecumque pars latitudinis in plano si dividatur in duas medietates, illa quae est versus extremitatem plani non est proximior cylindro tangenti planū in medio. Unde si sit planū palmare secundū latitudinem in cuius medio iacet cylindrus, si a tali plano auferentur partes latitudinis hinc inde incipiendo ab extremis et magis distantibus a cylindro, semper accedendo versus

cylindri nullas inveniemus partes cylindro ita appro-
ximatas ut non possimus invenire propinquiores et
propinquiores in infinitum. Quod si dividatur planum
per longum quaelibet pars longitudinis plani erit pro-
xima alicui parti longitudinis cylindri; ac proinde
cylindrus convenire dicetur plano secundum longitudinem tantum
non autem secundum latitudinem et profunditatem. Et ratio
est quia ex eo quod duo corpora sibi correspondeant secundum
aliquam dimensionem dum se tangunt, habetur quod in ea dim-
ensione sint inter se aequalia vel inaequalia quod est conve-
nire; et cum sibi non correspondeant secundum aliam dimensionem,
non potest ex eo contactu colligi quod in huiusmodi dimen-
sione sint aequalia vel inaequalia. Quare quia partes
latitudinis et longitudinis sibi correspondent cum duo ut
dixi plana se contingunt, ex eo contactu cognoscitur an plana
sint aequalia vel inaequalia secundum longitudinem et lati-
tudinem; non autem secundum profunditatem quia partes
profunditatis in eo contactu sibi non respondent. Idem dici
potest cum proportione de cylindro tangente planum etc.

Nota 3. Quia saepe etiam percipitur aliquod corpus
vere tangere aliud ex una parte, ex alia vero nullo modo
illi convenire secundum illam dimensionem ut cum sphaericum
tangit planum; videndum quomodo hoc fiat iuxta superiores
regulas. Quia in re potissima difficultas est in imagina-
tione; quod videtur requirere in contactu ut assignetur pars secun-
dum quam fiat contactus, ubi possumus doctrina adversariorum
ponentium puncta terminativa in continuo; per ipsos enim
punctum debet tangere lineam cuius est terminus. Peto ergo
quid tangit illud punctum si dicas tangere totam lineam,
contra est quia si abscinditur pars remotior non propterea
destruetur punctum terminativum; immo si abscindantur semper
partes propinquiores et propinquiores puncto, non propterea
amittetur punctum. Si dicas partem aliquam determinatam
tangere, tunc contra est quia qualibet parte determinata

datur alia proximior et per consequens non tanget partem
determinatam. Ad quod argumentum communiter respondent punctum
tangere totam lineam inadaequate, et sic non esse necesse ut
secundum illam partem determinatam tangat quia in linea non
datur ultima pars; adhuc tamen dicetur tangere lineam. punctum
quatenus non potest illi esse propinquior ut tota talis
linea est; licet secundum partem eiusdem possit esse pro-
pinquior, quod est tangere non per adaequationem. Quae
doctrina licet alio ex capite sit inexplicabilis tamen quoad
ad praesentem modum explicandi nobis servit. Quare hoc
posito argumentum de sphaera tangente planum facile solvitur.
Quod si habet difficultatem, habet solum hanc ut dixi quod scili-
cet non possit ut dixi assignari pars determinata secundum
quam sphaericum tangit planum. Quare dico sphaeram tangere
planum totum quidem quatenus non potest eidem toti esse propin-
quius, non tamen per adaequationem; quia potest secundum
singulas plani partes esse propinquius sphaerula. Sphaera
ergo dicetur tangere planum absolute et simpliciter ad
sensum, quatenus ipsa et planum ut talia tota sunt specia-
libus figuris non possunt magis approximari; non tamen per
adaequationem seu commensurationem quia secundum nullam
dimensionem potest ex tali contactu colligi aequalitas vel
inaequalitas talium corporum: ad quod requiritur ex dictis
quod secundum singulas partes toti toti adaequetur in ali-
qua dimensione, secundum quas partes ita sunt approximata
ut non possint magis approximari. Qua ratione sphae-
ricum ita est approximatum plano ut secundum nullam dimen-
sionem partes plani sint ita illi propinquae ut non possint
magis approximari sive secundum longitudinem sive latitu-
dinem sive profunditatem. Ex quo habetur dari con-
tactum in aliquo genere scilicet per inadaequationem seu
inadaequatum. Quibus addendum aliquid pro maiori expli-
catione Cum in sphaera perfecta nulla sit pars plana, singula

habent declinationem; unde fit ut in spatio occupato a sphaera non possit duci linea parallela cum plano; quia talis linea habet partes planas uti non habet sphaera. Quadruplatus ergo iste contactus consistit in hoc ut nulla sit assignabilis ubicatio et pars sphaerae quae adaequate sit immediata ulli ubicationi et ulli parti plani; quia cum quaelibet pars plani et eius ubicationes sit divisibilis, hoc ipso quod pars sphaerae correspondeoret et tangeret adaequate unam partem plani haberet immediate sub se plures partes plani et ubicationes. Hoc autem non posse esse clare patet quia singulae partes sphaerae attolluntur et elevantur supra planum, nec ulla est assignabilis quae non habeat talem declinationem. Et hoc ut dixi alii qui vocant tangere planum indivisibiliter eo quod aliqua pars assignabilis tangat quidem planum sed inadaequate: unde etiam fit ut deus non videat omnem ultimam partem sphaerae immediate correspondentem plano. Quando ergo fit obiectio communis de qua Complutenses q. 1 § 3 si globus perfecte sphaericus non tangeret planum in puncto, oporteret esse in globo aliquam extensionem planam contra suppositionem globi sphaerici. Probatur haec quia corpora quae se tangunt adaequantur in eo in quo talis contactus fit. At corpori plano non potest adaequari nisi planum. Ergo si globus in aliqua extensione tangeret planum, necessario etiam in se haberet planam extensionem et consequenter non esset perfecte sphaericus.

Respondeo negando haec similiter negatur vis probationis si et universalis: ratio est ex dictis quia etsi pars globi vere tangat partem plani, cum tamen ita tangat globus planum ut numquam possis assignare partem ultra quam non detur propinquior et immediatior seu magis approximata plano, iam hoc ipso non est necesse in globo esse extensionem aliquam sed declinationem in infinitum. Confirmatur responsio. Indivisibile inter partes non disiungit partes.

alias contra illud indivisibile cum indivisibili faceret maius ut patet discurrenti. Ergo eodem modo posset esse globus perfecte sphaericus etiamsi indivisibilia abessent; Quare miror autores tantum ponere in his indivisibilibus ut ea penitus absorbeantur et includantur in partibus neque ullo modo iuvent ad extensionem vel faciendam vel impediendam. Placet hic adiungere doctrinam Hurtadi S 2 § 26 qui alias est in contraria sententia. Ista enim aut miror homines doctos hanc argumentationem conficere, quae si quid probat probat aperte continuum componi ex solis indivisibilibus. Demum enim sphaericum rotari super planum, semper illud tangit et per te semper in puncto et nunquam in parte divisibili. Ergo in globo sphaerico non sunt nisi puncta indivisibilia

Dices Non esse inconveniens quod pars globi successive tangat punctum in plano, secus autem permanenter. Contra Ergo in sphaerico post punctum immediate est linea secundum quam tangitur planum, quae linea nihil officit rotunditati. Ergo etiamsi nullum sit punctum globus erit perfecte sphaericus. Et tandem post alia concludit rotundum tangere etiam planum in parte proportionali, id est non posse signari aliquam parte tam parvam in qua tangit quin alia minor in infinitum assignari possit secundum quam tangat quod est tangere indivisibiliter in parte divisibili.

Nota 4 Ex hoc habemus 1mo quomodo Quantitas trine dimensa sine ullo indivisibili exerceat rationem superficiei, lineae et puncti, nam si consideretur alter secundum longitudinem et latitudinem, exercet rationem superficiei et formaliter accepta in ordine ad eam considerationem praescindit a profunditate; et tunc illa

contactus dicitur adaequatus secundum longitudinem et latitudinem, inadaequatus vero secundum profunditatem. Et sic proportionaliter de contactu secundum longitudinem solum. Si vero quantitas alteri nullo modo conveniunt, exercet rationem puncti ut cum sphaera tangit planum; quantitates enim illae acceptae formaliter in ordine ad contactum praescindunt ab omni dimensione (licet à parte rei illam non excludat) et nullo modo conveniunt eorumque contactus dicitur omnino inadaequatus. Ex quo patet in continuo non dari indivisibilia secundum entitatem omnino indivisibilem vel aliquo modo excludentem omnem vel aliquam dimensionem; sed tantum virtualiter et quoad exercitium id est ut continuum sit tale ens quod exercere possit id quod exerceret punctum si esset formaliter et realiter in continuo idque in ordine ad contactum. Et quia continuum habet hoc quod non sit ex partibus interruptis, exercet rationem puncti copulativi; et quia non tendit in infinitum exercet munus terminativi puncti. Alij dicunt indivisibilia in continuo non esse formaliter sed fundamentaliter, accipiendo li formaliter pro entitate excludente omnem vel aliquam dimensionem; fundamentaliter vero solum pro entitate praescindente ab omni vel aliqua dimensione modo dicto.

Pro solutione secundae difficultatis Adverte ex Conimbricensibus 6 phys c 2 q 7 a 4 duplici[ter] posse aliqua esse simul vel positive vel negative. Simul positive dicuntur ea quae continentur eodem loco ut cum duo corpora se penetrant; simul negative dicuntur ea inter quae nihil medium dat et intercedit; ita ut secundum se tota non possunt approximari. et in hac simultate negativa consistit contactus corporum. Ex hac simultate negativa oritur fundamentum concipiendi et fingendi in ijsdem corporibus simultatem positivam, quatenus concipimus longitudinem et latitudinem praescindendo a profunditate penetrare se, quia longitudo

et latitudo talis si daretur à parte rei sine profun
ditate vere penetrarent se versus profunditatem cum secundum
eam rationem nihil participarent de ratione Quantitatis.
Quare dico cum dicitur primo continuum esse illud cuius
partes copulantur termino communi sensum esse ita se habere
partes continui quoad habendam negationem divisionis
et multiplicitatis inter se ac si vere copularentur aliquo
termino communi et indivisibili; et ita dant fundamentum
ut possint concipi copulatae communi termino indivisibili
vel certe dici potest per terminum illum communem intelligi
unionem quae exercet id munus quod ipsum indivisibile si
adesset exerceret. Haec definitio intelligenda est in summo
rigore; nam in sententia admittentium partes potentia
et talia indivisibilia tantum in potentia non erunt vere
et proprie partes copulatae per talia indivisibilia. Ubi
cum contigua dicuntur illa quae habent extrema simul
intelligendum est negative non positive, verum quidem est
quod ad distinguendam rationem continui a ratione contigui
tatis oporteat ut aliquid reale ratio continui includat
nempe unionem quam ratio contigui non involvit de qua
quaestione postea. Neque hoc est contra Aristotelem qui ut Ben-
varidus apud Conimbricenses in praesenti c 2 q 2 a 1 ex
aliorum sententia et quasi suppositione saepe loquitur in
hac materia; neque curat de indivisibilibus formalibus,
nisi ubi contra Zenonem agit. Unde ipse Aristoteles 8 phys.
c 8 t 68 docet indivisibilia non actu sed potestate
in continuo reperiri; et 3 metaph. c 5 t 17 ait superfi
cies esse in solido sicut Mercurium in rudi lapide. Acce
dit testimonium S. Augustini in lib. de Quantitate Animae
c 11 ubi ait longitudinem non in corpore inveniri sed
sola mente concipi. Quibus similia repetit c 12 super
Genesim vide Conimbric. citatos, qui eadem quaestione 4

benigne explicant Arte. Vide etiã Arrugã qui D 5 ait definitiones continui et contigui ab Arte non dari absolute sed tantũ ex suppositione qd dentur indivisibilia. Item contigua sunt loco propinqua et iuxtaposita; continua autẽ sunt pulterea unita et connexa inter se peculiari modo unionis integralis.

Aduerte 2. ex Fonseca 5 Metaph. c 13 q 6 § 5 ubi ait qd prisci Geometræ et Mathematici consueverunt indivisibilia concipere in magnitudinibus propter facilitatem demonstrandi et explicandi suas demonstrationes: à quibus alteri philosophi eundem modũ concipiendi et loquendi acceperunt. Hinc est qd cũ Arstes sæpe meminerit indivisibiliũ vel intelligendus est loqui ex suppositione: ut advertit Arrugã disp 8 Metaphysicorum t 17 mentionem facit punctorũ dixit ut potẽ puncta si sunt quidẽ vel potius de indivisibilibus in potentia seu per assignationem id est per praecisionem et abstractionem. Imo ut ingenue fatentur aliqui mathematici ad demonstrationes eorũ parũ illis servire qd dentur indivisibilia realia sed sufficere illis ficta et imaginaria. Pro tertia difficultate nihil hic dico quia inferius eã ex professo examinabimus.

Obijcies 1 contra doctrinã supra in not. 3 traditam si cuspis ferrea vel pyramis usq planũ tangat videt aer non esse aerem supra totũ planum sicuti erat antea ergo videt aliquã partem spatij super quã non sit aer illa scilicet quam occupat cuspis; sed talis pars non est divisibilis ergo indivisibilis. Rx negando minorem nam licet aer videat aliquid aeris deesse in plano occupante locũ illius cuspide non videt tamen quantũ illi desit; quia quamcunq partem plani assignaveris, reperies in illa adhuc aerem. et quia sic in infinitũ potes assignare numquã perveniendo ad ultimã

sphaera etiam Deus nullam divisionem de qua determinate possit
dicere hæc pars non habet Aerem sub se; sed tantum potest
dicere aliqua pars plani non habet Aerem seu hæc pars
plani inadæquate accepta non habet Aerem. Quod argu-
mentum procedit supposito quod detur corpus omnino acu-
minata.

Objicies 2 dividatur sphaera tangens planum
in duas partes æquales, quaero an utraque pars tangat
planum vel una tantum; et idem dicendum de pyramide.
R utramque partem tangere planum sed inadæquate cum non
sit maior ratio de una quam de altera, et consequenter tangunt
quidem planum secundum aliquam partem divisibilem indivi-
sibiliter tamen et non adæquate. Et ratio est quia in
sphaera non potest assignari aliqua pars seu ubicatio quae semper
non declinet, et si quaecumque accipiatur et dividatur quomodo-
libet, semper utraque pars declinationem suam habebit minorem tamen
quam antea cum possit esse minor et minor in infinitum. Tan-
git ergo utraque pars quia utraque pars est immediata plano ita
ut non possit mediare aliud corpus sine penetratione inadæqua-
te tamen quia nulla est in plano assignabilis quae ita sit
immediata partibus sphaerae ut non possit assignari alia imme-
diatior. Et idem dicendum de pyramide quae habet etiam suam
declinationem pyramidalem

Dices. Inter sphaeram et planum ubi fit contactus inter-
cedunt duo anguli contingentes seu duo cornua Aeris quae ter-
minantur in spatio ubi se tangunt sphaera et planum. ubi
vides fieri duos angulos ad latera sphaerae qui terminantur
et Deus videt ubi terminentur. Ergo non potest aliquid
esse divisibile in quo fit contactus quia illud non habet
suam partem determinatam ultimam. R concedendo dari
illos duos angulos et cornua Aeris; sed dico tales

angulos non habere ullam ultimā partem et sic nec a Deo illa videri cum non sit. videt ergo Deus unā partem determinatam utriusque anguli secundū quā sunt unediati illi anguli; ita ut adhuc illa pars sit ulterius divisibilis in alias, et consequenter sunt plures anguli in infinitū.

Objicies 3. Si sphæricū esset coloratū pingeret aliquam partem plani. Ergo signaret illa: eodem modo si esset calidum aliquam partem plani calefaceret. R. si deberet colorari planum, deberet id fieri per decisionem alicuius particulæ corporis colorati quod erat in sphærico posito supra planū; Corpus autem non potest esse solū indivisibile, et sic deberet signare divisibilem partem plani: Item non producitur calor solū indivisibilis et in indivisibili sed in divisibili.

Objicies 4 Color recipitur in sola superficie non in profunditate. Ergo datur superficies a profunditate distincta. R. negando Antecedens et patet experimento sectionis corporis secundū profunditatem aut potius latitudinem, qua color videtur esse in ipsa crassitie corporis non in sola indivisibili superficie. Quod idem patet de lumine experimento cum constat quod corpora maxime opaca et densa quale est ebur si attenuentur et secentur fiant transparentia. Ergo signū est lumen transmitti in crassitiem cuiuslibet corporis

Objicies 5 Quantitas est formaliter finita et terminata. Ergo debet habere finem et terminum formalem non divisibilem Ergo indivisibilem R. distinguendo Antecedens est finita positive per assignationem ultimi nego; negative id est habet formaliter non procedere ulterius non per aliquid superadditū sed per propriam entitatem concedo

Objicies 6 Sit planū tangens alterū planum

non se tangunt iuxta superficies formaliter quibus se penetrent, sed tantum se tangunt negative; sequitur quod locus non sit adaequatus locato. Sed maior ut patet. Probo distinguendo antecedens quod non sit adaequatus locato secundum profunditatem concedo, quia secundum illam non adaequantur nec ex continentia loci et locati colligitur profunditas utriusque: non sit adaequatus secundum circumferentiam quae se habet instar lineae seu superficiei obliquae et nego: nam vere et bene colligitur ex magnitudine unius magnitudo alterius quoad longitudinem et latitudinem. Et ne multa dicam in tantum Aristoteles vult locum esse aequalem locato in quantum pars loci immediate sine intermedio corpore habet sibi partem in locato respondentem

Sectio 3

De indivisibilibus Continui Successivi

Sensus quaestionis est an in duratione successiva tum re in permanentium tum successivarum, tum in ipso ente successivo seu termino per motum producto sint assignabiles entitates indivisibiles et excludentes omnem successionem seu prius et posterius et quae fiant totae simul. An vero sint tantum indivisibilia in ente successivo fundamentaliter seu quoad exercitium sicuti dixi de continuo permanente

Ima sententia admittit vera indivisibilia et formaliter in ente successivo. Est communis apud plerosque et etiam aliquos eorum qui alias illa negaverunt in continuo permanenti. Fundamentum primum et principale est in motu locali omnium maxime sensibili dum mobile palmare v.g. movetur per spatium bipalmare, ita successive est in toto spatio ut singulis partibus minoribus et minoribus spatii aquisitis deperdat et aquirat ubicationes novas aequales easque successive; in fine autem tota

seu spatij dum cessat motus mobile est in spatio sibi aequali per ubicationem aequalem sibi et spatio; quae ubicatio cum sit permanens et carens successione licet entitative sit divisibilis pro divisibilitate subiecti et spatij cui respondet, est tamen indivisibilis in ratione successionis eo quod non fiat per partes sed tota simul. Ergo datur ubicatio indivisibilis Ergo mutatum esse seu indivisibile motus. Simile puncto terminativo. Ergo etiam duratio indivisibilis cui correspondet: nam sicuti mutatum esse est extra successionem ita duratio cui correspondet est extra tempus et appellatur instans. Idem argumentum fit in alteratione v.g. productione caloris ut 8. qui successive producatur per motum in hora; tunc numquam calor est totus simul ~~[illegible]~~ per motum. Ergo datur mutatum esse productionis caloris diversum a motu per quem calor producebatur successive per partes.

Quod autem etiam dentur indivisibilia copulativa seu instantia Probatur et primo in motu locali sicuti mobile quiescit in tertio palmo spatij ita potuit quiescere in secundo; imo nulla potest assignari pars in qua mobile quiescere non possit; et consequenter in ea est per ubicationem permanentem aequalem sibi, quam semper habet post quamlibet ubicationem successivam maiorem se, eo quod producta qualibet parte motus et ubicatione successiva, potest non sequi alia ubicatio successiva et alia pars motus. Ergo debet dari ubicatio permanens per quam sit in loco cum negatione successionis: talis autem ubicatio caret successione Ergo est indivisibilis; post illam potest pergere moveri mobile Ergo per ubicationem successivam. Ergo ubicatio illa permanens indivisibilis intermedia est copulativa. Hoc idem patet in motu alterationis; nam post quemlibet gradum potest non produci alter gradus caloris sequens, et sic dabitur gradus caloris in esse completo per mutatum esse ut dixi de productione caloris ut octo, et quia ad illud mutatum

esse caloris ut 8vu͂ ita potest sequi productio successiva alterius gradus, tale mutati esse erit continuativum. Ex quo colligitur etiam in tempore dari instantia copulativa quibus correspondeant mutata esse indivisibilia in motu

2da ratio quam aliqui dant est nisi darentur talia mutata esse copulativa partes motus et temporis forent separatae quia non haberent aliquid per quod continuarentur eo quod post unam productionem seu partem motus successivam sit negatio illius, et etiam negatio alterius partis motus, cum tunc possit quiescere. Ergo requiruntur huiusmodi indivisibilia copulativa intermedia

3tia Sint duo Angeli durantes per horam et unus pro tertia durat per instans saltem hic durabit plusquam ille qui durat per solam horam non plus divisibile. Ergo divisibile Ergo datur duratio indivisibilis terminativa.

4to Generatio substantialis completur per unum nunc seu in instanti. Ergo datur instans. Probatur antecedens [struck] quia alioquin alteratio quae fit successive non distingueretur a generatione quae fit tota simul.

5to Omnis causa secunda non solum esset activa sed etiam conservativa contra communem opinionem cum saltem substantiae a solo Deo conserventur; praeterea non posset assignari tempus certum in quo a causa secunda conservari deberet effectus; et si in quadrante cur non in hora et sic in infinitum: Item nec potest explicari a quo habeatur ista determinatio ut tanto vel tanto tempore conservetur effectus a causa secunda; non ab effectu vel causa quia non apparet tale principium determinativum: non a Deo indignum enim philosopho videtur recurrere ad Deum et dicere quod non providerit in hoc causis secundis ut daret illis determinationem qua tanto vel tanto tempore producant vel conservent effectus suos.

6to Operationes spirituales praesertim Angelorum non videntur addictae tempori sed possunt subito consummari et absolvi cum non

pendeant à materia vel alio sensibili.

7mo non videtur conceptibile quomodo res indivisibilis possit fieri in tempore divisibili.

Ultimo Omnes Scholastici et Philosophi admittunt instantia saltem extra tempus; dum autem est ire contra torrentem auctoritatis. Probatur Antecedens ex communibus suppositionibus auctorum maxime Thomistarum Scotistarum et recentiorum dum admittunt et supponunt talia instantia in quaestionibus quas tractant scilicet an gratia producatur in instanti: Item an actus voluntatis et intellectus durent solum per instans, an etiam per aliquid temporis: Item dum agunt de inceptionibus et desitionibus rerum. Est etiam contra Aristotelem qui agnoscit et distinguit mutationem instantaneam a motu proprie dicto, quod illa sit actio quae fiat in instanti. Item contendit in aliquibus esse simul fieri et factum esse et compleri per unicum nunc quod est idem ac instans.

2da sententia negat instantia et indivisibilia in successivis tam copulativa quam terminativa non negat tamen posse dari aliquam durationem omnino indivisibilem quam vocant instans quod tamen non continuetur cum tempore et duratione successiva. Est multorum nominatim quam sequuntur recentiores aliqui Romae et in aliis Academiis. Et quoad primam quidem partem probatur 1mo (non quoad se quidam examinabitur infra) a pari non dantur indivisibilia in ente permanente. Ergo nec in successivo probatur Consequentia a paritate rationis quia scilicet hac ratione magis consentanea philosophamur. Probatur 2do Nulla est necessitas ponendi huiusmodi indivisibilia in ente successivo. Ergo non debent poni. Probatur Antecedens Omnia quae tribuuntur instantibus positivis possunt salvari vel per partem temporis inadaequate acceptam, vel per negationem ulterioris successionis sive motus ut patebit ex solutione fundamentorum superioris sententiae.

Probatur 3tio Contra indivisibilia Copulativa. Ista indivisibilia

sunt unio partium. Ergo sunt modi. Sed impossibile est esse
modos. Ergo. Sequela patet quia Scotus est ratio saltem partialis
cur assignent talia indivisibilia. Minor probatur modus non potest
esse sine re modificata. Sed dum existit instans non sunt par
tes seu res modificatae. Ergo instans non erit modus. Hoc est
evidens apud eos qui admittunt modos. Minor etiam patet
praeterita enim pars motus non est, futura etiam nondum est.
Unde Hurtadus § 3 § 42 nunquam ait existere instans sine
parte proportionali indeterminata; sicuti enim post punctum est
pars et non determinata secundum se totam, ergo indeterminata
et proportionalis: ita puncto coexistit determinata non secun-
dum se tota sed quatenus proportionalis seu inadaequate.

Probatur 4to Ex eodem Hurtado et Conimbricensibus 6 phys. c 2
q 1 a 4 aliquae partes futurae sunt aliquando praeteritae. Ergo
omnes regulantur per aliquam propositionem de inesse seu de
praesenti. Ergo de omnibus verum est aliquando dicere quod sunt
quia praeteritum aliquando fuit praesens. Ergo aliquando partes secun-
dum se sunt praesentes quod negatur in Aristotelis sententia damnatum
est ut patet ex 4. Phys c 13 t 27. Et revera non est
conceptibile quod aliquid de futuro possit transire ad praete-
ritum absque eo quod transeat per praesens: sicuti est inconce-
ptibile quod aliquid transeat de extremo ad alterum extre-
mum sine eo quod attingat medium. Ex quibus duobus
argumentis patet indivisibilia seu instantia vel esse im-
possibilia si illa requiras ut uniones partium praeteritarum
et futurarum et illa etiam asseras esse praesentia: si autem
dicas ea instantia una cum parte aliqua existere de prae-
senti, nam erunt frustra et aperitur via facilis dicendi non
aliter sibi uniri partes motus quam quod una succedat alteri
quod sicuti non est proprie uniri ita non requiritur propria uni-
o quidquid dicat Hurtadus § 5 § 76 ubi necessario unionem peculia-
rem requirit quae uniat partes continui; sed revera

frustra quid enim aliud requiritur ad hoc ut dicantur partes successivae unitae, nisi ut una immediate sequatur aliam et non interrumpatur seu ut nihil intercedat, sintque tales quae non habeant magnam inter se diversitatem. Hic enim est communis omnium sensus de ente successivo, et ipsi rustici dicunt fluvium continuum esse successivum quando non interrumpitur illius cursus

Ultimo si dantur indivisibilia in continuo successivo saltem quod in hora ex. g. sunt infinita talia indivisibilia imo infinities infinita. Tunc sic non repugnat Deum in quolibet instanti creare Angelum. Ergo in fine horae erunt infiniti Angeli

Dices distinguo Antecedens non repugnat Deum in quolibet instanti quod assignabis creare Angelum seu in quolibet distributive accepto concedo; in quolibet collective accepto nego; cum enim post primum non detur secundum imo neque possis assignare ullum post primum, quin infinita pertransieris, videtur clarum quod non possint assignari infinita, unde nec Deus in illis crearet infinitos Angelos

Sed contra sicuti in continuo successivo omnes partes sunt distinctae actu quia alias idem esset et non esset; ita etiam omnia puncta sunt distincta actu seu omnia instantia, et assignantur hoc ipso quo fiunt praesentia Ergo poterit Deus quotiescumque unum est praesens creare Angelum; sed intra horam sunt infinita puncta seu instantia praesentia successive. Ergo intra horam poterunt creari a Deo infiniti Angeli

Dices. etiam partes proportionales in infinitum sunt successivae. Ergo etiam poterit Deus in hora creare infinitos Angelos R. negando consequentiam quia hoc ipso quod

sunt partes proportionales et indeterminatae, iam non poterunt assignari et consequenter nec in illis creari Angeli.

Atque ultimo sequitur quod in hora essent infinita instantia et non essent: essent quia sic supponitur: non essent quia vere hora habet primum instans et ultimum et per consequens clauderentur illa omnia instantia suis terminis.

Tertia sententia convenit cum secunda in hoc quod negat indivisibilia etiam in tempore et quovis ente successivo, negat insuper instantia extra tempus seu nunc quod sint durationes indivisibiles secundum entitatem et raptim transeuntes ut communiter dicunt scholastici in hac materia; et ratione quarum res esset in instanti tantum temporis si illud daretur. Hanc sententiam modernus quidam Romae primus ausus est disputationi subjicere, qui etiam pro ea aliquos antiquiores congessit autores ut videbimus infra. Quare et ego cum alias in hac materia de indivisibilibus multum secutus sim opinionem huius autoris, statui etiam hac in re eum sequi et est sententiam hanc disputationi et ingenijs Academicis Gedanensis subjicere. Quo gra

Nota 1. iuxta communem sententiam posse aliquid sive divisibile sive indivisibile in sua entitate produci in tempore divisibili indivisibiliter tamen id est totum simul ratione rei seu termini producti v.g. Angelus seu gratia divisibiles produci possunt in hora ita ut in qualibet particula horae minori et minori versus initium intelligatur productus Angelus et tota gratia. et hoc est produm

in tempore divisibili indivisibiliter tamen. Contra vero divisibiliter in tempore produci diceretur gratia in tota hora si secundum singulas partes horae singulae partes gratiae successive producerentur. Juxta hanc sententiam dici posset totam horam respondentem esse productioni Angeli sed inadaequate, et consequenter esse in instans fundamentaliter, quatenus indivisibiliter tali horae respondet productio Angeli. Exemplum est in ente permanente punctum namque dicitur esse in circulo non autem circulo quod est punctum inadaequate circulo respondere. Sic productio Angeli diceretur esse in hora seu in tempore non autem tempore quia non producitur successive

Nota 2. Hoc nomen instans seu nunc quod est idem apud auctores non semper accipi pro duratione indivisibili qua non possit dari minor, imo S. Thomas et Thomistae ut refert Albertinus tom. 2 q 16 Coroll. 16 ex primo principio philosophico admittunt in Angelis tempus discretum constans ex pluribus instantibus immediatis. Sunt autem instantia ipsae operationes vel productiones Angelorum quarum una potest immediate sequi ad alteram. Unde necesse omnino est ut una ex productionibus vel operationibus, quae ideo dicitur instans quod fiat tota simul necesse in qua est ut fiat in tempore indivisibiliter tamen, nisi tempus componas ex pluribus indivisibilibus. Operatio ergo angelica cum sit indivisibilis et fiat tota simul dici potest esse instans ratione termini producti et modi producendi indivisibilis licet respondeat durationi divisibili. Unde etiam Conimbricenses 4 phys c 14 q 3 a. 2. ubi loquentes de ipsdem instantibus temporis discreti aiunt aliqua esse sectilia. Ex quibus habes hoc nomen instans non semper accipi in rigore mathematico sed aliquando pro actione aliqua quae fit tota simul

Nota 3 In hac re procedendū sicuti procedunt qui ne
gant indivisibilia in continuo permanenti: et dicendū instan
tia in continuo successivo esse fundamentaliter virtualiter
et equivalenter non formaliter quatenus negant omnem
successionem; licet sint formaliter si per hoc formaliter
intelligas modo nostro concipiendi quod formalitas
consistit in hoc quod sicuti unitas est formalitas diversa
ab ente licet non realiter ab illo distincta quia eadem
entitas dat fundamentū intellectui ut concipiat illam
cum negatione divisionis. ita quia rei duratio succes
siva dat fundamentum intellectui ut concipiatur cum
praecisione ulterioris extensionis et sine ulteriori extensio
ne vel ut in ea producatur res tota simul quod correspon
deat singulis partibus inadaequate; dabitur in ea forma
litas durationis instantaneae. Dixi procedendū sicuti
processimus in continuo permanente 1mo enī sicuti duo
quanta dicuntur exercere rationem indivisibilis per hoc quod
ita sunt immediata ut non possint magis approximari secun
dū se tota; secundū nullam tamen partem sunt ita appro
ximata ut non possit assignari altera secundū quam
sint proximiora. Ita duae horae exercent rationem indivi
sibilis quatenus una totaliter sumpta est extra alterā imme
diate, licet nulla possit assignari pars in utraque secun
dum quam ita sint immediatae ut non possint secundū
aliam esse immediatiores. 2do sicuti palmus dicitur
habere terminū quatenus non procedit ulterius; ita datur
instans negativū quatenus una hora vel unus motus non
procedit ulterius. 3tio sicuti planū exercet rationem
indivisibilis quatenus illi inadaequate respondet spatium:
ita hora exercet rationem indivisibilis durationis quatenus

ei ita respondet productio Angeli ut non fiat pars post partem sed tota simul: et propter hanc etiam causā sunt indivisibilia aequivalenter et virtualiter quatenus talis terminus est ita productus totus simul in qualibet parti cula minori et minori temporis ut si esset possibile veri instans in eo esset completa tota productio talis termini. Denique sicuti in continuo permanenti concipiuntur indi visibilia ac si essent vere: ita et in tempore possunt concipi indivisibilia seu instantia licet revera non dentur Profiteor ergo me velle in hoc procedere pari passu cū conti nuo permanenti

Nota 4 multorū esse sententia etiā eorū qui admit tunt instantia non posse rem permanentem durare solū per instans, sed debere postea durare per aliquod tempus ita tenet Vasquez 1 p. q. 52 d 229 et 1a 2dae d 219 Molina quos refert Albertinus citatus, ergo non est necesse ponere durationem solū instantaneam, sed satis est ponere divisi bilem durationem minorem et minorem. Unde in sci pturā quoque pro eodem sumitur instans seu momentum et mo tus oculi qui tamen est divisibilis.

Nota ultimo hac in re multū tribui phantasiae quae ubi in tempore imaginario etiam in quovis motu seu tempore reali fingit intermedia instantia. Itemū si abstrahamus a phantasia et dicamus omne tempus solū constare partibus sibi succedentibus absque ullis instantibus multas evademus difficulta tes

Nunc probatur hac sententia. Nulla est necessitas ponendi huius modi indivisibilia seu instantia. Ergo non debent poni. Antecedens pa tebit ex solutione argumentorū. 2do probatur si darentur indivisibilia extra tempus deberent etiā dari intra illud. Consequens per multos repugnat Ergo etiā Antecedens. Probatur sola. Sumi Angelus qui durat per solū instans peto an tale instans respondeat alicui parti determinatae temporis adaequate vel inadaequate et horis: Si dicatur adaequate rursus peto

an habeat essentialiter ex natura sua tale instans ita respondere illi horae ut non possit alteri respondere; an vero licet connaturaliter hoc exigat possit saltem per divinam potentiam respondere alteri horae. Si dicatur primum contra est quia posita illa duratione instantanea non posset Angelus durans per illam in tota hora destrui quod videtur esse contra perfectum dominium Dei, de cuius ratione est ut possit quando vult destruere creaturam. Si dicatur secundum ergo tale instans est indifferens ut faciat respondere huic vel illi tempori. Ergo requiritur aliquid superadditum a quo determinetur ut duret hoc et non illo tempore; quae ratio indifferentiae est fere unica propter quam ponitur duratio distincta a re durante. Si autem dicatur inadaequate instans respondere huic horae contra est quia iam tale instans esset et non esset in tali hora; esset quia supponimus Angelum per suam durationem indivisibilem durare in hora; non esset quia duratio indivisibilis est extra omnem durationem successivam et consequenter etiam extra tempus; sicuti punctum terminativum est extra lineam adaequate. Vel certe contra est quia iam vidimus in illa difficultatem quomodo aliquid indivisibile possit attingere et respondere divisibili uti dicebamus de puncto afficiente partes.

Probatur 3o non potest Deus in quantitate permanenti facere minimum. Ergo nec in successiva. Ergo neque durationem aliquam quia non possit dari minor. Item non potest Deus creare ens aliquod adeo imperfectum ut eo dato non possit dari aliud imperfectius in infinitum; nec datur unum minimum in perfectione. Ergo neque duratio tam parva qua non possit dari minor. Consequentia patet quia non dabitur facile disparitas maxime quod eo dato deberent etiam dari in tempore indivisibilia quae supra impugnavimus cum secunda sententia.

Sectio 4

Respondetur ad argumenta obiecta a prima sententia

Ad 1um R illud argumentum procedere ex suppositione quod detur duratio indivisibilis, quo negato non habet vim. Quare dico in fine motus mobile quiescit et acquirit ubi permanens sibi aequale concedo et concedo illud ubi non acquiri successive sed totum simul. nego tamen acquiri in instanti: diximus enim aliquid in tempore acquiri totum simul quatenus nulla pars temporis est assignabilis antequam non intelligatur iam producta res quae dicitur simul produci. Unde R in forma illud ubi fit totum simul per actionem instantaneam et indivisibilem negative concedo: positive nego id est quatenus non fit successive per partes sed tota simul modo explicato ergo datur mutatum esse et instans illi respondens in tempore positive nego, multo vero minus duratio indivisibilis Et idem dicendum de actione productiva caloris ut octo in esse completo respondente tempori divisibili inadaequate

Ad 2um R negando partes hoc separatas quae sufficienter per hoc sunt distinctae quod una sequatur ad aliam ut dixi supra. Ad illud quod dicitur post primam partem motus sequi negatio illius prioris et etiam posterioris etc dico sequi quidem negationem prioris et in ea quo cesset motus etiam negationem posterioris partis motus; nego tamen ex hoc argui dari indivisibile motus in quo quiescat mobile; sed tantum quod detur aliquod ubi non successive et per partes sed totum simul modo explicato acquisitum

Ad 3um patet responsio quia vel procedit ex falsa suppositione quod detur verum instans; vel certe si per instans

intelligit tempus indivisibiliter acceptum. Dico nunc Angelum durationem plus per tempus indivisibiliter acceptum id est non tam parvum quin minori.

Ad 4tum R. Generatio substantialis fit in instanti id est in tempore indivisibiliter accepto concedo; quatenus fit tota simul et non per partes. Generatio substantialis fit in instanti reali aliquo negante omnem successionem et nego. Distinguitur autem ab alteratione per hoc quod alteratio fiat per partes successive et non tota simul, generatio autem fiat tota simul.

Ad 5tum transeat quod Causa secunda per tantillum temporis conservet effectum: Axioma autem seu communis opinio dicentium quod actu conservetur omnis effectus à Deo solo loquendo de substantialibus, non est in summo rigore accipiendum; vel certe non est universaliter verum saltem in sententia nominalium. vel certe potest dici quod conservatio pertineat ad Deum essentialiter quasi in actu primo quia Deus tunc in qualibet parte minori et minori in infinitum accedendo ad initium horae in qua supponitur producta effectus semper potest per novam actionem conservativam conservare effectum; et ideo dici potest in actu primo conservare effectum. Quare ad Deum pertinet sinere effectum pendere a tanto vel tanto tempore a Causa creata.

Ad 6tum R. distinguendo Antecedens Operationes Angelorum non sunt addictae tempori determinato Concedo; indeterminato nego: et tempori quidem esse addictas huiusmodi operationes tenet Vasquez citatus et alii; satis autem est quod distinguantur ab ente materiali et divisibili quod hoc fiat in tempore et cum tempore id est per partes respondentes partibus temporis, ut non fiunt res spirituales

Ad Argumentum ex auctoritate fateor plerosque contrarium sentire non tamen deesse ex veteribus qui cum hac opinione senserint praesertim nominales Gabriel in 2 d. q 12 ad 8 Durandus in 2. Disp. 2 q 6 Gregorius in 2m D. 2 q 2 a 1

Id Philosophum Bz [?] vel locutum fuisse ex suppositione et communi conceptu quo concipimus in tempore aliquid carens omni successione; vel certe dici potest Phum admittere instantia in tempore virtualiter et quoad exercitium, non autem formaliter, negando omnem successionem. Placet hic addere illud quod habet t 104 ipsum autem nunc tempus metitur quatenus prius est atque posterius ipsum autem nunc est quidem ut idem, est vero ut non idem, quatenus enim in alio et alio est diversum est; hoc autem erat ipsi nunc; quatenus vero est id quod est ipsum nunc idem est. Et postea similiter sequi [?] punctum ad quod fertur quo motum cognoscimus et prius in ipso et posterius hoc punctum enim aut lapis aut aliquid huiusmodi est ratione autem aliud hoc. Ubi vides primo agnoscere Aristotelem tantum unum nunc seu instans in tempore, quod sane non potest intelligi de entitate indivisibili; nam non ponitur unicum tantum nunc seu instans ab iis qui admittunt instantia; sed bene intelligi potest quod non sit realiter a tempore distinctum sed eadem entitas temporis secundum diversam rationem seu conceptibilitatem. modo dicitur tempus modo instans prout modo accipitur ut dicens prius et posterius, modo ut terminatum quid et completum, vel alia copulans ipsum prius et posterius. Secundum est quod comparat instans cum puncto de quo tamen ait quod est ipse lapis vel aliquid huiusmodi quod tantum ratione id est per intellectum est aliud à lapide

Sectio 5

An et per quid uniantur partes Continui permanentis et Successiui?

Quaestio haec movetur potissimum propter tertiam difficultatem supra § 2 positam nempe propter principium Metaphysicae Quotiescunque est-

nova denominatio et effectus formalis realis debet assignari novum ens et nova forma sive intrinseca sive extrinseca prout est denominatio. Et praeterea quia quae sunt indifferentia ad hoc ut faciant vel non faciant unum, debent habere aliquid a quo hoc accipiant: quamvis enim esse unum iuxta ~~[struck]~~ quorundam sententiam sit denominatio negativa de formali et habeatur a negatione divisionis, tamen si consurgit nova negatio, debet assignari aliquod ens novum a quo oriatur talis negatio vel quod consequatur, vel debet dependere aliquod ens reale. Ergo cum duae aquae aliquando faciant unum, debet assignari aliquod ens a quo id habeant. Item cum sine unione non possit dari discrimen inter contigua et continua, oportet eam invenire et asserere; quamvis illi non habent difficultatem qui admittunt indivisibilia modaliter distincta a partibus; nos vero qui huiusmodi indivisibilia negamus, aliam cogimur quaerere viam occurrendi his difficultatibus.

Aliqui recentiores indivisibilia negantes dicunt guttas aquae seipsis uniri posita indistantia earum idem seu positis adiacentibus eam simul et positis aliis conditionibus ut adhaerescentia viscositate tenuitudine mollitie etc. Sed contra primo quia si guttae aquae seipsis uniuntur ergo sunt essentialiter unio, ergo semper uniuntur, cum res sine sua essentia esse non possit ut apparet in mixtis. 2do has conditiones possunt etiam habere corpora contigua. 3tio ut diximus supra adiacentia et reliquae dispositiones sunt quid accidentale. Ergo non possunt esse de ratione entis et individui substantialis ex regula tradita pro dignoscenda substantia ab accidente; nempe illud est substantiale quodcumque est de ratione entis simpliciter seu primi entis intenti a natura a quo profluunt reliqua

et ad quod habendum altera fiunt. Ergo ratio per quam partes integrales materiae inter se uniuntur debet esse aliquid substantiale. Deinde si ubicatio pertinet ad rationem individui quoties aliquis mutat locum, desineret esse prius individuum, et aqua quoties alio transferretur desineret esse prior aqua, ex qua solutione ergo difficultatis propositae

Nota simpliciter posse unum afficere aliud per plura subiecta primo divisibiliter sic albedo inhaerens parieti divisibiliter ita ut nimirum per depositionem partis subiecti seu parietis pereat pars albedinis et non tota. Ideo potest aliquid in entitate sua divisibile afficere subiectum divisibile omnino indivisibiliter ita ut quaecumque particula subiecti pereat, pereat totus modus afficiens partem subiecti quae periit et etiam partem quae non periit. Sic cum Vasquez t. 2 in 3 p. d. 32 c. 4 docent aliqui modum subsistentiae verbi materialis esse in se divisibilem sed indivisibiliter afficere verum totum ita ut quacumque particula veri pereunte pereat totus modus subsistentiae etiam illius partis quae non periit. Sic etiam aliqui docent species sensiles etiamsi sint divisibiles pereunte quacumque parte obiecti totas perire. Vide Toletum 2 de Anima q 34 Concl. 4

Dico 1. partes continui permanentis uniri per modum aliquem divisibilem indivisibiliter afficientem partes. Haec Conclusio non potest aliter probari nisi quod haec unica restet via bene philosophandi supposito quod partes sint actu et quod negentur indivisibilia. Explicatur autem et probatur Conclusio melius ex solutionibus argumentorum

Dices 1 Ergo affusa una gutta mari tota unio qua partes maris continuantur periret quod est incredibile. Sequela probatur gutta aquae post infusionem continuatur cum mari, sed non unione divisibiliter afficiente omnes guttas maris. Ergo indivisibiliter ut sup. divisibiliter afficeret daretur novus effectus formalis

Substantialis sine nova forma substantiali nempe gutta unita mari absque eo quod accessisset ullus modus substantialis vel certe rediret eadem difficultas de ipsa unione prout dixi supra §. 2. Ergo non potest manere prior unio qua continuabantur partes maris quia illa non erat unio reliquae guttae cum aliis; maxime cum hoc sit de ratione afficientis indivisibiliter ut mutato subiecto seu modificato sive per accessum sive per decessum mutetur totus modus afficiens.

Respondet Anus recentior concedendo data et negando nove neque esse novum et mirum nam primo hoc dicunt aliqui cum Vasquez de modo subsistentiae. Deinde hoc dicunt alii de modo relationis aequalitatis v.g. vel similitudinis qui licet sit divisibilis entitative pro divisibilitate et extensione subiecti indivisibiliter tamen afficit totum ita ut particula maris pereunte, tota relatio aequalitatis quam habebat ad tertiam vel sextam partem caeli simul pe

at. Addo hinc videtur mirum quod ablata una gutta maris debeant omnes guttae maris vel saltem plurimae perdere suum ubi cum debeant se movere ad occupandum locum illius guttae ad hoc ne fiat ingredi aer vel certe debere vacuum. Aversa etiam in praesenti §5 post multa dicit in ligno palmari v.g. in utroque palmo esse mutuam unionem inter se invicem, cum non sit maior ratio cur potius sit in uno quam in altero; non ita quidem quod eadem indivisibilis unio sit subiective in utraque parte; neque quod sit duplex unio extensa et diffusa per totum continuum; sed una sola unio extenditur per totum continuum ita per eam quaelibet pars media coniungatur tam cum parte sequenti quam cum antecedenti: quo fit ut quaelibet pars uniatur alteri sibi propinquae tum per unionem quam habet in se cum illa parte, tum per unionem illius partis ad se; Dicendum etiam videtur inquit unionem cuiuslibet partis ut alia subiectari in toto ipso continuo taliter ut per quamcumque divisionem continui in

quamvis parte deperdatur tota unio quae prius erat et alia de novo fiat in una, et alia in altera parte continui quod remanet divisa.

Quod si alicui videtur durum et minus conceptibile R. negando tota et dico unionem qua mare continuatur non afficere indivisibiliter totum mare, sed tantum singulas singulas guttas hac ratione gutta A in mari habet unionem divisibilem pro divisibilitate et magnitudine guttae A extensam et magnam, indivisibiliter tamen afficientem totam guttam A; ita ut si aliquid guttae A deperdat, debeat illa unio tota perire, et succedere illi nova afficiens reliquas partes guttae illius: praeterea haec unio guttae A est pars integralis cum unione guttae B et unio guttae B est pars integralis cum unione guttae C et sic aliquid totum nempe integra unio maris quod intellige quando totae guttae sunt simul, nam quando separatae sunt tunc unio guttae A non integrat cum unione guttae B unum. Hoc posito quando mari infunditur gutta aquae M, illa gutta unionem illam quam ante habebat indivisibiliter suas afficientem partes deperdit et acquirit aliam similiter colligantem omnes illas partes guttae M et quae simul ligat guttam M illi guttae quam attingit primo et cui approximatur. Et ita vides quomodo ex illis partialibus fiat una integralis in quantum illae uniones guttarum ligant indivisibiliter quidem partes sui subiecti divisibiliter vero totam guttam alteri guttae inadaequate secundum partem proximiorem et proximiorem in infinitum versus alteram guttam.

Dices 2. Ergo saltem quando ex mari auferetur una gutta debebit perire tota unio. Nam ablata gutta ex mari perit unio illa quae ligabat partes illius guttae inter se et quae simul ligabat totam illam guttam cum alijs guttis vicinis. Et idem

dici potest de gutta vicina velicta in mari nam etiā illa habebat unionem colligantem suas partes et simul se guttæ illi ablatæ: quare ablata illa non potuit manere eo qd termino pereunte pereat unio. R. Esto verū sit intimā etiā guttam debere perdere suā unionem et acquirere aliā quæ colli-get partes illius et simul easdem liget cū tertiā alia gutta sibi proxima; non est tamen necesse ut illa tertia gutta perdat suam unionem ac proinde ablata gutta illa non est necesse ut mutetur tota unio mariș; quia illa tertiæ guttæ unio habet omnia ad quæ dicit essentialem ordinem et quæ requirit ad sui existentiam: nam primo manent partes illius tertiæ guttæ; deinde manent partes secundæ guttæ ad quas terminatur unio illa tertiæ guttæ: neq enī volumus quod unio tertiæ guttæ terminetur ad unionem secundæ guttæ sed ad ipsas partes secundæ guttæ. Ex his vides quid cū proportione dicen-dum sit de unione partiū quantitatis et alterorū entiū permanentiū continuorū. De ubicationibus potest esse diffi-cultas, quia hoc ipso qd coexistant tales ubicationes immediate videntur sufficienter facere unā quia tamen possunt duo spatia esse propinqua et non continua, ideo ulterius requiritur ad con-tinuationem ubicationū ut sint in uno subiecto habente par-tes unitas: vel etiā potest dicere per modū peculiaris unionis unire partes ubicationū ad faciendū unum ubi qui modus sit eiusdem prædicamenti cū ubi

DICO 2. Partes durationis et motus successivi ad hoc ut uniantur inter se non requirunt modū superadditū. Probatur quia est impossibile esse tales partes durationis et motus sibi succedentes, et non esse unitas seu non facere unam du-rationem continuā unitate successiva, modo non fuerint interruptæ per quietem, et modo sint unius subiecti vel certe sint partes talis motus cuius termini possunt uniri. Unde est qd hoc ipso una pars sequens aliā immediate dicaș

et intelligatur illi coniungi et continuari. Ergo non requiritur aliquid aliud maxime cum in motu non debeat ratio contiguitatis quod in permanenti quantitate facesset negotium

Objicies cum communi nihil est praesens nisi instans. Ergo partes motus seu temporis et durationis copulantur per instans. R. 2do per multos autores contrariam sententiam non solum est praesens instans ne cogantur admittere tempus constare ex solis instantibus, sed etiam partes temporis eo quod impossibile sit partes futuras in praeteritas quin regulentur per aliquam propositionem de inesse et quin sint praesentes non quidem praesentia instantanea sed successiva. Sicuti ergo isti autores admittunt praesentiam successivam et possunt illam concipere: ita etiam ego concipiam illa facile absque eo quod illa admittam praesentiam instantaneam vide Hurtadum S3. §43. Joannes D. To S9 n 20 Pererium lib 12 c 7 Rubium tract. de tempore q 1 et alios. Deinde R. aequivocationem et errorem nasci ex phantasia qua communiter apprehendimus in tempore imaginario instantia et partes iuxta quod tempus mensuramus reliquos motus et tempora realia; et quod nomine praesentis apprehendamus aliquid carens priori et posteriori; quo posito procul dubio est inconceptibile quod pars aliqua habens prius et posterius possit esse praesens tali praesentia. Nos tamen hac in re non habemus difficultatem qui sicuti in motu et tempore reali excludimus omnia instantia ita etiam in tempore imaginario: Deinde sicuti in rebus permanentibus esse praesens (non loquendo de praesentia locali sed temporali) dicit rem esse extra causas: ita esse tempus praesens dicit partem temporis esse extra causas ex tertate convenienti tali parti. Et sicuti quando res permanens est extra causas potest fieri de illa propositio de inesse seu possumus dicere est: ita etiam de parte motus vel temporis potest dici quod sit, non quidem de tota et accepta addaequate sed de illa accepta inaddaequate et indivisibiliter

Dices. De re permanenti bene dicimus nunc est praesens quia revera tota est extra Causas: at vero pars temporis hoc ipso quod sit divisibilis in partes alias et habeat prius et posterius non potest esse extra Causas etiam secundum aliquid sui, cum etiam illud sit divisibile ulterius et habeat prius ac posterius. R. tempus cum sit divisibile et habens prius ac posterius, non posse esse extra Causas simul concedo; esse extra Causas successive et nego sicuti filium [illegible] successive a gloria. Et ne in verbis ludamus quaero quid est rem esse praesentem praesentia temporali. Certe non potes aliud dicere quam rem coexistere tempori praesenti vel tali parti motus caeli supposito quod etiam partes sunt praesentes. Rursus inquiro quid est esse tempus reale praesens; non poteris aliter id explicare nisi per comparationem et coexistentiam ad aliquam partem temporis imaginarii. Iterum quaero quid est partem temporis imaginarii esse praesentem: non potes aliud respondere nisi quod partem illam imaginarii temporis concipiam per ordinem ad aliquod ens existens accipiendo illam partem temporis non adaequate sed inadaequate. Hic, subtilius de tempore, nam loquendo paulo liberius per tempus praesens saepe intelligitur aliqua latitudo temporis sed non magna: ita dicimus Petrus currit esse propositionem de praesenti et cursum Petri esse praesentem; et tamen certum est cursum qui est motus essentialiter habere prius ac posterius. Quare miror aliquos autores velle ita rigorose per hoc praesens intelligi debere aliquam durationem excludentem et negantem omnem latitudinem.

Sectio 6

De Velocitate et tarditate Motus

Nomine motus velocis intelligimus illum quo tempore extrinseco parvo plures partes spatii acquiruntur, tardum vero motum illum putamus quo multo tempore parum spatii vel minus

obtinetur. Et licet autores hac de re agant in diversis materijs, nos tamen hoc loco hanc quaestionem pertractamus propter magnam connexionem quam habet cum continuo successivo, et quia ex hac ipsa difficultate non leve sumitur argumentum contra admittentes indivisibilia. Quare cum haec difficultas omnes premat aliquos plus aliquos minus, proponemus illa primo et dissolvemus iuxta nostra principia: deinde ostendemus quantam vim habeat in sententia admittentium puncta et instantia.

Consistit autem difficultas in hoc sit ut Aquila et testudo et utraque moveatur per idem spatium unius milliaris. Tam quoad entitatem motus est aequalis, cum eius maioritas vel minoritas sumatur per ordinem ad spatium: ex alia parte motus aquilae est duplo velocior motu testudinis, et tamen utrumque mobile semper movetur; et dum aquila conficit suam partem spatij etiam testudo conficit suam. Ergo vel identidem testudo quiescit, vel duae partes motus aquilae respondent uni parti motus testudinis id est pro ea duratione pro qua testudo conficit unam partem spatij, aquila conficit duas; ac proinde motus aquilae non erit successivus sed aliquae partes illius erunt simul.

Ad quam difficultatem Complutenses d. 15 de compositione continui q. 5 in fine respondent cum communi motum spatium et tempus habere partes divisibiles in infinitum; et dum unum mobile conficit partem minorem, alterum conficere partem maiorem placet hic eorum verba referre Dicimus nunquam posse oriri maiorem velocitatem motuum ex eo quod unus fluat per partes proportionales maiores maioritate tamen indeterminata quam alius; quantumvis hic fluxus fiat successivo modo ita non tota aliqua pars certa et determinata fluat sed aliquid eius fluxerit et aliquid fluxurum restet quia hic excessus satis est ut plures partes proportionales et magis ut sic dicamus compressae sint in motu velociori dum in tardiori sunt pauciores etc.

Sed contra vel distinguis durationem a motu et ponis illam
aequalem in omnibus cum ipsa duratione illi quod propriissime
vocatur tempus; velocitatem vero ac tarditatem esse motus
per correspondentiam ad maiorem vel minorem durationem
vel non distinguis durationem a motu. Si distinguis ma-
net difficultas quomodo eidem durationi respondere possit
duplex motus alter duplo maior entitative altero id est
occupativus maioris spatii: ut intra eandem horam aquila con-
ficit unum miliare testudo medium vel quartam partem
Idem est in rota in qua partes extimae radii conficiunt ma-
ius spatium quam partes intimae eorundem radiorum in eodem
tempore. Item quomodo duo motus aequales in ordine
ad idem spatium non respondeant aequali durationi ut
motus testudinis supra milliare et motus aquilae supra
idem miliare quorum primus fit in duabus vel tribus horis
secundus in una. Si autem non distinguis durationem
a motu videtur maior difficultas quomodo unus motus
possit esse entitative maior altero et durare eodem uno
aut minori tempore extrinseco, cum duratio et tempus extrin-
secum videantur aequaliter sibi respondere. Galenus lib. 2 de
dignoscendis pulsibus c. 2 quem refert Valesius lib. 3 Controversiarum
medicarum c. 8 ut solvat difficultatem admittit nullum esse motum
omni ex parte continuum, sed saepius interrumpi per morulas.
et ita illum motum esse velociorem qui paucioribus vel brevi-
oribus morulis interrumpitur, illum vero tardiorem qui pluribus
aut longioribus. Hunc philosophi communiter impugnant multis
rationibus quibus omissis ista est efficacior. In motu
rotae cuius extima pars radii velocius movetur quam intima
prope centrum, non possunt admitti morulae. Ergo motus
tardus et velox non distinguitur per morulas. Probatur antecedens
quia alioquin si quiesceret intima pars radii quae tar-
dius movetur, dum movetur extima, divideretur vel fle-
cteretur radius eo quod extima pars deberet relinquere

intimam quiescentem. Dices concedendo partes centro proximas quiescere quando moventur partes extimae non tamen dissolvi unionem inter illas quia semper pars extima manet in eadem distantia respectu partis inferioris: potest enim pars inferior comparari cum extimis sicuti punctum centri cum respectu aliorum punctorum quae illud circumstant: Quare sicuti omnia puncta circumferentiae possunt moveri immoto puncto centrico cum eadem distantia ab eodem puncto: ita quaelibet pars rotae quando movetur circulariter perseverat in eadem distantia respectu partis inferioris quiescentis. Sed contra primo quia patet ad oculum moveri partem superiorem quiescente aliqua quae non sit centrum ut fit et supponitur in nostro Casu Deinde si illud punctum vel pars illa est punctum centricum id est circa quam fiat circulus habens radios aequales et aequaliter distantes ab illa parte, tunc illa pars plane non debet moveri sed circa illam debet fieri motus ac proinde illa pars debet esse divisa ab aliis

Arriaga 3 phys. d. 7 q 3 dicit tarditatem et velocitatem motus esse relationes quas motus dicit ad tempus vel ad motum alium in cuius comparatione appellatur tardus aut velox. Sed contra prius est esse entitatem talium motuum quam esse relationes eo quod entitates tales motus fundent relationes. deinde esto nos explicemus et concipiamus motum tardum per comparationem ad alium velociorem; ista tamen comparatio non est ratio formalis tarditatis aut velocitatis sed aliquid aliud independenter a nostro conceptu

Aliqui dicunt velocitatem et tarditatem esse modos distinctos a motu. Sed contra cum Hurtado d 15 physica S 7 quia producta una parte motus, nullus modus potest illi imprimi per quem alia pars citius producatur: nam prima parte producta alia potest non produci. Ergo etiam potest citius non produci. Ergo in parte praecedenti nullus fuit

motus quo velocius producerentur partes sequentes. deinde in parte non producta non potest produci motus ut patet. Ergo

Hurtadus ipse § 246 ait est ergo velocitas aut tarditas motus ipsamet entitas motus constans brevius aut longius spatium temporis quod oritur aut ex maiori impetu agentis aut ex maiori resistentia subiecti: ita ut si Deus vellet producere eundem motum posset ille fieri velocior aut tardior sine diminutione aut additione entitatis. Item § 245 habet eundem motum qui fit successive posse fieri in instanti Sed contra motus per nos non distinguitur a duratione Ergo sicuti non potest eadem duratio successiva fieri instantanea aut eadem duratio longior fieri brevior ita nec idem motus. Deinde contra est si motus ex se est indifferens ut sit celerior vel tardior, debet dari ratio aliqua formalis et non solum efficiens quod determinet illam indifferentiam. Ergo debet admittere modum aliquem determinantem motum. Hi sunt fere modi explicandi velocitatem et tarditatem. Ex quibus omnibus placet primus si bene explicetur. Quare

Dicendum motum esse velociorem nihil aliud ~~est~~ quam esse talem motum qui ex sua individuatione partes maiores et plures entitative faciat respondere maiori spatio locali et minori tempori extrinseco eo quod sint magis quasi compressae et una pars determinata non tantum distet ab altera quantum in alio motu Tarditas vero motus habetur formaliter ab ipsa individuatione talis motus qua partes motus pauciores et minores entitative respondeant spatio locali minori et maiori temporaneo eo quod inter se magis distent et non sint ita compressae. Haec conclusio difficilis non est supposito quod actio seu motus et sit ratio formalis

alligans tali et tanto tempori et posterea qd alliget tali et tanto spatio saltem causaliter. Item non est nouum individuationem aliquid tribuere et petere quod non petit alia individuatio: patet quia in sententia ponenti unum ubi Angelicum indivisibile entitative, unum ubi unius Angeli jam et illum respondere tanto spatio et alium Angelum minori spatio, quod non potest oriri aliunde quam ex individuatione talium ubi.

DICES Duratio illa est maior quae habet plures partes entitative; sed motus velox habet plures partes entitative. Ergo etiam habet maiorem durationem. Ergo non erit motus qui in parvo tempore occupat multum spatii.

R. negando maiorem quia maioritas durationis non sumitur à maioritate materiali partium motus, sed ab individuatione earundem quemus illa facit respondere maiori vel minori tempori reali extrinseco vel imaginario.

QUAERES An possit assignari mensura certa durationis ad hoc ut sciatur quanta sit duratio?

R. non posse assignari mensuram indivisibilem sed explicari brevitatem vel longitudinem illius per comparationem ad aliquid tertium a duobus inter quae fit comparatio. Sic mensuramus duas depend[ent]ias in ordine ad aliam tertiam quae assumitur ut mensura. Sic motus et duratio primi mobilis realis vel certe imaginaria duratio similis assumitur ut mensura omnium reliquarum durationum.

Nunc videamus quam efficax argumentum desumatur ex velocitate et tarditate contra indivisibilia et instantia in continuo. Nullum est instans in quo dum aquila conficiat et acquirit suum indivisibile in spatio, non acquirat etiam testudo. Ergo in fine horae totidem indivisibilia spatii acquisiuit testudo quot aquila: quod dici non potest nisi dicas tot esse indivisibilia in quadrante miliaris quot sunt in miliari. Poterit verum esse Antecedens si loquatur de instanti assignabili, non autem si supponat collectiue

Sed contra proportionaliter se habent instantia tem
poris ac motus et indivisibilia spatij. Ergo mobile non
potest pauciora vel plura etiam collective acquirere in
divisibilia spatij vel motus quam acquisiverit instantia
temporis. Ergo mobile velox non acquirit plura indi
visibilia quam tardum in hora.

Sectio 7

De Raritate et Densitate

Haec quaestio cum multum connexionis et dependentiae ha
beat cum priori quaestione hic pertractanda est quamvis alias
in libris de generatione ab autoribus communiter discutiatur
et magnum ingenijs facessit negotium: experientia enim
constat ceram liquefactam rarefieri et occupare maiorem
locum quam antea. Rursus condensari et occupare mi
norem locum quod non videtur posse fieri vel sine di
visione partium vel sine replicatione, in densitate vero
sine penetratione partium. Quare in varias philoso
phi abiere sententias quas videre est apud Conimbricenses
1 de generatione c. 5 q 17. Rubium ibidem c 5 de
rarefactione. Hurtadum de generatione d. 4 et alios

1mo Scotus in 4to dist. 12a q 4 Caietanus
3 p q 77 a 5 in rarefactione volunt ad priorem quan
titatem aliquam novam partem illi accedere. Sed contra
1mo quia accedens quantitas penetraretur cum praecedenti
eo quod reciperetur in eodem subiecto in quo esset prior
2do ut Hurtadus d 2 § 7 quia hac ratione non
evadunt difficultatem; nam eadem omnino materia
cum ijsdem partibus rarefacta est in spatio duplo ma
iori sine additione novae materiae. Ergo etiam eadem
quantitas poterit rarefieri sine additione novae quanti

talis. Neque dicas in materia id posse concedi non in quantitate quae extendit materiam in ordine ad spatium. Sed hoc iam rejecimus in principio huius disputationis.

Mastrius in 4to q. 9 a. 2 et alij volunt in rarefactione perire totam Quantitatem priorem et adveniri aliam de novo. Sed contra 1mo Quantitas est coaeva materiae et ingenerabilis et incorruptibilis cum illa 2do Accidens non potest perire vel desinente causa conservativa vel pereunte subiecto, vel adveniente contrario. Nullum autem horum hic accidit ut patet. Ergo 3tio vel illa Quantitas adveniens est eiusdem rationis cum corrupta differtque ab ea quia affert duplo plures partes determinatas, vel est diversae rationis: Ex secundo est falsum primum non potest dici nisi dicantur duae partes quantitatis subiectari in una parte materiae. Ergo. Praeterea non effugiunt difficultatem in ipsa materia prima

3tio aliqui apud Hurtadum S. 3. et Arriagam citatum n. 143 dicunt in qualibet parte esse infinitos poros plenos aere et aliquibus alijs corpusculis quae evanescunt in condensatione et in rarefactione implentur Sed contra 1mo quia in igne non potest hoc dici eo quod ignis contineret talia corpuscula 2do ut Hurtadus quia nimio frigore disrumpitur vas plenum aqua quando haec congelatur at id non fieret si corpuscula essent intercepta intra ipsam aquam ergo non sunt. 3tio non quia cum aqua densatur omnia illa corpuscula sursum ascenderent occuparentque locum ab aqua deserunt, cumque intra idem vas essent sufficientia corpuscula ad eius capacitatem complendam non esset ratio cur disrumperetur vas. 3tio haec ipsa corpuscula sunt capacia raritatis et densitatis ergo vel in illorum rarefactione alia corpuscula interijcientur vel non: si secundum hoc dici poterat de ipso corpore integro quod dicebas poni corpuscula: si primum abibitur in infinitum

4to alij maxime antiquiores apud Hurtadum S)
censent dari in poris tantum vacui in raritate, et in addensa-
tione illud repleri. Sed contra 1mo Ergo iam non erit
verum quod volunt Authores q. in denso multa materia sit sub
parvis dimensionibus; et in raro parum materiae sub ma-
gnis dimensionibus. 2do natura ut ostendimus in q.
de vacuo summe abhorret vacuum. Ergo inaniter confin-
gitur vacuitas in poris

Omissis igitur his sententijs tanquam minus Aristotelicis
exquirendae sunt sententiae et modi explicandi recentiorum
Peripateticorum, quod antequam faciamus rei diffi-
cultatem clare proponemus

Difficultas ergo est in hoc ut bene Hurtadus S 4 ß 32
quia sequitur in raritate unam partem occupare duos
locos et in densitate duas partes in eodem loco penetrari.
Probatur sequela quoad primam partem Quia cera medij palmi
rarescens retinet medietatem palmi quam antea habebat
et nulla facta additione quantitatis. acquirit alteram medi-
etatem palmi. Ergo una pars est in duobus locis. Quo-
ad secundam partem etiam probatur sequela Sit corpus rarum
in uno palmo et densetur ad medietatem palmi, hinc
sic illae partes sunt in loco duplo minori quam antea
Ergo duae partes penetrantur in eodem loco, quia antea
medietas illius corporis occupabat totum spatium quod
modo occupat totum corpus. Confirmatur 1mo
ante densationem medietas illius corporis ita replebat
totum locum ut cuilibet parti loci responderet pars cerae;
modo ijsdemmet partibus existentibus in eodem loco co-
pulantur aliae partes ibidem. Ergo eae quae adduntur
occupant eundem locum quem praecedentes. Confirmatur 2do
Antequam cera rarefieret habebat ubicationem habentem
tot partes et proportionatas quot sunt ipsius cerae Ergo
cum nunc sint partes cerae in spatio duplo maiori
et per ubi res sit in spatio, consequenter habebunt duplo plura ubi

et sic una pars corporis habebit duas partes ubi vel duas ubicationes partiales. Confirmatur quia vel corpus unum dum calefit et rarescit retinet quoque contiguitatem cum superficie [illegible] vel non: primum dici non potest nam ut tu ibi censes a. [illegible] nihil potest deorsum commeare alioquin penetraretur vas; neque secundum quia vel alia superficies succedit in eius situm vel non: si succedit dum hic ascendit et descendit illa necessario in eo concursu sese aliquae partes penetrabunt; si non succedit oportebit dari vacuum. Secundum etiam dici non potest nam alias pars una moveretur et alia non moveretur. Ergo discontinuarentur partes.

Hurtadus § 35 ubi fatetur fuisse inexplicabilem fere esse difficultatem respondet negando sequelam ad probationem ait licet totum corpus retineat totum locum praecedentem, nullam tamen partem illius manere in loco in quo fuit antea: et quando totum movetur totum totum est in eodem loco et nulla illius pars retinet praecedentem: atque ita nulla pars rarefacta retinens primum locum occupat novum, sed relicto primo occupat novum; hinc vero non sequitur eandem partem esse in duobus locis, sed occupare locum maiorem quod provenit ab ipsa raritate tanquam a causa formali primaria et ab ubicatione tanquam secundaria. Quodsi rogas quo pacto partes magis distent inter se? Respondet id provenire tum ex compositione continui ex partibus divisibilibus quae propter infinitam divisibilitatem possunt magis protendi: tum etiam inquit provenire a qualitate tanquam a ratione formali determinante indifferentiam partium; eo quod partes divisibiles ex se non sibi vendicant certum et determinatum locum sed sunt indifferentes ad magnum et parvum quae indifferentia tollitur per qualitatem. Eodem modo respondet partes non penetrari quia nulla retinet priorem locum cum in rarefactione et condensatione includatur motus localis per quem partes rarae et densae loco cientur: et sicuti per qualitates partes distrahuntur quin sit una in duobus locis

ita et per alias qualitates contrahuntur sine penetratione accipiendo aut maiorem aut minorem ubicationem per quam respondeant maiori aut minori spatio. Ad 3iam confirmationem respondet ante condensationem cuilibet parti loci respondisse partem corporis sed magis distantem ab aliis partibus: at vero post condensationem respondere partes minus distantes: tunc vero non repletur spatium una medietate corporis sicuti antea, quia quaelibet medietas contracta est ad minus spatium. Addit praeterea ubicationes ipsas esse incapaces raritatis et densitatis quia quaelibet ex illis est essentialiter determinata ad certam et determinatam partem spatii certasque distantias. Itaque materia est indifferens ad unum vel duos cubitos, determinatur autem ad duos per raritatem ad unum per densitatem in actu primo, in actu vero secundo per ubicationes. Itaque palmus ut palmus dicat quantitatem affectam qualitate petente ubicationem palmi. Hic Hurtadus qui prae ceteris autoribus hanc sententiam et modum explicandi bene libens fusius rem deduxit

Sed meo iudicio licet multa bene dicat, nondum ex integro solvit difficultatem ut apparet ex dicta et sua confirmatione. Deinde adhuc illud est difficile quomodo possit res habere maius vel minus ubi quam habeat quantitatem, cum ubi saltem quantitatum sequatur quantitatem et extensionem eius. Quare pro plena solutione difficultatis

Adverte 1. Ex suppositione divisibilitatis partium quantitatis in infinitum condensationem non ita fieri. Sit spatium palmare divisibile in quatuor quartas partes divisum: et supra tale spatium sit corpus etiam palmare eodem modo divisibile quod debet restringi ad medium palmum. Tam primus medius palmus corporis relicto medio palmo spatii occupat primam quartam partem secundi medii palmi spatii, et alter medius palmus

corporis occupat ultimā quartam partem spatij. Ubi si des contiguas partes suae generationis, quia non remanet secundus medius palmus corporis in spatio in quo erat sed reducitur ad quartam ultimam partem et sic bene in locum illius succedit primus medius palmus corporis. Quare cum tam spatium quam corpus sit divisibile in infinitum numquam una pars corporis est simul cum alia in eodem loco. Quo posito cum comprimuntur cera singulae partes moventur localiter et acquirunt novum ubi. In raritate vero inverso modo se res habet in qua nulla pars occupat locum priorem sed quaelibet est in novo spatio maiori. Pro quo melius explicando

Adverte 2. Videri omnino necesse concedere cuilibet ubi divisibilitatem naturalem in ordine ad spatium, ita ut aequale ubi in entitate partim faciat respondere minori spatio ac partim aliud, idque ex sua individuatione et natura. Sicuti in sententia ponentium ubicationem Angeli indivisibilem in entitate facit respondere illud ubi suum ubicatum maiori spatio quam aliud etiam indivisibile. Loquendo vero de ubi divisibili quoad entitatem Christus Dominus tam in Eucharistia quam in caelo dicendus est habere aequalia ubi quoad entitatem eo quod nulla sit pars Christi Domini etiam in Eucharistia quae non habeat suum ubi partiale et nec duae partes Christi habent unum ubi eo quod sicuti quaelibet pars est in loco ita quaelibet habet suum ubi: et tamen per ubi quod habet in Eucharistia non est in spatio septem palmorum ubi est per illud quod habet in caelo. Ergo ex sua individuatione et natura duo ubi divisibilia aequalia quoad entitatem possunt facere correspondere diversis spatijs. Ex his colligitur solutio difficultatum propositarum in 1 et 2 confirmando; entitas enim cerae densae et rarae habet quidem semper aequale ubi quoad entitatem, sed unum ex sua individuatione faciens correspondere minori alterum maiori spatio. Ex quo rursus habetur

non replicari partes cerae quia nulla habet duplex ubi;
et licet habeat aliquod ubi aequivalens virtualiter duabus
partibus spatij, quia tamen non est eadem omnino pars
cerae adaequate et indivisibiliter respondens talibus
spatijs sed inadaequate et divisibiliter secundum diversas
sui partes non dicitur replicata cera; praesertim cum
non remaneat adaequate in loco priori per prius ubi
et ponatur in alio per aliud; sed inadaequate et di
visibiliter in infinitum ut patet consideranti palmum
cerae rarefactum et acquirentem duos palmos spatij
cum antea occuparet solum unum; quod fit succedendo
partem in locum alterius partis maioris; deinde mi
nores et minores semper succedendo in locum maiorum.
Et ex hoc etiam habetur quomodo non discontinuentur
partes cerae in rarefactione quia scilicet sunt in spatio
per ubi continuum subiectatum in partibus continuis ipsius
cerae. Pro tertia confirmatione solvenda

Adverte 3. Contiguitatem non relinqui
si loquamur de cera liquefacta iam permanente
quia acquisivit cera novum ubi ex sua individuatione
faciens respondere toti illi spatio et fundo olle:
si autem loquamur de rarefactione in motu casus est difficilior;
sed adhuc supposita divisibilitate continui in infinitum et quod non
detur ultima pars, dicendum bene posse stare cum motu
absolute loquendo contiguitatem cerae cum fundo olle: nam
primo motus iste est dilatationis qui consistit in hoc ut
per illum totum corpus dilatatum sit in spatio praecedenti et in
alio non tamen indivisibiliter et quasi per replicationem
sed inadaequate et divisibiliter, ad quem motum satis est
quod quaelibet pars acquirat novum locum et deperdat prae
cedentem, etiamsi ex aliqua parte non relinquatur totus
locus praecedens. neque dicas ergo ex ea parte qua pars
cerae non relinquit partem loci praecedentis, non movetur

negatur id; nam cum illa et quelibet pars assignabilis sit divisibilis in infinitum et verificetur de illa quod secundum aliquid sit in loco novo et relinquat aliquid veteris, de qualibet absolute dici potest quod moveatur. Quare quelibet pars acquirit terminum ad quem novum et relinquit terminum a quo veterem licet non adequate, quod satis est ad hoc ut illa absolute et simpliciter possit dici moveri. Pro adequatione eodem modo dicendum quod quelibet pars acquirat novum locum et totum inadequate saltem acquirat novum locum minorem et minorem cum contiguitate ad punctum etc. Et sic habetur quomodo non discontinuentur partes cum singulae moveantur.

Objicies contra dicta: os est densum et caro rara et quantumcumque ponantur in loco indivisibili adhuc retinent suam densitatem et raritatem. Ergo non bene per ordinem ad occupationem talem explicatur densitas et raritas. R. os esse densum et carnem raram formaliter et adequate quando sunt in suo situ naturali; quando autem ponuntur in loco et situ praeternaturali ut fit in Eucharistia aut quando comprimeretur caro, tunc non fore carnem raram in actu secundo sed tantum in actu primo, id est habentem tale temperamentum et tales qualitates quae exigant raritatem et occupationem maioris spatii si impedimenta auferrentur.

Quaeres quid ergo est raritas? Rubius q. 2 n. 148 cum multis aliis censet raritatem et densitatem esse qualitates distinctas realiter a primis quatuor qualitatibus et ab ipsa extensione locali. Hurtadus § 44 ait non esse opus tali qualitate sed calorem ex natura sua per seipsum esse extensivum subiecti quia ex natura sua petit et facit corpus rarum, contra vero frigus contrahit. Ego R. raritatem et densitatem in actu primo constitui vel per talem qualitatem contradistinctam, vel per temperamentum primarum qualitatum vel etiam per motum localem (qua de re forte aliquid in lib. de generat.) in actu tamen secundo et formaliter constitui densitas et raritas per ipsam extensionem localem seu per talia ubi

quod videtur colligi ex definitionibus rari et densi quam dant Conimbricenses; densum est quod multum habet materiae sub parvis dimensionibus; rarum quod parum sub magnis dimensionibus.

Quod attinet ad mentem Aristotelis vide autores praesertim Conimbricenses citatos qui diverso modo est locutus. In praedicamentis enim c. 4 de quali post medium sic habet Spissum inquit dicitur quod partes sibi ipsis propinquae sunt, rarum vero eo quod distent a seipsis: quod intelligendum de distantia locali non autem de separatione reali. Idem explicat 8 Phys t 11 densitas inquit et raritas congregatio et disgregatio quae autem congregantur et disgregantur necesse est secundum locum mutari. 4 Phys t 84 quare inquit magnitudo et parvitas sensibilis non eo quod semper accipiendo aliquid materia expellitur sed quia potentia est materia utriusque quale est idem densum et rarum et una materia ipsorum est; ex quo habetur quod non habeatur per acquisitionem et deperditionem novae quantitatis: nec obstat quod 3 caeli dicat densum inquit est quod in aequali mole plura insunt. Unde communiter dicitur densum est multum substantiae sub parva quantitate rarum vero parum substantiae sub magna quantitate, nam nomine quantitatis intelligitur extensio localis ut bene notat Rubius citatus. Idem vero Aristoteles raritatem et densitatem reponit inter qualitates 4 Phys t 86 ait ad illas esse motum alterationis et 7 Phys t 11 enumerat inter tangibiles qualitates. sed in quo sensu id verum sit patet ex praecedenti quaesito

CXXIUM Pro Complemento doctrinae de Quantitate addere oportet coordinationem huius praedicamenti de qua iam dixi in Logica d. de praedicamentis q 2 in fine Cap. de Quantitate, ex suppositione communis sententiae nunc vero quia ab illa recedimus sententia aliter coordinandum est praedicamentum Quantitatis.

Quantitas ergo dividitur primo in continuam et discretam
Continua est cuius partes sunt unitae discreta cuius par
tes dissipatae et non unitae. Continua vero dividitur
in lineam superficiem et corpus tanquam in tres species
non quidem realiter inter se distinctas sed formaliter qua
tenus eadem quantitas non consideratur solum secundum
quod in longum extenditur non considerata latitudine et pro
funditate quam habet et sic vocatur linea; considerata
vero eadem quantitas iuxta latitudinem et longitudinem
non considerata profunditate superficies vocatur. Adverte
lineam curvatam obliquam longam non esse
solum differentias accidentales. Item punctum vel realiter vel
formaliter etiam sumptum non esse speciem quantitatis eo
quod non participet rationem quantitatis cuius est habere
partes extra partes. Quantitas discreta complectitur nu
merum qui varie distribuitur in suas species puta in bina
rium ternarium quaternarium etc. Quanquam ut bene adver
tunt Conimbricenses in Logica in praesenti materia q. 2
et Soares S 7 n 16 numerus non est vera species quan
titatis eo quod numerus sit ens per accidens et nihil
distinctum a pluribus unitatibus si accipiatur pro rebus
numeratis; actu vero esse numeratum solum importat
denominationem ab intellectu. Quod attinet ad
proprietates quantitatis assignatas ab Arte breviter

Dico 1. quidem quantitati nihil esse contrarium
neque enim una alteram expellit ex eodem subiecto. Magnum
vero et parvum item augmentatio et diminutio contra
ria non sunt ut vult Philosophus; sed tantum duo
prima opponi relative secunda privative. Augmentatio
enim est acquisitio maioris quantitatis diminutio iactura
eiusdem. Praeterea quantitas non suscipit maius
et minus videlicet secundum intensionem. Demum secundum
quantitatem maxime res proprie dicuntur aequales et
inaequales; aequalitas enim licet sit relatio tamen
ratione quantitatis rebus convenit. Ceterum intelligen

Dum est quantitas cum accipitur secundum molem et propriam extensionem corpoream non metaphysicam.
De divisibilitate quantitatis et infinitate iam dixi quae nostra autem sive est eius proprietas vel ipsius ratio ultima et complementum ab intellectu pendeat quatenus designata certa quantitas est regula alterius sed de his plura vide apud autores in praesenti maxime apud Soares s 5.

Et hic de quantitate et octo libris physicorum

Cur stellae de die non videntur? cum sint semper plurimae supra horizontem

Responsio est communis quod maius lumen offuscat minus quae responsio bona est si bene intelligatur, non est autem sic intelligenda quasi revera non percipiamus de die lumen stellarum id enim est falsum, sed eo quod ob uniformitatem luminis per totum hemisphaerium non distinguimus lumen stellarum ab alio lumine sicuti punctum aliquod album in pariete nigro distinguimus, si tamen totus paries aequaliter dealbetur, punctum illud album ante visum videmus quidem sed non amplius a reliquis secernimus.

Unde proveniat stellarum scintillatio tremor umbrae solaris et maculae lunares?

De stellarum fixarum scintillatione variae sunt philosophorum sententiae quas refert Aguilonius lib. 5 Opticorum ad prop. 81. Communior sententia philosophorum cum Aristotele lib 2 Coeli t 48 et 49 est stellas firmamenti videri tremere quod visus ob distantiam infirmetur et tremat illas inspiciendo qui tremor oculorum occasio est ut stellae quae inspiciuntur tremere videantur. Sed haec ratio etiamsi communis non satisfacit quia secundum eam non redditur causa cur maiores quaedam stellae quibusdam minoribus magis scintillent cum tamen ad harum aspectum visus magis fatigari deberet magis enim fatigatur oculus inspectione minorum rerum quam maiorum. Praeterea secundum hanc responsionem et Saturnus et Jupiter deberent scintillare quia hi etiam sunt valde a nobis remoti.

Aguilonius cum neque ex parte objecti neque ex parte medii per quod fit visio aut alterarum rerum quae ad visionem concurrunt quidquam inveniat in quod scintillatio referri possit, cum quidquid ex iis capitibus poneret etiam valebit respectu planetarum qui tamen non scintillant ut Saturnus aut Jupiter aut valde parum ut Mercurius et aliqui alii, putat scintillationem hanc a prima origine astris inditam, quo vero id modo fiat incertum sibi esse ait, rationem tamen hanc ut probabilem assignat, fingamus inquit stellas non uniformiter ubique lucidas celerrime rotari in propriis cavitatibus cum igitur hae partes lucidiores partibus obscurioribus celerrime succedant, fit ut haec luminis et obscuritatis vicissitudo tremorem seu scintillationem in ipsis stellis repraesentet et hic modus conformis est sententiae Platonis quam refert D. Thomas 2 Coeli lect 12 post medium qui volebat omnia astra praeter motum lationis habere motum continuum circumgirationis.

Sed nec hoc commode videtur posse dici si enim scintillatio causaretur ab stellarum circumvolutionem intra proprias cavitates deberent illa intra cavitates rotari celeritate plane incredibili.

* nisi enim intra brevissimum tempus integram faciant revolutionem, motus ille intra proprias cavitates non potest causare illam alternationem diversi luminis quae requiritur ad scintillationem, sed sicuti propter immensam distantiam stellarum motum ab Ortu ad Occasum licet celerrimum oculis tamen non percipimus, ita nec istum motum stellarum intra proprias cavitates perciperemus, nec ullam causaret luminis alternationem. Quare cum incredibile videatur stellas aliquas parvae magnitudinis quae ex communi sententia optimorum Astrologorum ponuntur terram plus quam centies magnitudine superare spatio minus minuti unius integram circumvolutionem peragere quod requireretur ad tam celerem luminis alternationem quae in scintillatione apparet facile patet non posse stellarum scintillationem refundi in huiusmodi circumvolutionem intra proprias cavitates

Blancanus in Sphaera p. 3. tract. 22 c. 4 vult scintillationem provenire propter radiorum refractiones, sed si hoc esset verum deberent etiam planetae scintillare cum eodem modo patiantur radiorum refractiones. Unde patet facilius esse aliorum hac de re opiniones refutare quam veram aliquam invenire. Ego fateor nihil occurrere quod probabiliter dici possit

In extremitate umbrae solaris solet semper aliquis tremor apparere quaeritur illius tremoris causa. Aristoteles in problematibus s. 15 q. 12 hunc tremorem vult provenire ex continua agitatione atomorum quae cum vicissim modo de umbra in lucem modo de luce in umbram moveantur dicit propterea terminum quoque lucis et umbrae continuo moveri. Sed haec ratio non videtur probanda quia atomi nullam faciunt sensibilem umbram, ac proinde non possunt causare illum tremorem in extremitate umbrae aliorum corporum.

Quare R. hunc tremorem provenire ex continua agitatione vaporum qui sunt in aere. Continua enim illa vaporum agitatio causat continuam variationem refractionis radiorum solarium sic etiam quotiescumque videmus obiectum aliquod per medium tremulum, ipsum obiectum tremere videtur, sic mane propter magnam vaporum copiam qui inter oculum nostrum et solem intercipiuntur ipse sol exoriens tremere saepissime videtur, sic etiam aristae et glebae in campis videntur tremere maxime sole lucente vaporum motum excitante, sic etiam pruinae maxime frigidissimo tempore agitari et tremere videntur propter ignitas exhalationes ex pruinis erumpentes et inter pruinas et oculum interpositas.

De maculis lunaribus communis est sententia eas maculas esse partes in Luna magis transparentes quae ob illa transparentiam lumen solis admittunt quidem sed tamen sufficienter non sistunt. ac proinde id ad nos minus remittunt. aliae vero quia lumen solis magis sistunt magis illuminatae videntur fere sicuti in pariete albo fenestrae et foramina apparent nigra eo quod lumen solis ibidem non sistat sicuti in aliis parietis partibus estque haec sententia probabilis.

In Libros de Caelo Disputatio

Similis octo physicorum libris de rebus naturalibus earumque principiis et affectionibus. Hunc hic quatuor libris singularum partium explicationem aggreditur Philosophus quos idem inscripsit de Caelo tanquam a nobilissimo illorum obiecto; vel ut placet aliis quia per caelum intellexit universum hoc ut apparet ex 4 phys. t. 46. Caeterum 1 lib. agit de mundo eiusdemque proprietatibus de quo etiam peculiariter tractatum habet septem Capitibus comprehensum quem tamen plures sentiunt non esse philosophi. Item de Caelo et eius motu ingenerabilitate et incorruptione unitate et carentia principii. Secundo repetitis quibusdam lib., dictis docet eidem caelo convenire sex differentias loci: deinde agit de motibus orbium caelestium de astrorum figura natura etc. 3. lib. disputat contra antiquos, alios quidem nullam alios omnium generationem adstruentes; adversus quos docet quaedam et non omnia generari. Deinde elementis convenire gravitatem aut levitatem et iuxta hoc singulis motum naturalem; eadem in mixto contineri esse transmutabilia etc. 4. demum notitiam elementorum colligit ex differentiis motus recti naturalis, et ex instituto disputat de gravitate et levitate definiendo quid grave simpliciter quid respective seu comparatione ad aliud sed quia caeli a conspectu hominum remotiones sunt ideo sunt pluribus erroribus obnoxii, etsi non pauca beneficio opticae deprehensa, et plura fidei lumine, errores antiquorum et potissimum Arist. hac in re corrigunt qui si ulterius hic hallucinatus est. Porro hanc disputationem dividemus in duas quaestiones

primâ agemus de mundo eiusdemque aeternitate 2dâ de caelis et iis quae proprie conveniunt caelis, reliqua vero quae spectant ad elementa commodius in lib. 2 de generatione discutiemus

Quaestio 1

De Mundo eiusdemque aeternitate

Multa in praesenti autores de mundo pertractant quae scripturistas potius quam philosophos attingunt, uti est de anni tempore quo mundus productus est, de operibus sex dierum seu de ordine quo cuncta creata sunt, de unitate mundi quam deducunt ex scriptura autores (genesis 1 act. 17 ad Romanos 5. De perfectione mundi et integritate vide Conimbricenses in praesenti c 9 q 1 et c 8 q 9 et praeterea 8 phys c 2 q 2 Rubium in praesenti et 8 phys c 2 tract. de aeternitate mundi. Idemque ibidem. Hurtadum disp. 17 physicae pererium 15 physicae Soares disp. 35 et d. 20 s 6 et d 29 s 1 Salianum in initio 1 tomi

Sectio 1

V. Mundus fuerit vel saltem potuerit esse ab aeterno?

Mundi nomine tota hic universitas creaturarum intelligitur et lib de mundo ita definitur Mundus est compages e caelo terraque coagmentata atque ex iis naturis quae intra eam continentur. sive ut Conimbricenses mundus est ordo et digestio universorum quae a Deo et per Deum asservantur. Quo posito

Dico 1 Cum communi theologorum et philosophorum Christianorum schola et veterum nonnullorum quos citant Conimbricenses 8 phys q 3 a 1 mundum non fuisse ab aeterno

est contra Aristotelem. Probatur efficaciter ex scriptura genes. 1
in principio creavit Deus coelum et terram; ad ephesios 1
elegit nos ante constitutionem mundi. Joannis 17 priusquam
mundus fieret. Et definitio in Concilio Lateranensi
et refertur C. firmiter de summa Trinitate. Caeterum Aristotelis
argumenta nulla vim habent ut optime ostendunt Toletus
et Hurtadus; unde et ipse Aristoteles 1 Top. c. 9 docet quaedam
esse problemata dialectica ut utrum mundus sit
aeternus? · Quare in hoc nulla est difficultas Aristotelem lapsum
fuisse. Maior est quaestio inter philosophos etiam Catholicos
utrum mundus potuerit esse ab aeterno vel saltem utrum creatura
aliqua potuerit extitisse ab aeterno; et cum creaturae
seu entia sint in duplici differentia: alia enim sunt entia
permanentia alia successiva utramque partem discutiemus.
His positis

Dico 2 Non potuerunt generationes ab aeterno
fuisse ita contra Aristotelem communiter auctores. Vasques in 1 p.
d. 177 c. 4. Conimbricenses 8 phys. c. 2 q. 7 Hurtadus
phys. d. 18 s. 1, Soares d. 20 s. 6. Probatur primo quia
sequeretur hucusque fuisse infinitas generationes et consequenter
res genitas. Atqui hoc per plerosque repugnat. Ergo.
Confirmatur si generationes fuissent ab aeterno deberet
ab aeterno forma aliqua expelli et introduci alia
atque adeo fuisset forma ab aeterno et non fuisset. Unde
ii qui admittunt ens permanens posse esse ab
aeterno ut Hurtadus Soares et alii, dicunt si ignis
ab aeterno fuisset applicatus pulveri tormentario non
introducturum formam ignis in materiam pulveris
nisi elapso infinito tempore. Item Solem creatum
cum actu voluntatis tali habiturum illum ab aeterno
per aeternum tempus. Solem tamen creatum ab aeterno

productum lumen quidem ab aeterno eo quod non habeat contrarium, debere tamen permanere postea lumen usque dum aeternum tempus subierit. Qui omnia vel negant generationem ab aeterno vel si admittunt unam tantum et non plures concedunt

Dico 3. Non potuit ab aeterno esse motus successivus rectus. Ita Hurtadus D 18 S 2 Conimbricenses citati a 2 et reliqui. Omissis aliis rationibus probatur quia si lapis v.g. incepisset moveri a caelo per inane ab aeterno descendendo per lineam, vel confecerit omne spatium possibile in longum vel non: primum dici non potest quia sequeretur alias quod si una cum lapide pluma duplo tardiori motu incepisset moveri quod etiam ipsa confecisset omne spatium possibile cum eodem tempore fuerit mota, quod tamen est inconceptibile. Deinde si lapis ille nunc hora amplius moveretur non acquireret aliud novum spatium. Secundum etiam dici non potest quia in tempore infinito non potest nisi omne spatium pertransiri

Dices lapidem pertransituum spatium infinitum quidem non tamen omne. Si non pertransisset omne. Ergo iam illud spatium ex illa parte qua desinit haberet terminum quatenus esset spatium aliquod quod non occupasset iste lapis; ex alia parte qua incipit lapis moveri etiam spatium haberet terminum. Ergo simpliciter non confecisset infinitum spatium. Confirmatur si daretur linea ducta per illud spatium, illud quod confecit lapis vere illa linea ex parte illa qua incepit lapis moveri esset finita et terminata; ex altera parte versus inane esset etiam finita quia posset ulterius protendi posset illuc amplius

producti qui omnia arguunt finitatem
DICO 4. Etiam motum circularem ab aeterno re
pugnare. Ita Hurtadus Suarez et reliqui contra Vasquez
et Conimbricenses citatos. Probatur 1mo si enim posset dari
motus circularis caeli usque ab aeterno et productiones ubi
cationum in caelo ab aeterno: ita possent etiam dari pro
ductiones aliarum entitatum ab aeterno: sed tales produ
ctiones ab aeterno repugnant ut vidimus. Ergo et pro
ductiones ubicationum. Confirmatur si ab aeterno
fuisset caeli motum hucusque essent factae infinitae circula
tiones caeli; sed quandocumque est facta circulatio potuit
fieri productio minus entitatis. Ergo hucusque iam fuissent
infinitae entitates. Sed quidquid sit de hoc probatur 2do ab
Hurtado s 2 § 83 demus solem ab aeterno moveri, qui
ut natura quam moveretur fuit creatus a Deo in loco
determinato ac certo cum determinata ubicatione
Ergo vel velimus illam ubicationem per aeternitatem
vel non: si velimus necessario. Ergo per totam aeterni
tatem moveri non potuit: si non velimus. Ergo pro
eodem instanti aeternitatis fuit productio et corruptio
eiusdem rei; Item vidit Deus illa deperdita acquisi
visse alia. Rogo utrum simul acquisiverit infinitas
vel unam tantum finitam; infinitas non potuit quia in
finiti motus non sunt actu simul. Ergo acquisivit
unam solum. Ergo illa videt Deus in particulari quod ne
gari non potest. Ergo ab illa inceptus est motus
et fuit prima acquisita per motum. Probo consequentiam
quia ante illa nulla fuit acquisita, et post illa caeterae
sunt acquisitae. Ergo illa est prima omnium et hodierna
usque est ultima. Ergo illae ubicationes habent primam
et ultimam et propterea sunt finitae consequenter non ab
aeterno. Probatur 3tio communiter ab Hurtado et aliis
recentioribus quia vel motus secundum se totus fuit ab
aeterno vel secundum aliquam sui partem: non totus, quia

hodie et heri aliqua pars fuit et non ante, cum esse ipsius non sit simultaneum. Neque etiam pars quia impossibile est ut id quod essentialiter includit partes posteriores et priores possit esse ab aeterno ut constat: atqui nulla est pars motus successivi quae essentialiter non includat partes priores et posteriores, et quaelibet habeat necessario aliam priorem se. Ergo nulla pars motus potuit esse ab aeterno. Et huic argumento plerique innituntur.

Responderi tamen posset 1mo hoc argumentum nimium probare: nam hac ratione quilibet motus vel nunquam incipiet vel incepit ab aeterno: quaelibet enim pars motus habet aliam priorem ante se, ergo illa prius incepit; sed et illa habet aliam ante se. Ergo illa prior incepit et sic in infinitum: unde sicuti nunquam assignabis initium motus sic nunquam poteris dicere quando incepit. Quodsi dicas tempus vel motum incipere extrinsece, nempe dicendo nunc non est motus immediate post erit et sic bene posse nos dare initium motui et tempori. Dicendum est inceptionem illam esse extrinsecam ac proinde si motus secundum quod intrinsece incipit spectetur non potest aliter explicari. Deinde iuxta nos qui negamus veram instantiam non valet nullum hoc effugium. 2do posset dici circulationes illi ita se habere ut nulla possit assignari qua non fuerit alia prior. Quum incepisse circulationem aliquam integram sed inadaequate quatenus spectando partes illius circulationis nulla est assignabilis qua non fuerit prior, ita tamen ut inter illam circulationem et hodiernam usque intercesserint infinitae ac proinde tota illa circulatione non fuerit prior. Sicuti de facto aliquid temporis incipit inadaequate quatenus ante totum illud tempus non datur aliud, licet ante quamlibet partem assignabilem illius detur et sit assignabilis

prior. Error autem ut opinor oritur ex phantasia quae aeternitatem sibi imaginatur tanquam aliquod instans ad quod sequatur postea tempus; nos autem qui negamus instans rem sed dicens negationem divisionis et successionis non debemus taliter rem concipere, sed sicuti ipsum tempus divisibile in se accipimus et consideramus sine divisibilitate, ita etiam debemus considerare inceptionem rerum divisibilium successivarum.

DICO. 1 nulla creatura permanens potuit esse ab aeterno. Ita Valentia 1 p. d. 3 q. 3 punct. 2, Toletus 8 physic. q. 2, Arriaga disp. 1 q. 3 contra Suarez Vasquez Molinam Hurtadum et alios. Probatur 1mo autoritate Patrum quos passim citant autores e quibus paucos adducam. 1mo S. Basilius lib 2 adversus Eunomium Nos inquit id quod aeternum est creaturis attestari et creatorem hac perfectione privare eiusdem dementiae dicimus. S Augustinus lib 5 contra Pelagium ut probet filium Dei non esse creaturam sic habet creatura est ex eo quod aut adhuc non est aut aliquando non fuit. S Ambrosius lib 1 Hexameron ( ) sic in Aristotelem mundum ab aeterno asserentem invehitur. Quid ergo tam inconveniens quam aeternitatem operis cum Dei aeternitate coniungere: certe si creatura potuisset esse ab aeterno admodum conveniens fuisset divinae voluntati de facto communicare creaturis esse ab aeterno. Nullis etiam rationibus probari solet haec conclusio, quas praedicti autores maxime Hurtadus facile vel solvunt vel eludunt quibus omissis iuxta nostra principia probatur. Si creatura permanens esset ab aeterno vel duraret per durationem indivisibilem, vel per divisibilem et successivam. non primum quia ostendimus supra durationem esse actionem productivam rei eamque successivam et fluentem sed quidquid sit probatur efficacius ex dictis illa duratio ex principiis intrinsecis haberet hoc quod non posset destrui etiam in tempore

assignabili et consequenter nec creatura per illam durans. Sed hoc est contra dominium perfectum Dei ut ostendi in disp. de duratione S 4 Ergo. Secunda probatur illa duratio est forma determinata Ergo faciens respondere rem durantem per aeternitatem a parte ante usque ad determinatum et certum tempus a parte post. Ergo non posset destrui usque dum adveniret ille certus terminus aeternitatis parte post: sed ante illum certum terminum est assignabile aliud certum et determinatum tempus. Ergo in assignabili et certo tempore non posset destrui creatura aliqua.

Hurtadus d. 16 S 2 § 12 videtur dicere aeternitatem fuisse ante omne etiam imaginarium tempus; ita ut considerato omni tempore possibili aeternitas sit ante illud quia successio non potest esse in aeternitate: quare potuit Angelus esse in aeternitate absque eo quod haberet durationem aliquam successivam, sed vel existisset per suam essentiam vel per durationem indivisibilem praevertentem omne tempus collective sumptum in quovis autem determinato tempore potuit illa destrui. Sed contra sicuti aeternitas a parte post non potest praescindere vel excludere omne tempus imo aeternitas a parte post non est nisi omne tempus possibile ab hoc puncto [illegible] incipiendo. Ita etiam aeternitas a parte ante non potest excludere omne tempus possibile, imo nihil est aliud aeternitas a parte ante quam omne tempus possibile ab hoc inci pi endo et numerando versus praeteritionem. Unde impossibile est quod Angelus duraret per durationem indivisibilem praevertentem omne tempus possibile.

Hinc probatur 2da pars nempe quod duratio illa non possit esse divisibilis implicat ab aeterno esse ens divisibile et successivum ut ostendimus ergo implicat talis duratio

Probatur 2do Conclusio ad hominem plurimi ex praedictis autoribus negant posse dari infinitum actu seu categorematicum hoc tamen sequitur si creatura aliqua fuisset ab aeterno. Ergo non potuit creatura fuisse ab aeterno. Probatur sequela verum est dicere hodie, creatura ab aeterno creata duravit infinitis annis seu habuit durationes infinitas aequales anni certis et respondentes cuilibet anno: sed hae omnes durationes fuerunt extra suam causam et a parte rei. Ergo datum fuisset infinitum categorematicum. Probatur 3tio ad hominem contra Hurtadum Soares et alios qui mox tertia ratione supra alata probant non posse dari ens successivum a parte rei. Actio productiva rei est successiva et divisibilis. Ergo illa non potuit poni ab aeterno maxime cum per nos sit etiam duratio quae est essentialiter fluens. Ergo neque ipsa entitas permanens quae sine actione poni non potest.

Sectio 2

Soluuntur Obiectiones

Obijcies 1o Deus habuit ab aeterno potentiam creandi ergo illa potuit exire in actum. Respondeo distinguendo antecedens habuit ab aeterno potentiam creandi ab aeterno nego; habuit ab aeterno potentiam creandi in tempore concedo: neque enim necesse est ut potentia sit simul duratione cum suo actu; et hoc ipso quod nullum sit instans assignabile quo non potuit Deus producere effectum vel etiam ante quod, iam sufficienter salvatur omnipotentia Dei

Obijcies 2o Si Deus necessario crearet posset creare ab aeterno imo creasset ab aeterno. Ergo etiam libere posset

creare ab aeterno. Prob. Consequentia non minoris visibilis esset agens liberum quam agens necessarium. Antecedens patet nam si sol fuisset ab aeterno produxisset lucem ab aeterno eo quod sit agens necessarium et aliunde nulla deesset conditio. Ergo etiam Deus si ex necessitate operaretur cui nulla potest obesse conditio vel abesse ab aeterno crearet. R. 1mo argumentum esse à subiecto non supponente hoc ipso enim quod esset agens necessarium et non liberum non esset Deus; vel certe id in ordine ad quod esset agens necessarium non esset creatura sed Deus ut nunc de facto quia filius à patre necessario generatur non est creatura sed Deus. R. 2do negando Antecedens si loquamur de effectu creato: ratio est quia quod implicat nec ab agente necessario nec a libero potest produci; sed esse creatum ab aeterno involvit implicantiam ut vidimus. Ergo non potest dari vel fieri a Deo. Ad probationem Antecedentis dico ex suppositione quod deesset sol ab aeterno non esse mirum quod deesset etiam lux quia supposita semel creatura illa ab aeterno facile etiam alia concederetur nisi obstet peculiaris ratio.

Objicies 3. Datur aeternitas rerum creatarum a parte post ut patet in Angelis animabus etc. Ergo etiam à parte ante R. negando Consequentiam. Disparitas est quia in duratione aeterna rei creatae à parte post nulla invenitur implicantia: at vero in duratione aeterna a parte ante invenitur. Unde etiam est quod aeternitas à parte post sit infinitum syncategorematicum, a parte vero ante Categorematicum eo quod si Angelus fuisset ab aeterno verum fuisset dicere hodie iam Angelus fuit per aeternitatem, in aeternitate vero à parte post numquam verum erit dicere iam duravit per aeternitatem sed tantum iam duravit 100 annis 1000 annis et semper restat aeternitas.

Objicies 4. Deus videt omnes combinationes alii

possibiles. Sed illae non sunt finitae. Ergo videt infinitas. Atqui infinitae circulationes possibiles non possunt incipere in tempore neque enim possunt in tempore determinato dari infinitae circulationes successivae et aequales sibi. Ergo deberent incipere ab aeterno, ergo videt Deus possibiles esse ab aeterno si enim videt possibiles et non in tempore Ergo ab aeterno. R. distinguendo maiorem Deus videt omnes illas circulationes esse possibiles ad hoc ut actu omnes collective existant nego: videt nullam esse determinate quae non possit existere concedo, hoc est dicere videt finitas in infinitum posse poni a parte rei, non tamen infinitas simpliciter. Quia posita distinctione consequens distinguitur Consequens videt infinitas possibiles actu et a parte rei nego: videt infinitas id est non tot quin plures seu infinitas syncategorematice concedo et sic negatur subsumptum et consequentia deducta

Objicies 5. producat Deus creaturam in instanti quo primum potest; illud non erit in tempore. Ergo ab aeterno R. maiorem esse falsam a subiecto non supponente quia non potest dari instans determinatum in quo Deus ita potuerit creare ut non potuerit antea: sicuti ante quamlibet divisionem in partes proportionales versus unam partem potest fieri alia divisio.

Objicies 6. Si motus et tempus non semper fuerunt. Ergo prius non erat tempus et postea fuit tempus sed ubi est prius et posterius est tempus. Ergo antequam esset tempus fuit tempus R. illud prius antequam esset tempus non esse in ipso tempore reali sed in imaginario infinito

Sectio 3

Quomodo Creatio sit productio rei ex nihilo?

Aliqui recentiores hoc potissimum nixi argumento negant creaturam ullam potuisse esse ab aeterno quia alias conveniret illi ab aeterno esse et non esse: esse quidem ut supponitur; non esse quia de ratione creaturae est in aliquo sensu reali fieri ex nihilo ut constat ex definitione creationis quam dedit S. Augustinus et S. Thomas 1 p. q. 45 a. 1. Hac occasione videbimus quomodo intelligenda sit definitio creationis, et num argumentum ex illa desumptum habeat vim et quantam. Quibus suppono quod dixi de creatione, de de Causa efficiente q. de actione

1mo ergo aliqui dicunt ipsum nihil seu ipsum non esse non antecedere secundum durationem seu non debere antecedere secundum durationem aliquam vel instans ipsam entitatem necessario, sed tantum natura: ita Arriaga 1 p. d. 172 n. 11. Sed contra si hoc admittatur ut creatura simul pro eodem instanti reali possit habere esse realiter et non esse destruitur illud principium in quo fere omnis scientia innititur quodlibet est vel non est seu non possunt duo contradictoria eidem pro eodem tempore convenire: nam de quolibet ente posset dici quod pro priori naturae non sit pro posteriori vero sit, et sic pro eodem instanti reali conveniret rei esse et non esse

2do aliqui dicunt quando creatura dicitur fieri ex nihilo seu ex non esse non esse sensum quod realiter ipsum esse rei debeat praecedere nihilum seu non esse, sed quod pro priori naturae ejusdem instantis realis in quo res creatur, non concipitur res adhuc esse licet non concipiatur non esse, pro posteriori vero naturae jam concipitur esse. Cujus rei fundamentum est quod dixi in disp. de causis in communi in fine Cap. et in illa § 3 de mutua prioritate. ubi dixi quod pro illo priori pro quo concipitur causa existens, nec dum concipiatur exi

stentia effectus, pro illo tamen signo pro quo conci-
pitur existentia effectus impossibile esse non concipere
existentiam Causae; ac proinde quantumcumque creatura
esset ab aeterno semper tamen verum esset dicere pro illo
priori pro quo concipitur Deus ut Causa nec dum intelli-
gitur existentia creaturae. Et haec explicatio utcumque defi-
nitionem Creationis salvat

3tio alij dicunt in tantum creaturam fieri ex nihilo
seu ex non esse, in quantum poterat non esse seu in
quantum hoc ens non est necessarium in suo esse. Et per hoc
distinguunt quomodo verbum in divinis etiamsi accipiat
esse personale, non dependeat nec fiat nec creetur: cre-
atura autem ab aeterno etiam producta adhuc dependeret
fieret crearetur vide quod dixi fusius in libro citato
ubi videbis sufficiens discrimen inter creaturam et verbum
in divinis esto creatura ab aeterno produceretur

4to. plerique dicunt cum dicatur creari esse fieri
ex nihilo sensum esse non fieri ex aliquo subiecto seu
fieri nullo concurrente subiecto; qua ratione creatio
distinguitur ab eductione. Ita Hurtadus d. 12 phys s. 5
Et hunc puto genuinum sensum definitionis eo quod sic
explicata creatio sufficienter ab eductione distinguatur
de quo plurimum controvertebatur apud auctores

Objicies. Sequeretur verbum et Spiritum S. pro-
duci ex nihilo atque adeo creari quod Catholicum non est
R. verbum posse dici genitum vel etiam productum ex nihilo
subiecti sicuti Spiritum S. procedentem ex nihilo subiecti;
non tamen posse dici creatum quia creari est fieri ex
nihilo, verbo autem et Spiritui S. repugnat fieri eo quod
fieri sonet dependentiam, dependentia vero importet
contingentiam seu non necessitatem existendi, quae con-
tingentia sicut importat imperfectionem ita non debet
admitti cum processio in divinis sit solum secundum personalitates

quod identificantur cum Deo existente necessario atque adeo sunt ipse Deus unde etiam negatur prioritas naturae inter personas divinas et ad summum conceditur prioritas originis quod aequalem in procedente et producente arguit necessitatem

Objicies 2. Ex patribus citatis arguitur manifeste illos existimasse de ratione creaturae esse ut praecesserit etiam nihilum seu non esse rei. Ergo in definitione creationis ly nihil seu non esse non intelligitur tantum de nihilo subjecti.
Resp. aliqui patres hinc argumentari contra Arianos qui supponebant ex fide nullam creaturam de facto fuisse ab aeterno productam et inde probare contra illos filium Dei non esse creaturam quia fuit ab aeterno. Sed contra est quod Ariani contra quos disputant patres contendebant filium esse creaturam et tamen admittebant eum esse aeternum ut testatur S. Augustinus relatus a Bellarmino lib 1 de Christo c 2. Ergo patres cum ex eo quod sit aeternus probant non esse creaturam senserunt non posse esse creaturam ab aeterno, alias assumerent id quod est in quaestione pro argumento; non possunt autem probare creaturam non potuisse esse ab aeterno nisi quia creatio supponit non esse rei. Ergo. Ergo dico sistendo in autoritate patrum verum esse quod voluerint creaturam non posse esse ab aeterno, et creationem importare non esse rei et non tantum non esse subjecti. Caeterum praescindendo ab autoritate et spectata natura creationis sufficienter salvatur definitio si per ly ex nihilo intelligatur nihilum subjecti atque adeo sufficienter salvaretur distinctio inter verbum et creaturam esto creatura esset ab aeterno

Objicies 3. Si creatio non dicat fieri ex nihilo seu non esse rei, non potest explicari quomodo distinguatur a conservatione. patet, siquidem conservatio connotat rem esse praecedens. Sed etiam creatio in suo conceptu saltem

non excludit. Ergo Rx in primis retorquendo argumentum, atque conservatio animae rationalis est creatio ac prima eiusdem productio. Ergo non est de ratione illius dicere nihil seu non esse rei praecedens. deinde conservatio dicit positive rem praecessisse, creatio vero praescindit vel ab ipsa rei existentia praecedente vel a non esse illius. Secundo libenter admitto primam rei productionem a conservatione vix posse distingui si creatura esset ab aeterno; sed hic difficultas non oritur ex vi creationis ut creationis sed ex vi creationis ab aeterno.

Sectio 4

An creare sit soli Deo proprium?

Certum est de facto nullam creaturam ut causam principalem aliquid creasse; nam Deum solum ut ait Soares d. 20 S 2 omnium creatorem vera fides agnoscit quod et Patres docent definitumque ait esse in C firmiter de summa Trinitate. Quaestio ergo est V. possit alicui creaturae communicari vis creandi ut causae principali vel saltem instrumentali.

Dico 1 Nulli creaturae potest communicari vis creandi tanquam causae principali. Est communis Philosophorum et Theologorum quos citat Soares citatus et Vasquez 1 p. d. 175 c 2. Hurtadus d 12 S 7 et alii qui rationes S. Thomae et Scoti ac aliorum complures afferunt et solvunt. Hurtadus citatus affert hanc: modus operandi debet esse proportionatus modo essendi; ea enim ratione probatur animas brutorum non posse operari nisi dependenter a materia quia in esse pendent a materia; nulla autem est creatura quae non habeat aliquam compositionem vel ex materia et forma, vel ex subiecto et accidente, vel ex natura et subsistentia. Ergo nulla creatura potest habere actionem quae non sit fons verae compositionis

ut forma vel subiecti. Sed creatio nullam facit compositionem tanquam formam vel subiecti. Ergo. Sed respon deri posset quod creatio cum sit distincta a termino neve faciat compositionem cum termino, ita ut se habeat respectu termini tanquam ratio determinans et forma. Vide quod dixi in q. de actione

Fonseca lib 5 C 2 q 8 S 3 Rerum lib 5 C 6 probat hac ratione. Si Deus posset communicare alicui creaturae virtutem creandi, nullam actionem haberet ita sibi propriam ut eam creaturae communicare non posset. Sed hoc est indignum divina excellentia, cum etiam in rebus creatis quaedam sint opera perfectionum quae ne divina quidem virtute possint inferioribus communicari: ut lapidi aspectus et bruto intelligentia

Soares citatus n 12 sic probat. De facto nulli creaturae quantumvis perfectissimae communicata est vis creandi ut patet. Ergo signum est ad hoc requiri potentiam infinitam quae est solius Dei. Conquitra probat quia cum Deus produxerit hoc universum perfectum quoad summos gradus et ordines entium, si esset possibilis creatura quae haberet virtutem creandi, illa constitueret ordinem diversum a ceteris. Ergo illam debuisset Deus de facto creasse. Verum ut vides rationes hae licet probabiliter rem probet demonstrationes non sunt nec probant efficaciter intentum, ac proinde Soares bene ait conclusionem hanc certam esse non tamen evidentem. Argumentum ergo efficacissimum est autoritas patrum et communis Theologorum opinio qui in hoc uno conspirant creaturae non posse communicari vim creandi ut causae principali

DICO 2 Creatura potest assumi ut instrumentum ad creandum. Ita Soares citatus S 3. Hurtadus Arriaga et plerique recentiores uno verbo omnes qui admittunt potentiam obedientialem activam. Probatur Nulla est ratio in contrarium et autoritas patrum non urget. Ergo

quando vero S. Thomas negat posse assumi instrumen
tu ad creandum, intellige de instrumento proprie ope
rante. Ratio à priori Conclusionis est quia creatura
per potentiam obedientialem potest elevari ad effectus supra
naturam et virtutem suam: item quia esse Causam instru
mentalem est agere virtute non propria sed indebita
et accepta ab alio, quibus non resistit improportio
quam habet creatura ad creandum, cum instrumentali
Causae non debeatur proportio cum effectu.

Quaestio 2

De Natura Caelorum

Multa de caelorum natura proprietatibus et motibus à
Mathematicis fuse pertractantur, qui hac de re tanquam de
nobilissimo objecto libros integros ediderunt totiusque
vitae studium impenderunt. nos qui nec professione sumus
mathematici nec tempore abundamus breviter ea in Con
troversiam adducemus quae Philosophi sunt propria relictis
interim aliis quae apud auctores praesertim mathematicos
videri possunt

Sectio 1

An Caelum sit incorruptibile et quo modo?

Variis modis aliquid dici potest incorruptibile 1mo.
defectu partium integralium quod ita dici possit annihilabile
non tamen Corruptibile ita Angelus Anima rationalis etc
2do dicitur inCorruptibile defectu partium essentialium tantum
quale esset corpus simplex quod non componeretur ex
materia et forma non enim posset illud corrumpi per
dissolutionem partium essentialium quibus careret et ratio
ne quarum proprie aliquid dicitur Corruptibile. Qua ratione
Averroes Durandus et alij apud recentiores aliquos
dicunt caelum esse corpus simplex et incorruptibile.

3tio dicunt communiter aliquid posse esse incorruptibile si constet materia specie distincta ab hac nostra quae non sit susceptiva formae alicuius alterius distinctae ab ea quam de facto possidet. Et hoc sensu multi auctores dicunt caelos esse incorruptibiles. Soares d 13 s 11 Pererius lib 5 c 10 Rubius 1 de caelo c 2 q 6 Hurtadus q 3 de caelis. 4to Incorruptibilitas oriri potest per formam aliquam substantialem quae tantae sit virtutis ut possit suppositum ab omni corruptione penitus separare eo quod possit ipsa resistere cuicumque agenti creato de facto: neque enim potest dari forma quae possit resistere cuicumque agenti creabili, cum Deus possit in infinitum creare agentia semper fortiora et fortiora. 5to potest aliquid dici incorruptibile quia caret qualitatibus contrariis. Ita dicunt aliqui caelum esse incorruptibile quia in caelo non sunt qualitates contrariae, et hoc convenire illi ratione formae quae neque secum compatitur ullam qualitatem contrariam alteri, neque illa exigit ut dispositionem, ita Molina de opere sex dierum d 5 et 1 p q 9 a 2 d. 2 6to potest dici aliquid incorruptibile quia Deus ultimo et perfectissimo suo concursu conservativo illud conservat et tenet in sua naturali dispositione, ut hoc a nullo agente naturali possit mutari. Certum enim est frigus aquae ita posse conservari in medio ignis ut nullo modo imminuatur sive iam hoc fiat quod Deus nolit cum agente contrario concurrere sive quod fortiori concursu conservet frigus ita Lessius lib 3 de summo bono c 4 n 27 ubi docet corpora beatorum sic fore impassibilia. additque elementa quae hoc rerum statu sunt mutabilia post diem iudicii fore immutabilia tali ratione. 7mo dici potest aliquid esse incorruptibile propter qualitatem aliquam superadditam resistivam a qua impediatur omnis actio contraria incorruptibilitati caelorum qualem

dicuntur habuisse corpora beatorum item lapides aliqui, aliqua item unguenta quae vero in medio igne putrescerant. His positis

DICO 1. Caelos non esse incorruptibiles tertio modo. Probatur Hac ratione destruitur conceptus materiae. Ergo hac ratione non salvatur incorruptibilitas. Probatur antecedens conceptus materiae est esse potentiam indifferentem. Atqui sic non esset potentia passiva indifferens. Ergo. Confirmatur per hoc distinguitur forma a materia quod haec sit ratio determinabilis illa determinans; sed in casu nostro non minus materia esset ratio determinans cum natura sua sit alligata huic composito. Ergo.

DICO 2. Probabile est caelum non esse incorruptibile secundo modo (nam de primo non est dubium cum non sit spirituale quid et careat partibus integrantibus) atque adeo non esse corpus simplex. Probatio potissima desumitur ex Patribus qui probant caelos constare ex materia et forma et plurimi ex materia eiusdem rationis cum nostrate. Vide Molinam in opere sex dierum disp. 2 Cornelium a Lapide in Genesim. Salmeronem tom. 1 Annatum die 2 in plurimos qui hac re citant Patres et colligunt hanc veritatem ex Scriptura quae Genesis 1 indicat caelos fuisse factos ex aqua. Probatur 2do nulla est necessitas fingendi tale corpus simplex; nam licet contra eos qui admittunt incorruptibilitatem caelorum ab intrinseco ut Rubius Suarez plerique et habeant argumenta huius sententiae aliquam vim tamen contra eos qui vel negant incorruptibilitatem vel saltem illam ab intrinseco convenire caelis non admittunt nihil prorsus habent ponderis. Confirmatur ex S. Thoma 1 p. q. 66 a 2 et Hurtado d. 1 de caelis s 1 § 13 videtur repugnantia terminorum coniungere in eadem re conceptum corporis cum conceptu actus completi; cum ut inquit hic actus completus adeo completus est ut repugnet corpori illi vero docent non posse esse actum primum nisi ut

quod est actu intelligibile atque adeo intellectivum et spiri
tuale pluribus probat Conclusionem hanc Hurtadus sed non
efficaciter

Dico 3. Caelum non est incorruptibile quinto modo
est contra Molinam citatum. Probatur nulla est ratio cur caelum
non habeat qualitates contrarias cum habeat eandem materiam
et ut videbimus sit capax alterius formae, et aliunde vi
deamus alias qualitates corporeas in caelo. Probatur 2do
Ex hoc quod frigus nunquam non sit in caelo non arguitur quod
non possit introduci forma caloris quae disponat materiam
caeli ad corruptionem. Ergo etiamsi qualitates contrariae non
sint in caelo non salvatur adhuc incorruptibilitas illo mini
mo calor ille facilius et citius introduceretur in illam
materiam propter absentiam contrarii. Confirmatur
formae elementorum etiam non petunt qualitates contra
rias, et tamen sunt corruptibiles.

Dico 4 Caelos non esse incorruptibiles sexto modo
Probatur 1mo hac ratione omnia possent fieri incorruptibilia quia
omnia possent conservari taliter. 2do haec incorrupti
bilitas est mere extrinseca ut patet cum tamen peri
patetici velint aliquid amplius quando dicunt caelum
esse incorruptibile. Neque dicas caelum et astra petere
talem conservationem propter bonum universi cuius sunt
partes nobilissimae. Nam contra est 1mo etiam elemen
ta sunt partes principales universi: deinde adhuc gra
tis fingitur et sine ulla necessitate fieri non permittere
cursum agentium particularium ut agant in se invicem,
etiamsi caelum aliqua ratione petat sui conservationem, quod res
omnes petunt etiam corruptibiles

Dico 5 Caelum non est incorruptibile septimo
modo Probatur Haec qualitas non potest resistere accidentibus
peregrinis et qualitatibus caelo contrariis nisi quia habet ali
quam oppositionem cum illis Ergo iam caelum habet qualitates
contrarias. Ergo iam est corruptibile. Confirmatur ex

ipsomet exemplo illius sententiae, haec qualitas in cor
poribus beatorum compatitur secum omnes qualitates contra
rias tum primas tum secundas; nam in corde est calor in
cerebro frigus etc. unde ergo est quod in caelis versatur [?] his qua
litatibus et illas secum non compatiatur? Confirmatur quia
est incredibile naturaliter dari talem qualitatem cuius [?]
qualem corpora beatorum non sortiuntur nisi supernatu
raliter

DICO 6. Caelum simpliciter ab intrinseco est
corruptibile, ita fere omnes antiqui Patres contra Philosophos [?]
ita etiam moderni Mathematici cum pluribus Iesuitis, cum
Christophoro Scheiner in sua Rosa Ursina nuper edita
Haec conclusio probatur argumentis pro prima et secun
da conclusione adlatis. Et probatur ulterius, caelum constat
materia eadem qua haec sublunaria ut colligitur ex
Scriptura. Pro quo advertendum plurimos scripturistas labo
rare ut hanc sententiam 1 Gen. in principio creavit
Deus caelum et terram concilient cum ista et fecit
Deus firmamentum quod factum est secunda die crea
tionis. Sed dici potest cum Cornelio a Lapide ingenio
sum [?] et cum Saliano per caelum prima die factum intelligi
Empyreum quod per eminentiam vocatur caelum et a qua [?]
nd [?] caelum caeli; secunda vero die produxisse reliquos
caelos. eosque omnes ex aqua productos probat Corne
lius et Salianus. Nam ut patet ex Scriptura abyssi
nomine intelligitur aqua, quae abyssus a terra usque ad
caelum Empyreum protendebatur prima die ut patet
ex verbo immediate sequenti quod sic habet terra
autem erat inanis et vacua et tenebrae erant super
faciem abyssi et Spiritus Domini ferebatur super aquas.
Quibus verbis significatur iam tunc in principio fuisse
aquam sive abyssum quae a terrae globo usque ad caelum
empyreum protendebatur. Ex hac ergo abysso seu aqua
facti sunt caeli et firmamentum. Confirmatur nam
firmamentum hebraice vocatur scamaim id est ubi aquae

ut vidit et vidit Cornelius ibi ante fuisse aquas.
Et ratio videtur clara nam alioquin primo illo die ante
quam firmamentum fieret toto illo spatio immenso fuisset
vacuum quod esset contra naturae ordinem et sine
fundamento asseritur; vel certe fuisset aliud ibi cor
pus per intervallum spatii diffusum et annihilatum postmodum
cuius scriptura non meminit. Ex quibus patet ma
teriam illam quae prima die habuit formam aquae po
stea ex parte secunda die accepisse partim formam cae
li partim aeris ignis etc ac proinde esse eiusdem
rationis materiam caelestium orbium cum hac nostrate et
per consequens caelum esse corruptibile ab intrinseco.
Probatur etiam ex patribus Basilio Chrisostomo Ambro
sio etc quos vide apud Conimbricenses 1 de caelo c 3
q 9 a 1

DICO 7 Caeli simpliciter sunt corruptibiles de facto
haec est sententia recentiorum aliquorum mathematicorum sul
sentiunt Scheiner citati libr. 4 Blancani Josephi p. 3 sphae
rae tractat. 4 Probatur 1mo de facto dantur mutationes in caelis
ergo de facto est corruptibile. Probatur antecedens 2do passim apud
mathematicos et historicos et refert S Augustinus libro de civitate
Dei c 8 stellam veneris olim colorem magnitudinem figuram
et cursum mutavisse. Spicam virginis quae olim inter
omnes fixas fere erat maxima, nunc ut aiunt multo
diminutior videtur; et ipse Aristoteles 1 meteor. summa 2a c3.
refert se vidisse eam quae fuit in femore canis stellam
quandam habuisse comam. Item A. 1572 in signo
Cassiopeae nova stella apparuit quae splendore etiam venerem
superabat et deinde paulatim decrescens A 1574 evanuit
A 1600 alia apparuit in Cygno 1608 in Sagittario.
2do Probatur Ex Cometis qui supra orbem lunae apparuerunt
prout demonstrarunt Astrologi etiam tempore S Augustini
et temporibus nostris optime demonstravit Ticho Brahe

Et idem facit Cometa A. 1618 visus de quo constans est recentiorum sententia eum fuisse supra cælum lunæ quod certis demonstrationibus adiuncta observatione diversitatis aspectus quam paralaxim vocant ostenderunt. 3tio Probatur maculæ in sole per tubum opticum observatæ sunt quæ aliquando sunt plures aliquando pauciores et interdum in ipso medio disco oriuntur interdum ex latere et in medio evanescunt ut videre est apud Blancanum et fuse apud Scheiner lib 4 qui hac in re accuratissimus observator multum fidei addit his rebus cum sæpius oculatus adstiti testis

Ad 1um et 2dum argumentum varie respondent autores ut videre est apud Tannerum q 17. Sed revera videntur confictæ responsiones ad eludendum argumentum. ubi est illa quod eæ stellæ fuerint ante in firmamento occultæ et postea fuerint detectæ quando inciderunt in partes diaphanas ita valesius c 7 sacræ philosophiæ. Et illa quod ex nova conjunctione stellarum hæc facta sint, quæ plane videntur ut dixi conficta et ex planeto dicta facileque a mathematicis rejiciuntur. Probabilius Conimbricenses lib 1 c 3 q 1 a 4 Rubius c 3 q 2 Clavius in sphæra pag. 105 dicunt has stellas novas fuisse miraculose à deo productas. Idem dici posset de Cometis. Sed hoc non est philosophicum et est gratis quærere miracula ubi idem posset fieri naturaliter si cælos admittas corruptibiles

Ad 3iam probatione respondet Tannerus et Lessius lib. de providentia numinis c 2 n 18 non esse in ipso solis corpore maculas, sed esse parvas stellas quæ se inter aspectum nostrum et solem obiciunt et propriis epicyclis circa corpus solis moventur. Sed contra ut bene Blancanus in [illegible] eius tractatus quarto maculæ illæ non sunt stellæ tum quia sunt figuræ irregularis, stellæ vero sunt rotundæ; tum quia propriam non servant figuram; tum quia eædem non revertuntur et in dies novæ adveniunt et novo circulo moventur

ubi deprehendit Lainer. Adde hac ratione confingi novum firmamentum inter solem et terram. Respondere ante hdc in dat esset nimis frequentia excogitare univa cula. Pro solutione obiectionum

Nota quasdam esse formas etiam mixtorum quae licet non reddant simpliciter suum compositum incorruptibile vel ratione sui vel ratione qualitatis superadditae sed possunt ab agente etiam aliquo naturali expelli tamen respectu quorundam agentium etiam fortiorum in certo agendi genere habere vim maximam ipsis resistendi, sic aurum resistit cuicumque igni quantumcumque vehementi cum alias ignis ferme quaelibet mixta destruat, sic etiam aurum formalissime resistit aquae forti ut chymici vocant quae etiam quaelibet alia metalla dissolvit et plurima alia mixta vel dissolvit vel corrumpit aqua tamen quam regiam vocant aurum non resistit sed ab illa dissolvitur licet quoad formam substantialem non mutetur. Hic Joannes Baptista de Porta in sua magia naturali tradit aliqua adesa in igne permanere.

Nota 2. quasdam mutationes fieri quidem in mixtis adeo tamen tenues et vix possint adverti sic porphirius lapis inter tot caeli iniurias videtur persistere immutabilis.

Obijcies. Si caelum esset corruptibile de facto iam fuisset caelum lunae ex magna ex parte corruptum spatio tot annorum propter vicinitatem ignis qui est agens tam forte; atqui non est deprehensa illa notabilis mutatio et corruptio, ergo non est corruptibile de facto

R negando maiorem si enim mixta aliqua tam difficulter dissolvuntur et corrumpuntur exposita etiam agentibus contrariis cur non dicemus caelum habere eandem vim resistitivam et si dixeris caelum esse liquidum instar aeris dicere potes non posse notari corruptionem sicuti nec de facto in aere notatur corruptio quantumcumque ignis agat in aerem. Deinde dici potest esto in caelo lunae

et alijs sunt factae mutationes maiores illas tamen non posse a nobis conspici passim et obviae vel certe non iuxta earum magnitudinem propter caelorum distantiam sicuti si quis esset in caelo non videret mutationes quae fiunt in terra etiamsi magnae forent ut combustiones civitatum inundationes et similia hoc propter nimiam distantiam si enim ipsa caelestia corpora tam vasta vix nobis comparent quomodo aliqua mutatio in illis observabitur nisi sit utcumque magna et hoc non nisi accurata industria per tubum opticum

Dices 1 non potest assignari causa corruptiva vel quarum planetarum ignis enim non potest vehementer agere in loca tam distantia. Resp. hac in re nihil certi posse statui, diceremus tamen caelos ipsos vel ipsos in se invicem agere sicuti modo ipsa elementa et sicuti elementa quantumcumque in se agunt continue nunquam tamen notabiliter valde se corrumpunt, ita etiam caelos propter diversas qualitates diversimode distributos agere in se, nunquam tamen valde notabilem causare corruptionem.

Dices 2 Saltem caelum deberet transmutare in se alia corpora cum etiam ipsum sit affectum qualitatibus activis. Resp. concedi posse quod caelum etiam in se transmutet alia corpora atque adeo concedi potest mutua actio ignis et caeli et inde oriri multas mutationes quae tamen pauca a nobis observari possunt nunquam tamen caelum totum ignem absumet tum quia multum resistit tum quia est magna proportio inter illa sicuti etiam ignis quantumcumque activus non absumit totum aerem

Quaeres An renova caeli ex integro post diem iudicij corrumpentur? Affirmativa sententia videtur colligi ex Scriptura psalmo 101 Opera manuum tuarum sunt caeli ipsi peribunt. Isaiae 51 et 65 cap. caelum ut fumus deficiet. Ecclesiastici 17 quid lucidius sole et hic deficiet. Job 14 donec atteratur caelum

2da Petri 3° Cœli autem qui nunc sunt et terra eodē verbo repositi sunt igni reservati in diem iudicij et paulo post adveniet autem dies Dñi ut fur in quo cœli magno impetu transient; elementa vero calore solventur, terra autem et quæ in ipsa sunt opera exurentur. Et mox cœli ardentes solventur et elementa ignis ardore tabescent. Negativa etiam videtur habere fundamentū in scriptura; dicitur enim Ecclesiastici 1 generatio præterit et generatio advenit terra autem in æternum stat. Et c 13 didici quod omnia opera quæ fecit Deus perseverant in perpetuū et psal. 148 statuit ea in æternum et in seculum seculi.

Quare Soares 3 p. tom 2 d. 58 S 2 Tanerus q 11 Rubius c 3 q 1 dicunt mutationem in cœlis fore tantum accidentalem. Alij plerique dicunt maxime scripturistæ vere quoad formam substantialem mutandos. Alij saltem quoad unionem sicuti in resurrectione hominis. Vide hac de re Cornelium super illū locū et Salmeronem qui etiam docent qualis sit futurus ille ignis per quem solvenda sunt omnia. Mihi satis est quod ex scriptura non possit sumi argumentū cœlos ab intrinseco esse incorruptibiles: imo potius contrarium colligatur quandoquidem scriptura eodem modo de elementis ac de cœlis loquitur

Sectio 2

Utrum Cœli sint liquidi et qui?

Adverte ab Astrologis maxime ab antiquioribus plures poni orbes cœlestes quos ex varijs astrorū motibus investigarunt. Et quia videbant multas stellas quas fixas vocant uniformiter semper moveri eadem distantia et eodem situ ac ordine inter se; ideirco omnes illas in unico

orbe caelesti collocarunt quem firmamentum vocant; ad cuius motum omnes simul uniformiter moventur. Observarunt item inter omnia sydera septem esse stellas quas erraticas et graece planetas dixere quod nec inter se eandem servarent distantiam, nec in eodem situ cum stellis fixis reperirentur, et collegerunt non posse eos esse in firmamento, nec omnes simul in uno aliquo alio orbe: Ex quo concluserunt sub firmamento esse alios septem orbes Lunae scilicet Mercurij Veneris Solis Martis Jovis Saturni. Rursus quia deprehenderunt motum non solum ab ortu ad occasum sed praeterea alium tardissimum quo firmamentum ab occasu ad ortum moveretur, intulerunt intulerunt aliud esse caelum supra firmamentum a quo firmamentum spatio 24 horarum traheretur ab ortu in occasum et contra cuius raptum proprio motu paulatim firmamentum tenderet in ortum: et sic iam forent novem orbes ut taceam motum trepidationis qui antiquis fuit incognitus; ex quo collegerunt recentiores mathematici decimum caelum. Et sic multiplicatis orbibus putarunt se solvere multiplicitatem motuum et diversitatem, eo quod eidem corpori per se duo motus tam dispares et contrarij convenire non possent. Vide clavium in sphaeram pag 30 Rubium q 2 Conimbricenses lib 2 c 5 q 1 quibus in praesenti praetermissis (nam de motibus in particulari et multiplicitate caelorum postea) Nunc difficultas potissima est utrum caeli sint solidi an vero liquidi? et quinam ex caelis sint solidi? ita ut stellae in illis fixae sint sicuti nodus in assere; qui fluidi in quibus astra tanquam pisces in aqua natent.

Communis sententia in scholis et maxime apud antiquos etiam mathematicos est caelos esse solidos ita clavius pag 42 Conimbricenses lib 2 c 8 q 1. Rubius c 12 q 1 Tanerus q 6 qui multos SS patres et alios autores refert. Fundamentum praecipuum est scriptura nam Job 37 dicitur

Tu forsan cum eo fabricatus es caelos qui solidissimi
quasi aere fusi sunt, et 14 donec atteratur caelum; attri-
to autem corporibus solidis et non liquidis convenit
Psalm. 103 extendens caelum sicut pellem. Isaiae 40
expandit caelos sicut tabernaculum ad habitandum. Gen. 1
hoc ex ipso nomine firmamenti desumitur. Nam Gen. 1
sic legitur, dixit quoque Deus fiat firmamentum in me-
dio aquarum et fecit Deus firmamentum vocavitque
Deus firmamentum caelum. Neque dicas nomine fir-
mamenti intelligi unum certum caelum in quo sunt stel-
lae fixae: nam Genes. 1 dixit Deus fiant luminaria
in firmamento caeli et factum est ita, fecitque Deus lumi-
nare maius id est solem et luminare minus id est
lunam. Ergo nomine firmamenti intellexit omnes cae-
los. 2do probatur rationibus tum quia conveniens
erat ut aquae superiores et inferiores quae misceri po-
terant solido corpore disterminarentur iuxta illud
quae mista ne confunderent aquae fluenta dividens
caelum dedisti limitem firmans locum caelestibus; tum
quia ad eorum movendi tam uniformiter stellas est
accomodatius alioquin pro singulis astris singulae intelli-
gentiae essent ponendae eaeque cum ipsis astris circum-
volvi deberent: tum quia si caelum sit liquidum de-
beret edere sonum ingentem a tantis corporibus stellarum
tanta velocitate transeuntium motum; vide Clavium
qui alias etiam affert rationes vel potius coniecturas
sed parvi momenti

DICO 1 probabile esse quod firmamentum
sit solidum. probatur ex rationibus adductis paulo ante;
nam cum teste scriptura (quae nisi evidens ratio aut
textus contrarius evidens aliud suadeant debet in sensu
proprio accipi) aquae sint supra caelos, iuxta psalmum

et aquae omnes quae super caelos sunt laudent nomen
Dni, ad hoc ne confunderentur cu aquis inferioribus vel
caele cum corporibus inferioribus, item posuit Deus firma
mentu ut Caput Ecclesia. Deinde ut dixi, nimis multi
plicarentur intelligentiae assistentes si pro singulis stellis
quae sunt in firmamento assignarentur peculiares,
quod tamen deberet dici si caelu non sit solidum.

DICO 2. Septem planetaru orbes probabilius
est non esse solidos sed liquidos. Ita non pauci ex
modernis Mathematicis ut Scheinberger Blancanus
Keplerus et alij quibus hac in re tanquam accura
toribus plus credendu quam Phis. Probat Scheinber
ger ipse hanc Conclusionem in suo sole illustrato
et propugnato primo ex Scriptura in qua motus cir
cularis Soli et non orbi solis attribuitur iuxta illud
Josue 10 Sol contra Gabaon ne movearis etc. Stete
runtque Sol et Luna donec ulciscerentur se gens de ini
micis suis etc. Et sic ultra nusquam in totas Scriptura fieri
mentionem orbiu qui deferant in fixu solem et Lunam, sed
fit mentio solius motus solis vide plura apud Ipsu
[illegible] 2do ex Patribus e quoru magno numero unu
aut alteru accipe S. Basilius homilia 3 Hexameron
ait verum de substantia caeli sufficiunt nobis ea quae ab Esaia
[illegible] dicta qui vulgaribus verbis sufficientem naturae ejus
intellectu nobis induxit. Cum inquit qui firmavit caelu
velut fumu id est qui tenuem et non solidam neque
crassam materiam ad caeli compagem ac substantia produxit.
Idem Basilius homilia 3a in Hexameron vocat puerilem et
simplicis intelligentiae opinionem quae glaciei crystallo aut
lapidi pretioso substantia caeloru similem faciunt. Idem
habet S. Joannes Damascenus lib 2 Orthodoxae fidei c6
ubi per omnia sequitur S. Basiliu. Origenes homilia 1 in genesim
ait Cum iam antea Deus fecisset caelu nunc firmamentu

facti; fecit enim coelum prius de quo dicit. Coelum mihi
sedes est; post illud autem firmamentum facit etc. Item lib.
periarchon c. 7 ait sydera propriis motibus agi nec esse
partes coeli nec secus in coelo esse quam sunt in terra ani-
mantes pisces in aqua in aere volucres etc. 3tio probat
rationibus aliquot ex observationibus mathematicorum desum-
ptis quae sine fluiditate coelorum plane non videntur posse
explicari. 1mo Mercurius et Venus uti per instrumenta
mathematica deprehensum est proprio motu circumeunt solem
quod fieri non potest nisi coelum sit liquidum; alias
deberent ipsum coelum solis penetrare aut rumpere. 2do
Mars iuxta Tychonis et Kepleri observationes ipsum etiam
coelum solis magno spatio intersecat cum aliquando supra
aliquando infra solem videatur. 3tio Stellae Joviales qua-
tuor quas vocant sydera medicea quarum singulae proprie
ac distincto motu Jovem circumeunt vide ipsum auto-
rem qui haec et alia fuse deducit

Ad fundamentum contrariae sententiae Rdeo potest
1mo omnia illa loca convenire firmamento quod admit-
timus esse solidum. Ad replicam posset dici aliquando
quidem nomine firmamenti accipi omnes coelos inclusos
in firmamento; aliquando vero et proprie tantum pro
fixarum stellarum sede. Rdet 2do Schemberger ad illum
locum Job qui prae caeteris videtur habere aliquam vim
ex loco citato colligi potius liquiditatem coelorum;
cum scriptura in ratione solidi non simpliciter aerem dicit
sed cum dicit fuso similitudinem implicat quod dum funditur
adhuc fusum liquidum est. Quae explicatio multum confir-
matur 3mo ex versione septuaginta interpretum
qui verterunt validi sicuti aspectus effusionis; et aspectus
effusionis dicit aspectum substantiae liquidae est 2do et
textu Hebraeo qui proprie ita vertitur coeli solidissi-
mi sicuti speculum fusilis. Quare etiam si verba hunc
textum non tam de coelis quam aere intelligendum esse

contendit. Illud Isaiæ 40 optime convenit cælo Empyreo de quo nos non controvertimus. Illud autem Job 14 de attritione cælorum non habet magnam vim cum etiam corpora solida de facto atterantur per interceptionem corporis liquidi nempe aeris qui semper inter duo solida intercipitur.

Ad rationes R 2ᵐᵒ duas primas probare nostram sententiam de soliditate firmamenti; nec habere vim contra liquiditatem orbium septem planetarum. Ad 3ᵃᵐ R sonum in cælis nullum esse quem sibi fingebat Pythagoras. Cur autem in nostro aere sonus edatur quando in eo corpora allidunter ratio est quia elementaris aer noster est impurus et aliquid aquei vel terrei in se continet ratione cuius penetrationem subitam non admittit; et quo crassior et impurior res est liquida, in qua fit sonus eo maior editur strepitus si scindatur ut patet in lapide proiecto per aquam et per aerem. Cum ergo cæli planetarum sint corpora purissima et subtilissima simpliciter nullus fit sonus eo quod ob maximam raritatem confestim stellis transeuntibus cedat. Rubius lib 2 c 12 q 1 Conimbricenses lib 2 c 9 q 1 aliter hac de re philosophantur et referunt opinionem Pythagoræ.

Annexes Quid sit dicendum de cælo Empyreo quod SS patres et communiter theologi dicunt esse beatorum sedem ut videre est apud Suarez de opere sex dierum lib 1 c 4 Conimbricenses lib 2 c 5 q 1 a 2 Rubium 2 cæli c 5 q 3. Cum illud nobis per nullum sui effectum innotescat, R certi nos posse de illo dicere; si tamen coniecturis uti velimus nobis probabile est cælum empyreum esse incorruptibile ab intrinseco ac proinde corpus simplex; cum huic cælo propter peculiarem sui substantiam et finem (nempe quod sit sedes beatorum) debeamus concedere omnem perfectionem quam possumus et per consequens incorruptibilitate ab intrinseco maxime cum nullum habeamus indicium

cœli incorruptibilitati. Aliunde cum incorruptibilitas
ab intrinseco non stet nisi in corpore simplici ut
vidimus supra, dicendum est illud esse corpus simplex
deinde probabilius mihi est esse solidum ut praebeat bea-
tis quasi solum cui insistant, maxime cum nulla sit ne-
cessitas vel ratio in contrarium. Lessius lib. 3 de
summo bono c. 8 n. 10 quem sequitur Mancerus q. 8
existimat cœlum empyreum constare tribus partibus qua-
rum infima sit solida, media vero sit spirabilis cir-
cumquaque diffusa per amplissima spatia sicut aer cir-
ca terram ac proinde ibi sit corpus quoddam tenue
liquidum et spirabile et quasi aura quaedam cœlestis
quam beati possint attrahere et expirare si velint ad
formandam vocem et loquelam; quia inquit si solidum
hoc esset non esset aptum habitationi hominum, nec habe-
ret eas commoditates et amœnitates quas fidelium sen-
sus, patres et scriptura attribuunt cœlo. Suprema
denique pars sit solida et quasi tectum includens et coer-
cens intra se auram illam spirabilem et totum mundum.
Soares lib. 1 de opere sex dierum c. 5 n. 6 vult totum
empyreum esse solidum quia ad illos usus beatorum nulla
est necessitas corporis fluidi; poterunt enim illud
cœlum sicuti alios cœlos penetrare et ad loquendum
habebunt in partibus sui corporis quae nunc aere vel aliis
humoribus corporibus replentur purissimum quendam aerem
in quo voces forment et in corpore cœlesti solum
species intentionales quibus audiantur producant, denique
ad respirandum non erit necessarium corpus fluidum
quia ubi non est alteratio cordis non est necessi-
tas respirationis. Mihi magis placet sententia
Lessii quia videtur convenientius ad nostrum captum
discurrere; licet bene dicat Soares propter respirationem

non requiri talem auram quia ubi non est exces
sus caloris nec periculum ne cor suffocetur ubi non est
necesse aura quae refrigeret

Sectio 3

De Caelorum magnitudine Raritate et Densitate

De caelestium orbium magnitudine vel potius de magni
tudine stellarum non satis certo definiri potest ut ostendit Hurta
dus d. 2 S 2. suppositis tamen aliquibus potest aliquid
sciri. Quare communiter Astronomi cum Sacro bosco c. 1 in
sphaeram et Clavio fol 160. Conimbricenses item c 14 q. 2
cum Arte 1 metaphys. c 14 statuunt firmamentum tantae
esse magnitudinis ut terra ipsius comparatione insensibi
lem habeat magnitudinem; atque ideo dici solet esse instar
puncti. Unde plinius lib 2 c 62 mundi punctus (neque
enim aliud est terra in universo) ait est materia gloriae
nostrae hic honores gerimus hic exercemus imperia hic tu
multuatur humanum genus hic mutuis caedibus laxiorem
terram facimus. Cui similia affert Seneca lib 1 natural
quaestionum ubi ait hoc est punctum quod inter tot gentes
ferro et igne dividitur, vide Conimbricenses c 12 q 1 a.3
ubi varias referunt sententias de magnitudine ipsarum vel
stellarum firmamenti quas nisi notabiles terra esse maio
res demonstrant mathematici; potissimum ex eo quia
aliogui non ex qualibet terrae parte eadem deprehen
deretur magnitudo altitudo distantia eiusdem stellae fixae
eodem tempore. De magnitudine planetarum
primo certum est solem esse maiorem terra Lunam mino
rem ut probat Clavius fol 207 videlicet si corpus
luminosi sphaericum sit aequale ac tantum atque corpus sphae
ricum quod debet illuminari solam medietatem ipsius
posse illuminari et aequalem rei illuminatae umbram
in infinitum protrudi instar cylindri; si vero sit maius

Corpus luminosum illustrari plus quam dimidium alterius nec umbram corporis in infinitum protrudi, sed in formam pyramidis projici et tandem in punctum desinere; At si corpus illuminans sit minus illuminabili corpore tunc nec medietas illustrabitur, et illa umbra corporis illuminati projicietur in modum pyramidis inversae quae magis atque magis cresceret in infinitum. Quo posito ita ratiocinatur. Si sol esset aequalis terrae projiceret terra umbram in modum cylindri seu aequalem vel umbrosam in infinitum; hoc autem falsum est nam ex eo sequeretur quod nocte serena oppositae stellae e diametro ut Jupiter pateretur Eclypsim; sicuti in Luna fieri videmus. At vero si Sol maior sit terra superiores planetae non occultabuntur quia umbra terrae eo usque non pertingit sed in modum pyramidis desinet in punctum antequam ad illas stellas pertingent. Quae ratio optime id persuadet supposito quod caetera astra sicuti Luna suum lumen à sole mutuentur. Lunam vero esse minorem terra idem Clavius ostendit praecipue ex Eclypsi quod hic per interpositionem terrae cuius umbra semper in conum desinit tota saepe occultetur. Minor ergo erit diametro Lunae diametro umbrae ac proinde ipsa Luna terrae globo quae ratio probat rem supposito quod Sol sit maior terra. Caeterum ut videre est apud Conimbricenses 2 Caeli c. 12 q. 1 a. 3 Clavium citatum f. 188 dicunt Mathematici quod Luna sit minor terra 39 vicibus circiter, eodem modo terra continet in se magnitudinem Mercurij 219 vicibus et magnitudinem Veneris 37. Continetur autem à sole magnitudo terrae 166 vicibus vel 162. Jupiter continet in se magnitudinem terrae 95 vicibus Saturnus vero 90 ac proinde respectu illorum terra est valde exigua.

De Raritate et densitate admitto illas esse in caelo ita Conimbricenses 2 Caeli c. 2 q. 5 a. 3 Rubius q. 4 et alij

Rx 1mo hoc ex Eclipsi Solis quam opacitas Lunae et densitas iuxta mathematicos videat. 2do in Luna maculae apparentes partes quasdam densiores esse probant 3tio colligi Galaxia seu via lactea quae aliud non est quam densior pars caeli capax maioris luminis iuxta probabilem senten tiam. Licet Galileus in suo nuncio sydereo dicat se deprehendisse ibi esse congeriem stellarum quarum singulae ob exiguitatem ad nos lumen distincte mittere nequeunt sed simul confuse.

Dices densitas et raritas sunt qualitates con iunctae et ortae ex primis qualitatibus. R. in primis. Esto densitas et raritas essent tales qualitates ortae ex primis hoc tamen adhuc nihil esset contra nos qui admitti mus caelum corruptibile. Deinde dico prout supra in Disp. de Quantitate S. ultima raritatem et densitatem forma liter et in actu secundo non esse qualitates sed exten sionem localem quae vel sequitur ad primas qualitates vel aliam ad motum localem ut patet quando ferrum et aqua constipantur, aut quando corium diducitur. Neque tamen ex hoc capite necesse est dicere quod de facto partes in caelo de novo rarefiant aut condensentur. sed tantum quod aliae alijs densiores fuerint creatae v.g. stellae ipsae densiores orbes autem earum rariores. item via lactea densior aliae vero partes firmamenti rariores potissimum versus polum Antarcticum ubi veluti hiatus apparent propter raritatem ut referunt Conimbri censes lib. 1 c. 2 q. 5 a. 1.

Dices 2. ubi est densum et rarum est grave et leve ergo in caelis erit gravitas et levitas contra Arist. 1 caeli t. 17 eo quod non feratur ad medium neque a medio quod est esse grave et leve. Resp. possit 1mo negando Antecedens nam licet gravitas et levitas sequantur densitatem et raritatem in sublunaribus possit tamen dici quod non ubique sequantur. Rx 2do transeat quod in caelis sit gravitas et levitas. Ad Autem dico

Coeli loqui de gravitate et levitate sublunarium: hoc ipso enim quod coelum ambiat terram tanquam circulus volvendus esto in illo sint aliquae partes densiores et rariores, nequibunt tamen descendere ad terram propter continuationem reliquarum partium coeli a quibus vel deberent separari quod est contra rationem continui, vel certe deberent inflecti aliquae partes et consequenter aliquas partes leviores secum deprimere quod esset contra earum levitatem. Experientia bona est in aliquo circulo ferreo in quo aliquae partes propter adiunctum plumbum sunt graviores aliis levioribus quae non habent plumbum: in tali namque circulo videmus non semper quamlibet partem graviorem descendere sed saepe gravem aliquam manere superius

Sectio 4

De Numero Lumine et Scintillatione Stellarum

Clavius pag 148 Conimbricenses et Rubius lib 7 c 12 § 1, et alii dicunt stellas quae in firmamento communiter videntur esse 1022 in 48 constellationes distinctas. Dixi quae videntur communiter nam plures esse et pene innumeras probat Senecam 7 natural. c 32 Divus Augustinus lib 16 c de Civitate Dei affirmat ex Scriptura Genesis 15 ubi inquit Deus ad Abraham suspice coelum et numera stellas quas potes et c 22 Multiplicabo semen tuum sicut stellas coeli et arenam quae est in littore maris. Et certe hyberno tempore nocte serena versus polum Arcticum fere innumera multitudo conspicitur

Dico Lunam a sole lumen suum mutuatur. Ita autores citati et plerique philosophi cum Mathematicis. Clavius c 2 in sphaeram Conimbricenses citati c 5 q 4 a 1. Probatur nam Luna pro vario ad solem aspectu varie illustratur, ita ut nunc corniculata nunc media nunc plena nunc

etiam lumine destituta apareat. quod inde evenit
quia corpus lunare nequit recipere lumen nisi in superficie
soli directa. Probatur 2do ex deliquio seu Eclypsi Lunae
quae accidit ex eo quod terra inter solem et Lunam
interposita impedit ne Luna à sole illustretur.

Dico 2 probabilius est etiam alteras stellas à
sole lumen mutuari. Probatur quia experientia constat et testatur
Scheiner disquisitione mathematica 38 Venerem instar Lunae
nunc in cornua contrahi nunc orbiculari nunc deficere
idemque de Mercurio affirmant testes oculati ut habet Tanerus
97 Ergo evidens signum est planetas eodem modo reli-
quos à sole lumen mutuari. Ratio a priori videtur
esse quia sol communiter appellatur fons lucis cor planetarum
Item stellae non videntur multum specie ab invicem differre
Ergo si una mutuatur lumen cur non etiam altera.

Dices Mars Jupiter Saturnus et stellae fixae non
patiuntur easdem varietates. Ergo non accipiunt lumen
a sole. Respondeo quoad tres planetas eos cum supra solem sunt
illuminari ex ea parte qua nobis sunt conspicui, ideoque non
pati variationem quoad nostrum aspectum ut Combr. c 7 q 4 a 2
Cardanus vero dat rationem aliam quia ~~non~~ diaphani sunt lu-
mini proprio ut vitrum quod tamen est difficile in planetis
cum videamus Lunam habere opacitatem. In opositione
autem ad solem quando terra interponitur inter illas et solem
non eclypsantur quia cum sol sit maior terra umbra quam
terra facit in Conum ut dixi deficit antequam pertingat ad
illas stellas. Idem et multo magis dicendum de stellis fir-
mamenti quae sunt remotiores a terra et semper solem
quoad superficiem versus nos respiciunt.

Dices 2 Si reliquae stellae accipiunt lumen
à sole sicuti luna cur non etiam eclypsant solem per interpo-
sitionem sui ad nos. Respondeo Clavius pag 76 ideo non
eclypsari solem a venere et Mercurio quia venus non potest
occultare nobis nisi quasi millesimam partem solis quae
adeo exigua est ut adverti vix possit et longe adhuc mi-
nor est proportio Mercurii. Adde quod habet Scaliger

excerat. 72 visum fuisse aliquando Mercurium in corpo
re solari quasi maculam quandam. De reliquis planetis
non est difficultas sicuti nec de stellis firmamenti quae numquam
inter solem et nos possunt interjici cum sint supra solem

Dices 3 Venus fere in magnitudine est aequalis Lunae
ergo si Luna possit eclypsare solem notabiliter etiam et Venus
R negando sequelam. Ratio hoc ipso quod Luna sit propinquior
nobis poterit id facere quod non potest Venus quae est pro
pinquior Soli et a nobis magis distat, experientia enim
constat quo corpus opponitur vicinius oculis eo plus absconditur
de objecto et quo magis appropinquat objecto de eo mi
nus obscurat

Quaeres An Luna et reliqua astra ita mutuentur a
Sole lucem ut penitus propria luce careant R cum Toleto
7 phys. q 2 § ad 2. et cum Aquilone qui in lib. 5 prop. 11
ad finem d. Lunam nihil habere de lumine proprio
patet experientia lunaria quae ubi tota eclypsatur hic
nigra item in novilunio nihil ostendit luminis secundum
eam partem quae aversa est a sole.

Dices Luna dum Eclypsatur videtur rubere Ergo ali
quid in se habet lucis etiam ex ea parte qua nobis apparet
destituitur luce solis R dent varie autores Mihi placet
responsio Scheiner d 37 ubi ait illam rubedinem esse lumen
Solis cum admistione umbrae terrenae in luna illapsum et
ad nos remissum. Sive ut alii loquuntur esse lumen ali
quod secundarium productum in Luna ab illo lumine
quod in ultimis caeli partibus Sol producit per lineas
rectas quale est illud lumen quod apud nos producitur
in crepusculis non a sole per lineas rectas qui tunc
sub horizonte est sed ab ipso lumine quod in partibus
vicinis Sol per lineas rectas producit.

Dices Etiam apparet rubra quando Solem nobis
eclypsat ubi tamen non valet haec ratio. R ex Aquilonio
prop 56 Combricensibus C 7 q 4 a 2 Scheiner d. 27
qui docent maculas lunae esse partes quasdam obscuras alias
aliquo modo diaphanas per quas aliquid luminis transeat
et sic apparet aliquo modo lucida seu rubens Luna

De alijs tam planetis quam stellis fixis puto etiam probabilius quod careant omni luce ex se licet sint corpora capacissima et aptissima ad hoc ut illuminentur. Ratio quae movet in primis est paritas lunae et item Eclypsis veneris et Jovis ut aliqui volunt quae stellae quando eclypsantur ita obscurantur ut nihil lucis ex illa parte qua eclypsantur appareat. Hurtadus d. 2 s 5 Conimbricenses c 7 q 4 a 1 tenent contrarium sed nulla afferunt rationem.

De Scintillatione stellarum res est difficilis et incerta certum quidem est iuxta communem sententiam planetas non scintillare ut plurimum stellas autem in firmamento scintillare hoc pacto ut aliquae maiores plus scintillent quam minores et vice versa aliquae minores plus quam maiores; incertum tamen est qua ratione id fiat aut unde proveniat scintillatio. Aristoteles 2 caeli t 48 eundemque secuti ibidem Conimbricenses c 8 q 7 a 1 scintillationem referunt in stellarum distantiam species enim a re visa missae propter distantiam deficiunt et prae tenuitate vix possunt sensorium imbuere quo fit ut dum ex illis potentia visionem conatur elicere labore fatiscat et tremat, qui tremor est causa ut astra etiam tremere videantur. Alij dicunt id evenire propter medium quia scilicet sicuti quando inter oculos et obiectum intercedit fumus obiectum videtur tremere quia medium tremit ita quia inter stellas et oculos est perpetuus motus corporum mediorum ideo stellae nobis videntur tremere ita Scheinere disquisitione 18 et 33 Blancanus parte tertia Sphaerae tract. 12 c 4 Cardanus 2 de subtilitatibus Vitelio lib. 10 opticae prop. 55 fere in idem recidunt dum dicunt species ubi regionem nostram subintrant distrahi et trepidare propter continuam vaporum transmeationem et ventorum commotionem unde ut idem Vitelio stellam in aqua conspecta trepidare videtur quemadmodum et lapilli in aqua proiecti tremere conspiciuntur. Franciscus Patricius lib 3 q Peripateticarum q 3 conatur hoc explicare per quosdam epicyclos in quibus moveantur peculiariter stellae illae quae magis scintillant quibus adde Aquilonium citandum qui putat stellas

aliquibus partibus magis illustratas propter opacitatem minus in alijs partibus in proprijs Cavitatibus motu celerrimo volui et sic dum nunc partem sui lucidam nunc obscuriorem ostendunt identidem ad aspectum nostrum scintillant

Verum hi omnes sententiae non reddunt rationem nec solvunt cur Saturnus qui est prope firmamentum non etiam scintillet cum tamen omnes rationes autorum adductae eodem modo militent pro Saturno ac pro astris firmamenti ut patet discurrenti. Item non solvunt cur una ex stellis firmamenti magis scintillet quam altera illud autem de epicyclis videtur fictum nec facile ostenditur quomodo id possit fieri nisi singulis stellis peculiarem adiungas intelligentiam. Similiter quod Aquilonius dicit patitur suam difficultatem cum hac ratione etiam opus foret esse tot angelos assistentes quot sunt stellae et videtur confictum quod tantum stellae firmamenti ita moveantur et non etiam planetae praesertim cum etiam planetae aliqui ut Mercurius ut referunt Conimbricenses et alij de Marte aliquando scintillent aliquando non alij vero nunquam ut Saturnus non poterit id referri in motum illum volutationis. Quare lib 5. prop. 81 cum nullam huius admirabilis effectus causam inveniret admiratur divinam Sapientiam et participem spiritum illum Domini qui ornavit caelos Job 26 adeoque putat scintillationem stellarum a nulla externa causa provenire sed insitam eis fuisse a prima origine hac conditione ut intermicare non desinant aliae plus aliae minus prout singulis divina sapientia praescripsit.

Ego cum nihil certi dici posse videam sic conjicio Imo scintillationem aliquando provenire propter medium cuius rei experientiam habemus tum in astris quae in aqua resplendent tum etiam quando summa aestate et ferventissimo sole videmus et experimur omnia tremere et sic posset dici planetas cum tantum aliquando videantur scintillare id facere ratione medij et similiter

quando stellae firmamenti aliquando videntur plus quam alias scintillare id provenire ex medio. Attamen cum simpliciter stellae firmamenti scintillent et non planetae dici posset id oriri ex diversa materia et dispositionibus quibus constant stellae firmamenti et planetae quemadmodum enim ignis lampadis ex oleo vel sevo vel simili scintillat et contra ignis candelae ex sevo usque plurimum propter diversam materiam quae igni subministratur scintillet ita dici posset solem illuminando stellas firmamenti quae habent aliam materiam et dispositiones quam planetae facere scintillare illas et non planetas. Confirmari potest sunt quidam luminosa corpora ut quidam lapides pretiosi qui ad motum sui scintillant, alii vero non, item aliae noctilucae lucent quidem sed non scintillant, exhalationes vero quaedam calidae quae noctu in terram decidunt scintillant. Haec pro nunc usque dum aliquid melius alteri occurrat

Sectio 5

Utrum Caeli influant in haec inferiora et per quas Qualitates?

Suppono certum esse caelestia corpora aliquid agere in haec inferiora ut variis in locis expressit Philosophus 2 Phys. t 26 Sol et homo generant hominem 2 de gener. t 56. Quod etiam communiter Theologi et Philosophi citati a Conimbricensibus 2 caeli c 3 q 2 a 2 docent. Et huic opinioni experientia suffragatur clareque attestatur saltem lumen et calorem ab astris produci in hoc sublunari mundo; Solis enim cursus affert quadripartitam divisionem anni ex quo caloris et frigoris vicissitudo et continua rerum generatio provenit. Suppono 2do Calorem per quem operantur caeli in haec inferiora esse tantum virtualiter in illis; atque adeo lumen quod est virtualiter calidum producat calorem

in sublunaribus quod optime ostendunt Conimbricenses citati et Zabarela lib. de calore caelesti c. 16 ab experientia qua Sol magis et vehementius propter intensiorem lucem qua pollet, calefaciat. Luna item teste Aristotele 4 de part. animalium c. 4 illustrata magis et plena reverens nos propter caloris incrementum noctes tepidiores facit. Confirmatur quia si Sol per calorem in se formaliter repertum qui variatur in hec inferiora, deberet proximiora magis calefacere quod tamen est contra experientiam cum valles summa aestate sint calidissimae montes alti adhuc nivibus rigeant: secunda item regio aeris iuxta communem opinionem sit frigidissima et infima remotior a sole sit multo calidior. Quae experientiae optime salvantur admittendo per lumen produci calorem, quod si in solidum corpus et dispositum incidat vehementius calefaciat. Item per reflexiones radiorum inferiores et remotiores partes magis incalescant quam altiores.

Suppono Deo caelos non attingere ibi tali sua substantiam effectus viventis, rationem reddidimus in disp. de Causa efficiente q. 3 ubi vidimus Causam principalem debere esse ad minimum aeque nobilem cum suo effectu. Causas autem instrumentales asserere caelos qui attingant ipsam substantiam effectus, non est opus cum si caeli essent instrumenta, non forent nisi instrumenta naturalia; atqui vidimus instrumenta naturalia non attingere ipsam substantiam rei sed tantum pulsum operari. Ergo etiam caeli dicendi sunt pulsus introducere dispositiones in materiam una cum aliis Causis ad hoc ut sequatur et producatur forma substantialis postmodum in materiam vel a Causa secunda vel in absentia illius a Causa prima. De metallis et aliis inanimatis forte postea aliquid saltem non videtur esse ratio tam efficax quod prohibeat quominus

caeli ea producant. His positis

Difficultas est an praeter lumen sint in caelis aliquae qualitates occultae ratione quarum fiant in sublunaribus aliqui effectus quorum causam ignoramus

Affirmant Conimbricenses lib 2 c 7 q 2 a 2 et q 3 a 2 Rubius 2 caeli tract. 1 q 2. Toletus 2 de generat. q 2 Hurtadus d 2 s 2 Salas 1 2 ae tract 5 d. 2 s 5 Soares lib 1. de opere sex dierum c 5 n 13 Aquilonius lib 5 prop. 16

Negant Valentia 1 p. d 5 q 1 puncto. 4 Picus Mirandula lib 3 contra Astrologos c 5 et 6. Fracastorius lib. de simpatia Sandinus lib 2 Diqres. 17 qui alios citant et acriter impugnant contrariam sententiam, vocantque influentias istas virtutes nouitias et asylum ignorantiae

Dicendum probabilius esse caelos agere in haec inferiora per virtutes aliquas nominatas Probatur quia sunt multi effectus quos caelo attribuimus qui tamen non possunt causari à lumine. Ergo debent causari ab aliqua alia qualitate caelis insita. Probatur Antecedens 1mo polus arcticus trahit magnetem 2do sol convertit ad se heliotropion, luna vero gorianam ut refert Godinus lib 1 de rebus Abaxiorum c 10. Similiter selinotropium ut testatur Sandinus lib 1 Diq. 6 parte 2. 3tio aliquando solis effigies in ovis pullorum producitur 4to ad certum quarundam stellarum aspectum oriuntur siccitates morbi et ignes mineraliis. 5to fluxus et refluxus maris ipso teste Aute tribuitur lunae 6to quaedam in plenilunio crescunt et sunt plena in decremento vero lunae decrescunt ut cancri medulla in osse et ut omittam plura alia de ventis et similibus iuxta illud tritum pallida luna pluit rubicunda flat alba serenat

Dices haec omnia posse salvari per lumen supposita dispositione varia in corporibus sublunaribus quod sentiunt cum experiamur per calorem ignis varie attemperatum aplicatum diversis subiectis fieri tam varias et admirabiles mutationes

quae vix possunt explicari ut aliqua liquefieri alia indu-
rescere etc. Sed contra Deus hi effectus tribuuntur lu-
mini praecise ut lumen est vel certe quia lumen est astro-
rum. Non primum quia alias quod facit unum astrum ratio-
ne sui luminis posset etiam facere alterum cum suo lumine
praesertim aeque intenso quod tamen est contra experi-
entiam: et a fortiori omnia quae faciunt reliqua
astra posset facere sol. Non etiam secundum quia
hoc ipsum est effectuum mirabilium varietatem in occultam
virtutem conjicere; siquidem confugis lumina tam
diversorum specierum et potentia causare tam diver-
sos effectus. Neque est quod refundas rem in disposi-
tionem subiectorum corporum sublunarium: esto enim dispo-
sitiones variae in subiectis mutent saepe effectum in
praesenti tamen hoc non potest dici siquidem manente
eodem modo disposito corpore sublunari per accessum
unius astri luminosi fit talis effectus qui per nullius
alterius astri accessum fieri videtur. Neque etiam dicas
debere adesse lumen in certa intensione: nam primo
impossibile est quod inter tot sydera plurima inter se
non sint aequalis intensionis: secundo esto omnia
inter se differrent in intensione, non tamen possunt
notabiliter differre ac proinde non impedirent produ-
ctio effectus uti videmus in his sublunaribus cum ad pro-
ductionem alicuius effectus non requiritur indivisibi-
liter tanta intensio in causa v.g. calor producens
ignem saepe est intensus ut octo, aliquando sufficit ut
septem. Neque etiam dicas cum Reinero disquisi-
tione 23 diversitatem influxuum quae a syderibus diver-
sis in haec inferiora dimanat, explicari posse per hoc
quod lumen solis imbibitum astra aliter atque ali-
ter attemperent, et nativo calore imbutum ad nos trans-
mittant: sic enim inquit aliter aiui in corpora exeunt
calor a fornace ferrea aliter a testacea profectus.

Sed contra est incredibile quod astra inter se tam varias habeant dispositiones ut lumen receptum in uno operetur effectum quem nullum aliud potest operari. Sane hoc est fingere. Deinde vel lumen receptum in una stella est aliud essentialiter ab alio lumine recepto in alia stella vel non: si primum redit argumentum supra factum; si secundum illae qualitates et dispositiones in stellis cum non attingant ipsos effectus, nihil conducent ad hoc ut lumen in una stella producat hunc effectum quem non posset in alia

Dices 2. Magnes per suam qualitatem sibi intrinsecam vertitur in eam partem ubi polus est arcticus non autem per aliquam virtutem a caelo acceptam. Hinc est teste Nicolao Cabeo lib. 1 de philosophia magnetica c 3. quod magnes habeat duas facies quarum una respiciat et vertitur ad polum arcticum altera ad Antarcticum. Respondeo potest 1mo ex hoc ipso fieri argumentum pro influentijs: si enim rebus sublunaribus conceditur virtus aliqua occulta qua se moveant et accomodent caelo; cur non etiam id dici potest de ipso caelo quod per virtutem occultam alia trahat ad se alia repellat. Et in particulari de magnete posset dici quod caelum illi imprimat talem qualitatem qua secundum unam faciem polum arcticum respiciat secundum alteram polum antarcticum quemadmodum et ipse magnes ferro talem imprimit impetum ut una parte nempe qua polum arcticum respicit illud ad se trahat, altera vero repellat ut testatur Cabeus lib. 2 c 15 et communis experientia. Eodem modo responderi potest quando dicitur heliotropion propria sua et insita virtute ac qualitate sequi solem et Coriandra lunam. Respondeo inquam potest supposita certa dispositione in his impetum illum imprimi a sole vel luna; nec esse maiorem rationem cur virtus ista incognita tribuatur potius sublunaribus rebus quam caelo. Dixi supposita certa dispositione corporum

Nam haec requiruntur ad effectus varios a caelo in iis pro
ducendos.

QUAERES) In quae subiecta sublunaria caeli
influant? R. 1mo certum esse influere in elementa
turbando et movendo illa, tum fiunt venti tempestates
pluviae etc. Hinc fit quod Astrologi praedicere probabili
ter possint ex variis siderum coniunctionibus et oppositio
nibus pluvias terrae motus sterilitates etc. quae omnia
tamen quia pendent a variis circumstantiis locorum
et Regionum atque adeo a variis accidentibus, saepissime
fallunt ita ut vix aliquid possit dici per coniecturam.
2do Certum etiam est influere in corpora animantium et hu
mana alterando illa et movendo humores in iis:
quemadmodum enim humores corporis humani magnam ha
bent proportionem cum elementis ut videbimus in quae
potissimum dominantur caeli: ita etiam idem sunt ma
xime obnoxii et subiecti influentiis testimonio potissi
mum medicorum qui alia constellatione sanguinem emit
tunt, alia hanc vel illam porrigunt medicinam vetantque
splendente ad caput luna dormire eo quod cum luna sit
humida humectat nimium et auget humores cerebri eosque
nimium commovet quibus commotis contingit mania.
3tio Certum est quod directe corpora caelestia non in
fluant in hominis voluntatem quae est agens spiri
tuale et liberum vide Soares lib 2 de opere sex dierum
c 9 n 5 Salas supra citatum S 3. Unde est quod
iudiciaria Ars quam vulgo dicti genethliaci exercent nu
gatoria et prohibita sit Deuter. 18 qua scilicet res fu
turas dependentes a libero arbitrio praedicunt de qui
bus dicitur apud Isaiam 47 cap. Stent et salvent te
augures caeli qui contemplabantur sydera et supputabant
menses ut tibi vera praedicerent. Dixi directe nam
indirecte et mediate aliqualiter trahunt voluntatem
quatenus movendo humores vel causando abundantia

nius humoris inclinant voluntatem in aliquid. Hinc cum longa experientia compertum sit marti inesse vim gignendi ardorem dicuntur ij qui sub marte nati sunt supo sitis alijs certis constellationibus, esse bellicosi et propensi ad iram et habere spiritus ardentiores: ij vero qui sub saturno qd est astrum frigidum dicuntur melancholici quae omnia tamen incerta sunt eo qd natura et constitutio hominis dependeat plurimum a parentum complexione, a cibo, ab educatione etc deinde quandoquidem firmamentum in ictu quasi oculi facile 5000 conficit milliaria, fit ut singulis pene momentis aspectus syderum mutetur, ac proinde non possit haberi certa constellatio hominis nati. Confirmatur ex S. Gregorio qui pulchre contra Astrologos docet geminos eodem tempore conceptos et natos saepe diversissimo esse ingenio ut patuit in Jacob et Esau

Quaeres 2. Quid dicendum sit de caelo Empyreo. De hoc praeter ea quae dicta sunt cum Conimbricensibus 2 caeli c 5 q 1 Hurtado 2 caeli S 5 et alijs caelum empyreum victo caelestia corpora esse lucidissimum, ita vocatum non ab ardore sed à fulgore. Cur autem non illuminet nec producat suum lumen in haec nec videatur ac proinde faciat exultare noctem ratio est ut inquiunt autores quia est contectum quasi quadam cortina opaca qd colligunt ex disputatione S. Petri contra Simonem Magum ubi ait S. Petrus firmamentum visibile factum fuisse à Deo ut occultaret caelum empyreum: unde colligit Hurtadus superficiem conuexam firmamenti esse circumvoluta corpore opaco et quodam aelo. Forte etiam posset non male caelum empyreum occultari eiusq operationes et illuminationes impediri ab aqua quae est supra firmamentum.

Sectio 6

De Motu Caelorum

Communis sententia autorum est caelos non moveri ab

intrinseco sed a virtute extrinseca ut videre est apud Conimbricenses 2 caeli c 5 q 5. Rubius ibidem q 8 Soares d. 18 S 7 n 36 supponentes caelum ex se esse indifferens ac indeterminatum quoad motum circularem et possivum quoad motum ab oriente in occidentem. Cuius rei ratio esse potest quia caelum vel inclinaret ad talem motum potius quam ad alium propter bonum proprium vel propter bonum universi: non propter bonum proprium quia caelum non indiget propter se hoc motu cum etiam post diem iudicii penitus quiescet et non contra naturam suam nisi dicas fore semper in statu violento quod est durum. Neque propter bonum universi quia aeque bene confert ad bonum universi ex quacunque parte et in quamcunque partem fiat motus primi mobilis modo semper aequaliter moveatur. Aliunde etiamsi sublunaria hic petant motum circularem caeli tanquam in suum bonum, sufficeret tamen potentia passiva in caelis ratione cuius possunt ab extrinseco moveri.

Communis item sententia est caelos moveri ab intelligentiis id est Angelis non autem immediate a Deo ut colligitur ex S. Dionysio c 5 caelestis hierarchiae et c 8 de divinis nominibus et S. Gregorio lib 4 dialogorum c 4 cum dicunt in hoc mundo sensibili nihil nisi per creaturam insensibilem administrari; quo facit illud Iob 9 sub quo curvantur qui portant orbem id est Angeli. Quae etiam fuit sententia Aristotelis qui ex numero caelorum colligit numerum intelligentiarum licet male quia sunt multo plures. Dixi communis sententia nam si quis cum quibusdam recentioribus diceret caelos in orbem naturaliter verti et propria virtute, difficulter convinceretur alicuius erroris

ditatis: sicuti enim lapis fertur deorsum ignis sursum ita posset dici quod fuerit conveniens ut daretur corpus cui connaturale sit in gyrum verti; quod autem vertatur in dextram vel sinistram hoc esset illi per accidens. Quare admittimus hoc erit necesse non implicare quin forma aliqua possit dari cui esset connaturale verti in orbe. Hoc posito difficultas est qui motus sint in caelo et quo modo salventur. Quare de re § 2 supra insinuari ali-qua ex communi seu vulgari multorum sententia.

Nunc autem ut rem melius explicemus Adverte praeter motum quo firmamentum intra 24 horas suum perficit gyrum et super polos mundi vertitur ab ortu in occidentem, alium fuisse repertum a Mathematicis contrarium ab occidente in orientem super polos zodiaci. Deinde tempore Alphonsi 5 Regis Hispaniae circa annum 1250 repertus fuit motus tertius in firmamento quem trepidationis vocant seu accessus et recessus quia scilicet firmamentum versus polum mundi lentissime reciprocari accedere et recedere deprehenderunt de quo motu vide Clavium in Sphaera p 23. Tandem teste Antonio Magino et Clavio deprehensus est motus subsultationis. Praeter hos omnes sunt motus peculiares planetarum et diversi iuxta diversitatem eorundem. Et ratione horum motuum existimarunt multi dari tot caelos quot essent motus diversi eo quod non putaverunt posse unum corpus moveri per se motibus contrariis licet per accidens id posset contingere quatenus proprio quidem motu ut sol intra annum zodiacum percurreret, per accidens vero ratione firmamenti intra 24 horas raperetur ab ortu usque denuo ad ortum.

Ego tamen admissis omnibus his motibus et observationibus quibus hos motus in caelo deprehenderunt dico non esse opus multiplicare realiter caelos iuxta eorum multiplicitatem, sed optime posse eos motus salvari

in firmamento et Solis planetis. Rationem dedi ubi ostendi quomodo possit corpus aliquod moveri motibus contrarijs vel potius quomodo ex principijs et impulsibus sibi contrarijs posset unicus motus attemperatus produci qua ratione bene intelligo quomodo firmamentum ab ortu ad occasum et a septentrione ad austrum circulo quale unus aliud ubi seu alia ubi acquirit successive quam habuisset si tantum habuisset principium extrinsecum impellens ab ortu in occidentem. Sic videmus lapidem aliquem descendentem ad centrum terrae per lineam rectam et tamen in ipso descensu semper gyrari: similiter Angelus movens Solem ita attemperat motum illius ut acquirat tale ubi quale habuisset si vere fuisset raptus raptu primi mobilis et proprio simul motu; quod quidem ubi non haberet nisi Angelus accommodans se motibus superioribus attemperasset motum

QUAERES) An cessante motu caeli res sublunares perirent? Thomistae multi apud Suarez d. 22 Metaph. S 5 n 7. tantam volunt esse dependentiam rerum sublunarium a caelis et caelorum motu ut cessante motu caeli dicant cessaturam subito omnem actionem inferiorum; omniaque viventia illico moritura. Communiter tamen dicitur cessante motu caeli licet non subito brevi tamen tempore viventia omnia interitura, ita S. Thomas q. 10 a 8 et alij et q. 11 a 14 ubi sic habet an si nullus esset motus corporum caelestium omnia animalia corruptibilia in momento morerentur? et respondet supra dictum est quod mors est per separationem animae a corpore quod non fit nisi per quandam mutationem corporis a sua naturali dispositione quae nequit esse in instanti tota. Quae ratio optime probat primam partem. Quoad secundam vero partem probatur primo experientia in eclipsi enim solari videmus herbas et corpora animantium flaccescere: deinde

Sicuti haec sublunaria in fieri plurimum dependent
a caelesti influxu iuxta Aristotelem ita et in conservari.
Ratio a priori est quia cessante motu caeli illa facies
versus quam esset sol ardore nimio dissolveretur
altera opposita frigore periret, [illegible] subsecutim cum nihil
ita attemperet haec sublunaria quam continua vicissi
tudo et motus caelorum. Quae ratio bene probat plerasque
interitura et plerasque formas substantiales mixtorum
non vero elementorum quae uti fuerunt producta ante
astra ita non videntur indigere eorum influxu quae
sentim cum etiam post diem iudicii ubi motus caelorum
cessaverint sunt permansura elementa. An vero
cessante motu caeli aliquod corpus sublunare mixtum
posset permanere v.g. lapis ferrum adamas non
multum curo. Satis probabile est diamanto longiori
tempore perseveraturum sine influxu caelesti.

Quaeres 2. An motus caelo sit naturalis an
violentus? Hurtadus d 2 de caelo s 4. Rubius lib
de mundo et caelo c 2 q 2 dicunt motum caelo non
esse naturalem proprie. Arriaga autem 2 phys d. 1
q 4 Complutenses 2 phys c 1 q 2 a 3 et 1 caeli
c 2 q 3 a 2 dicunt motum illum caelo esse naturalem.
Ergo iuxta principia posita 1 phys. d de Natura dico
cum Rubio spectato caelo ut est peculiare corpus constans
ex materia et forma motum illi non esse naturalem
proprie: ratio est quia forma caeli neque est principium
activum neque passivum determinatum talis motus. Ergo
respectu talis motus non est natura. Ergo talis motus
non est naturalis in hoc sensu. Ideo et Rubius
cum motus sit via ad terminum, solum potest in eum
inclinari corpus naturaliter quia aliquem terminum
per eum assequendum appetit; sed nullus datur ter
minus assequendus per eum motum quem caelum appetat
naturaliter. Ergo. Hoc [illegible] non est excogitabilis

alius terminus quam praesentia localis in eodem situ per quam alio modo se habet caelum in ordine ad spatium secundum diversam situationem partium sed talis motus praesentiae est eiusdem prorsus rationis cum eo quem prius habebat, nec aliquam novam perfectionem ei affert diversis conditionibus ab ea quam habebat. Ergo nec talem modum nec talem motum potest appetere. Confirmatur si motus caelo est naturalis ergo quies post diem iudicii quam habiturum est caelum iuxta communem Theologorum sententiam (quam desumunt ex Isaia 60 capite non occidet sol ultra tuus et luna non minuetur etc.) erit illi violenta; quod non potest esse quia nullum violentum potest esse aeternum ex 1 caeli t 15; vel saltem videtur esse magnum inconveniens quod aeternum maneret in statu violento. Dixi naturalem proprie quia ut inquit Rubius si caelum consideretur ut pars principia universi cum varietate et vicissitudine generationum et corruptionum a Deo conditi habens naturales virtutes per quas influat in inferiora corpora ad quod multum deservit motus, naturalis erit illi motus. Ratio est quia hoc ipso quod consideretur caelum ut pars totius iam consideratur cum aliqua inclinatione ad iuvandum totum, et cum per motum adiuvet plurimum, concipitur in eo inclinatio ad motum: sicut hoc ipso quod quis consideratur ut civis consideratur cum inclinatione ad bonum civitatis.

Dices Omne corpus naturale vendicat sibi proprie motum naturalem ex 1 Caeli t 5 Sed caelum est corpus naturale Ergo habet motum proprie naturalem. Confirmatur ex Aristotele qui 3 de Caelo t 7 et 2 de part. animal c 5 dicit caelum esse corpus naturale et habere aliquem motum naturalem. Respondeo esto omne corpus vendicet sibi motum aliquem

naturalem, non est tamen necesse quod vendicet sibi motum localem proprie naturalem, sed potest vendicare sibi motum alterationis naturalem. Ad Arist. autem dico illum voluisse quidem motum circularem caeli aliqua ratione esse naturalem nempe ratione universi. Item quia in caelo sunt aliquae dispositiones quibus videtur determinari aliquo modo ad motum circularem scilicet figura rotunda cum carentia positivae inclinationis ad quietem; caeterum nunquam dixit esse proprie motum naturalem in ordine ad quem caelum esset natura


DICO 2. Quies caelo etiam non est proprie naturalis Est contra Conimbricenses qui putant quietem secundum fore caelo naturalem. Ratio est quia caelum non habet inclinationem vel principium intrinsecum determinatum talis quietis. Sed neque quies est caelo violenta quod ex dictis deducitur cum enim non inclinet natura sua ad motum oppositum quieti evidens est quod adveniens quies non sit illi praeternaturalis violenta cum violentum sit illud quod est contra inclinationem. Quod intellige si spectetur caelum per se et quatenus est corpus peculiare, et non quatenus est pars universi a Deo facta in ordine ad universum. Hac ratione situs videtur caelum factum in bonum et utilitatem sublunarium. Caeterum deficiente omni creatura sublunari nihil illi decederet et nulla vis inferretur cum per subtractionem eorum in quibus posset agens agere nulla vis agenti inferatur Ex his igitur deducitur caelum habere potentiam neutram ad motum circularem et ad quietem

Caput XXIII Pro complemento doctrinae placet hic adiungere constitutionem et ordinem universi qui sic se habet. 1mo terra et aqua quae unicum faciunt globum in medio situm centrum obtinet, hunc cingit undique aer qui in bifariam dividitur regionem; postea

iuxta Aristotelis sententiam supra sphaeram ignis quae orbem Lunae attingit, Lunam supra Mercurius, Mercurium Venus, Venerem Sol, solem Mars, Martem Jupiter, Jovem Saturnus, Saturnum firmamentum, firmamentum aqua, aquam Empyreum, Empyreum inane. Ista quidem ut a sphaera ignis firmamentum versus sit unicum corpus fluidum sive illud sit eiusdem rationis cum aere sive alterius in quo septem planetae suis circulis motibus tanquam aves in aere vel pisces in aqua; qua ratione omnes septem planetae sunt in uno caelo; et sic non erunt in re ipsa nisi tres caeli nempe planetarum, firmamentum et Empyreum, in quo iuxta probabiliorem expositionem interpretum scripturae S. Paulus dicitur fuisse raptus quando in alteri textu dicit se fuisse raptum. Porro ad salvandas observationes mathematicorum quibus varios planetarum et sydera deprehenderunt motus, optimum est systema Tychonis qui ponit terram tanquam centro et circumdante aere, ponit Lunam in gyrum moveri circa terram: similiter solem habere sibi pro centro sui motus terram; Mercurium autem et Venerem moveri circa solem ita ut centrum eorum motuum sit sol: qua ratione Mercurius et Venus sunt aliquando infra solem propinquiores terrae aliquando supra. Deinde Mars Jupiter et Saturnus eodem modo pro suis motibus solem sibi pro centro deligunt; ita tamen ut Mars secet epicyclum solis et hac ratione compareat aliquando infra solem et propinquior terrae saepius autem supra solem. Haec nos breviter quae fusius et exactius videre est apud mathematicos

Finis libri de Caelo

Sistema Tychonis



In Libros de Generatione

Procemium

Postquam Aristoteles 8 libris physicorum egisset de corpore naturali in communi et libris de caelo de corpore simplici et partim de mixto, his duobus libris agit de generatione eorundem. Et primo quidem lib. usque ad textum 23 agit de ipsa generatione substantiali. deinde usque ad t 25 de alteratione postea usque ad 43 de augmentatione. Iterum usque ad 82 de actione in communi et requisitis ad illam. denum usque ad 90 agit de mixtione. Libro secundo agit de elementis et qualitatibus activis illorum, de elementorum transmutatione postea ostendit elementa neque respectu aliorum corporum neque inter se omnino esse materiam alterius, bene tamen per mutuam actionem invicem transmutari, denum in fine agit de Causa efficiente universali generationis et corruptionis quam ait esse caelum eiusque motum praecipue solis.

Disputatio 1
De Generatione et Corruptione Substantiali

Triplex generationis acceptio est apud Aristotelem late stricte et medio modo: Late quidem ut comprehendit tam substantialem quam accidentalem productionem: Stricte sumitur pro sola viventium productione ut lib. de vita et morte c 1 Denum medio modo sumitur pro productione cuiuscumque substantiae et ita de ea agit 12 metaph. t 7 Hos sacris. de prima nihil agemus secundam vero et tertiam examinabimus

Quaestio 1
De Generatione
Sectio 1
Quid sit Generatio Substantialis?

Omissis aliis definitionibus quas Philosophus 8 Physicorum t. 62 et 3 Physicorum t. 14 tradit, duas in praesenti affert. Prima t. 25 ubi habet generatio est mutatio a substantia in substantiam actu. Secunda t. 23 quando inquit totius transmutatio non manente aliquo sensibili ut subiecto eodem generatio iam est tale, huius autem corruptio. Ex quibus verbis celebris iam est facta illa descriptio Generatio est mutatio totius in totum nullo sensibili manente ut subiecto eodem.

Circa quam definitionem prima difficultas est An generatio essentialiter debeat esse mutatio? Ratio difficultatis est quia alias in prima rerum productione quia ex materia prima educti fuere formae materiales iuxta communem sententiam, non fuisset generatio cum nulla praecessent vel alia forma vel saltem privatio in materia ratione cuius mutaretur. Deinde quia nutritio est generatio partialis ex sententia Aristotelis; sed haec fit aliquando sine ulla mutatione materiae ut apparet in nutritione quae fit ex speciebus sacramentalibus in stomacho corruptis, ad quarum corruptionem Deus creat novam materiam cum nutritione animae rationalis in eodem instanti. Altera difficultas est ratione particulae totius; cum enim generatio sit quaedam species transmutationis, ad quam nihil requiritur aliud quam id quod transit seu subiectum privatio ut terminus à quo et forma ut terminus

ad quem; cum requiritur lij totius cum toti procedens non, sit de conceptu transmutationis. Ideo S. Thomas 3 p. q 65 a 8 lij totius accipit pro sola materia per synecdochen ut est partem pro toto. Alij recentiores ex medio tollunt hanc particulam tanquam non Aristotelicam sed insitam quia Aristoteles aequivalenter illam posuit dum ait huius autem corruptio et t 25 ex hoc nequit in hoc transmutatio. His positis

DICO 1 In sensu Aristotelis mutatio est essentialis generationi est Rubij lib 1 c 4 tract. 1 q 2 Conimbricenses 1 de generat. c 4 q 9 a 1 Probatur 1mo ex Aristotele citato et ex 8 phys c 7 t 2 ubi ait generatio est mutatio de non ente ad ens. Quare etiam S. Thomas apud Conimbricenses aliique auctores admittunt requiri ut subiectum duratione antecedat formam quod per ipsam mutationem inducitur. 2do si ad generationem non requiritur mutatio atque adeo privatio, sequitur caelos esse generatos quod vix peripatetici admittunt. Quare primum verum productiones et augmentationes per species sacramentales in re ipsa non sunt generationes cum generatio sit species transmutationis de conceptu autem transmutationis sit privatio tanquam terminus a quo qui in his productionibus non intervenit

DICO 2 Bene ponitur in definitione generationis particula totius. Probatur 1mo quia haec particula ponitur loco generis ad alterationem et mutationem substantialem. Probatur 2do generatio hic spectatur iuxta communem modum loquendi eo quod experimur lignum mutari in ignem et consequenter non remanere idem totum sensibile quod erat antea; et licet maneat eadem materia quae est subiectum mutationis haec tamen secundum se non est sensibilis. Respondetur Aristoteles hic definiunt generationem non quomodocumque sed sub conceptu conversionis quae includit desitionem unius et productionem alterius termini ut videbimus

Antecedens patet 1mo quia antiqui illa ita definiebant quibus se accommodat Phus. 2do quia melius designat naturam generationis naturalis quae semper supponit corruptionem alterius. 3tio quia cum ipse posuisset mundum ab aeterno consequenter putant numquam posse dari materiam sine forma atque ita generationem unius esse corruptionem alterius

Nunc explicatur definitio. Dicitur 1mo mutatio et ponitur loco generis: est autem mutatio ratio illa per quam unum totum succedit alteri 2do dicitur totius id est praecedentis quod corrumpitur, quod licet non sit de conceptu transitus in genere, est tamen de conceptu illius ut est conversio quae petit ut dicam unum perire succedente altero. Dicitur 3tio in toto id est in hoc aliquid quod est substantiale ut habetur per verba sequentia Dicitur 4to nullo sensibili remanente ubi nomine sensibilis intelligitur totum substantiale quod est sensibile denominative id est subiectum accidentium sensibilium. Dicitur 5to ut subiecto eodem id est eodem toto substantiali. Addidit autem haec verba quia licet saepe maneant multa accidentia sensibilia in toto sequenti eadem quae erant in praecedenti non tamen manent ut in eodem subiecto denominationis ut videre est in homine vivo et mortuo

Obijcies 1 Mutatio est genus ad generationem Ergo de quocumque praedicatur generatio in concreto scilicet quod generetur praedicari poterit etiam mutatio in concreto nempe quod mutetur: nam ut abstractum praedicatur de abstracto ita concretum de concreto Rx distinguendo Antecedens mutatio est genus ad generationem secundum id quod dicit in recto transeat

secundum id quod dicit in obliquo nego: nam cum idem sit verum generationis et mutationis id est eadem entitas causalitatis ut respicit totum praecedens sortitur nomen mutationis, ut vero respicit totum sequens sortitur nomen generationis: inde fit ut non possit absolute secundum omnia quae dicit mutatum affirmari de genito, quia ly mutatum dicit in recto totum praecedens, ly vero genitum totum sequens; et cum non sit idem totum praecedens et totum sequens non poterunt invicem praedicari; bene tamen dici poterit id quod mutatur totum praecedens est et id quod generatur totum sequens est. Ratio a priori cum una forma respiciat essentialiter plura potest unam denominationem tribuere uni et alteri alteram

et sortiri unum nomen ratione unius et aliud ratione alterius sic eadem causalitas denominatur actio respectu agentis, passio respectu subiecti productio respectu termini &. et eadem actio principium a quo fluit denominat agens, terminum productum materiam subiectum seu passum.

Obiicies 2 Non datur productio totius. Ergo nec generatio. Probatur Antecedens quia materia supponitur creata et in homine etiam forma. Respondeo distinguendo Antecedens non datur productio totius distributive concedo, collective nego, ad quod sufficit si producatur sola unio

Obiicies 3 Aristoteles 6 physicorum t 59 ait res dum fit non est. Ergo per generationem non proprie fit res quia quando est generatio res est. Item 7 Ethic c. 1 aperte ait substantiam non fieri Ergo non datur generatio. Respondeo ad primum Aristotelem loqui de fieri rei physico id est de alteratione. Ad secundum nomine substantiae intelligit essentias quae sunt ab aeterno, quae non fiunt nisi secundum existentiam

Obiicies 4 Generatio est productio ex non ente simpliciter Ergo est creatio Respondeo distinguendo Antecedens ex non ente simpliciter id est ex nihilo nego; ex non ente

simpliciter id est completo qd vocatur ens simpliciter concedo

Ex dictis collige hac definitione non comprehendi creationem quia non est mutatio ut dixi disp. de motu S 2 in fine. Item si Deus conservaret formam praecedentem et superinduceret aliam, non fore generationem quia remaneret totum praecedens. Praeterea non convenit conservationi quia per illam non perit totum

Sectio 2

Quid sit Conversio et quae ad illam requirantur?

Diximus generationem definiri sub conceptu conversionis et omnem generationem de facto in creatis esse conversionem. Videndum nunc quid sit proprie conversio et an omnis conversio sit generatio. Quod quidem quod spectat multum habet de nomine ac proinde in hac communem modum loquendi sequi oportet. Imprimis autem ut aliqualem conversionis definitionem praemittamus Conversio dicitur transitus unius rei in aliam, quod ipsum conversionis nomen indicare videtur: ex quo apparet discrimen conversionis ab aliis mutationibus: nam illuminatio aeris est mutatio a non lucido ad lucidum, et tamen non est conversio a re in rem sed a privatione ad formam. Quare de ratione conversionis est habere terminum a quo positivum et terminum ad quem positivum.

Hinc Adverte. Conversionem includere in suo conceptu duas mutationes. Alteram negativam alteram positivam. Negativa ligni in non lignum positiva ex non igne ignis ita ut prima mutatio pro termino a quo habeat lignum et pro termino ad quem non lignum: altera pro termino a quo privationem formae ignis pro termino ad quem formam ignis. Consequenter tota conversio versatur inter quatuor terminos duos negativos et duos positivos

Et quia omnis conversio est desitio unius cum successione alterius solus terminus a quo denominatur a conversione conversus, terminus vero ad quem non dicitur conversus sed succedens alteri per conversionem

Adverte 2 Ad omnem conversionem requiri connexionem aliquam inter desitionem unius termini et positionem alterius, ratione cuius connexionis desitio unius termini non sit mere concomitanter cum positione alterius: quod in primis constat ex omnibus conversionibus quas experimur et nomen ipsum conversionis videtur hoc sonare: nam transire hoc in illud non est mere desinere quando aliud incipit; alioqui si nunc desinat lapis et Angelus creetur diceretur lapis conversus in Angelum quod est falsum. Haec autem connexio videtur in eo esse posita ut ex vi productionis unius desinat esse alterum. Neque tamen sufficit extrinseca duorum incompossibilitas orta pure ex decreto Dei nolentis conservare unum posito alio; nam desitio unius oriri debet ut dixi ex vi positivae actionis: nec satis est incompossibilitas in ordine ad idem spatium; nam non dicitur Petrus converti in Paulum si Paulus expellat e loco Petrum.

Quare Adverte 3 Necessario ad conversionem requiri quod detur aliquid commune quod idem perseveret cum utroque termino et in ordine ad quod uterque terminus repugnet. Sic forma ligni et ignis pugnant in ordine ad eandem materiam quae maneat eadem sub utroque termino; calor et frigus pugnant in ordine ad idem subiectum; corpus Christi et substantia panis repugnant in ordine ad eadem accidentia et sic de aliis. Ratio autem huius conditionis est quia eo ipso quod unum convertitur in aliud, dicitur unum fieri ex alio, et unum terminum formalem succedere alteri et poni loco alterius et supplere vicem illius; supplere autem debet esse in ordine ad tertium aliquod cui desinit terminus a quo et advenit terminus ad quem in aliquo munere quod prior

terminus exercebat, et quod idem munus exercet terminus adveniens, ratione cuius successionis dicitur hoc secundum esse quod erat primum. Sic enim dicimus quod erat lignum iam est ignis, quod erat homo iam est cadaver, quod erat panis iam est corpus Christi. In quo modo loquendi non significatur identitas utriusque extremi; nam sic falsae essent istae locutiones, sed solum significatur successio in eodem munere circa aliquod tertium: quasi dicas munus quod antea exercebat forma ligni circa materiam exercet modo forma ignis; et munus quod exercebat substantia panis circa accidentia, exercet modo corpus Christi: sicuti etiam quando Petrus succedit Joanni in consulatu solemus dicere quod antea erat Joannes in hac civitate modo est Petrus; qui modus loquendi est de intrinseca ratione conversionis ut patet: nam eo ipso quod audias aquam fuisse conversam in vinum dicere poteris aquam factam esse vinum seu id quod erat aqua modo est vinum: non posset autem haec locutio ullo modo verificari si non maneret aliquod tertium in ordine ad quod terminus adveniens succederet praecedenti in eodem munere ut constat

Adverte 4 multiplicem dari conversionem alia enim est accidentalis, ut ex frigido in calidum alia substantialis ut ex ligno in ignem. Item alia formalis ut cum succedit una forma alteri formae in eadem materia sicut fit quando ex ligno fit ignis: alia posset esse conversio materialis si eadem forma divinitus transiret ex una materia in aliam; alia denique est conversio substantialis totalis ut panis in corpus Christi non enim manet substantia communis utrique termino sed tota substantia variatur; et haec appellatur transsubstantiatio id est trans-

tus minis substantiae integrae in altera. In omni tamen conversione reperitur duplex terminus positivus a quo et duplex terminus positivus ad quem. Terminus a quo positivus (et idem est de termino ad quem) alius dicitur terminus totalis, alius terminus formalis, Exemplum sit in conversione qua ex ligno fit ignis: nam forma ligni est terminus formalis a quo id est illud quod expellitur a composito et forma ignis est terminus formalis ad quem id est illud quod de novo introducitur in illud compositum. At vero lignum dicitur terminus totalis a quo et ignis terminus totalis ad quem. Sic etiam in conversione Eucharistica termini formales sunt substantia panis et Corpus Christi; terminus vero totalis a quo est compositum ex pane et accidentibus, et ad quem est compositum ex corpore Christi et accidentibus panis

Adverte 5 in omni conversione requiri quod desinat saltem terminus totalis a quo v.g. ad hoc ut ex ligno fiat ignis requiritur quod lignum desinat simpliciter quod ex ipsa voce conversionis satis constat et ex dictis; et alioqui si terminus totalis non desineret nihil desineret. His positis triplex est difficultas

Prima an ex vi conversionis debeat desinere etiam terminus formalis a quo an scilicet ipsa etiam forma ligni debeat perire an vero sufficiat exire ab illo composito. 2da est si requiritur desitio termini formalis ad hoc ut possit saltem dici unus terminus formalis converti in alium; an etiam requiratur inceptio et productio termini formalis ad quem ad hoc ut terminus a quo dicatur in ipsum conversus. Sic enim sentiunt plures qui ideo ponunt in Eucharistia actionem novam terminatam ad substantiam corporis Christi in seipsam. Ita videtur loqui Suarez d 50 de Eucharistia s 4 et alii recentiores. 3tia est an saltem requiratur inceptio termini totalis simpliciter ad quem v.g. si divinitus conservaretur in suo subiecto calor intensus cum frigore intenso, et post cessante miraculo periret frigus

manente calore an diceretur hunc frigidum converti in
calidum vel frigus illud converti in calorem. Ratio du-
bitandi est quia hunc vere desinit frigus ex vi caloris

DICO 1. Ad hoc ut lignum dicatur in ignem converti
requiri quidem destructionem ligni non tamen formae ligni
ad hoc tamen ut etiam dicatur forma ligni converti in formam
ignis non requiritur desitio formae ligni. Prima pars
probatur quia homo dicitur converti in cadaver vel in ignem
et tamen forma hominis non desinit simpliciter esse sed
solum desinit informare illam materiam. Ergo destructio termini
formalis non requiritur ut hoc compositum dicatur converti
in aliud. Secunda vero pars constat ex dictis
quia illud quod dicitur converti in aliud eo ipso dicatur
desinere in aliud ergo simpliciter debet desinere. Ergo
ut de ipso termino formali dicatur bene converti in aliud
terminum formalem requiritur desitio ipsius termini formalis.
Unde fit quod in casu posito licet homo dicatur converti
in cadaver non tamen dicitur forma hominis converti
in formam cadaveris, quia minime forma hominis non
destruitur. at vero quando perit equus potest bene dici
formam equi converti in formam cadaveris. Quem modum
loquendi usurpat cum aliis Valentia in materia de Eucha-
ristia d. 6 q 3 puncto 3. ubi ait formam nutrimenti con-
verti in formam viventis, quae locutio licet non sit tam
usitata inter formas quam inter composita non ideo est
minus vera. Sed quia denominationes communiter tribu-
untur supposito ~~et~~ non suis partibus ideo communiter compos-
itum dicitur converti in aliud compositum quia compositum est quod
desinit ut quod et quod incipit ut quod

DICO 2. Verius est non requiri ad conversionem
inceptionem termini formalis ad quem. Probatur ex mysterio
Eucharistiae in quo cum terminus formalis ad quem sit

corpus Christi dicatur panis converti in illud etiamsi corpus Christi non producatur de novo. Nec sufficit nec est opus ponere actionem novam terminatam ad corpus Christi ergo: nam sicuti desitio illius actionis non sufficit ut corpus Christi dicatur postea simpliciter desinere, sed solum dicatur desinere terminare actionem: ita nec positio illius actionis sufficit ut dicatur corpus Christi simpliciter incipere: deinde ex verbis consecrationis nihil horum colligitur, cum ad verificanda illa satis sit ut id quod continetur sub speciebus sit corpus Christi sive sit de novo sive non, productum.

Dices Conversio ita respicit terminum a quo sicuti terminum ad quem. Ergo sicuti in conversione formali perire debet terminus a quo formalis: ita in eadem produci terminus ad quem, vel saltem debet terminare novam actionem. R. 1mo argumentum nimis probare nam sicuti simpliciter perire debet terminus a quo ita deberet simpliciter produci terminus ad quem quod tamen non fit in conversione Eucharistica. R. 2do distinguendo Antecedens eodem modo nego diverso concedo Ratio autem discriminis inter terminum a quo et ad quem sumitur ex dictis, nam terminus a quo est qui denominatur conversus et per consequens desinens in alium quare ex parte ipsius requiritur desitio simpliciter: At vero terminus ad quem solum denominatur per conversionem succedens termino a quo, ad hoc autem non est necesse quod de novo accipiat esse sed ad summum quod incipiat esse in illo munere in quo succedit termino à quo

Dico 3 In difficultate tertia posita non fore veram conversionem. Ratio Vera conversio sicuti denominat conversum terminum a quo, ita denominat succedentem terminum ad quem, successio autem in suo conceptu importat inceptionem saltem in munere in quo succedit termino a quo et per consequens terminus totalis ad quem

debet de novo incipere quod non fit in illa conversione.

Ex quibus collige non omnem conversionem esse generationem ut patet in Eucharistica et in conversione accidentali: licet e contra omnis generatio quae de facto est naturalis sit conversio. Hec est ad rem quod habet Hurtadus S 4 § 33 ubi dicit omnem conversionem substantialem esse verā productionem, alias si non daretur aliquid substantiale quod produceretur per illā actionem, non posset illa dici substantialis: quare cum per nos illa actio sit tantū productiva ubicationis qua Christus ponitur sub speciebus non potest illa conversio dici substantialis. Sed contra non ideo conversio aliqua dicitur substantialis quia in illa per actionem aliquā producitur terminus substantialis, sed quia desinente substantia in nunc illius succedit alia substantia; Quare falsū supponit omnem conversionem etiā substantialem esse productionem substantiae.

Collige 2do quando dicimus in omni conversione intercedere duas mutationes, ly mutatio non accipitur semper in rigorosa significatione, quatenus dicit subiectū habens privationem formae acquirere formā, sed in latiori significatione quatenus importat transitū vel de non esse ad esse vel de esse ad non esse, vel de non habitione ad habitionem vel contra.

Sectio 3

Quid sit generatio Viventium?

Adverte tripliciter accipi generationem viventium late stricte et medio modo. Late quidem pro qualicumque productione viventis quomodocumque fiat. Stricte pro productione viventis a vivente operante per cognitionem; Medio modo pro productione viventis a vivente servatis certis conditionibus de quibus paulo post.

Est autem generatio viventis origo viventis a vi-

uente a principio coniuncto in similitudinem naturæ
ita S. Thomas cum Communi 1 p. q 27 a 2 et colligitur ex
Arte 7 metaph t 28 et 8 Ethicos c 12. Dicitur primo origo
viuentis per quod excluduntur non viuentia. Dicitur 2do a viuen
te ut excludantur productiones aliquorum animalium ex putri
ut ranarum pulicum etc. Dicitur 3o a principio coniuncto con
iuncto nimirum non mediatione suppositi, sed per decisionem
alicuius partis viuentis ratione cuius effectus generanti con
iungitur ut est semen. Quare per has particulas insinuatur
peculiaris modus quo viuentes concurrunt ad generationem
scilicet ministrando actiue partem suæ substantiæ ut res geni
ta producatur. Ex qua communicatione propriæ substan
tiæ oritur inter generans et genitum si sint agentia per
cognitionem, amor sicut effectus mutuus ratione cuius attri
buta sunt illis nomina patris et filij, quæ amorem illum
vel significant vel supponunt, unde est quod in plantis non
valeant ista nomina. Ubi tamen aduerte hoc decisum
debere esse per se ordinatum ad producendum aliud, qua
ratione productio Euæ ex costa Adami non fuit genera
tio quia ut bene notat Vasquez 1 p. d 103 n 3 non fuit
per decisionem alicuius partis ordinatæ per se ad gene
randum, et costa solum fuit adhibita loco materiæ sine
dispositionibus aptis ad generandum ut obseruat sanctus Tho
mas 1 p. q 92 a 2. Dicitur in similitudinem naturæ
id est quod generatio sit talis actio quæ ex vi sua formali
tendat ad assimilandum genitum generanti, per quas parti
culas excluditur productio verminum ex nobis; sufficit
autem ad generationem talem quod quantum est ex vi prin
cipij tendat ad assimilandum terminum in specie licet
per accidens impediatur ut contingit in generatione muli
qui non procedit similis speciei suis parentibus, sed tamen
singuli eorum intendebant illum sibi assimilare. Hurtadus
S 2 et alij putant sufficere similitudinem æquiuocam quod non
colligitur ex Arte 7 metaph t 28.

Ex quibus collige processionem verbi in diuinis

esse verā generationem eo q[uo]d sit a principio viven
te in similitudinem naturæ. Cum autem processio Spi
ritus S non sit generatio relinquimus Theologis examinan
dū quod aliqui dicunt et non male ideo processionem
Spiritus S non esse generationem quia etiamsi Spiritus S
sit eiusdem naturæ cum patre et filio non tamen proce
dit similis ex vi processionis quia procedit per amorem
qui non est ordinatus ex natura sua ad producendū
simile.

Quæstio 2
De Corruptione
Sectio 1

Quid sit Corruptio et qua ratione est verum Axioma generatio unius est Corruptio alterius?

Pro prima parte Adverte ex Hurtado S 8 et alijs Corru
ptionem cū opposito generatio esse suspensionem generationis id
est carentiam generationis quæ immediate antea prius existebat. Anni
hilatio vero cū opposito creatio proprie est desitio entis in
nihilū ita ut ex vi annihilationis non remaneat ulla pars annihi
lati. Hinc est quod si anima rationalis destrueretur esset anni
hilatio illius non tamen compositi. sicuti enim fit ex non ente
ita desineret in non ens; aliæ vero formæ sicuti fiunt ex ente
id est subiecto, ita desinunt in Ente id est subiecto, etiamsi
nullus terminus positivus ad destructionem talem sequatur
ut patet in corruptione lucis, erit ergo annihilatio desitio
termini independenter a subiecto et non ad exigentiam naturæ;
e contra Corruptio erit desitio termini dependentis a subiecto
et iuxta exigentiam naturæ. Quare etiam incorruptibiles pro
prie dicitur res illa quæ natura sua ita subsistit ut ex vi nullius
agentis creati possit destrui nec mediate nec immediate; Corru
ptibilis autem quæ ex vi alicuius agentis creati destrui potest

Dices ergo dextro panis in Eucharistia quantu ad materiam est annihilatio cũ tamen Theologi communiter dicant panem in Eucharistia non annihilari. Resp. 1º quia panis desinit in nihilũ seu in non subiectũ R. negando resp. accipiendo annihilationem in communi et visitata signi ficatione; nam ad hanc non satis est quod nihil remaneat de termino præcedenti, sed etiã ut nihil succedat in locum illius: quare substantia panis dicitur proprie conuerti et transsubstantiari non tamen annihilari eo qd licet nihil remaneat substantiæ panis, succedat tamen illi in marum corpus Christi. Vnde in hoc est disparitas inter annihilationem et corruptionem, eo quod corruptio dicatur talis siue succedat terminus positiuus siue non; annihila tio autem neget successionem alicuius in locum et nu nus præcedentis. Nihilominus tamen ut bene aduertit Hurtadus in aliqua significatione sed minus visitata posset concedi panem in Eucharistia annihilari quatenus vere nullũ remanet subiectũ in quod desinat.

Solet hic quæri an corruptio sit naturalis?

R. dici naturalem non quod sit primo intenta a natura et quod per se inclinet in illa natura cũ sola secundario intendatur sic S. Thomas in 4 dist. 36 q. a. nihil prohibet inquit aliquid esse contra naturam quantũ ad intentionem primariam quamuis non est ad secunda riam: sicuti omnis corruptio et defectus est contra natu ram ut dicitur 2 Cœli, quia natura intendit esse et perfectionem, non tamen est contra secundariã intentio nem. Dicitur ergo corruptio naturalis quatenus natura primo et per se inclinat in varias generationes et consequenter in varias corruptiones sine quibus non possent esse no uæ generationes. Vide Hurtadũ citatũ S 8

Pro 2da parte Aduerte hic quæri in quo sensu axioma Aristotelicum ex t 17 habeat veritatem

an in sensu reali prout verba videntur sonare, an in aliquo alio? Et primo quidem si sumatur corruptio pro immediata destructione rei est mere negativum quid et generatio e contra positivum; ac proinde impossibile est ut realiter dici possit generatio est corruptio. Nam ad hoc ut esset vera ista propositio deberet esse idem generatio et corruptio. Intelligendum ergo est Axioma primo in sensu causali vel naturalis connexionis aut consecutionis, quia esse unius formae in materia est ratio formalis expulsionis alterius et non esse eiusdem vel in se vel saltem in materia, et ex consequenti esse unius compositi necessario infert non esse alterius. Et hic sensus meo iudicio sufficit ad mentem Aristotelis qui non volebat aliud ostendere quam perpetuitatem generationum et vicissitudinem perpetuam. Secundo potest intelligi Axioma in sensu quidem formali sed per ampliationem et analogiam quatenus quando duo ita sunt connexa ut ad unum consequatur necessario alterum solemus dicere hoc esse illud: sic dicimus quando unus advenit et alter abit unius adventus est discessus alterius: sic cum abimus Viennam velut quando Gubertum possumus dicere discedere Viennam est venire Gubertum. Quare cum productio sit via quae non potest esse accessus ad unum quin sit recessus ab alio merito unius productio dici potest corruptio alterius eo quod in eodem instanti sit utraque et taliter connexa ut ex unius ponatur altera.

Quaeres quomodo forma geniti expellat corrupti formam? Hurtadus vero sic explicat in instanti A introducitur forma ignis et toto tempore praecedente illud instans fuit forma aquae in illa materia quare in illo instanti A concurrit Deus cum igne ad producendam formam ignis et simul in illo instanti suspendit concursum actualem quo conservabat formam aquae et sicuti posita generatione ponitur forma ignis ita posita privatione praecedentis generationis ponitur privatio formae corruptae suspensi

vero illa est ex parte Dei nolentis conservare aquā in eo instanti et ex parte materiæ est privatio illius conservationis. Ubi tamen Adverte licet eodem instanti sit generatio sequentis et corruptio præcedentis for mæ prius tamen natura esse introductionem formæ quam privationem formæ corruptæ quia verū est dicere ideo Deus corrumpit aquā quia generatur ignis, et ideo materia abjicit formā aquæ quia recipit ignē et non contra, ideo ignis producitur quia aqua corrumpitur.. Adverte item pugnā illam quæ est inter formā præcedentem et subsequentem non esse moventem ac proinde non requiri quod sint eodem instanti sed per incompossibilitatem, ita ut dū est forma nova non possit esse forma præcedens

Sectio 2

V in generatione detur resolutio usq ad materiam primam?

Celebris est hic quæstio apud Thomistas et aliquos sequaces ut Conimbricenses lib, c 4 q 18 a 2 Rubio in præsenti. utrasque et tenentes affirmativam consentanee ad doctrinam vel negantem existentiam propriā materiæ; vel certe asseven tem accidentia recipi in toto composito. Negativā tenet Soares d. 14 s 3 Hurtadus hic d, s 5 Arriaga d, q 5 et hodie est fere communis in scholis. Sensus autem quæstionis est an quando ex ligno fit ignis remaneat sola materia ligni atq adeo non solū forma substantialis corrumpatur sed etiam omnia accidentia quæ erant in ligno

Dicendum est nō dari resolutionē usq ad materiā primā Hæc conclusio positis duobus principijs videtur omnino certa: alterū est materiam habere propriam existentiam quod probavi d 3 phys. s 3 et melius probabitur in metaphysica. alterum est acciden tia non subjectari in toto composito sed in sola materia quod etiam ostendi. Alterius ptz 1mo ex Arte hic t 24 ubi habet substantiam genitā habere aliquas affectiones substantiæ corruptæ et lib 2 t 27 elementa facilius

generari ex alio symbolo quia retinent unã quali-
tatem elementi praecedentis. Probe 2do ratione ad hominẽ
Thomistae dicunt materiam primam non minus pendere a for-
ma quã accidentia eo qd materia nec de potentia absoluta
possit existere sine illa; et tamen pereunte una forma
potest succedere alia absq eo qd pereat materia. Ergo
etiam pereunte una forma potest succedere alia absq eo
qd omnia accidentia pereant. Probe 3tio Non est causa assi-
gnabilis productiva novorũ accidentium in genito. Ergo
non dantur nova accidentia. Probe Antecedens non ab aere
circumstante quia hic cum sit frigidior non potest cale-
facere v. g. cadaver: non a forma corrupta quia illa
non est quando fiunt accidentia pro sequenti forma: non à
formâ producta quia forma producta saepe abhorret ab
accidentibus quibusdam in eo composito repertis in quo
ipsa est: quando enĩ ignis generatur ex ligno humido
non bene disposito in quo multũ remanet humiditatis non
potest humiditas ab igne manare: non etiam a Deo quia
ad Deũ non est recurrendũ nisi in absentia causarũ secun-
darũ et quando naturae rerũ aliquid petunt; at saepe com-
positũ non petit tale accidens quod reperitur in illo. Ultimo
probe experientia et sensu quo videmus eadem accidentia
quae fuerunt in homine manere in cadavere et eandem ci-
catricem colorẽ figurã etc. Respondent Thomistae non esse eadem
sed similia accidentia. Sed contra Quia ubi sensus aliquid
ostendit standũ est in illo nisi vel fides vel evidens ra-
tio evincat oppositũ

Objicies 1 In definitione generationis dicitur nullũ
sensibile manere; nihil autem est sensibile nisi accidens.
Ergo nullũ manet accidens. Respondeo distinguendo minorem nihil
est sensibile formaliter nisi accidens transeat, nihil
est sensibile radicaliter nisi accidens nego. Homine
ergo sensibilis in definitione accipitur sensibile radicaliter
id est subiectũ et quidem denominationis ut clare constat
ex particulis definitionis ut subiecto eodem

Obijcies 2 Prius est esse simpliciter quam esse secundum quid Ergo prius est esse nomum substantiale quam nomum accidentale. R. prius esse in intentione et non in executione, et cum Philos. 7. Metaph. c. 1 ait substantiam esse priorem accidente natura cognitione et tempore, intelligendum de substantia ratione materiae vel de aliquo accidente peculiari non de omnibus.

Dices Ex hoc sequitur quod sit maior unio inter materiam et accidentia quam inter formam et materiam quae tamen sunt actus et potentia ad se ordinata eiusdem generis R. distinguendo sequelam est maior unio id est magis durat concedo, maior unio id est faciens magis proprie unum nego. Ratio est quia aliquando accidens aliquod potest servire duabus formis vel certe non repugnat esse commune cum duabus formis; alioquin a suo hoste non ita cito expelletur.

Obijcies 3 Accidentia omnia sunt in composito propter formam Ergo sublata forma debent corrumpi. Antecedens patet quia materia dicit ordinem ad accidentia secundario tanquam ad media. Consequentia probatur quia sublato priori a quo pendet posterius debet tolli ipsum posterius. R. negando consequentiam ad probationem R. cum distinctione sublato priori debet tolli posterius vel loquimur de vera et physica dependentia atque adeo causalitate vel de dependentia qualicumque etiam tanquam a fine. Si de prima est sermo tunc distinguo consequens sublato priori debet tolli posterius nisi succedat aliud prius in locum illius concedo si succedat nego. Si vero sermo sit de dependentia qualicumque eodem modo distinguo consequens si illud posterius non potest inservire etiam alteri concedo; si autem potest inservire alteri vel saltem possit consistere cum illo aliquandiu et nego. Et haec quidem vera sunt de accidentibus a formis peculiaribus exigibilis: nam de iis quae omnibus debentur promiscue formis et quibus pro prie

materiam concomitantur aliter est philosophandum, cum materia ea accidentia non ratione talis formae, sed formae in communi exigat ut est quantitas etc.

Quaestio 3

De inceptione et desitione rerum

Rem alias claram inquit Hurtad. d. 15 de Continuo s. 8 § 153 difficilem reddidere plurimi quatuor terminis; sed quia usus eorum iam obtinuit in scholis ideo aliquid breviter de his dicendum.

Sectio 1

Qualiter res tam successivae quam permanentes incipiant et desinant.

Nota 1. Incipere idem sonat ac prima productio rei et desinere destructio eiusdem ita quidem ut pro diversitate verum res dicantur diversimode incipere vel desinere aliud intrinsece aliud extrinsece. Incipere intrinsece dicitur esse idem ac incipere per primum sui esse, in instanti totum simul etc. quando verum est dicere nunc res est immediate ante non fuit. desinere vero intrinsece est desinere per ultimum sui esse seu in instanti intrinseco vel totum simul etc. unde est quod dentio talis non sonet non esse sed ultimo esse, ita ut immediate post non sit. Incipere extrinsece est incipere per ultimum sui non esse et immediate post esse, et tunc verum est dicere nunc res non est immediate post erit, desinere vero extrinsece est desinere per primum sui non esse ita ut immediate ante fuerit, ac proinde valet dicere nunc res non est immediate ante fuit. ubi vides assignari etiam nunc seu instantia pro terminis in-

ceptionis et desitionis extrinsecae sed cum hoc discri
mine ab intrinseca inceptione et desitione, quod in hac
instans sit intrinsecum id est simul cum inceptione et de
sitione rei quod incipit et desinit intrinsece: non est
vero simul cum iis quod incipiunt et desinunt extrinsece:
uterus tam incipere quam desinere intrinsece dicuntur esse
in instanti; incipere vero et desinere extrinsece dicuntur esse
in tempore. Pro assignandis autem modis incipiendi
et desinendi competentibus singulis rebus

Nota 2 quodlibet ens aut esse divisibile aut
indivisibile: si divisibile aut esse permanens aut succes
sivum et fluens; et permanens aut fieri totum simul aut fieri
successive id est per partes unam post aliam. His posi
tis agemus 1mo de inceptione et desitione supponendo sen
tentiam communem de instantibus; postea dicemus quomo
do omnia aptari possint ad nostram doctrinam quia nega
mus vera instantia.

Dico 1 entia successiva ut motus tempus etc.
incipiunt et desinunt extrinsece. Probatur entia successiva ut
motus non possunt esse in instanti ergo non possunt incipere
per primum sui esse; sed hoc est incipere intrinsece ergo. Idem
est de desitione.

Dices indivisibile inceptivum motus potest esse in in-
stanti. Ergo motus potest incipere intrinsece, idem dici po-
test de mutato esse quod est indivisibile terminativum
motus. quod potest esse in instanti ac propterea motus
potest desinere intrinsece. Resp. potest 1mo negando
dari indivisibile initiativum et mutatum esse motus cum
omnia indivisibilia exclusimus ex continuo. Sed ex suppo
sitione tamen quod dentur indivisibilia adhuc negatur
consequentia nam illa non sunt partes motus neque aliquid
successivum ac propterea dum illa existunt non est verum
dicere existere motum proinde non potest motus ratione
illorum indivisibilium dici incipere per primum sui esse et
desinere per ultimum sui esse. Quod dictum de motu
idem intellige de quiete illi opposita quia quies propria

non est nisi in tempore iuxta Arte 6 phys t 30
in instanti autem licet verum sit mobile non moveri,
non tamen verificatur quod quiescat; quiescere enim
est non moveri tunc cum aptum est moveri

DICO 2 Entia indivisibilia incipiunt intrinsece de facto. Ratio est quia petunt essentialiter produci tota simul et non per partes cum illis careant. Ergo petunt produci in instanti. Ergo intrinsece incipere.

DICO 3. Entia permanentia etiam divisibilia quantum ad se petunt incipere intrinsece. Ratio est eadem quia etiam illa petunt fieri simul quantum ad se. Ergo incipere intrinsece. Ad has conclusiones revocantur Angeli actiones instantaneae operationes immanentes spirituales, formae substantiales viventium &c. et formae accidentales quantum ad se; licet ratione applicationis aut subiecti in quo reperitur forma contraria resistens incipiant saepe extrinsece ita ut valeat dici nunc non est calor immediate post erit. Ratio est quia calor hoc ipso quod sit divisibilis totiusque productio illius inveniat resistentiam quam in instanti non superat, fit ut per motum producatur in tempore et cum tempore iuxta et proportionaliter ad fluxum temporis

DICO 4 Qualitas certa in intensione v.g. calor ut octo in subiecto certo v.g. palmari incipit et desinit intrinsece in ratione certi et determinati. Probatur prima pars tunc incipit aliquid intrinsece quando est totum simul. Sed in nulla parte temporis nec in tota hora calor ut octo secundum singulas sui partes est totus simul in subiecto palmari, sed est post horam v.g. Ergo incipit intrinsece
Probatur antecedens quia supponitur calor in hora produci successive
Probatur 2da pars, frigus ut octo non incipit remitti nisi per adventum caloris. Atqui calor plerumque incipit in tempore. Ergo frigus desinit ante illud tempus id est intrinsece. Unde valet dicere nunc ultimo est frigus secundum suum esse

completum immediate post non erit completum. quia tollit aliquid a calore Ergo desinet intrinsece. Secundum vero sin gulas sui partes desinet extrinsece quia calor oppositus in esse completo incipit intrinsece.

Eadem ratione Suncia 6 Phys. d 2 q. bene advertit res successivas ut tempus motum q. ut tanta sunt seu ut certa incipere per primum sui esse et desinere per ultimum sui esse. Ratio est quia res ut tanta et certa est indivisibilis qualiter ulna ut tanta indivisibilis est. nam in mi nori quantitate non est ulna. Ergo res ut tanta non potest fieri successive et per partes. Ergo incipit per primum sui esse ita ut sit verum dicere nunc est tempus tantum et imme diate ante non fuit. ubi non intendimus quod totum tempus qd est tanta v.g. hora sit tota in instanti ut patet, sed qd consummatur in instanti; nam in tempore immediate ante illud instans non possumus dare partem ultimam et ita immediate ante tale instans nunquam fuit verum dicere consummatam fuisse horam usque ad instans terminativum horae Eodem modo desinit ut tanta per ultimum sui esse nam verificatur nunc est hora tanta et immediate post hoc in tempore sequenti non erit tanta sed maior. Caeterum ut dixi res successivae absolute sumptae habent modum incipiendi et desinendi extrinsecum eo qd in instanti non possit con cipi successio seu productio partis post partem: et ita pleraeque qualitates absolute sumptae et non in certa inten sione incipiunt vel saltem possunt incipere per ultimum sui non esse, quatenus verum est dicere nunc non est calor immediate post erit. Dixi pleraeque qualitates nam actus vi tales potentiae et similia quae fiunt tota simul intrinsece incipiunt. Qualitates etiam quae non habent contrarium in tota illa parte quae est intra sphaeram activitatis incipiunt per primum sui esse, licet alias propter successi vam applicationem agentis incipiant saepe extrinsece in ali qua parte

Dico 5. Si sint duo oposita incompossibilia quorum tamen alterutrum semper debeat esse in subiecto, si unum illorum incipit intrinsece alterum desinet extrinsece et e contra. Non possunt duo oposita esse simul in eodem subiecto. Ergo dum unum incipit alterum desinet et cumque si unum incipit intrinsece alterum desinet extrinsece. Hinc est quod forma substantialis praecedens desinat extrinsece quia subsequens incipit intrinsece; hinc quando calor incipit extrinsece frigus desinit intrinsece; quando autem iuxta partem determinatam et in esse determinato incipit intrinsece, frigus desinet extrinsece.

Quaeres possuntne formae substantiales saltem per accidens incipere extrinsece. Negant Conimbricenses 8 phys c 8 q 2 a. 5 et licet experientia constet in palea vel charta produci formam ignis successive et in tempore, dicunt tamen illam formam per instantia interpolata produci hac ratione ut per aliquod tempus primo disponatur determinata pars compositi, et in instanti 8 extrinseco quo in illa comparte est completa dispositio introducitur in una illa parte compositi vel potius subiecti una pars formae. Sed probabilius est contrarium. Ratio est supposito quod charta sit calefacta uniformiter difformiter et ignis sit in primo digito chartae, verum erit dicere nunc pars chartae immediate sequens primum digitum non habet formam ignis neque sufficientem dispositionem id est sufficientem calorem sed immediate post habebit, ac proinde in tempore ubi habebit dispositionem sufficientem ita etiam formam.

Dices forma substantialis incipit cum sunt in subiecto dispositiones ad illam requisitae. Sed huiusmodi dispositiones non possunt incipere extrinsece. Ergo neque forma substantialis. Probatur non possumus dicere nunc ultimo non sunt dispositiones completae immediate post erunt. Ergo non possunt incipere extrinsece. Antecedens probatur illud quod deest in eo instanti ut dispositiones sint completae est quid divisibile quoad intensionem ergo non potest totum simul produci. Ergo prius

producitur una pars qua sit productum totum complementum;
sed cum producitur illa pars non est in subiecto sufficiens dispo
sitio. Ergo neque nunc erit forma substantialis. Ergo post illud
instans extrinsecum sequitur immediate pars temporis in qua
forma substantialis non sit in ulla parte subiecti extra
digitum. sicuti in eadem parte temporis non est completa
tota dispositio sed medietas tantum complementi producitur
Ergo in illo instanti extrinseco non fuit verum dicere nunc
non est dispositio completa immediate post erit. Ergo neque
de forma substantiali poterit id dici.

Supposito quod hasta sit calida uniformiter diffor
miter et disposita ita ut a fine versus primum digitum in quo
est ignis nulla possit assignari pars tam calida quin ante
illam sit calidior et cui minus desit ad ultimam dispositio
nem. R. negando minorem. Ad probationem nego Antecedens
ad eius probationem R. cum distinctione. illud quod deest
est divisibile certum nego, indeterminatum concedo antece
dens: deinde concedo primam consequentiam, ad secundam
R. cum distinctione, prius producitur medietas dispositionis
seu complementi quam totum complementum in partem cer
tam concedo; prius producitur medietas dispositionis
seu complementi in partem certam quam complementum
in partem incertam et indeterminatam nego. Ratio
est quemadmodum enim in tempore versus initium nulla
est pars assignabilis qua non sit prior quae prius ince
perit: ita etiam in introductione caloris in sequentem
palmum nulla est pars caloris qua non detur prior intro
ducta et nulla pars subiecti qua non detur alia
quae prius ~~hoc~~ receperit calorem. Certum verum est di
cere quod aliqua pars acceperit aliquid caloris
post tale instans; quemadmodum post tale instans sequitur
tempus vel pars aliqua temporis: et sic numquam est
verum dicere in partem determinatam esse introductum

complementum caloris quin intelligatur medietas illi us complementi prius introducta; verum tamen erit q[uo]d post instans immediate aliqua pars acceperit complementum dispositionis pro forma substantiali et consequenter formam substantialem

S

An res indivisibilis possit incipere et desinere extrinsece?

Quaestio haec tantum procedit et controvertitur in sententia distinguentium realiter indivisibilia in continuo seu instantia à partibus temporis; dum quaeritur an si Angelus non sit productus in instanti possit immediate post produci id est in tempore? quia tamen ex hoc ipso aliqui assumunt argumentum ad probandum dari instantia in tempore verum alias satis insinuatam in materia de Quantitate breviter hic proponam supposito duplicem verum. posse fieri in tempore ut dixi ibi. Primum ita ut totum esse habeat in singulis partibus temporis Secundo ita ut si sit aliquid habens partes secundum unam partem producatur in una parte temporis et secundum aliam in alia quod est fieri cum tempore; de secundo senem non quaerimus sed tantum de primo. Difficultas autem hac in re est quia cum Angelus non sit aliquid indivisibile: non videtur habere posse productionem divisibilem et consequenter in tempore. nam per secundam particulam productionis nihil produceretur cum supponatur Angelus per primam adaequate productus et accepisse suum esse

Dicendum posse Angelum incipere in tempore. Est multorum quos citant et sequuntur Conimbricenses 8 phys c 8 q 2 a 6. Probatur per actionem productivam satis est quod

Angelus mutatur de non esse ad esse; sed non est contra essentiam ipsius quod mutatur per actionem divisibilem Ergo potest mutari et consequenter fieri in tempore. Resp. nego tum primo quia non est contra rationem rei indivisibilis durare per modum durationis divisibilem, tum secundo quia hoc ipso quod Angelus debet conservari in tempore divisibili et non habeat ex se divisibilitatem intrinsecam potest illa mutuari a productione vel duratione, tum tertio quia proportio inter productionem et productum non debet esse in ratione entis sed in ratione finis naturali. Unde productio est accidens res producta substantia. Confirmatur quia conservatio et prima productio non est necesse quod differant realiter Cum utraque secundum id quod dicunt in recto sit datio esse sed potest Angelus conservari in tempore Ergo et produci Ex quo patet ad rationem dubitandi per secundam enim particulam rationis accipit esse 2do idem Angelus licet per illa non denominetur produci sed conservari

Difficultas prima est supponatur Angelus produci per horam Ergo in tota hora Angelus primo accipit esse quia hoc est primo produci et incipere, sed in prima semihora iam accepit esse. Ergo in secunda non primo producitur: et cum in qualibet particula horae semper detur alia quae sit prior, in nulla potest dici primo productus Angelus. Difficultas 2da est Angelus productus initio mundi duraturus per totam aeternitatem aut semper dicetur primo produci vel non: non primum quia est dissonum conceptui communi quis enim dicet mundum adhuc primo produci et sexcentis annorum adhuc primo produci, et annum incipere toto anno Non secundum quia non possumus assignare terminum quando desinit ab inceptione et incipit denominari conservari; nam si vere conservatur, debet incipere conservari. Pro solutione

Nota quando effectus conservatur ab eadem causa a qua fuit productus, prima productio et conservatio non dicas differre realiter sed tantum penes connotata et in obliquo quatenus conservatio dicat rem fuisse iam productam ante non item prima

productio: quare Conservatio secundum quod dicit in recto incipit simul cum prima rei productione. Quando autem ab alia producitur et ab alia Causa conservatur, tunc conservatio et prima productio realiter distinguuntur. Deinde Nota omnia ea quae incipiunt in tempore habere adiunctam conservationem saltem potentia cum prima rei productione quod sic explicatur. In tempore non datur prima pars sed quacumque data potest fieri divisio in priorem et posteriorem Deinde nulla est pars vel instans in illo tempore in quo non potest variari actio, illa per accessum alicuius agentis novi; ac proinde prima productio in tempore, saltem aequivalenter et in potentia est conservatio. Amplius nulla potest assignari particula temporis in qua sit solum productio Angeli et non etiam conservatio, eo quod quaelibet particula divisibilis sit in duas alias, quarum prima potest dici prima productio secunda conservatio; licet nisi fiat assignatio et separatio aliunde Angelus produci in hora, non sit actu formaliter conservatio secundum quod dicit in obliquo et de connotato. Demum hoc probatur quod in argumento dicitur in prima semihora supponitur productus Angelus fieri designationem productionis distinctam a conservatione quia in prima semihora potuit esse actio unius agentis in secunda alterius agentis, et sic erit conservatio distincta a prima productione secundum connotata et per aequivalentiam.

Ex quibus ad 3iam difficultatem R concedendo data ex suppositione quod non intercedit agens. Ad nonam R ex suppositione quod sit facta assignatio concedo quod acceperit esse adaequate in semihora cum per aequivalentiam in una hora possunt esse duae actiones una post alteram quarum prima sit prima productio altera conservatio: praescindendo ab assignatione nego quod acceperit esse adaequate in illa sed in tota hora.

Dices 1. Dum res primo producitur non potest destrui
Ergo ex suppositione quod producatur in una hora in ea destrui
non potest. R. distinguendo Antecedens, ex suppositione et in
sensu composito seu reduplicativo concedo. absolute et in sensu
diviso nego: sicuti dum res durat non potest destrui ex suppo
sitione quod duret, in utroque autem casu nullum est absurdum
quia suppositio non est Antecedens sed concomitans quatenus suppo
sito quod fluat hora et supposito quod producatur Angelus tota illa
hora verum est quod Angelus non possit destrui illa hora

Dices 2. Implicat duratio indivisibilis quia ea po
sita necessario res esset duratura per aliquod tempus, sed
si producatur in tempore etiam necessario res est duratura per
aliquod tempus nempe per illud in quo ponitur produci
Ergo implicat rem produci in tempore. R. distinguendo
maiorem necessario durabit tempore determinato et ex posi
tione alicuius antecedentis concedo; tempore indeterminato
vel ex suppositione alicuius consequentis et nego. distinguo item
minorem modo dicto et nego consequentiam; dum enim producitur
in tempore licet debeat necessario durare per aliquod tem
pus, potest tamen in quolibet instanti destrui et nunquam
determinabitur durasse tanto tempore nisi post, non autem ante
sicuti in casu de duratione indivisibili.

Ad 2dam difficultatem R. in similibus locutionibus stan
dum esse vulgi opinioni, qui non dicunt annum incipere pri
mis sex mensibus, nec Angelum creatum ab initio mundi nunc
fieri. Attenditur autem communis modus loquendi et conce
ptus in eo quod brevius tempus assignatur pro productione
quam pro conservatione rei et cum assignatione alicuius
temporis in quo posset variari actio et fieri realiter distin
cta a prima rei productione. quare Angelus productus ab
initio mundi non dicitur incipere et primo produci per totam
Aeternitatem, sed prima vel secunda die earum in quibus pro
ducta fuere omnia, et deinde hoc toto tempore dicitur con
servari

CXLXIII Quaeres 1. An possit aliquid incipere in tempore indeterminato immediate ante instans, uti et desinere?

℞. Cum Soares 3 p. tom. 3 d 8 s 2 et cum plerisque negative. Probatur. Non potest aliquid existere in solo tempore indeterminato. Ergo nec produci. Patet consequentia, quia dum res producitur existit. Probatur antecedens. Existere includit durationem. Sed non potest res durare solo tempore indeterminato quia quidquid est actu determinatum est. Ergo nec existere solo tempore indeterminato.

Dices. Res quae incipit extrinsece incipit in tempore indeterminato post instans. Ergo potest aliquid incipere in tempore indeterminato ante instans. ℞ distinguendo antecedens, solo tempore indeterminato nego; in tempore quoque determinato concedo; at res quae inciperet immediate ante instans existeret solum in tempore indeterminato. Difficultas haec mota est a quibusdam Theologis dum conantur assignare quando nam sacramentum conferat gratiam, cum enim sacramentum sit actio successiva atque adeo desinat per primum sui non esse, id est vere non detur in ultimo instanti in quo absolvitur; debeat autem conferre gratiam quando est nec possit conferri in alio instanti priori assignabili antequam perficiatur, dicunt conferre in illa parte indeterminata proxime praecedenti instans prolationis totius ultimi verbi. At quod responderi potest pro nunc in tempore aliquo determinato quo profertur, o in absolutione sacramentali producitur gratiam ita ut ante ultimum instans prolationis totius ultimi verbi sit iam producta gratia in paenitente.

Quaeres 2. Quomodo doctrina tradita de incep̄tione et desitione conveniat cum nostra doctrina quae negat instantia. ℞ in nostra sententia incipere et desinere intrinsece seu in instanti intrinseco est quidem incipere in tempore ~~...~~ primo vel ultimo quatenus immediate ante non fuit vel post non erit, ita tamen ut res non sit per partes sed tota simul

sic Angelus incipit intrinsece quia valet dicere in hac hora primo est Angelus, immediate ante non fuit; et eodem modo desinit intrinsece quatenus verum est dicere in hac hora est immediate post non erit. Quare in hac sententia non erit idem incipere in tempore ac incipere extrinsece; cum omnia incipiant in tempore.

Rx 2do incipere et desinere extrinsece est quidem fieri in tempore non quomodocumque sed per partes sui; quo posito res quae incipit per partes non potest ~~non potest~~ in eo tempore quo producitur dici primo esse eo quod tunc tantum hoc possumus dicere quando est tota simul; et propter eandem rationem non valet dicere ultimo est quia desinit per partes: quare oportebit dicere hac hora non est calor immediate post erit. Non negaverim tamen rei quae incipit et desinit intrinsece competere etiam posse modos loquendi inceptionis et desitionis extrinsecae, eo quod de Angelo posset dici; nunc ultimo non est immediate post erit item nunc primo non est immediate ante fuit. Adhuc tamen posset dici quod diverso modo conveniat talis inceptio extrinseca rei incipienti et desinenti per partes, et rei quae incipit simul. nam de Angelo usque dum dicitur nunc ultimo non est immediate post erit compatitur ut dicatur etiam nunc primo est quia indivisibiliter correspondet totis singulis partibus temporis sequentis, ubi non correspondet res quae fit per partes, quod satis est ut assignetur discrimen inter modos incipiendi et desinendi intrinsece et extrinsece. Itaque ut bene Aversa q. 30 de inceptione et desitione s. 7 primus modus incipiendi est quo res tota simul accipit suum esse, et secundum hoc suum esse deinceps permanet. et ad hoc requiritur ut cogitetur aliud tempus praecedens in quo res non erat et aliud sequens in quo res est. Secundus modus incipiendi est quando res successive et per partes ut dixi accipit suum esse ita ut non ab initio habeat totum suum esse secundum omnes suas partes sed prius quidem consideretur tempus in quo res nullatenus erat, deinde sequatur tempus in quo res

per partes adveniat non intellecto aliquo instanti medio inter non esse et esse rei: Hoc autem potest fieri dupliciter; nempe vel ita ut semper per adventum novae partis recedat prior pars, quo pacto se habet motus; vel ita ut permaneat et persistat semper, id quod acquiritur, sed adveniant successive novae partes et prioribus addantur, quo pacto acquiritur qualitas permanens, ut calor. Totidem sunt modi desinendi; primus est quo res tota simul post illud tempus in quo erat, amplius non est in tempore sequenti; secundus est quo res per partes et partes amittit suum esse, et prius unam deinde alteram. Hoc debet unum videri quod per ly nunc intelligamus partem temporis. Hora cum per Hurtadum et alios non solum sit praesens instans sed etiam pars temporis cur non potest per nunc intelligi tempus praesens.

Disputatio 2
de Alteratione

Alteratio tribus potissimum modis sumi potest primo pro quadam mutatione quae facit alterum et non aliud ratione cuius appellatur alteratio. quia ut Cap. de differentia docuit Porphirius differentia accidentalis facit alterum et non aliud essentialis aliud. Et in hac acceptione alteratio omnes mutationes accidentales complectitur ut Arist. 8 phys. c 3 t 26. Secundo sumitur strictius et in communi sensu pro mutatione illa accidentali quae est praedicamentalis cuiuscumque qualitatis ut habet Arist. 5 phys t 18. Strictissime vero et ad mentem Arist. alteratio est illa mutatio quae est ad qualitates complexionas subiecti et non ad perfectivas et ut inquiunt Conimbricenses hic c 4 q 7 a 1 quae fertur in qualitatem subiectam sensibus habentem contrarium ut apparet ex 7 phys t 17: qua ratione quando subiectum illuminatur non dicitur proprie alterari. quare hic t 29 phys et 12 de generat. t 10 definit alterationem

esse transmutationem in passionibus contrarijs aut medijs manente aliquo sensibili ut subiecto eodem. Nomine passionum intelligunt interpretes non solum primas qualitates sed etiam alias species contrarias: per vero medijs ut comprehendat non solum qualitates extremas oppositas sed etiam medias agnoscat enim Aristoteles colores medios inter extremos: quae quidem qualitates mediae licet non sint primario compleximi subiecti neque etiam via ad generationem; sunt tamen secundario propter connexionem quam habent cum primis qualitatibus.

Alterum differunt alteratio et generatio 1mo ex parte termini quatenus huius terminus est substantia vel substantiale quid illius accidens. 2do ex parte subiecti quatenus in generatione subiectum denominationis perit non item in alteratione: finis tamen alterationis est generatio, quatenus per alterationem introducuntur qualitates dispositivae pro forma substantiali sequenti

Quaestio 1
De Intensione et eius gradibus

Difficultas potissima est in hac disp. circa intensionem qualitatum; cum enim videamus et experiamur qualitates eiusdem speciei crescere seu intendi ut cum manus magis accedit ad ignem; inquiritur qua ratione id fiat an per additionem graduum an alio modo? et vero si per additionem graduum, ulterius investigatur qualesnam sint ij gradus?

Sectio 1
Quomodo fiat intensio Qualitatis?

Experientia ut dixi habemus dari intensionem eiusdem Qualitatis, quod idem habet ex Aristotele cap. de quali ubi concedit qualitatibus magis et minus; idemque patet ex qualitatibus superioribus, nam constat communi

tamen ut posteriores
prioribus coalescant
gradum permanentem
continuatam gradatam
...essione

communem Theologorum gratiam fidem spem intendi et augeri vide Soares disp 46 s 1. - Quare intensio est actio per quam perficitur qualitas circa idem subiectum; hoc est enim proprie intendi cum in eodem subiecto magis et magis perficitur qualitas secundum eandem partem subiecti: extendi vero est cum ad aliam et aliam partem subiecti quasi propagatur et plures eius partes informare incipit.

Apud Soares citatum s 1 n 2 et Hurtadum in praesenti d. 5 s 1

§ 3 Durandus et alii volunt intensionem fieri per hoc quod illa qualitas quae erat in subiecto pereat et illi succedat alia et alia perfectior vel individualiter vel etiam specie in eodem subiecto. Sed contra 1mo Omnis qualitas vel destruitur a contrario, vel defectu causae conservantis sive efficientis sive materialis; sed nullo ex his capitibus potest destrui qualitas praecedens ex adventu sequentis, Ergo praecedens non corrumpitur. Hoc patet non probatur quoad primum caput tum quia quintus gradus caloris v.g. est tantum contrarius quarto frigoris non autem quarto caloris; tum vero potissimum patet in qualitatibus non habentibus contrarium ut lumine. Quoad secundum etiam patet quia nec efficiens nec materialis defatigatur aut destruitur Ergo. Probatur 2do Sicuti in acquisitione maioris caloris deperditur prior qualitas, ita in deperditione maioris caloris debet succedere de novo nova qualitas minoris perfectionis: sed huius saepe non potest assignari causa Ergo. Probatur 3o Quando aqua calida redeunt se ad pristinum frigus, illum remissum calorem quem acquirit abscedente maiori, non producit ipsa aqua; non aer circumstans qui saepe est frigidus; non Deus quia non est entitas quae id exigat; neque aliquid potest aliud assignari Ergo. Fateor quidem aliquando in qualitatibus supernaturalibus fieri tali modo augmentum propter peculiarem rationem: cum enim qualitas misceri suo contrario quia habet suum contrarium sibi coniunctum

...i putant intensionem
... per solam abiectionem
...arii et pro se citant
... 3 Topic. docentem
... quae contrariis sunt.
...permixtiora esse magis
...a ut albius est quod est
...gro impermixtius
... bene reputat Ochamum
...primi dist. 17 q 6 quia
...ud quod nullum habent
...trarium intenduntur
...en ut patet in lumine
... nullum habens contrarium
...enditur et remittitur
...n habitibus supernatura
...us res videtur certissima
... satis clara quia ho
...us iusti charitas in
...ditur cum tamen nul
...m amplius sit con
...ium quod abiciatur
...ia statim ut primum
...cepit gradum charita
... totum peccatum
... ablatum, quod so
... potuit charitati
...ernaturali esse re
... contrarium
Autem per qualitatem
...quam duplici modo
...se intelligi permixta
...e suo contrario
... per veram compenetrationem
...n contrario et sic qua
...as dum intenditur non po
...t dici fieri magis im
...mixta suo contrario
...ia nulla qualitas hoc
...do et contrario com
...itur.
...do intelligi potest
...um in eodem subiecto et hoc sensu dici potest quod quo magis intenditur qualitas quae ha
...et contrarium eo minus permisceatur suo contrario, non quod ipsa intensio consistat in ista
...ntrarii expulsione sed quia eo etiam plus de qualitate contraria expellitur quo plus ipsius
...alitatis introducatur

Ratio
a ...rio acci...
...deus est
...explica...
...cum ... ini...
...illa super...
...remittitur
... Causa ...
...du Quali...
... quod ind...
... constat...
... esse ...
... et ...

q̄ habitus augeantur etiã per actus remissos et iuxta durationem eorundem, fit ut nisi admittatur augmentum per accessũ novæ qualitatis perfectionis in sua entitate et abscessũ imperfectionis quam eminenter continet debeas admittere quasi infinite intendi habitũ supernaturalem ut gratiam charitatem et si quã hora eliciens actũ charitatis ut ostendunt bene theologi in materia de augmento charitatis quod tamen non est opus admittere in qualitatibus naturalibus quarũ subiectũ et virtus productiva limitata est et non augentur a minoris perfectionis qualitate

Apud eundem Suares et Hurtadũ s2. autores aliqui volunt intensionem fieri per hoc quod qualitas secundũ essentiam invariata acquirat successive perfectionem et perfectionem existentiam. Sed contra quia hæc sententia supponit existentiam distingui ab essentia plusquam ratione cuius contrariũ ostendemus in Metaphysica. 2do vel existentia nova adveniens est divisibilis vel indivisibilis: si primum ergo sicuti dantur gradus in ipsa existentia ita dari poterunt in qualitate tota. si secundũ debebit adveniente nova existentiã dependi prior, et huc redeunt argumenta facta contra durandum. Ratio a priori est quia existentia nihil auget virtutem activã essentiæ sed tantũ illa ponit extra causas. Ergo illa nihil iuvat ad intensionem

Thomistæ plerique apud Suares citati quos etiam sequitur valentia 2da 2dæ d. 3 q2 punct. 3 Salas 1a 2dæ tract. 7 d 4 s 4 dicunt intensione fieri per maiorem radicationem qualitatis indivisibilis ad subiectũ,/ quatenus eadem qualitas magis radicatur vel magis unitur magis educitur de [illegible] vel ut Caret. subiectũ sub- q̃s subiiciat [illegible] et perfectius [illegible]
Sed contra 1mo. vel in intensione acquiritur aliquid

Ratio
a Unio accidentis ad subiectũ consistit in eo quod educatũ e potentia subiecti et ab ipso subiecto sustentatur unde hoc ipso q° accidens est connaturaliter productũ habet omnem sustentationem necessariam à subiecto et consequenter omnem unionem nec explicari potest quid post aliquod tempus subiectum amplius tribuat accidenti quam tribuebat statim in initio cum initio subiectũ tribuerit sustentationem sufficientem, unde si postea tribueret sustentationem fortiorem esset illa superflua, unde non naturalis, cum natura abhorreat à superfluo. Hoc dici potest q° efficiens de influxu remittat. Quia si efficiens remitteret de suo influxu, sequeretur q° postea sufficeret ad istum effectũ conservandũ causa efficiens minoris activitatis quam fuerit causa istũ effectũ producens q° tamen est falsũ.
2a Qualitas secundũ thomistas est indivisibilis. Ergo non potest magis et magis uniri subiecto hoc ipso enim quod indivisibile est unitum subiecto, tam multũ unitũ est quam potest uniri, unde explicari non potest in quo consistat maior ista radicatio vel ista maior unio. Dicat Salas 1a 2dæ d 4 s 4 tract. 10 n 80 unionem accidentis esse divisibilem et habere partes et sic continuo augeri productione novæ partis quod mere gratis asseritur nec explicatur quomodo unio rei indivisibilis habeat partes. Adde q° ex hoc sequeretur intendi ipsã unionem et non qualitatem

agendi ergo intensio non est nisi per novi modi introductio.

de novo vel nihil: non secundum quia intensio qua est motus esset frustra et acquisito termino cessare debet omnis motus. Item in homine iusto intense Deus sibi magis complacet quam in ipso remisse iusto. Ergo realiter videt Deus aliquid in illo existere quod realiter videbat non existere antea in illo. Non primum quia vel illud quod producitur est pars qualitatis eiusdem et hoc est quod volumus: vel est aliquid aliud; sed nihil potest aliud assignari. Ergo.

Dices. Alterationem intensivam fieri per productionem novae unionis perfectioris quae magis quasi infigat qualitatem praecedentem subiecto. Sed contra primo quia hoc modo omnis calor separatus a subiecto esset aeque intensus, nullus enim haberet radicationem seu unionem: consequens autem constat esse falsum in consecratione panis et vini minus calidi et magis calidi. Item non possent species consecratae magis calefieri si intensio formaliter consisteret in unione, supposito quod accidentia non subiectentur in quantitate. 2do quia vel adveniente nova unione destrueretur prior vel non? si secundum ergo eodem modo dici poterat de gradibus qualitatis: si primum incidunt in inconvenientia adversarii. Ratio a priori est quia unio non est operativa ergo nec maior unio magis operativa; neque etiam confert vires activas sed unit illas subiecto. Idem dici potest de quocumque alio modo quem dicunt aliqui Thomistae produci per intensionem: nam vel ille divisibilis vel indivisibilis est: si divisibilis idem potes dicere de ipsa qualitate; si indivisibilis, non evitas inconvenientia adversarii, et praeterea frustra fingis talem modum. Ergo. Deinde modus iste non confert vim virtutem activam; sicuti enim calor

[margin:] ... intensione accedit motus. Confirmatur quia cum modi ... non sint operativi non ... tribuere subiecto ... maiorem vim intrinsecam ... operandi ... subiecto quod ex se ... illam non confert ad ... calor ... aqua magis radicatus ... est a quo ille ... calor maiorem vim ... accipiat quam ... habuerit, quia si ... ipsi accedat ... unius magis vel in subiecto ... potent conferre ad ... maiorem vim operandi ... potius deberet ... impedire maior ... radicatio in subiecto non ... et repugnante

per similem modum non operatur in mea manu ita nec mea manus per talem modum redditur operativa seu magis calida et potens magis calefacere alterius manum

Dices 2. si non consistit intensio in maiori radicatione in subiecto, sequitur qd etiã calor separatus posset intendi sed hoc est contra Arlem qui cap. de quali dicit abstracta non suscipere magis et minus. Item verum esset dicere calor ut duo est magis calor quam ut unum quod etiã est falsum. R. cum Soares quoad rem spectat verum est ipsam formam caloris esse magis et minus perfectam quoad integritatem non autem quoad differentiam essentialem: quare si per magis calorem intelligas differentiam essentialem et perfectionem, nego calorem ut duo esse magis calorem quam unum si autem intelligas solum quoad integritatem concedo. Ad Arlem R. illum bene dicere abstracta non suscipere magis et minus, quia intensio non fit naturaliter nisi in subiecto et talis actio quia est qualitatis in subiecto vocatur proprie intensio. Ceterum supernaturaliter potest etiã fieri augmentum in qualitatibus existentibus extra subiectum, an autem hoc dicenda sit intensio est quaestio de nomine. Quare

Dicendum intensionem fieri per additionem gradus ad gradum ita Soares citatus et Hurtad. s. 4 apud quos plurimos pro hac sententia reperies. Probe primo ex Arte supra citato et 3 caeli t. 11 ubi ait omnis gravitas gravitate maior est. Probe 2do ex rejectione aliarum sententiarum et modorum explicandi intensionem

Obijcies 1 Arlês 4 phys t 81 ait calidum fieri magis calidum nullo calido adveniente. Item 5 phys t 19 ait magis et minus in intensione esse ex eo quod plus vel minus inest contrarij. R. ad primum nomine calidi intelligi subiectum qd in intensione nil

adveniat denuo. Ad 2um dico Aristotelem loqui in sensu materiali et concomitanter non formali, eo quod intensionem comitetur deperditio contrarij.

Obijcies 2 Essentia consistit in indivisibili Ergo non potest suscipere magis et minus. R. distinguendo Antecedens quoad praedicata essentialia concedo et quam formaliter. quoad entitatem materialem et physice acceptam nego; idem argumentum fit de essentia quantitatis et hominis quarum prima est divisibilis in partes integrales, secunda in essentiales

Obijcies 3 Duae formae solo numero diversae non possunt esse in eodem subiecto. Sed si intensio fieret per additionem partis ad partem, hoc eveniret Ergo. R. distinguendo maiorem duae formae solo numero diversae integraliter acceptae concedo; duae formae diversae non integraliter acceptae nego. Omnes autem illae partes et gradus qualitatis efficiunt unam qualitatem integralem, ita ut in reipsa non sint plures formae sed una habens plures partes integrales

Obijcies 4 Quantitas extenditur localiter non per novas partes quantitatis ut diximus in rarefactione. Ergo etiam qualitas poterit intendi non per novam partem qualitatis. R. negando consequentiam ratio est quia qualitas non debet comparari cum quantitate nisi in quantum quantitas consideratur iuxta extensionem in ordine ad se, non autem in ordine ad locum, quae extensio ultimo et formaliter provenit ab ubi; comparata autem qualitas cum quantitate prout consideratur iuxta extensionem in ordine ad se est paritas

Dices Quantitas extendi potest per additionem novae quantitatis in infinitum Ergo et intendi qualitas in infinitum. Aliqui admittunt totum; alij negant consequentiam

ob defectu agentis naturalis: Suares vero ait id nos nunquam vidisse. Ego resp. negando sequelam. Ratio disparitatis est quia hoc ipso quod addantur partes quantitatis adduntur etiam partes substantiae id est materiae cui quantitas est coaeva et inhaeret: at cum intensio fiat in eadem parte subiecti, idem omnino subiectum minime ... intenderetur supra capacitatem suam quae est limitata naturaliter usque ad octo gradus ut communiter statuunt philosophi. Porro oritur limitatio ex eo quod intensio sit ob bonum compositi substantialis quod limitatam exigit intensionem cum ipsum sit limitatum, et sic infinita intensio esset contra finem naturae

De mente S. Thomae variant hac in re auctores vide Hurtad. qui peculiari sectione ostendit S. Thomam fuisse pro nostra sententia

Sectio 2

An gradus qualitatis sint heterogenei?

Controversia maxima est inter Vasquez et Suarez quorum ille 1a 2ae d. 82 vult omnes gradus esse omnino homogeneos et eiusdem rationis secundum omnia, non secus ac duas partes quantitatis. Hunc sequuntur Conimbricenses 1. de generat. c 4 q 2 a 3. Rubius ibid tract 3 q 6 Fonseca 8 metaph. c 3 q 2 s 3. Suares vero citatus d 46 s 1 n 38 admittit gradus illos habere aliquam heterogeneitatem et dissimilitudinem ac subordinationem inter se, quem sequor in re ipsa Hurtadus d. 5 s 6. Arriaga d. 2 s 5 et alii recentiores. Pro intelligentia

Suppono cum communi gradus qualitatis non differre inter se specie. Ratio est tum quia cum latitudo graduum sit divisibilis in infinitum, infinitae essent species qualitatis in calido ut octo; propterea Aristoteles 5 phys t 31 ait omnis

dealbatio omni dealbatio ipsi idem est specie, tum quia quae specie differunt non possunt inter se continuari qualiter continuari debent gradus qualitatis. Triplex enim unio intervenit in qualitate 1ma quia gradus uniuntur subiecto 2da quia partes qualitatis inter se ita uniuntur ut una immediate altera mediate primum uniatur sicuti ipsae partes quantitatis ad cuius extensionem extenditur etiam qualitas 3tia denique quia gradus primus unitur immediate secundo gradui et secundus tertio in eadem parte subiecti. Praeterea

Suppono totam latitudinem graduum cuius qualitatis divisam esse a philosophis in octo gradus ut dixi, ut sic facile loqui possent de eiusmodi gradibus et de tota intensione. Hoc posito propono fundamenta rasqueri et aliorum qui omnimodam in gradibus reperiunt similitudinem

1mo Si intelligerentur in eodem subiecto partes quae sunt in duobus, intelligeretur forma perfectius esse et perfectius operari. Ergo ad intensionem non requiritur dissimilitudo sed tantum multiplicitas graduum in eodem subiecto

2do Sequeretur primum gradum differre a secundo plus quam numero nam magis differt primus gradus a secundo quam ab alio primo in alio subiecto.

3tio In sententia Suarez et Hurtadi primus gradus non posset produci nisi a primo; sed hoc est contra experientiam. Ergo. Probatur maior si Deus in aliquo subiecto calido ut octo auferat primum gradum caloris velitis nolitis vel illud calidum posset in alio subiecto producere primum gradum vel non. Si non habemus intentum. Si potest ergo reliqui gradus continent eminenter primum quod patitur suam difficultatem ut videbimus infra. Probatur nova argumentum calidum ut octo producit celerius primum gradum quam calidum ut unum teste experientia. Ergo signum est quod ad calorem ut unum omnes gradus concurrunt

4to Gratia non augetur per gradus absimiles Ergo nec ceterae qualitates consequentia patet a paritate rationis

Antecedens probatur. demus hominem per actum intensum amisisse gratiam merendo octavum gradum, qui efficiat remissum gradum eleemosynae, per illum merebitur partem noni gradus. tunc sic si gradus sunt dissimiles sequitur actu remisso eleemosynae mereri hominem de condigno plus quam actu charitatis intenso nempe gradum perfectionem quod est difficile.

5to Si gradus sunt heterogenei oporteret assignare quis gradus caloris cui frigoris opponatur ex natura sua ita quod non quilibet gradus caloris quemlibet frigoris expellat: sed hoc non potest assignari Ergo. Dicunt communiter primum gradum frigoris opponi octavo caloris et vice versa. Sed contra quia tunc sequitur dici non posse ut si Deus in aliquo subiecto ponat nonum gradum caloris, ut nonus ille gradus connaturaliter expellatur ab illo agente naturali, et consequenter nec octavus nec alii gradus inferiores eo quod ipsi subordinentur etiam in expulsione sicuti in introductione. probatur sequela primus gradus frigoris opponitur octavo sed infra primum nullus est alius. Ergo nullus opponetur nono gradui

6to Si daretur in subiecto primus tertius et septimus gradus convenientne inter se vel non? quidquid dicas est difficultas.

7mo Si gradus sunt heterogenei ergo etiam omnes partes quae sunt in illis distinctis erunt heterogeneae, ita ut nulla sit per omnia similis alteri. Sed hoc non potest dici Ergo probatur minor. Hac ratione daretur infinitum in numero: deinde daretur infinitum actu in qualitate intensione: nam si omnes partes sunt infinitae et una dicat maiorem perfectionem intensivam supra aliam, sequitur infinitam esse illam perfectionem intensivam

Ultimo vel secundus gradus praedicat nullum habet aliud praedicatum supra primum nisi quatenus petit praesupponi primum: vel certe in ipsa ratione caloris habet activitatem maiorem et praedicatum aliquod quod non habet primus. Neutrum dici potest Ergo non sunt heterogenei. probatur minor Non primum quia alias duo gradus ut octavi acceptis et diversis subiectis et positi in uno et aliis inter se tam bene calefacient et eundem communicabunt effectum formalem

quem dat primus et secundus gradus eo quod illa subordinatio nihil addat quoad effectum formalem et quoad perfectionem et virtutem calefactionis: non secundum quia si secundus gradus in ipsa ratione caloris est perfectior. Ergo debet habere omnem perfectionem positivam quam habet primus gradus, et ultra adhuc aliquam maiorem. Ergo iam frustra ponitur primus grad. quando quidem secundus habet totum id quod primus et aliquid ultra. Et hoc est secundum gradum continere formaliter primum quatenus habet similem formam et similia praedicata. et ultra infertur quod sufficienter secundus gradus possit producere primum cum illum contineat et formaliter et eminenter.

Nunc ponamus fundamenta Soares et Hurtadi

Primum est nisi gradus essent Heterogenei, nulla esset ratio cur applicato agente ad passum producatur potius hic gradus quam alius, et cur prius octavus corrumpatur quam alius

2dum quia ut inquit Hurtadus in communi omnium opinione qualitas plus perficit intensione quam extensione quia qualitas intensa plus operatur. sed in sententia contraria non esset magis perfecta intensa quam extensa. Ergo pbz. etiam maior qualitas intensa nulla potest quod non potest extensa et disponere ultimo, perfectius operari et

3tium hoc agens remissum posse intendere subiectum intensius cuiusque experientiae repugnat. Ergo pbz maior ponatur calidum ut unum applicatum calido ut duo, poterit in illo producere unum gradum caloris cum sit activum: at per hanc productionem illius gradus calidum ut unum evadit intensius ut tria. Ergo subiectum intensius poterit intendi a remissiore qualitate hoc pbz quia nulla potest afferri ratio cur non possit id fieri. Confirmatur posset illud calidum ut unum producere tres gradus in diversis subiectis. Ergo et in eodem. Neque dicas hac ratione simile ageret in simile nam contra est quia hoc ipsum est quod infertur et quod putatur absurdum ut videbimus

infra. Dicunt aliqui recentiores in dicto casu agens calidum ut cum non posse producere tertium gradum quia licet passum sit in potentia ad tertium gradum non est tamen in potentia in ordine ad quodlibet agens. Cuius rei ratio est quia agens quando est subordinatum alicui uti est qualitas substantiae tantum potest agere in quantum inservit ut dispositio ad assimilandum effectum illi cui subordinatur. Quare calor tantum potest producere in alieno subiecto quantum habet esse in se et disponere subiectum pro ea forma quae est in tali subiecto. Sic aliquod subiectum habens formam exigentem calorem ut quatuor non potest producere quintum gradum caloris in altero subiecto habente iam calorem ut quatuor, quia faceret resultare aliquod totum diversum à se et dissimile et sic non ageret iuxta finem naturae qui dedit illi vires ad agendum ut disponat subiectum pro forma simili illi quae est in eodem subiecto. Sed contra saltim hoc non valet in casu quo qualitas est violenter in aliquo subiecto ac proinde non ut agens illi subordinatur uti est calor in aqua ergo saltem calor in aqua ut quatuor potest in alieno subiecto producere calorem ut quinque. Deinde iuxta hanc solutionem frigus ut unum in aqua posset producere frigus ut quatuor vel septem in alieno subiecto quia ut quatuor vel ut septem est dispositio pro forma aquae.

Item sic potest dari calori infinite intensus. Probatur supposita ponat Deus totum calorem qui est in aliquo ligno diffusus ut unum in unica parte subiecti tunc sic in illo casu sunt infiniti gradus caloris potentes facere intensionem in una parte subiecti ergo illud subiectum est infinite calidum. Ergo calor infinite intensus.

Item qui habet intensionem beatitudinem perfectius videt Deum. Ergo intensio illius visioni est dissimilis alteri visionum [illegible] remissiori. Probatur consequentia quia si esset similis non videremus Deum perfectius. Demus enim sex beatos singulos cum visione ut tria, demus alium cum visione ut octodecim, hic perfectius videt Deum quam alii sex

cum tamen alij habeant tot gradus vero nisi quam hic
ergo hic habet nisi non perfectius ve pul sentantem Deum
quam alij. Ergo dissimilem in gradibus.

Dicendum probabilius esse gradus quali
talis esse heterogeneos inter se. Ratio quid me movet
primo est hic primus gradus caloris v.g. oppositum de
terminare octavo gradui frigoris quem a subiecto
expellit et non oppositum veli quis. Ergo primus gradus
habet aliquod praedicatum quod non habet secundus
qui tantum oppositum septimo.

Dices Ex se primum gradum caloris habere aequalem
oppositionem ad quemcumque frigoris; introducto autem primo
gradu caloris in subiectum, hic est determinare quisnam
ex gradibus frigoris debeat expelli et ordinarie quidem
ille expellitur qui ultimo introductus fuit et vocatus octavus;
ac proinde oppositio in qualitatibus non est proprie inter
gradus et gradus, sed inter qualitatem et qualitatem spe
cifice consideratam et ratione subiecti quod non est capax
naturaliter nisi octo graduum. Sed Contra Non
repugnat gradus ita se habere ut ex principijs intrinsecis
primus caloris repugnet octavo frigoris. Ergo debemus
dicere de facto ita se habere gradus, quandoquidem quod
connaturalius est Deus fecisse credimus, nisi evidenter
constet contrarium.

Dices 2 Sicut Causa prima determinat
Causam secundam quoad individuationem, ita etiam
debemus dicere Causam primam determinare quoad
individuationem quisnam e gradibus qualitatis con
trariae debeat expelli. Sed Contra Disparitas
est nam hoc ipso quod effectus qui continentur
in Causa secunda habent omnimodam similitudinem
non videtur esse maior ratio cur Causa secunda
sit potius determinata ad unum quam ad alterum
vel ad unum prius quam ad alterum: at vero in nostro
Casu videtur esse valde rationabilis illa oppositio

graduum. Adde quod in primo casu communis est
sensus hominum qui concipiunt sine differentia et ordine
effectus in causa contineri

Ratio 2da est supra quarto loco posita. Et confir-
matur; si decem corpora quorum quodlibet habeat calore(m)
ut unum penetraverint se, poterunt producere in subiecto
applicato calorem ut decem. Amplius si corpus redige-
retur in punctum (quod plerique autores concedunt) sequitur quod
illud corpus si habuit calorem ut unum diffusum per omnes
partes, posset in proximo subiecto applicato producere infi-
nitum calorem. Hoc autem videtur implicare. Sequela probatur
quoad primum quia hunc temporis rure essent simul decem
gradus caloris et in secundo casu essent infiniti. Ergo pos-
sent producere effectum respondentem tali activitati

Dices illi gradus producti non univentur inter se,
multo minus gradus qui sunt in agentibus, quare non sunt for-
maliter maioris virtutis illi calores. Sed materialiter et
per accidens quatenus virtus collecta est fortior quam
dissipata ad resistendum nempe facilius contrario et con-
trariis circumstantiibus ut apparet in duobus carbonibus
qui simul iuncti facilius resistunt contrario et se
diutius conservant. Sed contra unio nihil addit
ad maiorem activitatem. Ergo si gradus ex se sunt
aequalis perfectionis et nobilis sive uniantur sive non
aequaliter operabuntur. Vide Hurtadum qui fuse probat
ex unione praecise non posse desumi rationem perfe-
ctionis activitatis. Atterum ex hoc ipso quod duo gradus
ut unum non petunt sibi immediate uniri etiam simul
positi, sicuti petit primus et secundus, arguitur pri-
mum et secundum habere aliquod praedicatum
quod non habent duo primi gradus.

Ratio 3tia superius adlata a Soares habet etiam
suam vim.

Ratio 4ta est satis efficax et est haec. Ex contraria
enim sententia sequitur de nihilo tolli actione et reactione
qua nihil frequentius experimur, et de qua infra; vel saltem
non bene explicari et solui argumenta contraria partis

Hoc est, quod si agens frigidum et calidum applicentur sufficienter ad agendum et reagendum in se mutuo, non possit sequi inter illa duo agentia actio et reactio, vel saltem non sine motibus contrarijs aut supra subiecti capacitatem. Probatur sequela et ponamus agens calidum extensionem habens quasi palmorum et in tota illa extensione calorem ut octo; ponamus etiam agens frigidum cum eadem extensione et intensione, insuper quod agens calidum per qualitatem in omnibus suis partibus possit agere in omnes partes agentis frigidi et agens frigidum in omnes partes agentis calidi. In hoc casu non poterit calidum agere in frigidum et simul repati a frigido saltem in aliqua notabili intensione. Ergo. Probatur antecedens nam si agens frigidum incipiat producere aliquid frigiditatis in subiecto calido et simul expellere aliquid caloris ab illa parte proxime aplicata scilicet octavum gradum, statim agens calidum per virtutem existentem in reliquis partibus iterum producet ibi illum calorem et expellet frigus. Ergo impedietur reactio saltem notabilis. Consequentia est evidens. Antecedens probatur quia nulla potest assignari causa quae impediat talem actionem, nam in primis agens est in actu habens sufficientem virtutem nempe reliquas partes agentis calidi habentes calorem ut octo sydem ab illis uncial caloris est expulsus; deinde passum est in potentia nempe illa pars agentis calidi a qua ille octavus gradus est expulsus carens tali gradu quem possunt producere reliquae partes agentis calidi, ac per consequens multo melius poterunt agere circa istam partem ex qua octavus ille gradus est expulsus cum illam habeat sibi unitam et proximiorem. Ergo statim agens calidum expellet a se illam particulam frigiditatis productam ab agente frigido cum nullum possit assignari impedimentum talis actionis. Quod idem contingit in agente frigido respectu calidi unde non poterunt talia agentia contra se invicem pugnare saltem producendo aliquam notabilem intensionem quod est contra experientiam.

Dices. Argumentu videt eodem modo habere vim
contra gradus heterogeneos: nã etiamsi ille gradus octavus
expulsus sit heterogeneus, manent tamen in partibus reliquis
gradus octavi heterogenei potentes producere illu amissu.
R. in nostra sententia quod facile salvetur actio et reactio
inter talia agentia. et reddit ratio cur illud agens calidu
restaurare non possit damnu illud ab agente frigido illatu.
nam ut supponimus gradus superiores pendent ab inferioribus
qui praesupponuntur, et sine quibus existere non possunt
naturaliter saltem: unde si semel incipiat agens frigidu
expellere aliquid de octavo gradu sive octavu gradum
in parte agentis calidi et in illa agat successive et
continue, nullo modo poterit agens calidum restaurare
illud detrimentum expellendo illam frigiditatem producta
ab agente frigido: nam hoc debet facere. producendo
in tali parte octavu gradu caloris cumque in illa eadē
duratione quando deberet producere illu octavu gradu,
agens frigidu expellat septimu caloris ex illa eadem
parte producendo secundu frigoris gradu, et octavus de
pendeat à septimo; non poterit tunc illud agens calidu
producere octavu in illa parte; nec postea poterit pro
ducere septimu quia tunc agens frigidu expellet sextu
caloris ex illa parte producendo tertiu frigoris, quousque
tandem illa duo agentia ita remittantur ut in aliquo ex illis
desit virtus ad intendendu ulterius qualitatem productam in
passo approximato et tunc reparetur damnu illatum. Ubi
nunquam videbis aliquam partem ex illis agentibus manere
simul motibus contrariis id est simul calefieri et frigefieri
postquam incepit actio et reactio utriusque agentis. quod
tamen in opposita sententia difficilime salvatur; nam du
per te agens frigidu expellit septimu caloris, poterunt
vicinae partes calidi introducere in subiectu aliquē gradu
qui non praesupponat necessario septimu, sed sit ejusdem qualitatis
rationis cum septimo et sic semper manebunt septem
gradus caloris in illo subiecto.

Sectio 3

Respondetur ad argumenta Contrariæ Sententiæ

Nunc respondeamus ad fundamenta contrariæ sententiæ

Ad primum negatur Antecedens seu ut Hurtadus §. 70 distinguitur Antecedens si duo gradus primi intelligentur eadem parte subiecti intelligerentur perfectius operari per accidens sicuti de facto omnes unus uniti et conspirata concedo; per se et ratione maioris perfectionis nego.

Ad 2dum negatur Antecedens esto enim plus differat primus a secundo quam duo primi inter se hoc tamen non arguit nisi in ipsa ratione et distinctione individuali esse aliquam latitudinem, Ratio est quia distinctio specifica tunc est quando notabiliter inter se duo differunt iuxta prædicata notabilia, non autem quando quomodocumque inter se differunt,

Ad 3tium pro nunc R. primum gradum posse produci a secundo, neque continentia virtualis impedit quominus ponatur illud quod est formaliter tale. Patet ignis habendo lucem est eminenter calidus et etiam habet formaliter calorem.

Ad 4tum Respondet optime Hurtadus § 86 negando Antecedens et posito casu distinguitur sequela: sequitur actu remisso plus mereri quam actu intenso spectato actu quoad suam entitatem concedo, spectato quoad valorem nego; nam actus illius hominis hoc ipso quod procedat ab homine habente gratiam ut octo est maioris valoris et plus meretur quam actus charitatis qui procesit ab homine grato ut unum. Ratio est quia actus supernaturales non augent physice habitus suos vel gratiam sed tantum moraliter; potest autem in ratione morali aliquis actus etiam minus intensus esse dignior et magis meritorius quam intensus, eo quod ad meritum et valorem spectetur cumprimis dignitas personæ et gratia in qua est.

Ad 5tum nego minorem Ad replicam dico concedendo si Deus per potentiam obedientialem elevaret subiectum ad recipiendum nonum gradum, in dicto casu a nulla causa naturali expellendum nec illum nec alios; sed hoc nihil est absurdi: verum quidem est quod subiectum et gratitas

contraria peteret ut Deus subtrahat suum concursum conservativum talis gradus ad hoc ut res redeant in statum naturale

Ad 6tum R naturaliter non posse primum tertium et septimum quin ponantur intermedij gradus, quid sit an id repugnat de potentia absoluta: posito autem casu dico illos non minuendos inter se mediate minore intensiva, quia non subordinantur illi gradus mediate sibi. qualis autem tunc futura esset intensio patebit ex dicendis

Ad 7mum R concedendo maiorem et negando minorem ad probationem minoris concedo primam partem alteram nego. Ratio est quia quantumcumque primo gradui accedant partes perfectiores et perfectiores in infinitum, accessus tamen iste fit per partes proportionales et indeterminatas, non autem per determinatas infinitas. Itaque in tota illa latitudine octo graduum non assignabis infinitas partes perfectiores et perfectiores extra se sicuti dixi de quantitate: et quemadmodum medius palmus antequam fiat palmus fit maior et maior per accessum infinitarum partium, neque tamen palmus est infinite extensus quia accessus ille fiebat per partes proportionales: ita etiam licet primo gradui antequam intendatur ad octavum, accedant infinitae partes perfectiores, quia tamen sunt omnes proportionales et non assignabiles, non faciunt intensionem infinitam. Instantia bona est in contraria sententia. Sicuti enim nos admittimus in calore partes infinitas quarum una sit perfectior altera: ita illi debent admittere partes infinitas aequales in perfectione. Cur ergo ex illis non consurgit infinita intensio, quandoquidem ad infinitum non requiritur nisi infinitae partes aequales nisi certe non communicantes etc.

Ad 8vum R. Secundum gradum caloris in ipsa activitate esse perfectiorem primo, ac proinde eminenter continere primum quam etiam ob rem potest illum producere in alieno subiecto una cum primo posito in hoc subiecto: vel etiam si de potentia absoluta poneretur secundus gradus solitarie posset tunc primum producere, et in forma respondendo

concedo secundum gradum in ipsa ratione individuali calo ris esse perfectiorem, nego tamen fore superfluum primum gradum, et nego secundum formaliter continere primum; continere enim formaliter in praesenti est habere omnia praedicata positiva in se quae habet alterum in similitudine: ita calor continet formaliter calorem, et ideo dicitur causa univoca quia habet omnia praedicata effectus in se quoad similitudinem. gradus autem secundus licet contineat aliqua praedicata positiva primi gradus in se quoad similitudinem, non tamen continet omnia: nam primus gradus habet hoc quod non sit subordinatus alteri; deinde et potissimum primus gradus caloris nunquam habet oppositionem peculiarem cum octavo frigoris, ratione cuius praestat aliquem effectum quem non praestat secundus caloris. Quare iam non est superfluus primus gradus quemadmodum foret superflua anima sensitiva in materia adveniente rationali eo quod rationalis anima praestat formaliter quod praestat sensitiva in ordine ad totum compositum, non item secundus gradus ea omnia quae praestat formaliter primus.

Dices 1 si inter gradus datur subordinatio debet etiam dari inter partes gradus qui sunt infiniti et sic contra Philosophum 2 Metaphysicae in causis subordinatis dabitur processus in infinitum

Respondeo verum esse ~~sed~~ hanc subordinationem non implicare nec esse contra philosophum qui solum in causis totalibus et non communicantibus vetat subordinationem in infinitum quia alias non posset deprehendi primus motor

Dices 2 si gradus sunt subordinati inter se et secundus virtualiter et eminenter contineat primum etiam primo deberet esse subordinatus alius quem contineret eminenter et quem praerequireret ad sui positionem. Respondeo potest variae pro nunc dico si loquamur de partibus proportionalibus semper una pars, verius in infinitum praesupponit aliam, eo quod sicuti verius in infinitum qualitas est divisibilis in infinitum, sic etiam una pars praesupponet alteri. Si vero loquamur de partibus certis et determinatis

natis concedo deveniri ad aliquã partem certam et determinatam quam vocamus primũ gradũ, qui non praesupponat aliquã partem eius magnitudinis et intensionis. Atteñ cum nihil producatur nisi determinatũ et certũ, hoc ipso qd producatur aliquid de calore, iam producitur et pars praesupposita et illa quae praesupponebat aliam

Ex dictis Collige 1mo gradus intensionis habere inter se naturalem subordinationem per dependentiam posteriorũ et perfectiorum a prioribus et imperfectioribus, non vero e contra. Insuper octavũ gradum caloris opponi primo frigoris septimũ secundo &c. Ratio est ut dixi quia posita hac subordinatione et oppositione efficax redditur ratio cur ad introductionem primi gradus frigoris expellatur octavus caloris: redditur etiam ratio cur producantur prius imperfectiores quia nimirũ non pendent a posterioribus et perfectioribus. Et hoc indicat ipsũ nomen gradus namque qd primus secundus &c sit quasi via et scala per quam ad summũ calorem ascendit subiectũ

Collige 2do ex dictis octavũ gradũ reliquos omnes continere virtualiter et eminenter et habere virtutem illos producendi, cum constet calidũ ut quatuor citius et facilius et ad maiorem distantiam producere primũ gradum quam calidũ ut unũ

Dices Octavus gradus caloris ex se perfectior est praecedentibus ergo solus octavus aequivalet reliquis omnibus septem, et illos superat. Ergo si daretur solus octavus in subiecto, daretur calidũ ut octo ac per consequens superflui essent reliqui septem. R. distinguendo primum consequens aequivalet reliquis omnibus quoad virtutem quatenus potest in alieno subiecto producere vel etiam proprio omnes gradus concedo: quoad virtutem resistendi determinate omnibus gradibus nego: nam octavus non opponitur nisi primo contrario ut dixi; unde fieret ut accedente quocumque agente frigido potente producere primũ gradũ subiectũ omnem penitus calorem deperderet. Ad 2dam Consequentiã dico fore calorem ut octo sed non calidum ut octo quia ad hanc denominationem requiruntur in contin

modo loquendi omnes gradus antecedentes in subiecto. Ultima Cusquitra nego Cuius rationem reddidimus supra

Sectio 4

An Alteratio sit motus continuus tam intensive quam extensive?

Sensus quaestionis est an calor ut qualitas in eadem parte subiecti et idem calor ut qualitas in diversis partibus subiecti producatur motu continuo, ita ut productio illa non interrumpatur? an certe per instantia interpolata quasi quibusdam moruli fiat productio caloris? porro successio duplici potissimum oritur ex capite 1mo ex distantia agentis et passi, quod quia per approximationem paulatim minuitur, ideo successive in pluribus partibus subiecti agens operatur. Huc revocat Soares d 40 s 3 n 17 libertatem agentis volentis actum primum productum continuare. 2do ex resistentia contrariae qualitatis quod quia supponitur esse in subiecto resistit contrario agenti et sic agens non simul producit qualitatem

Dicendum Alterationem esse motum continuum tam extensive quam intensive. Est Soares citati Rubius tract 3 q 2 Conimbr. hic c 4 q 2 Universi disp. 2 q 2 et alii contra aliquos Chronistas. Probatur 1mo ex principiis Aristotelis qui ubi distinxisset motum proprium a mutatione 5 phys t 39 docet omnem motum proprie dictum esse continuum his verbis quoniam autem continuus motus est et simpliciter quodd[am] unum et continuum esse necesse est. Probatur 2do ratione Agens necessarium applicatum passo non potest non agere; sed supponitur etiam in tempore esse applicatum passo agens necessarium Ergo etiam in tempore aliquid in illo producit. Ergo non suspendit suam actionem in morulis

Dices Cum Chronistis in morulis temporis disponi subiectum ad ulteriorem alterationem et produci varietatem vel aliquid huiusmodi. Sed contra sicuti hic dispositio non requiritur ad productionem primae particulae qualitatis calorem etiam poterit statim ab initio producere calorem etiam poterit statim ab initio. ... rarefacere aquam sed contra vel rarefactio secundum ipsos fit per qualitatem vel non ... fiat per qualitatem quae requiritur tanquam dispositio ad calorem. Ergo contra omnem primam calor non erit qualitas ... qualitates enim primae non requirunt ullas qualitates primas pro dispositionibus

agens quam passum simul ... necessaria. Ergo non ... fieri quin detur continuo actio aliquid obstet sed nihil potest ... ponamus enim ... et applicatus ad calefaciendum aquam per illud tempus potest intelligi post tale ... vel ignis magis aptus ad agendum si non fuerit ... vel factus calidior ergo non esse factum aqua magis potest intelligi ... magis apta si non ullo modo mutata ergo si post morulam possit ... in aqua producere calorem etiam poterit statim ab initio ... aliqui prius ignem rarefacere aquam

... continuus hic dicitur aquisitio ... termini tali modo ... quia sit verum dicere hic ... prima pars termini aquisita et nulla fuit alia proportio ... prius aquisita. Qua ... an taliter fiat alteratio ... quod est inter qualitates contrarias ut scilicet non sit assignare determinatam partem quae non dividitur in infinitas partes prius et prius ...

ita nec ad reliquas, ideo ipsa dispositio ad alterationem producitur in tempore. Ergo etiam alteratio. Ideo de veritate nominatur, ipsa potius sequitur alterationem quam ut dispositio ad illam. Ergo.

Probatur 2do ex Rubro: quando sol motu continuo ad nos accedit, continue etiam auget lumen in terra productum. Ergo lumen per continuam alterationem intenditur et extenditur. Alteratio est duplex intensiva et extensiva

Probatur ultimo experientia qua et videmus lumen continuo augeri et experimur calorem continuo intendi in manu.

Objicies 1. Aristoteles 8 Phys t 23 ait alterationem non fieri continue. R. sensum esse non fieri perpetuo quo modo est solum motus localis circularis qui perpetuus est ab aeterno sine interruptione.

Objicies 2. Qualitas determinata debet produci in instanti. Sed omnis qualitas est determinata. Ergo debet produci in instanti. R. distinguendo maiorem. Si nomine qualitatis determinatae intelligatur ea ut possit assignari quanta sit concedo maiorem: si vero intelligas esse determinatam quomodocunque id est esse hanc et non aliam quod tamen non possit assignari quanta sit nego maiorem. Similiter distinguo minorem et nego consequentiam. qua ratione ipse motus et tempus ut est aliquod ens determinatum est.

Objicies 3. Si alteratio fit successive etiam formae substantiales omnes introducentur successive, quod tamen videtur esse contra communem sensum. Sequela probatur per alterationem disponitur subiectum et iuxta dispositionem fit etiam introductio formae. R. si loquamur de formis quae non exigunt determinatum subiectum ut est ignis transeat pro nunc quod introducantur successive formae; si vero de formis viventium sit quaestio quae exigunt determinatas dispositiones in subiecto determinato negandum est, et dicendum naturam pro inesse ut numquam introducantur dispositiones quoad esse completum

in una parte subiecti quin sint introducta in aliis: aut certe etiamsi sint introducta in una partem subiecti, non introducenda formam substantialem usque dum dispositiones in alias partes subiecti necessarias pro tali forma introducantur.

Obijcies 4. Si intensio qualitatis fit successive et continue qualitas actu producta erit infinita actu. Hoc est impossibile. Ergo. Probatur sequela in primo instanti quo agens aplicatur passo producit aliquam determinatam particulam qualitatis; sed in quolibet instanti assignabili totius temporis quo durat intensio agens habet eandem virtutem. Ergo in quolibet producit aliquam determinatam particulam qualitatis: sed instantia sunt infinita in tempore. Ergo infinitas particulas determinatas producit quarum omnes vel maiores vel saltem aequales erunt ultimae particulae productae in ultimo instanti.

R. Hanc difficultatem Rubius citatus q. 2 ad 1 et 2. Ipse respondet et alij supponendo qualitatem sicuti omne continuum constare ex partibus infinitis proportionalibus et punctis seu indivisibilibus infinitis; dum dicunt in instantibus temporis non produci partem qualitatis vel partem intensionis et extensionis sed indivisibile: nam eodem modo dividuntur tempus motus et qualitas producta per motum; unde sequitur quod sicuti in parte aliquota temporis fit pars aliquota motus, et in parte proportionali etiam pars proportionalis: ita etiam per partem aliquotam motus in parte aliquota temporis producitur pars aliquota intensionis et extensionis, et in parte proportionali proportionalis et in instanti temporis per mutationem instantaneam indivisibile qualitatis. Et sicut partes proportionales licet sint infinitae, non faciunt infinitum tempus eo quod omnes includantur in partibus aliquotis quae sunt determinatae et finitae: ita etiam partes proportionales motus et qualitatis productae per illum non facient infinitam intensionem vel extensionem quia omnes eae includuntur

in partibus aliquotis certis et finitis. Quare ad formā respondent negando maiorem ad probationem multi item negant maiorem et dicunt in nullo instanti nec quidem in creatiuo produci partem aliquā qualitatis sed indiuisibiliter et in partibus temporis partes qualitatis. quod etiā insinuaui in quaestione de inceptione et desitione: sed quia longe probabilius est saltem in lumine in primo instanti aplicationis produci partem determinatam luminis ideo admissa maiori probationis et minori negant consequentiā, vel potius distinguunt maiore in primo instanti habet virtutem producendi partem determinatam pro primo instanti concedo, pro reliquis nego, et eandem virtutem habet in reliquis instantibus, quia licet maneat eadem virtus in secundo instanti, non quam tamen fuit virtus producendi partem determinatam qualitatis nisi pro et in primo instanti. vide Hurtadū d 5 S 7 § 242 ubi ait quia qualitas est natura sua permanens potest fieri secundū partem determinatā, quod non potest dici de motu locali: vide inquit cum dicas Alteratio incipere per ultimū sui non esse, intelligi in ratione intensionis, non vero in prima productione qualitatis. ita etiam expellitur contraria secundū primam partem determinatam incompossibilem cū parte producta

Ego hac in re aliter philosophor ex hypothesi quod non dentur indiuisibilia et instantia in continuo. Et dico primo produci partem aliquā determinatam luminis in parte temporis indiuisibiliter accepta modo supra explicato quatenus ante omnem partem temporis quam assignabis intelligitur producta illa pars. Deinde reliquas partes produci successiue sua cū tempore proportionaliter: cuius rei ratio est, quia licet primo producatur lumen quoad partem determinatam ita tamen producatur ut in parte spatij quod est proximior agenti producatur

intensiue, et in parte remotiori producatur remississime de crescendo semper in intensione prout longius distat ab agente, quod est produci uniformiter difformiter. Et ita stando in illo situ et distantia agens nihil ultra potest pro ducere sed tantum conservare illud quod produxit. Si quando vero intelligitur aliquid ultra producere, debet in telligi moveri localiter agens; et quia motus localis non fit nisi successiue per partes proportionales, hinc est quod omne augmentum quod agens confert post primam productionem accedat successiue uniformiter difformiter. De qualitatibus habentibus contrarium forte non esset opus taliter phi losophari ut dixi sed posset quis dicere incipere illas extrinsece quemadmodum partes temporis et motus cum tem pore: nempe dicendo nunc non est calor in subiecto imme diate post erit, ita videtur loqui Soares D 46 S 4 n 15 quod etiam admisi cum communi et ex suppositione quod dentur instantia et indivisibilia; quia tamen saltem qualitas in esse determinato incipit intrinsece, potest dici quod primo seu simul possit produci qualitas certa et determinata, et residuum illius successiue. Ratio potest esse quia agens ut agat semper habet proportionem maio ris inequalitatis et ideo secundum proportionem excessus simul aliquid primo producit et postea successiue continuat intensionem. Et certe qui admittunt instan tia et indivisibilia nisi dicant hoc debent admittere solum indivisibile in dicto altero caloris separatum in instanti produci quod habet suas difficultates

Dices Hec bene procedunt de continuatione extensiua, non tamen saluant continuationem intensiuam: nam gradus vel continuantur seipsis, vel media unione divisibili, vel indi visibili. Non primum quia potest esse secundus gradus et non uniri tertio. Ergo secundus non est essentialiter unio respectu tertij. Non secundum quia non est conceptibile qualiter unio divisibilis uniat gradus divisibiles qui successiue produ cuntur. Non etiam tertium nam illa unio indivisibilis deberet produci in instanti et sic daretur instans, et si

semel datur indivisibile qualitatis sicut non etiam quantitatis &c.

Pro solutione advertere etiam uniones graduum debere habere divisibilitatem extensivam quemadmodum habent ipsi partes; hoc ipso enim quod sunt in subiecto divisibili et coextendantur una cum gradibus, debent etiam habere divisibilitatem. Ad Argumentum autem Resp. possit 1mo gradus qualitatis non aliter inter se uniri quam quod reperiantur in eadem parte subiecti. Sed quia qualitatis gradus ita inter se uniuntur ut efficiant unam qualitatem per se, ac proinde non se habeant ut albedo et dulcedo in eodem subiecto, videtur necesse esse ut habeant aliam unionem inter se; et quia de illa ipsa unione qua uniuntur subiecto quaeritur utrum divisibilis an indivisibilis. Ideo Resp. potest 2do illam unionem qua gradus secundus unitur tertio esse divisibilem quidem in entitate, indivisibiliter tamen afficientem ipsum subiectum, ita ut si aliquid de subiecto tolleretur tota periret unio; deinde ipsum etiam tertium gradum indivisibiliter afficere quatenus sublata particula qualitatis ex tertio gradu tota periret unio et consurgeret alia ligans partes secundi gradus et terminata ad residuas tertij gradus: Vel antequam adveniret tertius gradus esset unio solum ligans partes qualitatis secundi gradus inter se; at ubi advenerit tertius gradus consurget alia unio quae et liget partes secundi gradus inter se et omnes illas partes secundi gradus connectat cum tertio gradu qualitatis. Unde sicuti successive per sui partes proportionales in subiecti inducitur tertius gradus, ita etiam continue mutatur unio secundi gradus usque dum perficiatur productio tertij, et tunc demum producitur unio ut dixi ligans omnes partes secundi gradus inter se et illas easdem tertio gradui. Idem fit in destructione tertij gradus.

Item si nos potes dicere unionem suum quidem subiectum ac secundum gradum afficere indivisibiliter, terminum vero hoc est tertium gradum divisibiliter inadaequate tamen quatenus producta quacunque particula vel remanente quacunque particula

tertij gradus producat vel remanet unio ligans omnes partes secundi gradus et sufficienter terminata ad tertium gradum inadaequate prout insinuaui in sectione de unione quantitatis. Facilior tamen nunc videtur primus modus.

Quaeres quomodo partes extensionis seu partes qualitatis in quantum sunt extensae in subiecto extenso uniantur inter se. Aliqui apud Rubium q 3 putant sufficienter partes extensionis uniri inter se quod subijciantur in tali subiecto cuius partes sunt unitae inter se: et ita cum calor v.g. recipiatur in quantitate vel substantia cuius partes inter se sunt unitae hoc ipso etiam sufficienter licet mediate uniuntur partes caloris inter se. Sed haec solutio non est universalis. nam saltem supposito quod accidentia talia in sola materia subijciantur et non in quantitate prout dixi supra in physica, in Eucharistia non potest hac ratione saluari continuatio partium qualitatis. Quare dicendum eodem modo uniri inter se partes extensas qualitatis sicuti dixi uniri partes quantitatis aut substantiae in D. de quant. S. 5

Sectio 5

An intensio qualitatum habeat terminos magnitudinis et paruitatis?

Qualitas naturalis de qua in praesenti est sermo secundum intensionem habet duplicem considerationem. nam quae consideratur secundum se, deinde ut est dispositio ad formam substantialem introducendam in materiam. Difficultas autem hic procedit de qualitate secundum se considerata. Pro quo supponenda est distinctio terminorum quantum ad magnitudinem et paruitatem in intrinsecos et extrinsecos. Intrinsecus terminus magnitudinis vocatur maximum quod sic, extrinsecus minimum quod non; et intrinsecus paruitatis minimum quod sic, extrinsecus maximum quod non. Ex quibus patet sensus quaestionis qui talis est An qualitas habeat latitudinem intensiuam determinet sibi certum aliquem gradum vel etiam particulam suae entitatis quam ut minimum requirat ad hoc ut fieri et produci possit, ita ut remissior gradus aut conseruari non possit: Et hoc est in ordine ad terminos paruitatis; in ordine vero ad terminos magnitudinis idem

quaeritur an detur aliquis terminus illius entitatis ultra quem non possit eius intensio progredi. Suppono autem de potentia absoluta posse qualitatem terminum suum naturalem excedere eo quod nulla videatur implicantia cur non possit divina potentia ad recipiendam qualitatem ultra id quod naturaliter potest, aliunde ipsa qualitas ex se potest intendi in infinitum

Dico 1 Qualitas habet terminos naturales magnitudinis ita communiter philosophi Hurtadus d. 5 s 7 Rubius c 4 tract. 3 q 7 et alij. Probatur experientia quia videmus solem habere limitatam lucem eamque esse maximam quam ex natura rei potest habere quia cum eius forma careat contrario resistente et a nullo possit impediri nisi a solo Deo, sol operatur et producit tantum lumen quantum potest. Probatur 2do Qualitates sunt perfectiones formarum sed formae habent terminos perfectionis. Ergo et qualitates intensionis. Et hinc est quod cum adverterint ignem esse calidissimum agens, attribuerunt ei communiter philosophi calorem ut octo

Dico 2 Non datur minimum in qualitatibus prout apud Suarez d. 46 s 4 aliqui dicunt dari aliquam partem et signari tam parvam seu remissam ut non possit minor seu remissior conservari disiuncta et separata ab alijs partibus. Est Suarez citatus Conimbricenses 2 Phys c 4 q 7 et aliorum. Probatur in huiusmodi qualitatibus non datur minimum in existens secundum intensionem. Ergo neque etiam datur minimum per se existens seu separabile ab ulteriori intensione. Antecedens probatur quia latitudo intensiva qualitatis est adinstar continui et ideo est divisibilis in infinitum. Ergo per designationem in tota qualitate non potest signari minima pars in ea existens. Consequentia probatur 1mo ex proportione ad quantitatem continuam in qua sicut non datur minimum in existens ita neque per se existens: neque enim datur tam parva pars quin possit dari minor. 2do gradus inferior in intensione non pendet per se a superiori sed e converso. Ergo potest stare inferior sine superiori. Haec autem ratio procedit de quacumque inferiori parte talis gradus respectu superioris

Obijcies 1. Omnis res permanens incipit per primum sui esse. Ergo et omnis qualitas intensibilis. Ergo determinat sibi certum gradum in quo ut minimum produci debeat in instanti

et per primum sui esse: nam alias si semper produci posset minor et minor, non haberet determinatum minimum. Respondeo transeat Antecedens cum prima consequentia nego secundam; nam licet in primo instanti seu initio producatur determinata qualitas et determinatus intensionis in subiecto, ex hoc tamen non arguitur dari minimum in sensu in quo nos quaerimus. Confirmatur quia agens iuxta subiecti capacitatem vel potius iuxta proportionem resistentiae contrarii producit plus vel minus de qualitate in principio: respondetur ergo maior vel minor qualitas iuxta activitatem agentis et subiecti dispositionem

Obiicies 2. Omnis forma determinat sibi certum ac definitum modum essendi. Ergo sicuti formae substantiales hac ratione determinant sibi certas dispositiones: ita qualitates intensibiles determinant certum modum seu gradum remissionis. Respondeo distinguendo Antecedens loquendo de formis non viventium, determinant sibi certum modum essendi quoad praedicata essentialia concedo quoad terminos magnitudinis vel parvitatis nego. De formis autem viventium alia est ratio, quia cum exigant varias dispositiones et organa pro operationibus diversis, requirunt certam magnitudinem sui subiecti. at vero qualitates per se et pro sua activitate non requirunt, sed in qualibet minima entitate habent id quod in maiori.

Obiicies 3. Qualitas secundum essentiam habet terminum intrinsecum magnitudinis. Ergo etiam secundum intensionem. Probatur consequentia quia intensio est modus eiusdem naturae et essentiae qualitatis. Ergo habet proportionem cum ea: sed terminus qualitatis secundum essentiam etiam de potentia absoluta non potest superari. Ergo neque secundum intensionem. Respondeo distinguendo primum consequens naturaliter concedo supernaturaliter nego ad probationes Antecedentis dico. intensionem esse potius perfectionem accidentalem non pertinens ad essentialia praedicata sed solum ad entitatem quae quasi materialiter potest crescere

Obiicies 4 Quando candela producit lumen uniformiter difformiter per liberum aerem producit minimum. Ergo datur minimum in qualitate. Respondeo Antecedens nihil potest amplius producere et aliunde producit decrescendo ergo producit minimum

Respondeo distinguo Antecedens communiter producit minimum indeterminatum concedo separatim et determinate nego: quia nulla

entitas de lumine producta est assignabilis quia non detur alia minoris intensionis etiam producta: quemadmodum enim non est assignabilis ultima ita non est assignabilis aliqua quia non detur alia minoris intensionis. Dari autem minimum commune non est contra nos qui non disputamus de illo sensu. nam ut bene scribes citatus n 14. Hoc inde fit quia agens in parte propinqua plus agit et minus ac minus in partibus remotioribus donec perveniat ad terminum sphaerae suae activitatis: quod si terminus ille sit intrinsecus ut est probabile, faciet quidem in illo seu in ultima superficie in qua minimam qualitatem quam potest efficere: inde tamen non fit illud esse minimum ipsius qualitatis secundum se spectatae; nam ab alio agente voluntario vel debiliori potest illi qualitas remissior fieri et produci saltem de potentia absoluta

¶ Item de terminis magnitudinis vide Complutenses d. 7 ubi bene ostendunt ea communi viventia habere certos terminos magnitudinis et parvitatis et quidem intrinsecos propter limitatam virtutem nutritivae et augmentativae et propter instrumenta seu organa. An autem non viventia habeant certos magnitudinis terminos dubium est: plerique tenent negativam ut videre est apud Conimbricenses 3 Phys. Toleti ibidem q 8 ducti experientia quia videmus ignem per approximationem materiae magis et magis in infinitum crescere. Affirmativam tenent Complutenses ducti hac ratione. Formae etiam non viventium sunt determinatae. Ergo requirunt determinata accidentia inter quae est quantitas: similiter dicunt etiam non viventia habere terminos parvitatis sub quos possint esse in rerum natura et non in minori nisi via corruptionis quatenus disponuntur ad corruptionem. Sed hac de re forte aliquid infra

Quaestio 2

De Nutritione Augmentatione et Diminutione

Cum alteratio non solum disponat ad generationem

substantialem sed etiam ad augmentationem ordendum quid sit augmentatio et quomodo fiat et quia augmentatio non fit sine nutritione de ea pariter est loquendum

Sectio 1

Quid sit nutritio quid augmentatio et de ipsarum terminis

Augmentatio sumitur multipliciter primo pro incremento rei secundum quamlibet formam qua ratione etiam dicitur augeri calor quando intenditur 2do pro ea actione qua res animata vel inanimata crescit secundum quantitatem et substantiam in qua significatione etiam ignis et aqua augeri dicitur. Tertio strictissime pro actione qua res animata ab intrinseco et per intersusceptionem incrementum accipit quod incrementum secundum substantiam dicitur fieri augmentatione substantiali vel nutritione seu aggeneratione: si vero sit secundum quantitatem dicitur fieri simpliciter augmentatione de qua potissimum agitur in praesenti. Supponimus autem dari nutritionem et augmentationem; si enim per calorem naturalem alimento applicatum in illud agit, illudque in propriam substantiam convertit quod optime demonstrat sensibile incrementum tam secundum magnitudinem quam secundum vires post alimenti sumptionem et concoctionem

Igitur ut ad decisionem quaestionis veniamus, considerare oportet actiones quae in nutritione et augmentatione interveniunt quas declarat Rubius l. c. 5 q. 1. nam primo alteratur cibus in ore saliva et dentium attritione quia saliva magnam habet virtutem alterandi et dissolvendi ut declarat Galenus lib. 7 de simpl. cibus c. 6. inde fertur ad ventriculum communem corporis officinam ubi facultas coctrix eodem resedens in alimenti decoctionem incumbit, ubique fit secunda cibi alteratio, et prima in coctio vel digestio et per quam magna pars excrementorum separatur et in inferiorem partem intestinorum vehitur, remanet vero in ventriculo substantia quaedam liquida et alba a medicis chylus nominata quae per

venas quasdam mesaraicas dictas ad hepar rejicitur, ubi in calore et spiritum quibus officina haec abundat fit tertia cibi alteratio et secunda concoctio, per quam partes cibi terrestriores quae naturae sunt melancholicae hepar ad splen procul amandat, quod ex ipsis perfectius elaboratis a se nutritur; leviores vero partes quae sunt naturae cholericae conjicit in folliculum fellis, qui ad fores reconsitus est; partes vero medias coloremque rubrum hepatis referentes quae naturae sunt sanguineae per venam quandam magnam quam cavam vocant mittit hepar ad cor iuxta opinionem medicorum, et ad caeteras partes corporis ut in eis ultimam purgationem accipiens convertatur in substantiam aliti et praecipue in corde summam accipiat expurgationem et purissimus evadat. Hic vero quis quartum humorem pituitam scilicet desideret in jecore etiam generatur licet illi nullum singulare receptaculum assignent medici; tum quia deducit sanguinem per universum corpus, tum quia cum sit sanguis semicoctus facile acquirit sanguinis perfectam naturam, tum etiam quia artus omnes humectantur ab hoc succo, ne frequenti agitatione arescant: denique postquam pituita his omnibus muneribus functa est, quod ex ea reliquum est et non exsudatur, per venas emunctorias defluit in vesicam. Correspondent autem hi quatuor humores quatuor elementis; nam flava bilis vel cholera sicca et calida est sicut ignis, atra bilis sicca et frigida sicut terra, sanguis humidus et calidus sicut aer, phlegma sive pituita frigida et humida sicut aqua.

Ex quibus colligitur primo ultimam materiam ex qua animal nutritur esse sanguinem, et idcirco Hippocrates cibos non appellant alimenta sed futura alimenta; ossa vero immediate nutriuntur medullâ in quam convertitur sanguis. 2do colligitur in nullâ ex dictis alterationibus posse consistere nutritionem, quia nulla substantia dicitur proprie nutriri nisi per additionem et unionem novae substantiae sibi similis in specie, quod tamen non fit positis omnibus dictis alterationibus nisi aliqua alia actio accedat quae sit conversio substantialis et per quam desinat esse sanguis et incipiat

fieri substantia aliti. Supponunt ergo aliud actiones ad nutritionem viventis requisitas. Prima est eductio partis formae substantialis et unionis de potentia materiae alimenti supposito quod forma sit materialis, si autem sit spiritualis tum solum est eductio unionis. 2da est actio qua materia alimenti unitur materiae viventis. 3tia qua pars formae eductae si divisibilis et materialis est unitur formae praeexistenti in alito; nam si sit indivisibilis et spiritualis tunc solum ea quae praeexistit in alito incipit informare partem quam non informabat antea. Difficultas est an etiam unio quae partem materiae alimenti unit novae formae uniat unioni praeexistenti in vivente, et quomodo? an videlicet unione nova superaddita an seipsis? Et quidem non videtur quod seipsis possint uniri; nam alias de potentia absoluta non possent esse in rerum natura quin unirentur cum tamen fieret unio viventis in rerum natura etiamsi non esset coniuncta unioni advenienti postmodum. vel certe deberes dicere, partem unionis quae advenit debere se habere instar modi respectu unionis praeexistentis; ac proinde sublata unione quae fuerat antea necesse etiam esse ut pereat unio quae de novo advenit, quod in insectis videtur improbabile, quis enim dicet abscissa cauda serpentis aliam unionem intervenire quo forma vivens informet caudam. Sed nec potes dicere mediante alia unione partes unionis uniri eo quod de illa redeat quaestio eadem, cum etiam illa divisibilis sit, et proinde saltem admittas ad unionem dari unionem quod videtur esse contra rationem formalem unionis

Dicendum unionem inter materiam quae fuit alimenti et novam partem formae aut formam non aliter uniri praeexistenti unioni in vivente quam quod subiectum illius unitur subiecto praeexistentis unionis. Prob. quia hac ratione evitantur difficultates positae et aliunde sufficienter unitur substantia alimenti cum alito. Ergo

Dices 1o Non minus unio est totum divisibile continuum quam materia. Ergo sicuti materiae partes integrales uniuntur inter se media unione, ita etiam deberent uniri

partes integrales unionis. R. distinguendo Antecedens si per non minus continuum intelligas eodem genere continuationis nego; si autem intelligas in reipsa continuari concedo: deinde nego consequentiam ratio disparitatis est quia materia prima non habet aliud subiectum ratione cuius possunt partes illius integrales uniri: quare opus omnino est ut intercedat immediate inter partes illius unio: at vero cum unio possit sufficienter ratione partium subiecti continuari dici unum continuum integrale, quid est opus addere superflua

Dices 2o Ergo saltem quantitatis aut certe albedinis partes non uniuntur inter se media unione immediate sed tantum ratione subiecti quod tamen supra negavimus R. negando sequelam Ratio est quia hoc ipso quod quantitas et albedo saltem de potentia absoluta possit esse extra subiectum optime infertur illarum partes uniri propria et immediata unione; at vero cum unio quid est modus partium et sui subiecti nec de potentia absoluta possit esse sine suo subiecto, frustra confingitur alia unio inter partes integrales unionis.

Dices 3. Ergo in re ipsa partes unionis sunt dissipatae R. negando sequelam quia esse dissipatum negat omnem unionem tam mediatam quam immediatam, in praesenti autem semper intercedit unio mediata

Dices 4 Nisi sumus concedere in physica eandem materiam continuam secundum diversas partes posse informari duabus formis ut eadem virga una parte forma arboris qua viridis est et altera alia forma qua arida est Quo posito si verum esset quod diximus sequeretur unionem qua forma viridis unitur parti materiae, et qua forma arida unitur parti materiae fore unam quantitas, atque adeo etiam ipsas formas quod tamen differunt specie. R. negando sequelam Nam ad hoc ut duae partes unionis integrent unam non satis est quod partes materiae quae sunt earum subiectum uniantur inter se, sed necesse est ut etiam formae quarum sunt istae uniones uniantur inter se. Ratio est quia secundum nos non sola materia est subiectum unionis sed etiam forma

ad hoc ut uniones ratione subiecti dicantur nutritivae, opus est ut assignatio earum subiectum sit nutrit.

Ex dictis colligitur ad nutritionem prout est a generatione substantiali requiri omnes actiones supra dictas, uno nutritionem conflari ex omnibus praedictis actionibus. Ergo prima pars discurrendo per singulas. Et de prima quidem actione res est evidens nam cum in nutritione fiat corruptio substantialis alimenti educi debet ex eadem materia pars formae substantialis viventis vel modi unionis; alias aut materia maneret sine forma aut post nutritionem eodem modo perseveraret substantia alimenti. Secunda etiam requiri docet Aristoteles 1o de gen. t 32 et 39 distinguens generationem ab augmentatione et nutritione quod illa fiat in materia discontinua, haec vero in materia continua ei quod nutritur; deinde prima actio subrequirit secundam alias eadem forma informaret materias discontinuas. Tertia etiam requiritur hoc ipso enim quod partes formae sunt eiusdem speciei et quod possint uniri, positae in eadem continua materia debent uniri. Probatur etiam 2da pars ex Aristotele citato; deinde si intelligatur vivens inducere novam formam in materia cibi et non intelligatur illam sibi unire, non dicitur intelligi nutriri, quia non dicitur intelligitur augeri substantialiter. Ergo non sufficit prima actio sed requiritur secunda et tertia. Item si intelligatur unire sibi materiam cibi retinentem formam cibi, aut quamcumque aliam eductam vel unitam ab alio agente, non potest intelligi nutritio, sed ad summum continuatio quaedam ei similis quam cernimus in non viventibus ut quando uniuntur plures partes aquae quae non dicuntur nutriri sed augeri substantialiter communi vocabulo. Ergo nutritio viventium utrumque includit. Ratio a priori videtur esse quia vivens ideo dicitur nutriri et non alia corpora quod per intussusceptionem acquirat plures partes substantiales sibi similes, sed ad hoc necessarium est quod substantia quae erat sanguis fiat substantia viventis ab ipso vivente et insuper ut unitur praeexistentibus

partibus viventis quod fieri non potest absque prius dictis actionibus. Unde constat nutritionem viventium a non viventium augmento ex eo diversam esse quod in hoc per accidens aliquando connectantur illae actiones enumeratae v.g. quando ignis comburens lignum auget illud convertens in propriam substantiam: nam eodem modo augeretur substantialiter etiamsi illud lignum fuisset igne factum ab alio igne: sicuti augetur substantialiter aqua per additamentum aliarum partium aquae. At vivens non unit sibi partes alimenti ab alio conversas, nec potest non unire eas quas convertit; unde signum est in nutritione viventium eas actiones esse naturaliter necessario connexas. Constat etiam quomodo differat nutritio a generatione; generatio enim solum dicit inductionem formae substantialis in materiam seu actionem nutrivam aut certe actionem eductivam ubi forma est materialis: nutritio vero addit unionem materiarum et partium formae si sit divisibilis.

Colligitur 3º augmentationem prout contra distinguitur a nutritione id est prout est motus ad quantitatem consistere in actione unitiva quantitatis alimenti cum quantitate viventis. Ratio est quia illa dicuntur augeri rigorose quae fiunt maiora secundum quantitatem, sed per istam actionem formaliter quantitas viventis fit maior ergo illa erit proprie actio augmentativa. Minor probatur quia per illam actionem quantitas quae erat alimenti fit propria viventis. Ergo per istam quantitas viventis fit maior. Neque obstat quantitatem non produci per motum augmentationis ut dicatur augmentatio motus ad quantitatem; sufficit enim quod quantitas alimenti unitur de novo quantitati viventis ex qua actione unitiva resultat quantitas viventis maior quae est totalis terminus actionis augmentativae, licet

neutra pars quæ unitur producatur tali actione: sicuti generatio est via ad substantiam totalem ad quam sufficit quod partes substantiales uniantur actione generativa licet neutra secundum se producatur.

Colliges 2do Realiter differre augmentationem à nutritione propter realem diversitatem terminorum ad quos tendunt; quod etiam docent plures ubi ad quantitatem et substantiam et qualitatem docent dari motum; semper tamen augmentatio consequitur nutritionem. augmentatio tamen viventium accidentaliter tantum differt ab augmentatione non viventium ex eo minimum quod illa fiat per internam alimenti distributionem et conjunctionem, hæc per additionem quantitatis quomodocumque.

Sectio 2

De diminutione et aliis pertinentibus adhuc ad Nutritionem

Quæritur 1o quid sit decretio aut diminutio?

R. diminutionem esse deperditionem partium quantitatis vel substantiæ cum conservatione aliquarum partium ejusdem quantitatis vel substantiæ quæ remaneant in eodem subjecto; qua ratione in recto diminutio est motus privativus: nihilominus vocari solet decretio aut diminutio motus positivus per quem acquiritur minor quantitas aut substantia ea quæ aliunde deperditur. Esto autem advertendum nullam quidem esse partem in vivente quæ non possit deperdi, licet partes solidiores difficilius deperdantur; alias cum partes omnes nutriantur nisi semper aliquid deperderent nimium excrescerent. Est autem in viventibus diminutionis causa imprimis alimentum quod per proprias qualitates agit in Animal, deinde Aeris intemperies.

Quæritur 2o In qua Corporis parte resideat potentia Nutritiva et Augmentativa?

R. Si per potentiam nutritivam intelligamus vim effectricem san guinis qui est totius corporis nutrimentum eam probabilius esse in recore iuxta Galenum quod etiam medici indicant conformius Anatomicis. nam ab hoc organo dicuntur venae per quas quasi per canales traijcitur sanguis ad reliquum corpus. Ar(isto)tes quidem 2 de partib. animal. C 4 posuit eam in corde sed plus credendum medicis in sua arte. Si vero per huiusmodi potentiam nutritivam intelligamus vim ultimo disponendi et convertendi alimentum in substantiam aliti; dicendum est eam reperiri diffusam per omnes partes corporis quia in omnibus cernitur similis virtus.

Quaeritur 3o Quale debeat esse alimentum quo vivens maxime animal nutritur

R. nullum vivens nutritur puro elemento ut docet Ar(isto)tes. Ratio est quia vivens debet inducere omnes dispositiones in materia alimenti requisitas ut illud convertat in suam substantiam; elementum autem purum propter qualitates nimium praedominantes resistit tali alterationi. Unde falsum est id quod dicunt de chamaeleonte illum in puro aere; constat enim muscarum aucupio et alijs corpusculis in aere permixtis illum vivere. Plantae autem nutriuntur ex terra aqua mixta vel ex partibus terrae prius putrefactis et ex aliquo alio succo in quo reperitur mixtio omnium qualitatum. Nutriuntur etiam viventia animalia maxime sanguine vel humore persimili. multi etiam dicunt nutriri immediate ex illis quibus humoribus, nec esse opus ut prius in sanguinem convertantur. Ratio est quia natura videtur providisse ut diversa membra diversis nutriantur, sicuti diversis constant temperamentis; unde etiam est quod hi humores per omnes venas corporis divagentur

Quaeritur 4o Quid sit fames et sitis?

Ar(isto)tes 2 de Anima C 3 dixit famem esse appetitum calidi et sicci; sitim vero appetitum humidi et frigidi; saporem vero ut condimentum optimum: quibus verbis declarat finem ob quem natura indidit sunt fames et sitis, nimirum ut animantia incitentur ad cibum et potum quaerendum sibi necessarium. Sed ut exactius definiamus quid sit fames et sitis; Sciendum est in fame tria concurrere

2uo membrorū exagitatio deficiente alimento 2do tractio quaedam membrorū conantium sibi undequaq alimentū acquirere 3tio divulsio ventriculi cū acri quodam morsu proveniens tum ex vexamenti membrorū tractione, tum etiā quia ventriculi latera cibo destituta corrugantur et ut tacteam apetentiam in apetitu sensitivo. Similiter pro siti
Notandum est quod quamvis potus ex se non nutriat nisi simul sit cibus ut Cervisia lac et vinū? ipse tamen nutritioni et ciborū concoctioni prodesse solet: nam est quasi alimenti vehiculum. deinde servit ad eliciendū ex alimento utiliorem succum: Item temperat membrorū siccitatem et sanguinis ardorem: unde deficiente simili succo sequitur talis membrorū siccitas et attractio vellicans ventriculū ei similis quam in fame experimur sed varius. Qui defectus aut provenit ex potus inopia aut nimio aestu aut nimiis fotu sinu aut ex licons reconsq intemperie, aut ex humore aliquo salso quo ventriculi membranae imbuuntur ut apparet in hydropicis, quae omnia Causant aviditatem in gutture et faucibus. Ex quibus colligē famem esse dolorem divulsionis ventriculi ortū ex attractione cibi: similiter sitim esse dolorem aut sensationem vellicationis factū ex membrorū aviditate et potissimū in ventriculo et faucibus ex attractione potus

Disputatio 3
De Conditionibus Actionis

Egimus generaliter de actione in physica, sed quia tractatio de conditionibus actionis pendet plurimum ex praesenti materia, ideo hic eam repetimus suppositis iis quae dixi in physica: quare etiam prius hic c 7 art. 46 hac de re agit

Quaestio 1

De Contactu requisito ad agendum et distantia

Sectio 1

Utrum ad Actionem physicam sit necessarius contactus agentis cum passo?

Ut omittam contactum mathematicum immediatum corporum qui tunc fit quando duo corpora se mutuo tangunt et eorum extrema sunt simul; et mediatum etiam qui fit interveniente aliquo corpore medio. Quaestio hic est de contactu physico immediato qui duplex est, scilicet immediatus immediatione suppositi seu subiecti et sic convenit cum contactu mathematico immediato; et immediatus immediatione virtutis. Primus est cum ipsum suppositum agens est immediatum et tangit suppositum passum ut cum ignis calefacit circumfusum aerem qui est contiguus. Secundus est quando virtus propria agentis attingit passum licet alioqui agens distet a passo secundum suppositum ut cum sol terram illuminat aut calefacit quare hic contactus ab autoribus vocatur virtualis alter vero formalis. His positis quaeritur an necesse sit agens naturale contactu formali intra sphaeram activitatis constitutum passum tangere, vel saltem contactu virtuali quatenus opus sit ut semper agens in medio aliquid operetur quod inter suppositum passi et agentis interponitur, et an si secus fieret esset actio in distans . . . .

et primo certum est non requiri semper immediationem suppositi et patet experientia adducta de sole

nihil deest

deinde quando intra sphaeram activitatis ignis producat calorem in parte extrema cui non est praesens immediatione suppositi. Hoc posito

DICO 1) Agens naturale non potest agere in distans quin agat in medium aliqua actione reali. Est contra Scotum et Theologos quos citat et sequitur Soares d 18 s 5 Conimbricenses et Rubius 8ue c 6 q 1 Hurtad. d 9 phys s 6 Arriaga 2 phys d 4 q 6 et alii. Probatur primo a Rubio maxime ex potissimis rationibus propter quam natura non permittit vacuum inter unum et alterum elementum, ea est ne impediatur influxus quem inferiora recipiunt a superioribus qui per medium vacuum non potest naturaliter derivari ut docet Aristoteles 1 meteor. in principio. Ergo opus est ut influxus transeat et recipiatur in intermedio. Probatur 2do quia si agens potest agere in distans non agendo quidquam in medio poterit agere in quantumcumque distans et consequenter non haberet sphaeram activitatis hoc est falsum ut constat experientia Ergo. Probatur 3tio quia agens habet virtutem sufficientem ut ponimus, passum etiam secundum se est capax actionis maior vero vel minor extensio medii in quo agens non operatur non potest obesse posito quod semel propinquitas passi et agentis non sit necessaria. Et haec videtur esse ratio a priori cur agens naturale naturaliter non agat in distans nihil producendo in medio nempe limitatio intrinseca cuiusque naturae quae petit sphaeram activitatis, quod tolleretur si posset agere in distans. Probatur 4to evidenti experientia nam quoties inter agens et passum aliquid interjicitur quod non potest recipere actionem impeditur actio, vel si ipsum quod interponitur potest recipere actionem, in ipso recipitur talis actio

quia scilicet ipsum est approximatum ut quando inter lignum et ignem interponitur lapis aut ferrum. Ergo semper requiritur approximatio agentis et passi, vel saltem medium capax actionis productae ab agente.

Ut autem haec veritas melius intelligatur Adverte ut virtus agentis non agat in distans sed determinetur per medium, necesse omnino esse ut illa virtus operetur in medio vel eundem effectum per eandem continuam actionem quem operatur in distanti, vel certe diversum propterea quod medium non sit capax effectus producti in distanti. Vide Suarez citatum S 9 n 17 ubi notat ut agens operetur in passum mediatione virtutis, non satis esse ut per aliam virtutem seu actionem omnino distinctam agat in medium, sed necesse est ut per eandem vel subordinatam virtutem qua agit in distans incipiat agere in medium sibi propinquum quia si in agente sint duae virtutes et ab eis dimanent duae actiones formaliter sunt duo agentia et illae actiones solum se habent concomitanter et non potest dici una per alia continuari quamvis materialiter sit unum agens ratione eiusdem suppositi v.g. quamvis possit ignis agere per calorem et siccitatem, ut per calorem agat in passum distans, non satis est quod per siccitatem agat in medium quia hoc est per accidens ad actionem caloris ut sic et consequenter per hoc non fit actio alterius virtutis continuata per totum medium. Et tandem numero 18 concludit cum dicitur debere esse actionem unam continuam intelligendum id est de continuatione secundum quandam subordinationem. Non enim necesse est quod in illa tota distantia producat qualitatem eiusdem omnino rationis, potest enim in corpore sibi propinquo quandam qualitatem efficere in remotiori vero diversam: ut sol in corporibus caelestibus producit solum lumen in aere vero usque ad terram producit cum lumine calorem, in terra autem secundum profunditatem eius non producit lumen sed calorem, et medio calore alias formas Idem considerare licet in astris aliis in quibus quod propinquas

habent influentias quas usque ad generalia terrae diffundunt non tamen idem agunt in omnibus corporibus intermedijs, sed in unoquoque operatur iuxta capacitatem eius et dispositionem. Cum ergo cum qualitates productae in diversis corporibus sint diversae, necesse est saltem ut per qualitatem in vicino corpore productam, producat aliam in remoto et per illam similiter in remotiori et et hoc modo dicitur continuari per subordinationem.

Objectiones sunt pene innumerae desumptae a varijs entitatibus quae videntur agere in distans, quas omnia cum esset longum recensere, praecipuas tantum hic positis caetera relinquemus. Primo ergo

Objicitur 1 ex caelo et caelestibus supremum caelum imprimit saphyro occultam virtutem cohibendi sudorem, astra animi et corpori, Saturnus iaspidi cohibendi sanguinem, Jupiter hyacintho vim declinandi fulmina, sol praeter alia multa in eth. producit aliqua cum tamen non sit in nostro hemisphaerio

R. generaliter haec et similia vel falsa esse vel si sunt vera fieri per actionem diffusam in medio a qualitatibus in astris residentibus, quae non sunt tractina nisi certorum corporum. De ijs quae modo producuntur in terra dicendum est vel produci ab alijs astris vel a substantia caeli, vel certe a Deo positis dispositionibus à sole intendi

Objicitur 2 Si oleum superinfundatur chartae in eadem charta ova vel pisces concoquit ignis integra relinquendo chartam. 2do poma cum involutum linteo vel filo tenuissimo applicatum igni non combusto filo concoquitur. 3tio cada ... nec etiam in mappa ex lapide ... confecta inclusum et igni applicatum redigitur in cineres integra relicta mappa 4to applicato lebete aqua pleno ad ignem, aqua superior calefit et fundus inferior manet subfrigidus

R. hoc non provenire inde quasi non transmittat ignis suam actionem per medium, sed ratio est quia in tubo magna humiditas in charta et filo, concoquuntur vero pisces et poma quia exsiccatur eorum humiditas. Tela vero ex ... non comburitur quia habet oppositas qualitates

igne factioni licet sit capax alicuius caloris et alicuius alterius effectus. Ad 2um dico in lebete prius calefieri partes aquae proximas fundo quae deinde ascendunt descendentibus successive partibus frigidioribus et crassioribus quae infrigidant fundum lebetis. Vide Arist. S 24 problemata q 5 et 8.

Obiicit 3 Magnes trahit ferrum nisi oblitus sit alio vel adamanti inunctus succinum trahit paleas pilos etc adamas pilos et lacerto sinistro alligatus iuvat contra familiares daemones, amethistus repellit tristes cogitationes et retundit melancholiam. Berillus iuvat contra rixas Carbunculus venena fugat, imo sudorem emittit si ad certam distantiam appropinquent venena. Hiacinthus apertus peregrinantem reddit hospitibus. Smaragdus in perfectus est avertit tempestates et adversarium libidinem.

R. 1mo Magnetem imprimere impulsum quendam in ferrum cuius ratione ferrum moveatur magnetem versus et illum quidem impulsum traiicit per corpus etiam solidum ut apparet cum super mensam giratur acus ad girum magnetis sub mensa. Hoc autem debet mirum videri cum etiam sonus suas species per solida corpora transmittat 2do R. de reliquis si fabulosa non sunt ab illis emitti qualitates aliquas transfusas per medium habentes talem notitem et talem vim.

Obiicit 4 Arbor herba concipit ignem distans ab illo. Idem fertur de terra quadam bituminosa Natta nomine. Simile experimur in lychno recenter extincto. Suarez binas insinuat solutiones, unam quod ignis immediate producat in distanti formam ignis et in medio non nisi dispositiones, quam tamen solutionem reiicit Altera in praesenti materia forte verior est in talibus casibus a Causa prima ignem produci positis dispositionibus productis ab igne remoto per medium

Obiicit 5 Basiliscus in magna distantia quem intuetur interimit imo et seipsum si in aqua se intueatur 2do piscis torpedo dictus manus obstupefacit piscatoris et cum

fame laborat limo se abdit qua ratione accedentes pisces
faciat obstupescere et sistere. Aristoteles 5 de historia animalium
c 37 3tio si videatur prius a lupo venator raucescit
4to Cauda lupi suspensa in stabulo boum aut equorum
impedit ne comedant. Caput autem in columbario positum
arcet animalia nociva columbis 5to fel caprarum
in fictili vase positum convocat ranas. 6to pennae aliarum
avium si iungantur pennis aquilae vel ardent vel putre-
scunt 7timo struthio solo aspectu excludit pullos. 8tavo avis
dicta ictericula in loco distanti exhaurit morbos ex oculis
ictericorum eosque in se recipit teste plinio lib 30 c 11
ultimo Araneus Apuliae qui tarantula vocatur si mo-
morderit hominem, tamdiu hominem torquet quamdiu
ipse vivit, quo mortuo etiam absente sanatur homo
R ex dictis plera quae salvari per emissionem qua-
litatum occultarum. De lupo quia narrat S. Ambrosius
dicendum est id accidere alicui ob timorem quo arefacti
spiritus raucedinem causant. Ad aliud de tarantula
communiter dicitur esse figmentum nam ipsi cives Tarentini
interrogati (quod a viro fide digno accepi) aliud nihil
norunt nisi quod narretur id accidere. 2do Medicus
recentior illius loci quidam narravit se nosse quendam
qui concidit tarantulam dum actu mordebat et ta-
men per tres annos adhuc fuisse vexatum a veneno
et fertur viginti sex annis aliquos hoc morbo fu-
isse vexatos, cum tamen vix quatuor annis vivat
tarantula. Quare dicendum tam diu durare morbum
quamdiu qualitates illius venenatae abundantur.

Obiicitur 6 Phantasia quae est in capite
Animalis movet appetitum qui per multos est in corde
Rursus appetitus movet pedes manus etc. Eadem Phan-
tasia agit saepe in alia membra corporis morbos
ingenerando imo in aliena corpora ut cum imaginatio
matris imprimit filio quem in utero gestat aliquod
signum rei a se concupitae. Deinde noctambuli
etiam dormientes per summos vertices et laquearia

gradiuntur movente phantasia pedes.

R. breviter ad hoc argumentum pro nunc quia Iusius in libris de Anima phantasiam movere apetitum et hunc manus et pedes per simpatiam quam habent ex eo quod radicentur in eadem Anima quae primo et principaliter per illas omnes potentias operatur. In proprio autem corpore varia potest operari imaginatio non per seipsam cum sit actio immanens quae non est alterius productiva, sed per accidens, quatenus movet apetitum ad timorem pudorem iram &c. Unde fit ut homo palescat rubescat &c qui apetitus etiam habet vim commovendi humores et sanguinem in corpore. Quomodo etiam videtur posse agere in alieno corpore coniuncto tamen (nam in disiunctum non potest) per accidens aliquid. Cur autem in ea corporis parte fere plerumque filius concipit maculam quam mater in se tangit quando vehementi agitur apetitu, ratio esse potest simpatia quam habet filius cum matre cum illi coniunctus est, et quia ex perturbatione humorum matris perturbantur etiam humores filius in ea parte concipit maculam in qua potissimum in matris humores perturbantur et in qua fit contactus. Ad illud de noctambulis dicendum imaginationem vaporibus consopitam non advertere ad pericula cum ad ea cognoscenda non excitetur a potentiis exterioribus somno ligatis, ex alia parte cum validissime apprehendant esse ambulandum per talia loca ambulant unde frequentissime iidem dicunt se somniasse quod taliter ambulaverint.

In Africa integras familias esse narrantur quae laudando fascinant homines 2do oscitante uno

alij distantes oscitare consueverunt. 3tio qui dicuntur nati et maximo amore sunt iuncti et dicuntur simpatici absentes praesentiunt infortunia amicorum 4to Sanguis hominis interfecti ad praesentiam homicidae erumpit e vulnere 5to nasus illius qui aliena carne refectus erat putrescit quando moritur ille ex cuius carne decisus erat 6to incantatores multa agunt in distans 7mo veteres infascinant solo aspectu 8vo Galeni populi in Hispania per magnum spatium in terram introspiciunt et vident mortuorum cadavera thesauros etc. ultimo corpus horrescit ad quosdam sonitus et stridores; et capilli assurgunt ex timore

R ad primum et 1mum ea fieri per emissionem qualitatum noxiarum 2dum refertur in phantasiam qua movetur ex aspectu quo videt oscitare alterum et quidem hoc fit tunc cum non se multum reflectit sed aliquo modo absorptus est 3tium fabulosum est vel certe ea fiunt bono malove angelo. 4tum optime refertur in in[?] ... ut Maiolus in canicularibus colloquio 7 agens de re[?] 5tum fabula est 6tum fit opera daemonis ad 8vum dicendum non esse verum quod ita intima terrae sentiuntur sed ex signis deprehendunt aurum aquas subterraneas. Ad ultimum dico corpus horrescere ad quosdam sonitus propter improportionem quam habent cum natura, sicuti e contra aliqui delectant naturam. erriguntur etiam capilli illius qui timet quia spiritus subtrahuntur capillorum radicibus et saepe faciunt sudare quia partes extimas petunt

8 Corda unius cytharae tacta producit sonum in corda simili alterius cytharae 2do tympana ex corio lupino confecta inducunt rancedinem in tympanum ex corio agnino quod et aliquando dissolvitur. Cythara item constans ex chordis lupi et ovis numquam reddit consonum sonum. 3tio circumfertur quoddam experimentum nempe si gladius quo factum est vulnus inungatur certo ung[?]

curvatur sono interveniens distans. Rx chordam alterius cytharae (si id verum est) moveri posse à simili impulsu causato in aere a tangente chordam. idem negant aliqui. sed si id concedimus potest dici oriri ex emissione oppositarum qualitatum quibus laxatur pellis et chorda alterius tympani. Item fit opera daemonis et plura alia quae del non ex pacto implicito vel explicito aliquius in distanti operatur

Sunt et aliae obiectiones nempe quomodo loquantur Angeli nisi agant in distans. item quomodo sacramenta aut etiam humanitas Christi causet gratiam in homine cum saepe distent Rx hic esse propria theologorum quorum aliqui dicunt ad primum seu ad volitionem unius Angeli volentis suum conceptum alteri significare, producere in altero speciem impressam principium intellectionis. Ad 2dum probabilius est Sacramenta imo et humanitatem Christi causare solum moraliter gratiam in anima et non physice. Ita Molina 3 p. q 45 a 2 d. 2 Vasques 3 p. d 57 c 5 Rubius citatus q 2. Nam quod aiunt Conimbricenses 7 phys. q 2 et Murcia citatus cum Soares 3 p. tom. 1 d. 31 s 6 cum omne agens debeat esse praesens vel per seipsum vel ut coniunctum cum alio agente, humanitatem Christi ideo esse coniunctam et praesentem quia est coniuncta cum deitate quae est praesens intime effectui, ac proinde potest influere in effectum distantem. quod inquam dicunt hi autores difficultatem habet; nam saltem sacramenta aliam non habent coniunctionem quam quod ut concausae una actione simul cum deo influant in effectum. sed hoc non sufficit ergo etc si hoc sufficeret quaelibet causa creata posset agere in distans, nam quaelibet causa est coniuncta taliter primae causae quae semper est intima effectui

QUAERES An saltem de potentia absoluta posset agens creatum agere in distans? dico agens creatum nam increatum cum sit ubique non potest quidpiam agere ubi non est. Rubius q 2 distinguit verum nam vel sermo est de causis quae agunt per virtutem

propriam atq adeo de Causis principalibus: vel de ijs quae agunt per virtutem alienam aut etiā ut elevata instrumenta. Si de primis est sermo probat non posse ea agere in distans longo discursu. Ego breviter sic probo Si agens creatū per propriā virtutem posset agere in distans, naturaliter in illud ageret; atqui non potest naturaliter. Ergo non potest per propriam virtutem Maior probata est et conceditur à plerisq Subsumpta prob. Agere per virtutem propriam est agere per vires sibi debitas et proportionatas effectui et modo operandi quem exigit natura ut videre est in quibusdā effectibus qui petunt fieri instantanee vel successive; sed quod agit per vires sibi debitas et proportionatas effectui naturaliter agit. Ergo qd agit per virtutem propriam naturaliter agit

Difficultas ergo est an agens aliquod creatū possit saltem elevatū per potentiā obedientialem ad hoc ut agat in distans. Et quidem licet Suarez in praesenti citatus videatur negare agere posse ullū agens creatū in distans, reipsa tamen meo iudicio id concedit quando admittit humanitatem Christi concurrisse ad actionem sanativā hominis distantis; coniunctio enim quā humanitas Christi habet cum natura divina quae ubiq est, mere per accidens se habet; vel si sufficit hæc coniunctio ut non dicatur humanitas agere in distans sufficiet ut nullū agens creatū agat in distans, cum omne agens creatū dependeat essentialiter a Deo et sit illi connexū agatq eadem actione cū illo. Probat autem Suarez implicare hac ratione si agens finitū creatū posset agere in distantia finita, agens infinitū si daretur posset in infinita distantia, hoc videtur impossibile ergo. Sed verum Deus posset Imo, vel distantia infinita implicat vel non; si implicat non sequitur quod infertur, si non implicat concedi potest sine absurdo. Molina et alij hanc conclusionem colligunt ex Scriptura nam ex eo colligit Deus esse ubique

praesens rebus omnibus quia intime in omnibus operatur ut habetur in psalmo 138 quo ibo a spiritu tuo et quo a facie tua fugiam, si ascendero in caelum tu illic es etc. Et clarius ex actis Apostol. 17 non longe est ab unoquoque nostrum in ipso enim (id est per ipsum) vivimus movemur et sumus. Si ergo ex operatione Dei colligitur intima praesentia et quasi infertur non posse operari ubi non esset, multo magis id debet dici de creatura. verum quidem est quod aliunde etiam optime probetur intima praesentia Dei ex eo quod sit immensus immutabilis etc. Vasquez 1 p. 27 n 10 explicat loca scripturae ut scilicet ex operatione Dei non inferatur praesentia eiusdem secundum substantiam sed tantum secundum cognitionem. Valentia item 1 p. d. 1 q 8 puncto 1 dicit colligi quidem praesentiam substantialem non tamen ex operatione quatenus operatio est sed quatenus perfectissima et perfectissimi entis atque adeo illimitata et infinita est. Sed neutra explicatio videtur plane satisfacere. Non prima quia ex utroque loco argumentantur Patres ad probandam praesentiam Dei substantialem. non ~~altera~~ quia hoc non est proprie colligere praesentiam Dei ex operatione sed ex perfectione eiusdem et infinitate quod est longe diversum. Vide Suarez d 30 s 7 n 7.

Alterum adhuc mihi videtur argumentum desumptum ex scriptura nimium probare ac proinde nihil; nam si argumentum desumptum ex scriptura habet vim, deberet probare omne agens intime debere esse praesens effectui quod tamen est falsum ut patet in calore extimo in sphaera activitatis cui ignis non est praesens localiter et saltem in creato agente non requiritur alia praesentia nisi secundum contactum superficiem.

Dico 2 Non repugnat creaturae elevari ad actionem in distans. Probatur quia si hoc implicaret, deberet implicare ex intrinseco et formali conceptu vel agentis vel passi vel effectus vel actionis. Sed ex nullo capite infertur implicantia ergo. Maior est evidens: implicare enim in genere per ordinem ad aliud est ex illo alio supposito posito hoc tollere

aliquod praedicatum essentiale, atque adeo illud esset et non esset. Hoc patet quoad primum, quia agens qua tale formaliter est solum principium reale et physicum influens et a quo effectus habet esse distinctum; hoc autem non tollit distantiam. Quoad secundum etiam patet, quia passio in actione transeunte importat entitatem aliquam realiter ab agente distinctam cuius potentia passiva eidem subditur ut ei actio ab agente quasi imprimatur et ex eadem effectus hac mediante educatur: sed hunc conceptum in distantia non ingreditur nec destruit distantia. Quoad 3tium patet quia effectus nihil importat aliud quam accepisse esse ab agente distinctum. Idem patet quoad actionem, nam actio solum dicit illam dependentiam qua effectus accepit esse, quod ex suo conceptu non dicit intimam praesentiam et coniunctionem cum agente. Fateor quidem quod communi conceptui videatur inconceptibile nec valet consequentia ab agente increato ad creatum, nam ut dixi nimium probaret, praeterea Deus si non esset ubi operatur non operaretur ut Deus, qui est immensus immutabilis quod in creatura non habet locum.

Sectio 2

De Sphaera Activitatis

Sphaera activitatis vocatur totum illud spatium in quod agens potest extendere suam actionem; vocatur autem sphaera quia agens in omnem circa se partem agit ita ut ipsum sit quasi centrum totius illius spatij in quod agit. Circa hanc sphaeram activitatis dubitatur

1mo An quodlibet agens creatum habeat certam aliquam et determinatam sphaeram in quam agat (nam increatum nullam habet). Dubitatur 2do An in totam illam sphaeram agat per se ipsum immediate ita ut virtus existens in agente attingat saltem aliquando per se ipsam immediate effectum qui producitur in parte sphaerae distante et remota. Dubitatur 3tio posito quod agat in totam

suam sphaeram immediate illud simul tempore in tota agat, an vero prius in partem viciniorem et successive in posteriores

Dico 1. Quodlibet agens creatum habet certam et determinatam sphaeram activitatis, aliud maiorem aliud minorem ita ut non nisi intra illam possit agere. Ita cum Communi Mancia 2 Phys. d. 4 q. 5 qui hanc totam quaestionem bene pertractat. Probatur ratione et experientia; ratione quidem quia cum agentia creata habeant determinatam virtutem operativam, necessario debent habere determinatam sphaeram in qua possint agere. Experientia autem quia et experimur ignem calefacere ad certam distantiam et omne agens creatum agere uniformiter difformiter in spatium cui est applicatum. Ergo paulatim eo devenitur recedendo ab agente ut tandem nihil producatur.

Obijcies 1mo Si agens habet determinatam sphaeram sequitur dari minimum qualitatis. Sed huius contrarium supra supposuimus. Ergo. Sequela probatur. Agens naturale fortius agit in propinquum quam in remotum. Ergo in ultima parte illius sphaerae dabitur remississima qualitas quae potest esse. Ad hoc argumentum respondi d. praecedenti s. 4 in fine nunc in forma nego sequelam maioris. Ad probationem concedo Antecedens nego consequentiam quod est a subiecto non supponente. Ratio est quia sicuti dixi non dari in ipso spatio partem ultimam eo quod quaelibet assignabilis est divisibilis in partem priorem et posteriorem, ita non est dare in partibus extensionis qualitatis partem ultimam quia istae partes commensurantur cum partibus spatij; et sicuti semper datur minor et minor pars spatij recedens ab agente numquam tamen ultima, ita etiam datur minor et minor intensio in illis quae amplius recedunt ab agente, numquam tamen ultima.

Obijcies 2. Illud in quo et cum quo terminatur sphaera ignis est operativum. Ergo illud producet etiam aliquid ultra. Ergo sphaera ignis magis extenderetur; sed et illud quod est productum est operativum. Ergo et illud producet aliquid ultra et sic in infinitum. Ergo sphaera ignis

produceretur in infinitum. R. negando consequentiam quia omne illud quod producitur intra sphaeram dependet ab ipso agente ut ab ipso qui immediate et per se influit etiam in extimas partes caloris intra sphaeram. quare cum limitata sit illius virtus debet dari aliquod spatium ad quod non pertingat, et sic non est mirum quod non producatur in spatio ulteriori calor eo quod respectu ultimae partis sphaerae adeo sit debile agens ut producat totum quod ultimo potest.

Dices esto virtus agentis non protendatur ultra, illa tamen particula ultima spatij quae est instar apicis habet in se vere calorem qui est operativus. Ergo calefaciet et vicinam partem spatij sed illa calefacta habebit calorem operativum. Ergo calefaciet et ulteriorem et sic in infinitum. R. distinguendo antecedens est operativus respectu subiecti in linea ulterius protensi nego, respectu alicuius subiecti superius positi illi parti transeat et sic nego consequentiam. Ratio est quia in illa particula determinata quam assignas ubi includuntur partes minores et minores in infinitum, ita etiam calor minor et minor in infinitum. Ergo non potest dari aliquid minus quam quod includitur in illa parte; sed si deberet in parte vicina extra illam particulam aliquid producere, deberet producere aliquid minus quam sit minus et minus in infinitum quod repugnat. Ergo repugnat aliquid ultra producere. Nota autem hic ratio supponit id quod supponit Suarez S 9 citatus. Vasques 3 p. d 29 n 14. Hurtadus d 9 physicae S 7 cum alijs plerisque unam qualitatem non posse producere unquam aliam aeque intensam atque ipsa est. Cuius rei nulla potest assignari ratio iuxta plerosque nisi sola experientia qua videmus luminosum nunquam producere tantum luminis in alio quantum habet in se; alias sequeretur parvam candelam posse totum orbem illuminare. nam si supponatur habere lumen ut quatuor et tantundem luminis producere in parte propinqua aeris, iam lumen productum in illa parte aeris producet quoque in alia parte lumen ut quatuor et consequenter per totum aerem. Cuius tamen rei rationem conatur dare Arriaga citatus, dum docet suppositam con

positione continui ex partibus in infinitum divisibilibus sic probatur Agens naturale fortius agit in propinquum quam in remotum. Ergo intra illam sphaeram intensius agit in parte magis propinqua et intensius in propinquiori; sed nulla est pars dabilis ultimo propinqua agenti, quia nulla est pars prima. Ergo tale agens in nulla parte potest producere tantam intensionem quantam in se habet: et hoc supponit agens agere uniformiter difformiter. Alij Respondent ad argumentum data aliqua tam parvula parte in qua est tam exigua intensio, non produci ab illa calorem in vicina et extra se, licet natura sua sit activus calor, quia cum ratione suae parvitatis non possit resistere contrarijs, fit et non debeatur illi concursus ad producendum aliud sibi simile quod est perstantius

Dico 2. Agens creatum agere in totam suam sphaeram per totitatem quam habet in se. Ita Suares D. 18 S 8 n 19 et S 2 n 27 Rubius C 6 et alij recentiores. Probatur 1mo experientia Si inter ignem et medium spatium sphaerae eiusdem interponatur lamina removetur calor productus in secunda parte spatij post laminam. Ergo signum est calorem qui erat in ea parte conservatum et productum fuisse ab igne distante. Confirmatur luminosum plus luminis producit per lineam rectam si transeat per foramen fenestrae &c. quam ad latera. Ergo lumen productum in parte distanti per lineam, producitur a luminoso distanti: Probatur consequentia quia si solum produceretur a lumine intermedio tantundem luminis esset ad latera quia produceretur ab eodem lumine intermedio. Posset tamen aliquis dicere hoc argumentum non habere magnam vim nam sunt aliquae qualitates quae nihil nisi in linea recta producunt; eiusmodi generis sunt Species visuales quae non operantur ad latus. Sic etiam Gilius lib 2 tract. 9 C 5 n 4 inquit hanc esse conditionem omnium fere agentium naturalium ut nisi quid obstet fortius agant in directum causae principalis seu agentis a quo primo incepit actio quod inductione constat: et affert exemplum de impulsu quo corpora moventur

violenter, qui cũ sit semper eiusdem speciei, tamen si à primo movente dirigatur mobile in unã partem, non potest per illũ impulsum moveri in alteram partem. Quare etiam Suares S 8 n. 20 ait saepe ista indicamus de naturis rerum ex his quae experimur etiamsi ulteriorem ratio nem illius naturalis conditiones videre non valeamus. Ita directum visus solum multiplicat species per lineam rectam directã autem auditus etiam per obliquam ut patet experientia ex qua recte colligimus hunc esse naturalem modum agendi talium directorum.

Hieronimus tamen argumentatur adhuc habet vim, quia aliunde constat lumen ex se esse talis naturae ut circumquaq3 operetur et diffundat lucem non solũ per lineam recta. Ergo quod in dicto casu lumen seu radius qui est in tubi culo non illuminet ad latus signum est defectũ oriri ab agente principali quod propter impedimentũ foraminis angusti non potest illuminare latera. De impulsu autem et speciebus videbimus suo loco.

Probatur 2do a priori ignis necessariò agit imme diate in partem aliquam spatii distantem. Ergo in omnes partes spatii agit immediate. patet consequentia quia non est maior ratio unius quam alterius. Antecedens probatur si ignis non ageret immediate in partem aliquam remotam nunquã posset agere. hoc est falsũ. Ergo. Probatur sequela quia cum in quan titate non possit assignari prima pars non potest in aere igni proximo assignari prima pars quae igni sit immedi ata et in qua sola immediate agat. Nam quaecunq3 pars aeris assignatur illa est divisibilis in anteriorem et po steriorem et consequenter semper datur propinquior et propinquior igni. proinde opus est ut in aliqua distanti parte immediate ignis producat calorem.

DICO 3. Partes intermediae aliquando una cum agente concurrunt ad productionem partiũ magis remo tarum, aliquando non. Est Suares S 8 n 19 qui ait quando[?] qualitas non est activa non oportet hanc partem proximam esse instrumentũ sed tantum medium ad actionem. Et quoad primam partem est multorũ maxime recentiorũ

Hae autem partes intermediae caloris recepti in aere
vere sunt activae. Ergo possunt operari; quare una cum
agente quod principale appellatur pars aliqua caloris
producet tanquam concausa et comprincipium in parte
proxima subiecti calorem minus tamen intensum ut dixi
Altera etiam pars constat nam species visibiles solum ab
obiecto per totum medium producuntur et communis sensus est
unam partem speciei non esse productivam alterius.

Dices 1. Clauso orificio fornacis manus non
experitur calorem. Ergo signum est aerem calefactum ab
igne fornacis nihil in manu producere de calore
R. negando consequentiam. Inferimus enim hoc argumentum
non probat calorem in aere nihil operari in manum sed tan
tum nihil per se solum efficere absque influxu ignis, ac pro
inde non esse per se agens sufficiens in dicto casu. quod
quidem aliter probari non potest quam experientia. Vel
certe dici posset clauso orificio fornacis aerem quia val
de rarus est non esse productivum multi caloris ac proinde
quando manus antea habet iam calorem non sentiri
quando autem penitus frigida est percipit aliquid de calore
aperto autem orificio statim incalescere quia per ostium
fornacis celerrime erumpit flamma et exhalatio calida
quae celerrimo motu accedens ad manum calefacit.
Verumque dici potest quod aer calidus non sit multum ope
rativus tum propter humiditatem naturalem tum propter
admixtas exhalationes qua de re postea.

Dices 2. Ex hoc sequitur quod in productione
caloris per palmum successive dentur infinitae actiones
distinctae. Probatur sequela quotiescumque accedit novum agens toties
mutatur actio; sed in dicto casu accedunt successive infi
nita nova agentia nempe partes proportionales caloris
producti. Ergo in dicto casu mutatur infinities actio.
R. concedendo totum nec hoc est aliquid contra me
qui non nego simpliciter omnem infinitatem in numero
vel multitudine non solum successive sed etiam simul

Objicies 1 Si agens creatum attingit etiam virtute sua extimas partes sphaerae, vere agit in distans. Sed hoc reiecimus ergo, probatur sequela quia virtus agentis non est praesens parti subiecti et effectus qui est in fine sphaerae. Ergo vere agit in distans. Respondeo negando sequelam minoris. Ad probationem distinguo antecedens non est praesens praesentia reali concedo per continuationem nego. Verum quidem est quod quando alterius rationis effectus producitur in medio et in distanti cum non possint dici illi duo effectus continuari neque causa coniungi per continuationem cum extimo effectu, opus est ut intermedius effectus iuvet ad productionem ulterioris; quando autem eiusdem rationis effectus in medio et fine producitur non est opus auxilio intermedij: quare potest dici cum Scoto agens per diffusam virtutem esse praesens illi effectui. Si tamen adhuc hoc vocas agere in distans, non habeo difficultatem concedendi talem actionem in distans quia contra hanc non militant rationes supra adductae.

Objicies 2 Multa loca Aristotelis in quibus videtur insinuare partes intermedias producere ulteriores. Sed respondeo verum esse per vos in qualitatibus activis; licet nullibi dicat Aristoteles solas partes intermedias producere ulteriores: aut si id aliquando accidat prout videtur insinuare lib. de somnijs c. 2. ubi affert exemplum motus, dici potest per accidens id fieri et non nisi in ijs quae non requirunt influxum et praesentiam agentis quod primo produxit effectum.

Objicies 3 Quando comburitur successive chartarum una pars ignis producit aliam ut patet quia etiam remotis praecedentibus partibus ignis, adhuc pergit combustio. Ergo partes intermediae se solis producunt ulteriores. Respondeo distinguendo consequens quando virtus agentis adaequate producit similem virtutem in subiecto et passo sibi proximo prout fit in praesenti concedo consequentiam quando autem non producit virtutem sibi similem sed diversae rationis prout fit in productione qualitatum saltem aliquando nego consequentiam.

Dico Agens agit simul tempore in aliquam partem spatii sui sphaerae et hoc idem est quod dicunt aliqui agens in aliqua parte propinqua determinata subiecti producere qualitatem seu habere primam sphaeram ante secundam etc. si in tota sphaera activitatis ignis sit centum palmorum in qua successive agat simul in primis octo palmis producet calorem ita quidem ut intensiorem in primo palmo minus intensum in secundo et minus in tertio. Est recentiorum aliquorum

Probatur 1o Agens antequam incipiat actionem habet virtutem superandi resistentiam passi saltem secundum aliquam partem passi aut vel superioris uniformiter intensum qualitate contraria vel uniformiter difformiter ita ut deficiat verius agens contrarium vel e contrario. Si igitur quantum est ex parte qualitatis sicuti potest agens agere in parte passi immediatam ita potest in parte remota licet minus. Si 2do et in parte propinqua passi sit minor qualitas contraria quam in remota adhuc potest in parte remota agere saltem secundum aliquid si vero in propinqua parte passi sit qualitas contraria maior quam in remota si potest agens agere in parte subiecti propinqua magis intensa potest etiam in remota minus intensa. Probatur 2do non potest introduci calor in subiectum quin sit aliquis intensionis. Ergo debet in aliqua parte esse intensior in alia minus intensus. Ergo debet simul in aliquibus partibus introduci. Probatur 3o Consequentia quia ergo non agentia creata agere uniformiter difformiter

Objicies 1o Experientia quia admoto igne sentimus nos in parte aliqua distante quod idem est intra sphaeram activitatis non calefieri et paulo post calefieri etsi non accedamus. Ergo signum est calorem successive produci. Confirmatur si ferrum bipalmare admoveatur igni secundum unam extremam partem alteram extremam experimur in initio esse frigidum et successive calefieri. Ergo. Respondeo admittendo experientias distinguo consequens. Ergo signum est calorem successive produci si loquamur de partibus multum distantibus concedo nam cum illae multum distent non potent a productione

caloris qui valde remissus producitur agens eo usque se
extendere quod paulatim facit intendendo magis partes
passi viciniores. Si autem loquamur de parte aliqua vi-
ciniori quam prima productio potest attingere tunc
distinguo item. Ursgus producit in illa parte successive
partem caloris quoad intensionem concedo, quoad intensio-
nem et entitatem caloris nego; neque mirum est quod non
sentiamus ibi calorem productum etiamsi aliquando
sit productus est enim valde exiguus dum primo pro-
ducitur quem successive postea intendit in illa et se-
quentibus partibus semper tamen uniformiter difformiter

Quaeres actio quae est in medio et producit qualitatem
in media sphaera estne prior an simul cum actione quae est in
remota et producit partes remotas? Ratio difficultatis est quia
non potest dici quod sit prior saltem tunc cum qualitas simul
in partibus aliquibus producitur et potissimum in lumine
quod per se simul in tota sphaera producitur. Neque etiam potest
dici alterum quia cum intermedia qualitas consequenter produ-
cat remotiorem et ut sit prior et consequenter est prior
utriusque actio. Respondeo in casu quo qualitas fit tota simul
quoad totam intensionem ut patet in illuminatione aut certe se-
cundum intensionem in aliquibus partibus etiam secundum ali-
quam remissam intensionem ut dixi actio quae est in medio
est secundum naturam prior actione quae est in remoto
quatenus possunt illuminari partes medii propinquiores
non illuminatis posterioribus, cum tamen non possunt illu-
minari posteriores et remotiores quin etiam illuminentur
propinquiores. Unde virtus transfusa in medio non solum
in genere dispositionis est prior actione quae sit in
remoto sed etiam in genere causae efficientis cum nempe
partes intermediae una cum agente principali concurrunt
ad productionem effectus in remoto. Cum vero actio est non
contraria et in partibus illis quas primo non attingit agens
seu quae non sunt intra sphaeram, vel certe si actio spectetur
iuxta maiorem intensionem quae p. advenit successive
tunc actio intermedia qualitatis etiam prior est tempore

Quaestio 2 De Comparatione Agentis et Passi ad invicem

Hac quaestione examinamus ea quae Aristoteles textu a 20 usque ad 55 pertractat, scilicet de similitudine et dissimilitudine requisita ad agendum et an idem per se vel per accidens possit in se agere

Sectio 1

An simile agat in simile?

In duplici sensu haec quaestio agitari potest primo an alteris paribus et omnibus in agente et passo id est tam quoad intensionem quam quoad raritatem et densitatem et similia adhuc possit agens agere in passum 2do an existente eadem intensione in agente et passo, sed diversitate quoad raritatem et densitatem possit agens agere in passum. Ubi tamen adverte ex Hurtado d. 9 physica s. 9 et Suares, citando duplicem similitudinem posse intervenire alteram univocam seu formalem ut inter duo calida, alteram aequivocam seu eminentialem ut inter lucidum et calidum.

Dico 1. Simile in qualitate et gradu alteris quibusque conditionibus requisitis ad agendum et in raritate ac densitate non potest agere in aliud omnino simile. Est communis Suares d. 18 s. 9 n. 7 Vasques prima p. d. 80 n. 7 Rubio c. 9 q. 5 Arriaga d. 4 q. 2. Hurtado disp. 9 physica s. 9 et aliorum. Probatur 1mo ex Aristotele textu 18 simile inquit et omnino quaque indifferens rationabile est non pati aliquid a simili, quod probat aliquibus rationibus. Prima est quia non est maior ratio cur unum sit activum potius quam alterum; altera est quia si simile posset agere in aliud omnino simile idem posset agere in seipsum cum enim calidum ut duo potest intendere calorem in alio calido ut duo et non in seipso. Ex quo infert Aristoteles nihil futurum aut incorruptibile aut immobile; nam intendendo in se qualitatem tandem se destrueret aut actio procederet in infinitum. Quod ratio habet vim etiamsi ponatur quod simile agat in simile nam calidum ut duo intenderet aliud calidum ut duo usque ad tria, quod postea cum esset magis intensum posset suum agens intendere usque ad tria; et rursus aliud ad quatuor et sic consequenter ab illo usque in infinitum. Probatur 2do Conclusio quia omne agens agit ut assimilet sibi passum

ut dicit Sêc t 5 1 et videz ex ipsa natura rei colligi quid in suis effectibus vult perpetrari: nunc autem si ageret in simile potius faceret passū sibi dissimile

DICO 2 simile in qualitate et gradu licet dissimile in densitate et magnitudine non potest agere in sibi simile. Est communis autorū citatorū contra Toletū Sêc q 3 Concl. 1 Sandinū lib 2 de Anima dyves. 23. Solū et alios quos citat Soares n 20. Pbz 1mo Agens ut dixi supra agit ut assimilet sibi passū. Sed calidū non agit ut assimilet sibi passū in densitate vel magnitudine sed in gradu et intensione caloris. Ergo cū illud est iam simile in gradu et intensione caloris licet sit dissimile in magnitudine et densitate, non aget. Pbz 2do quia eadem absurda supra data ab Arte sequuntur; nam aer calidus ut duo cum sit rarior posset intendi usque ad tria a ferro calido ut duo; rursus quia aer habet calorem ut tria posset intendere calorem in ferro usque ad tria: quo posito demum ferrū quia densius est ageret in aerem et aer propter excessū in ferrū et sic usque ad octavū gradum quod est contra experientiam. Pbz 3tio quia ex contraria sententia sequitur quod passū semper possit moveri duobus motibus contrarijs id est simul calefieri et frigefieri atque adeo recipere plus quā octo gradus qualitatū contrariarū, sed hoc non admittitur ergo. Pbz sequela nam corpus densū calidum ut quatuor et frigidū ut quatuor aplicatū alteri corpori raro frigido ut quatuor et calido ut quatuor simul illud calefaceret et frigefaceret quia per utramque qualitatem est activū. Ergo faciet illud calidum ut quinque et frigidū ut quinque quod argumentū valet in qualibet combinatione.

Objicies 1 Ferrū candens producit ignē in stupa et per consequens calorem ut octo quem tamen ferrū non habet ergo debet adscribi densitati quam habet 2do Aer in hornes et granarijs inclusus grana accendit 3tio Una manus altera aque calidam magis calefacit. R in poris ferri candentis esse particulas ignis nam vel aer qui erat in illis vel partes tenuiores ferri propter maiorem dispositionem fuerunt in fornace

transmutatum in ignem; quod colligitur ex scintillis quae exiliunt dum ferrum candens malleo tunditur: deinde dici posset esto ferrum non esset calidum nisi ut septem, producendo eosdem gradus in stupa potest esse causa ut generetur ignis in stupa qui non generatur in ferro quia stupa habet alias dispositiones requisitas ad ignem quas non habet ferrum. Ad 2dum dico aerem in granarijs aliquando summe exsiccari et cum aliunde reducat se ad proprium calorem fit ut convertatur in ignem. Ad 3tium R. manus coniuncta manui prohibet refrigerationem ab extrinseco agente et fovet spiritus calidos qui ab intrinseco illuc confluunt a quibus utraque magis incalescit

OBIICIES 2 Carbones fortius calefaciunt quam flamma rarior maxime vini adusti deinde glacies plus frigefacit quam aqua soluta: item flamma magna et multorum ligno[rum] aliquid liquefacit quod non facit minor. Ergo qualitas remissa in materia densa et maiori intendit qualitatem simulem in rariori

Pro solutione harum difficultatum et omnium obiectionum principiatur. Adverte in maiori magnitudine esse virtutem maiorem ad agendum in distantia maiori; nam agens maius habet maiorem sphaeram activitatis quam habeat minus agens licet aequaliter intensum et cum agentia naturalia agant uniformiter difformiter, agens habens maiorem sphaeram plus qualitatis producit in partibus sphaerae sibi vicinis quam producat agens minus et habens minorem sphaeram; semper tamen producit minus qualitatis quam sit in ipso agente. Sic flamma decem palmorum habens calorem ut octo in parte sibi propinqua producet septem gradus cum dimidio, flamma vero triginta palmorum et habens calorem ut octo in parte sibi propinqua producet septem gradus et tres partes unius gradus et consequenter etiam in parte remotiori cum proportione plus producet posterior flamma quam prior: quod totum arguit flammam minorem non exercere tantum virium quantum maior, sed tamen nec maiorem flammam omnes vires exercere ut vidimus supra. Unde Soares n 25 ait ex multiplicatione agentis augeri virtus agendi non intensive sed extensive et ideo non augetur ut possit intensiorem effectum

producere, sed ut suum adaequatum effectum facilius, velocius,
fortius et ad maiorem distantiam ceteris paribus possit efficere,
et similiter in agente denso fit quia tota illa multitudo
formae melius aplicatur passo et ideo conducit ad promptiorem
actionem. Cuius rei ratio ulterior reddi potest nam quo sunt
plures partes et plura agentia coniuncta, eo plus resistunt
activitati contrarii ut videbimus infra, in quo sensu verum
est illud virtus coniuncta fortior, et consequenter numquam tantum
repatietur agens habens plures partes, quantum repatietur
a contrario agens habens pauciores partes. Hinc fit cum ignis
viginti palmorum aplicatur aeri frigido aut manui non
multum debilitetur a frigido aere vel manu, ad minus non
tantum quantum ignis unius aut duorum palmorum; ac proinde
potens est plus producere caloris in parte sibi propinqua
maior ignis quam parvus. Quae omnia pariter procedunt
in agente magis denso in quo sunt plures partes et plura
agentia partialia coniuncta quam in agente raro. Quare
optime redditur ratio cur agens magis densum et in ma-
iori distantia operatur et plus producat quam agens rarum.
Sed quia etiam ut dixi experientia habemus agens maius
vel densius celerius operari, oportet huius rei inquirere causam.
Aliqui dicunt hoc ipso quod sunt plures partes materiae in agente
sunt etiam plures partes entitativae qualitatis et virtutis
activae, quae omnes applicantur ad agendum et se invicem
corroborant ac iuvant ad citius agendum. Sed contra
per coniunctionem istam non accrescit robur nec activitas
maior quomodo ergo citius agunt? Quare rationem
huius rei puto esse eandem quam supra posui nimirum
omnis fere tarditas in agendo inter qualitates contrarias
provenit ex eo quod utraque qualitas ut agit ita repatitur
et ita unum debilitat aliud usque dum paulatim superetur et expel-
latur hostis alterutra: quare si est tale agens quod a con-
trario non potest multum repati et debilitari citius multo suum
superabit contrarium; atque quo potentius est agens eo minus
repatitur quia partes multae se invicem iuvant
vel non sinendo ut aliquid patiantur vel certe cito reparando
in illis damnum; quo fit ut alterum agens quod est rarius
et non habens tot partes cito succumbat. His positis

R. ad difficultatem, carbones fortius calefaciunt id est citius et in maiori distantia transeat, fortius id est habent virtutem in se simpliciter maiorem et nego: idem dic de glacie et similibus. Et hac ratione R. etiam ad Philosophum cap. 8 Phys. t. 80 ait in maiori magnitudine esse maiorem virtutem nempe producendi citius aut celerius effectum non autem intensiorem simpliciter. Similiter hac ratione potest dici agens densum esse magis activum. Vide Conimbr. in praesenti citatos

Obiicies 3. Si duae candelae aequaliter lucidae et luminosae iungantur, producent in medio intensius lumen quam fuerit antea dum solum esset unum lumen. Ergo ex multiplicatione agentium simul potest produci effectus intensior et consequenter agens maius vel densius cum habeat plures partes producet effectum intensiorem. R. concedendo antecedens distinguendo consequens potest produci effectus intensior quam causa nego; quam fuerit antea productus ab una causa transeat: patet enim ad sensum numquam tantum luminis apparere in medio quantum est in una ex illis candelis: est quidem verum ut dixi quod addita secunda candela lumen intensius producatur in medio fore quam producatur ab una tantum. Ratio est quia ut supra dixi ex multiplicatione et magnitudine agentium augetur sphaera activitatis, et cum agentia agant uniformiter difformiter, fit ut in partibus medii propinquioribus plus luminis producatur et consequenter etiam in remotioribus plus quam antea

Obiicies ultimo ponatur una candela A quae producat lumen in sex palmos aeris uniformiter difformiter ita ut in sexto palmo sit unus gradus luminis: deinde ponatur alia candela B aequalis prope illum sextum palmum ex opposito candelae A, quae similiter operetur uniformiter difformiter versus primam candelam. Hoc posito simile aget in simile vel certe non aget uniformiter difformiter. Ostendo sequela quoad secundam partem experientia habemus quod in medio istarum duarum candelarum sit minus luminis et versus utramque candelam ascendendo semper sit maius lumen et tamen si candela A ageret uniformiter difformiter deberet in secundo palmo a se distante producere quinque gradus luminis, et vicissim candela B in eodem

palmo duos; et in tertio palmo palmo distante a Candela A eadem candela deberet producere quatuor gradus et Candela B tres gradus quod sunt contra manifestam experientiam. Ergo signum est quod non agat uniformiter difformiter. Probatur etiam 2da quoad primam partem: experientia habemus quod in secundo palmo distante a candela A maius lumen producatur adveniente candela B quam fuerit antea. Ergo signum est quod candela B aliquid luminis producat in illo palmo. Sed si aliquid agit iam agit in simile quia candela B in illum palmum si aliquid inducit inducit duos primos gradus luminis; atqui iam supponitur idem palmus accepisse a candela A quinque gradus luminis et consequenter iam habere illos duos gradus quos posset candela B producere

Nimirum quantum premantur hoc argumento illi qui admittunt gradus homogeneos; nam non possunt reddere rationem cur candela B non producat in sexto palmo a se distante unum gradum luminis, in quinto duos, in quarto tres in tertio quatuor etc in quibus iisdem palmis candela A produxerat iam suos gradus ita ut in sexto palmo qui est primus ad candelam A produxerit sex, in quinto qui est secundus ad eandem candelam A produxerit quinque etc et consequenter si gradus sunt homogenei, non possunt reddere rationem cur in sexto palmo distante a candela B non sunt septem gradus luminis et similiter in quinto quarto tertio ut patet discurrenti. Hi autem qui admittunt gradus heterogeneos facile respondent dicendo candelam B non posse duos primos gradus producere in quintum palmum, eo quod iam in illo palmo reperiantur quinque gradus; quare si vellet augere lumen in illo palmo deberet candela B inibi posse producere sex gradus per se vel septem atqui adeo sextum et septimum qui sunt perfectiores. Reddunt etiam facile rationem quomodo in medio spatio duarum candelarum sit minus lumen nam candela A cum in tertio palmo iam produxerit quatuor gradus facit ut candela B ibi nihil producat; eo quod ibi si quid producere vellet, deberet quatuor gradus producere; sed cum iam illos reperiat in illo subiecto nihil producit amplius inibi.

Dices adhuc manet difficultas quia experientia

constat plus luminis esse in illo palmo accedente candela B quam fuerit antea. Ergo signum est quod auxerit illud lumen candela B. Ergo aliquid in illo produxit.

Rndent aliqui recentiores candelam B quia in sex palmis invenit sex gradus uniformiter difformiter productos postam in extremo subiecti prioris candelae non producere nisi quantum ipsa produceret si sola poneretur, explendo in singulis palmis numerum graduum sibi debitum supra illos qui producti sunt a priori candela. Cum ergo in primo palmo ad candelam A sit lumen ut sex, in secundo ut quinque, in tertio ut quatuor: secunda autem candela requirat in primo palmo apud se lumen ut sex, ubi a prima candela A productus est unus gradus ipsa superaddit quinque gradus et sic fit lumen ut sex; et in secundo palmo ut erant producti duo gradus ipsa superaddit tres et sic habet lumen ut quinque; in tertio palmo ubi erant tres superaddit unum et fit ut quatuor: in reliquis palmis iam est plus luminis quam ibi requirebat ipsa secunda candela, et si quid requirit iam illud produxit prima candela A; atque adeo iam habes in utroque primo palmo ad utramque candelam sex gradus, in secundo quinque etc.

Sed contra. Si supponis gradus homogeneos vel candela A producit prius suum lumen in totum subiectum antequam producat candela B vel simul vel postea. Non primum quia si prius candela A producit in secundo palmo a se quinque gradus, superveniens candela si gradus sunt homogenei producet duos ibi quos alias produxisset per se ibi etiam in absentia candelae A et sic erunt ibi septem gradus contra experientiam; quid enim impediret actionem causae necessariae? Si post hunc idem valet argumentum universaliter ut patet discurrenti. Non simul quia alias citius produceret candela A in quarto quinto et sexto palmo lumen, quam in primo secundo et tertio: et e contra candela B in quarto quinto et sexto a se distante citius producet aliquid quam in primo secundo et tertio sibi proximiori. Hi gradus illi quos candela A producit in quarto quinto et sexto palmo a se distante debent praesupponi in subiecto antequam ulteriores gradus ibi producat candela B et antequam operetur; gradus autem in primo secundo et tertio palmo

penes Candela A vicissim praeponunt operationem candelae B quod primos gradus in his palmis ~~habet~~ producere, quibus postea dat complementum. candela A

Alterum mihi magis placet responsio quod etiam videtur esse conformior experientiae quia videmus totum lumen inter medium crescere ex adventu candelae B dum dicitur candelam A per adventum Candelae B determinari ut relicta priori actione plus producat luminis in palmo proximo et consequenter in alteris usque ad quartum, ita tamen ut numquam in ullo tantum producat de lumine quantum ipsa habet. Similiter candela B determinatur a candela A ut plus producat in his palmis sibi vicinis uniformiter difformiter quam alias erat productiva. Ratio est quia sicut per adiunctionem alterius candelae ad alteram partem non obversam candelae B, candela A ultra protendit sphaeram et per consequens plus producit in partibus sibi vicinis luminis quam alias fuisset productiva: ita et plus producet in partibus vicinis obversis candelae B. Difficultas est in quo consistat ista determinatio; nam quod supra dixi de coniunctione plurium partium ad superandam resistentiam, hic non habet locum, cum hic non detur resistentia aut contrarietas: praeterea non apparet quomodo possit explicari ista determinatio nisi in quantum utrumque agens concurrat simul in omnes partes totius luminis producti. quod ipsum tamen est difficile. Hac in re satis perplexa et difficili respondere posse non video aliud nisi quod haec sit natura agentium eorum etiam quae non habent contrarium ut ad positionem et adiunctionem alterius agentis etiam in aliqua distantia modo sit intra sphaeram activitatis, plus de viribus exerant quam in absentia agentis adiuncti; quod quidem habemus a posteriori. Ratio autem a priori potest referri in Deum cuius est attemperare concursum Causarum secundarum ut vidimus in disp. de Causa efficiente: quare ubi Deus videt adiunctum aliquod agens intra sphaeram activitatis alterius, dat maiorem concursum in actu primo agenti praecedenti, et consequenter cum illud agens supponatur esse

necessariū debet plus agere quam antea. Sive iam dicas quod ad gradus aliquos remissiores qui sunt in primo secundo et tertiō palmo vicino candelæ A concurrat candela B comproducendo in illo primo palmo primū gradum in secundo duos, in tertio tres; sive non

Sectio 2

An idem possit agere in seipsū?

Certū est 1mo qd idem posset agere in seipsū per emanationem si ea datur producendo in se qualitatem usqz ad gradū sibi connaturalem. Certū est 2do actiones immanentes huiusmodi sunt intellectio volitio fieri ab agente in seipso: et hoc est quod dicunt plerīqz agere in se amorne perfectivā sequiuoca. Certū deniqz est posse aliquid se movere localiter ab intrinseco ut animalia quæ movent se motu progressivo. Difficultas est in quæstione præsenti an possit aliquid in seipso intendere qualitatem quæ alias illi non est connaturalis; et hoc sive sit destructiva ut an aqua calida ut duo possit intendere in se calorem ut quatuor: sive non ut an aer lucidus ut duo possit seipsū illuminare ut tria

Dico 1o Non posse aliquid agere in seipsum in secundo sensu posito. Est communis et Antiqui qui de actione similis in simile exhibet tanquam absurdum quod idem ageret in seipsū. Pbz 1mo quia agens naturale non agit supra suas vires, at si calidū ut quatuor posset agere in seipsū faceret calidū ut quinqz plus quam est per se. Ratio a priori est quia omnis causa debet continere effectū ac proinde vel esse perfectior vel saltem æque perfecta suo effectu: quintus autem gradus qui est effectus est perfectior quatuor. Pbz 2do si calidum ut quatuor potest in se producere quintū gradū caloris cur non et reliquos usqz ad octavū

Dico 2. Non potest idem agere in seipsum actione corruptiva primo et per se. Est communis. Probatur quia natura nulli tribuit virtutem quae sit per se instituta ad malum ipsius cum nullus possit esse huius rei finis. Probatur 2do si posset agere in seipsum actione corruptiva primo et per se idem esset et non esset; esset quia nihil potest agere nisi sit; non esset quia corrumperetur. Ergo

Dico 3. Potest idem agere in seipsum actione corruptiva per accidens ratione partium diversarum. Est etiam communis. Ut autem explicetur hic difficultas **Adverte** duplex esse agens quod potest dici actione corruptiva agere in seipsum. Aliud est homogeneum et constans partibus eiusdem omnino rationis; aliud heterogeneum et compositum ex partibus dissimilibus qualia sunt viventia quorum partes exigunt heterogeneas et contrarias dispositiones ut patet in corde et cerebro, in calore naturali et humido radicali. Hoc posito clarum est in toto homogeneo unam partem non posse agere in aliam neque in totum actione corruptiva neque totum in seipsum. De partibus constat quia sunt omnino inter se et cum toto similes neque ullam habent contrarietatem. De toto in seipsum etiam patet ex Dico 2do. In toto heterogeneo potest una pars ratione qualitatum heterogenearum et contrariarum agere in aliam, ex qua actione sequatur corruptio totius ut patet dum cerebrum frigefacit cor et contra cor calefacit cerebrum; et dum calore naturali consumitur humidum radicale ex qua consumptione sequitur senectus et mors. Hoc tamen est per accidens ut dixi quia etiam pars ut pars inclinat primo et per se in bonum totius quod etiam est bonum partis. Partes ergo heterogeneae ut partes sunt a natura institutae in bonum animalis quatenus inserviant ad eius operationes exercendas quae sine diversis et contrariis dispositionibus exerceri non possent; quod si ex actione huiusmodi qualitatum et dispositionum sequatur mors animalis hoc est per accidens et ex necessitate materiae non ex intentione naturae. Ex quibus manet probata conclusio.

Dices quando homo occidit seipsum tunc primo et per se agit in seipsum actione corruptiva. Ergo potest aliquid agere in seipsum tali actione primo et per se. Respondeo si loquamur physice quando homo occidit seipsum revera idem non agit in seipsum neque destruit seipsum; nam si gladio mortem sibi inferat manus hominis immediate solum causat motionem localem alicuius corporis ad quem sequuntur divisiones continui

et altera quae mortem causant: idem est de sumptione veneni.

Q. XXXIX. In extinctione ignis vel lucernae quomodo destruitur agit in seipsum actione destructiva et idem quaerendum de extinctione hominis cum pro sto calore. Agit hac de re Aristoteles lib. de senect. et iuvent. c. 2. 3. et 10. R. ergo cum philosopho dupliciter posse extingui ignem: 1mo violenter per introductionem contrariae dispositionis ut cum affunditur aqua. 2do per marcorem pro quo Adverte ex philosopho 4 meteor. summa 3 c. 4 mixta combustibilia esse duplicis generis, nempe inflamabilia et carbonabilia; inflamabilia autem sunt quae emittunt flammam, flamma autem ut habetur ibidem est fumus accensus; fumus vero ex eodem est exhalatio terrea subtilis admixto vapore unctuoso et crasso in quo sit multum humidi aerei; nam humidum aqueum non est aptum ut sic calore ab igne, sic difficulter ignescit lignum viride quando ergo talis exhalatio facta fumus habet debilem calorem exsurgit in flammam; partes vero reliquae terreae quia difficile convertuntur in ignem resolvuntur in cineres et carbones in quibus ideo exteriores partes apparent accensae quia inest illis aliquid humoris unctuosi et aerei facile inflammatur. Adverte deinde ignem purum non lucere ut communiter dicitur de igne qui est in concavo lunae lucet autem cum impurus et crassus est: quare ignis qui dicitur extingui per se, non ideo dicitur extingui quasi perdat propriam formam, sed quia cum ex natura sua sursum evolet paulatim deprivatur et deficiente crassitie incipit non splendere nec videri; cum autem non succedant aliae partes unctuosae et crassae, tunc non apparet dicitur extinctus ignis; nunquam enim est eadem flamma quam videmus sed alia et alia semper per continuationem humidi ut sic ut habet Aristoteles 2 meteor. sum. 1 c. 1: et patet in lucerna quae praebet semper novum humorem unctuosum et novas partes terreas contentas in lichno ex quibus conficitur fumus qui paulatim accenditur; ita ut dum aliquae flammescunt evanescunt aliae puriores et crassiores disponuntur pro flamma quae durat donec est lychnus et oleum in lucerna: calterum ipsa per modum vaporis semper ascendit ob rationem praedictam. R.

Ex his habetur in isto modo extinctionis flammae qui vocatur marcor nihil inferri contra nos nec reperiri quod agens

agat in seipsum actione corruptiva. Sed quia exin qui etiam potest per suffocationem ut tamen operculo flamma concluditur videndum qua ratione id fiat et an agat hunc in seipsum. Pro quo Adverte aliquando id fieri per expulsionem caloris ab aqua vel terrae frigiditate ut flamma extinguatur; sed de hoc non quaerimus hic. Sed tantum modo quando lumen tegitur operculo v.g. non magno; et tunc dico extingui ignem ideo quia non habet respirationem quam necessario postulat; ratio autem necessitatis est haec quia humiditas crassa aeris facit ignem diutius adhaerescere carboni vel ligno donec dissipantur aliae partes pro materia ignis et ita si impeditur respiratio et ingressus aeris subfrigidi qui impediat ne nimis cito a calore partes attenuantur et corrumpantur, flamma evanescit et destruitur. Idem fere accidit in extinctione animalis, cuius cor cum sit densum et durum habens multum terrae admixtum et aliunde sit caloris sedes, per subintrantem aerem refrigerari debet ne nimis attenuetur et dissolvatur. Et in hoc etiam casu idem non agit in seipsum actione corruptiva.

His adde cur ignis per sufflationem extinguatur aliquando ut patet in candela: interdum vero accendatur ut patet in carbonibus vel ligno adhuc ignito. Ratio est quia in sufflando in candelam dissipantur partes ignis et flammae, ex quo fit ut non possit novas exhalationes calefacere et accendere: per insufflationem vero in carbones continentur partes exteriores ignis ne evolent et versus illas impelluntur partes aeris et vapores mixti, quae omnia misceri debent cum exhalationibus et partibus subtilioribus carbonum ut fiat materia apta ad concipiendum ignem; ac proinde debet attemperari flatus ne sit nimius et ne omnia dissipet; quia vero in carbonibus accendit exhalationes priores et ignificabiles consumptae iam fuerunt, hinc est quod in illis aliquando per insufflationem non excitetur flamma

Quaeres 2 An ea quae habent naturaliter aliquam

qualitatem posset nisi se producere itta formaliter ut piper quod dicatur virtualiter calidum an illum calorem quem producit in lingua posset etiam producere in se. Videt. Suarez d. 18 S7 n. 14 ea quae habent qualitates virtuales sibi contrarias ut piper, primum ita esse affecta et disposita aliis qualitatibus ut impediant actionem virtualis qualitatis in ipsa ultra temperamentum suum connaturale. Sed meo iudicio non video qualitatem quae posset impedire illam actionem nisi frigus; et de hoc quaeritur. Cur non possit superari et expelli per introductionem caloris formalis cuius principium virtuale habet in se piper. Quare aliter respondendum est nempe ea quae habent calorem virtualem non habere integram et totalem vim calefaciendi nisi aliunde inveniant et ponantur certae conditiones ut est attritio, admixtio salium vel humoris, quibus positis producitur quidem in lingua, palato naribus ventriculo ut pote partibus tenerioribus calor qui in ipso pipere non producitur primo: vero partibus attritis et dissipatis calor qui formaliter continebatur diu exhalat; postmodum quidem ab ipso animali calido et a ventriculo in pipere producitur calor qui illud corrumpit et in chylum vertit. Idem dicendum cum proportione de vino

Sectio 3

Utrum idem agat in seipsum dum intenditur qualitas per antiperistasim et quid sit antiperistasis

Antiperistasis latine est circumobsistentia qua unum contrarium alterum obsidet; dari autem huiusmodi intensionem unius qualitatis circumobsidente contrario patet multis experientiis. Notissima est quod hyeme dum aer est valde frigidus intenditur calor in aqua puteali; aestate vero dum aer ambiens est calidus eadem aqua fit frigidior. In hoc et similibus quaeritur causa istius intensionis; quae quidem non potest esse contrarium extrinsecum ambiens ut patet cum non sit productivum sui contrarii neque etiam semper forma substantialis, a qua enim in aqua calor

intenditur in hyeme non est naturale calefieri.
Apud Soares S. 9 aliquot referuntur modi explicandi
et assignandi causam antiperistasis quos optime refellit.
1mus est Marsilij et aliorum qui docent idem a seipso intendi
per antiperistasim reflectendo actionem a contrario in seipsum
nam res calida, v.g. a suo contrario frigido obsessa
mittit per medium species intentionales quibus sentiatur,
quae dum perveniunt ad contrarium refringuntur et in
suum agens reflectuntur augendo in illo calorem.
Sed contra ut bene advertit Soares sicuti species visibiles
coloris non possunt producere colorem, ita neque species
tangibiles caloris calorem. deinde quia tales species
agerent ut instrumenta qualitatum. Ergo non possunt plus
agere quam ipsae qualitates. Atqui qualitates non pos-
sunt se intendere per se. Ergo neque per species.
2dus modus est Toleti hic q. 14 Fonsecae 5. metaph. c. 2 q. 17 S. 3
qui docent antiperistasim inde fieri quia propter impedimentum
contrarij qualitas non potest extendere actionem in totam sphaeram
et ideo illam vim in se convertit et se intendit. Sed contra iam
idem ageret in seipsum vere et proprie. deinde illi gradus intensionis
maioris excedunt potentiam et virtutem agentis, praesertim si
sint heterogenei. Ergo non possunt ab illa produci. Omitto
hic sententiam Cardani 2 de subtil. verum finem qui negat
in hyeme aquam putealem esse calidiorem sed nobis tantum ita
videri: contra talem enim non est modus argumentandi, ubi ea
quae manibus contrectantur et oculis cernuntur negantur; constat
enim [illegible] tactu experiri et hyeme evaporare puteos quod est mani-
festum indicium caloris
Soares ipse citatus et Conimbricenses hic c. 9 q. 7 a. 2 et
alij communiter dicunt antiperistasim per quam intenditur quali-
tas fieri nunc ab aliqua causa intrinseca corpori in quo intenditur
nunc a causa extrinseca. Pro quo Advertunt 1mo
Antiperistasim posse fieri in corporibus calidis et frigidis
2do intensionem maiorem qualitatis quae fit per antiperistasim
aliquando esse connaturalem subiecto ut cum aestate intenditur
frigus in aqua; aliquando esse innaturalem ut cum hyeme aqua
calefit. 3tio in aqua caeterisque elementis et mixtis

quae sunt apud nos continere multas exhalationes calidas
calore et influentijs solis tempore praesertim aestivo genitas.
Hi postea dicunt in antiperistasi intensionem qualitatis natu-
ralis subiecto ut caloris in aqua fieri ex eo quod a contrario
circumobsistente impediantur ne transpirent et evolent exhalatio-
nes calidae quae in illa continentur, quaeque cum sint caeteris par-
tibus aquae calidiores ita detentae agunt in partes aquae fri-
gidiores easque magis calefaciunt, sic ut tota aqua sentiatur calida.
Contra vero intensio qualitatis naturalis subiecto fit ex eo quod
exhalationes calidiores in aqua cum non impeditae a contrario
transpirent et evaporent, unde aqua remoto hoc impedimento
sua virtute naturali reducitur ad frigus debitum et alicunde vapo-
res frigidi in aere tanquam crassiores descendentes multum iu-
vant ad frigefactionem.

Dicendum ergo qualitatem in antiperistasi dupliciter
intendi 1mo si qualitas est debita subiecto fit per evaporationem
qualitatis contrariae et naturalem virtutem ipsius substantiae redu-
centis se ad suum statum 2do si qualitas non est debita fit per
actionem contrarij conclusi. Ita citati autores. Probatur quoad pri-
mam partem explicatione supra posita. Secunda etiam pars patet
ex dictis. Cui adde de facto sub terra esse multas exhalationes
calidas productas ab ignibus subterraneis unde fit ut alicubi
aquae seu balnea sint continenter calida quae exhalationes ut
dixi constringuntur et incarcerantur dum aer frigidus obsidet
extimas et constringit partes aquae.

Colliges ex dictis solutio et explicatio multorum quae usu quo-
tidiano experimur 1mo Cur poma citrina limones et similia
etiam in hyeme maturentur. Ratio est quia ut Aristoteles 4 meteorologicorum
summa 1 c 4 Cum maturatio sit quaedam concoctio et concoctio
fiat a calore fit ut in hyeme exhalationes calidae inclusae in
talibus pomis illa coquant. 2do Cur hyeme stomachus sit
calidior et requirat tunc maiorem cibum. Cur etiam illis
quibus hepar est calidius stomachus sit frigidior quia scilicet
calore hepatis avocantur spiritus a stomacho et in aestate
laxatis poris evolant: ideo etiam Aristoteles problematum 24 summa 1 q
docet febres autumnales et hyemales esse ardentiores quia
calor intus reprimitur a frigore externo ne egrediatur. Hinc
etiam oritur quod qui hyeme aqua frigida lavat manus sen-
tiat ad aliquod tempus maiorem calorem quam qui lavat

calida. 3tio Cum calx per infusionem aquae incandescat
quia scilicet partes superiores aquae agglutinatae prohibent expira
tiones exhalationum caloris quae sunt in calce; quod praecipue accidit
in calce recente quia vetus amisit magna ex parte
calidos spiritus unde in calce redacta in pulverem talis
exarsio non sequitur vel valde modica ob defectum agglu
tinationis et ob viam patefactam spiritibus: Item non exar
descit calx si infundatur oleum eo quod oleum facillime pen
etret omnes partes et ita humectatae non possunt se invicem
accendere nec atterere se in evolando 4to Cum fimus non
bene exsiccatus et ita expositus flammam aliquando concipiat
quia scilicet exhalationes aliquot obsessae et inclusae dum
viam faciunt ut exeant nimio atteruntur et incalescunt
5to Cum aliqua exposita Soli citius frigefiant quam si collo
centur in umbra. Item Cum aqua tepida exposita aeri
frigido in hyeme facilius congelascat quia scilicet per calo
rem rarefactae partes aquae dant facilem aditum frigori et
exhalationibus siccis frigidisque terreis quae requiruntur ad
congelationem. 6to Cum in nubibus accendantur fulgura
et fulmina quia ut dixi in meteoris exhalationes et
vapores in secundam aeris regionem sublati et undique a nu
bibus frigidis inclusi dum magis magisque constipantur
viam quaerunt qua erumpant et nimia agitatione accen
duntur. Demum ignis inclusus in furno magis incalescit quia
ibi conservatur et non [illegible] a suo contrario scilicet ab aere x

Sectio 4

A quo agente intendatur qualitas in reflexione?

Pro intelligentia

Nota 1 reflexionem radiorum dupliciter posse contingere (est au
tem radius quilibet luminis profusio per lineam quasi
indivisibilem et non curvam) 1mo ita ut radius a lumi
noso procedens qui dicitur directus perpendiculariter ad angulos
rectos incidat in corpus opacum; et tunc radius reflectitur in seipsum
et dicitur radius reflexus simpliciter. Dicitur autem radius
reflecti non quia idem numero lumen redeat productum in
speculo v.g. retrocedat versus luminosum, sicuti eadem numero

x aere ambiente neque erumpunt exhalationes impeditae a corpore
densiori et auget etiam ipse ignis adiuncto sibi aere incluso quem
depascitur. Ex quo fit ut in fornacibus fumicis parvo igne saepe
liquentur metalla quae alias magno non possunt

pila vidit nervos proijcientem sed quia intenditur et
geminatur lumen in aere qui est ante speculū vel aliud
corpus opacū in quo fit reflexio. 2do potest fieri reflexio
ita ut radius directus incidit oblique in corpus opacum C
et tunc non reflectitur in seipsū sed in aliam partem ut
patet in figura ubi angulus factus ex radio directo et linea
corporis oppaci AB dicitur angulus incidentiæ; qui vero fit
ex radio reflexo et linea corporis opaci CF dicatur an
gulus reflexionis; punctū vero in quo radius reflectitur dicatur
punctū reflexionis. Fit autem interdū ut radij reflexi
dispergantur, interdū vero uniantur et congregentur in ali
quo puncto extra speculū ut patet in reflexione ad speculū
concavū; punctū autem illud dicitur punctū concursus et
focus speculi quia ibi propter magnam intensionem lumi
nis aliquando accenditur ignis; esse autem maius lumen
in puncto concursus quam in alijs partibus aeris propinquiori
bus speculo patet experientia qua videmus aliud speculū
ad illud punctū concursus locatū magis illuminari quam po
situm in alia parte etiam viciniori primo speculo

Nota 2 Si lumen incidat in corpus solidū et trans
parens ut est crystallus vel phiala plena aqua tunc radij
tendunt ulterius sed non recti; nam in superficie corporis soli
di flectuntur et incurvantur; hinc autem dicuntur refrin
gi; punctū vero illud ubi incipit curvari radius dicatur
punctū refractionis et radius ultra tendens dicitur radius refra
ctionis. Sive ut alij quando ab uno medio perspicuo
in aliud mediū diversæ naturæ et densitatis progreditur
radius, tunc in termino communi ubi diversa illa media
inter se coniunguntur fit unus angulus, et linea per quā
fertur radius AA secundo medio non iacet in directū
cum linea per quam radius in priori medio ferebatur. In
terdū autem radij refractionis dispergantur, interdū uni
untur et congregantur post phialam in uno puncto quod
dicitur punctū concursus ubi est maius et intensius lumen ut patet

experientia. Difficultas iam est in assignanda causa luminis intensioris quod producitur in puncto concursus: neque enim immediate videtur posse produci a luminoso corpore quod est agens principale per lumen quod habet in se; tum quia daretur actio in distans, eo quod ad illam intensionem non potest concurrere lumen remissius quod est in medio; Ergo neque ratione suppositi neque ratione virtutis agens est proximum passo; tum quia agens naturale agit uniformiter difformiter. Neque potest dici quod producatur immediate a lumine recepto in aere quia est minus intensum sicuti etiam lumen receptum in speculo ac proinde non potest agere vel producere intensius. Eadem fere est difficultas de ipso puncto reflexionis in quo ordinarie est plus luminis quam in aliqua parte aeris intermedia.

1mus modus dicendi et explicandi hanc difficultatem est eorum qui volunt lumen in puncto concursus vel etiam reflexionis produci à luminoso principali quod cum impediatur à corpore opaco ne extendat suam actionem quantum potest reflectit actionem et lumen quod debuisset producere in partibus ulterioribus sphaerae producit in vicinioribus et supplet intensione quod deest extensioni. Sic enim videmus ignem multo vehementius calefacere hypocaustum parvum quam magnum. Sed contra est quia sic omnia corpora utpote impedientia extensionem actionis essent causa aequalis reflexionis, quod esse falsum patet experientia cum possimus scripturam aliquam legere ad lumen reflexum in corpore albo non tamen in nigro. Deinde compensatio illa facta per intensionem deberet fieri in tota sphaera, vel debes assignare rationem cur in una parte sphaerae potius quam in altera producatur lumen intensius. Denique haec responsio non habet locum in refractione in qua radii non impediuntur sed ultra phialam extensi producunt maius lumen in puncto concursus quam in medio. Fateor quidem in hypocausto ob resistentiam calorem aliqualiter intendi non quidem a reflexione sed quia ut inquit Suarez n 32 agens principale in minori sphaera operatur plus quam in maiori ubi virtutes ipsius pluribus applicatur; haec tamen ratio non est universalis

maxime in reflexione. Unde quando Rubius l. 9 tract. de actione q. 3 n. 234 qui fere hunc modum dicendi sequitur, dicit luminationem directam quam alias agens principale erat extensurum continuari obstante corpore, et adfert exemplum de pila quae non a pariete motum sed a projiciente recipit; non satisfacit nec est ad rem exemplum tum quia pila impacta in parietem debiliori motu cietur quam si alias fuisset projecta; tum quia non valet exemplum in refractione per corpus diaphanum.

Alius modus dicendi est Suarez d. 9 n. 27 quod confirmat n. 36 nimirum cum agente principali lumen remissum in medio concurrere ad productionem luminis intensionis in remoto usque in puncto reflexionis in speculo. Item lumen receptum in speculo esto sit remissius quam in puncto concursus, coniungi virtualiter primo agenti id est soli et in consortio ipsius producere lumen intensius in puncto concursus. Ac proinde putat probabile esse gradus etiam remissiores una cum agente intensiori posse producere intensiorem qualitatem non quidem quam habeat agens principale sed quam instrumentale. Hunc modum amplectitur tandem Rubius et multi recentiores. Sed contra vel lumen receptum in speculo aut etiam in medio fere concurrit ad gradus intensiores in puncto concursus tanquam causa principalis partialis tamen, vel certe tanquam causa instrumentalis. Non primum quia hac ratione vere simile ageret in simile et intenderetur qualitas a minori virtute; quod enim illi adiungatur aliud agens non tollit quominus hoc vere attingat et quidem ut causa principalis licet partialis substantiam effectus. Ergo debet habere virtutem sufficientem et non minorem quam sit effectus; virtus autem illa est qualitas sicuti et effectus: si autem dicas lumen in speculo vel etiam in aere intermedio remissum concurrere ut causam instrumentalem ad totam intensionem, eo quod in virtute luminosi perfectionis quod est causa principalis agat, sicuti etiam accidens in virtute substantiae producit substantiam. Et contra est quia iam sufficienter impugnavimus causam instrumentalem

sic explicatam vid. de Causa Efficiente; neque enim est
conceptibile quomodo lumen remissius agat in virtute in
tensionis, si intensius nihil illi communicet: Item si doctrina
valeret (et exemplum de accidente) posset inferri quod solum
lumen remissius in speculo producat totam intensionem in
puncto concursus; sicuti Accidens solum in virtute substantiali
producat substantiam per eos autores; hoc autem evertit prin
cipia communia Philosophiae etiam ab ipsis posita. deinde sicuti
adversarii negant calorem ut duo posse producere calorem ut
quatuor etiamsi calor ut duo productus sit a substantia ha
bente calorem ut octo ita non potest calor ut duo adiutus
etiam a calore ut octo producere calorem ut quatuor
Ergo etiam in praesenti casu lumen ut quatuor usque in fere
non potest producere lumen ut septem in puncto concursus
Item si lumen remissius potest producere intensius tam
quam causa instrumentalis lumen quantumvis remissum
potest producere quodcumque intensum. Probatur sequela quia
non requiritur eo casu in lumine remissiori virtus
aequalis lumini producendo. Ergo non apparet ratio
cur lumen ut unum potius producat lumen ut sex
quam ut octo instrumentaliter

Alius modus dicendi est aliquorum recentiorum
qui etsi in ceteris qualitatibus non admittant quod si
mile agat in simile vel quod remissior qualitas in in
tensam; in lumine tamen id concedunt et dicunt
quandocumque plures radii concurrunt ad idem spatium
semper intendi ut lumen in illo et quo plures simul con
currunt eo magis fit luminosum uti fit in puncto
concursus: quare singuli radii concurrentes et reverten
tes ex speculo producunt aliquid luminis in illo
puncto concursus per modum causarum partialium;
ita ut singuli mediate producant unam partem lumi
ex quibus omnibus fit unum lumen intensius in puncto
concursus ad cuius productionem solum mediate concurrit
agens directum. Ratio autem istius disparis modi philo

sophandi de lumine est quia lumen est diversae ral
de rationis ab alijs qualitatibus et ad diversum finem insti
tutum quam sunt aliae qualitates quae ad mutuam corpo
rum transmutationem ordinatae sunt, ideoque similis in si
militem non potest agere nec remissior in intensiorem
quod secus evenit in lumine et alijs qualitatibus perfecti
vis saltem per actionem reflexam. Sed contra quod lu
men non habeat contrarium seu sit qualitas perfectiva
non facit quod simile possit agere in simile; eaedem enim
rationes quae militant in qualitatibus habentibus contra
rium militant etiam pro perfectivis, cum itaque in per
fectivis etiam in alijs qualitatibus gradus sint vel
homogenei vel heterogenei vide rationes adductas supra
cur simile non agat in simile. 2do quilibet radius
producere debet in hac sententia partem determinatam et
determinatae intensionis; sed sunt infiniti radij iuxta infi
nitatem partium et punctorum in speculo v.g. Ergo infini
tas producunt partes intensionis et quidem determinatas
Ergo infinitam intensionem

Alius modus quem insinuat etiam Suares n. 34
est in speculo et similibus corporibus reflectentibus esse
virtutem producendi lumen; sed quemadmodum piper ha
bet virtutem producendi calorem intensiorem quam reci
piat a stomacho licet non producat illum calorem intensio
rem nisi excitetur à calore stomachi: ita specula non
producunt lumen illud intensius nisi excitentur à lumine
in se recepto. Sed contra 1mo quia corpora quae refle
ctunt lumen reflectunt etiam species visibiles, ut patet expe
rientia in speculis. immo etiam ut docet Hipbg 1 de gener.
t. 295 in recognitione q. 2 probabile est reflexionem illa
fieri etiam in alijs qualitatibus. Ergo speculum deberet conti
nere virtutem non solum luminis sed etiam coloris et alterarum
qualitatum. Contra 2do speculum planum et concavum
non differunt nisi penes figuram Ergo si concavum habet
virtutem producendi tantum lumen in puncto concursus
etiam planum deberet habere quod tamen est falsum et constat

contrarium experientia. Hec semper est alia ratio de quo supra

DICO 1 Nunquam produci plus luminis in parte distante ab agente principali et directo quam in parte propinqua quia sive actionem directam consideres sive reflexam, quamdiu non concurrunt plures radii ad idem passum. Ratio est quia ubi non est peculiaris causa et impedimentum agens naturale agit uniformiter difformiter etiam in lumine ut patet experientia; si enim candelam illuminanti hanc scholam post decem passus opponas chartam vel corpus aliquod opacum planum, et illud semper moveas vicinius ad agens experiens opacum magis illuminari et penes opaci eo esse plus luminis quo magis est vicinum agenti. Cur autem in aere intermedio non videatur esse tantum lumen quantum est penes aut in opaco corpore distante decem passibus, ratio est quia lumen ut habet Aristoteles 2 de Anima t. 68 et ut suppono cum opticis, non videtur nisi terminatum et ideo visus non potest discernere utrum in aere sit magis vel minus lumen. Rationem huius rei ulterius reddunt aliqui quia nisi lumen sit terminatum non est activum neque mittit sui speciem; contra vero cum terminatur non solum illuminat locum et corpus ad quod terminatur sed etiam per reflexionem illuminat medium per quod transit. Difficultas est de lumine in puncto reflexionis aut refractionis et ubi opponitur corpus diaphanum aut est vitrum convexum quodnam agens ibi producat lumen intensius. Illam ut vidimus supra propter experientiam negari non potest quod ibi sit lumen intensius: et quod sit de puncto reflexionis aut refractionis difficultas est de puncto concursus in quo certum est esse plus luminis quam in intermedio spatio. Quare

DICO 2 Lumen intensum in puncto concursus producatur ab agente luminoso quod illuminat totum medium ubi est sit ug. ita ut lumen intermedium una cum

illo saltem ad gradus inferiores concurrat. Haec Conclusio melius non probatur quam ex refutatione aliarum sententiarum, et quod hac ratione congrue vitentur inconvenientia; nam in hoc modo dicendi simile non agit in simile nec maior intensio fit a minori eo quod agens luminosum principale ut ita loquar semper debeat in se continere tantum de luce quantum luminis etiam in puncto concursus deprehenditur; intermedii autem gradus in spatio intermedio esto sint inferiores et minus intensi, iuvant tamen aliquo modo ad effectum in puncto concursus productum.

Obiicies I. Hac ratione vere datur actio in distans. Ergo [illegible] sequela probatur, ponamus enim quod Candela vel sol in intermedio aere producat uniformiter difformiter lumen ita ut in quinto palmo sit lumen ut sex ubi ponatur speculum et fiat reflexio, in puncto concursus est procul dubio maius lumen v.g. sex. Hoc posito ad aliquos vel aliquem gradum in puncto illo producto non concurrit lumen in aere uno neque in speculo receptum eo quod sit remississimum. Ergo sola virtus residens in agente distante quod neque immediatione suppositi ut patet est praesens passo neque immediatione virtutis cum virtus ipsius ad producendos illos gradus intensiores non sit diffusa per medium.

R. negando sequelam nam ad hoc ut agens dicatur proprie agere in distans, deberet agens nullam actionem vel qualitatem per medium transmittere in passum distans vel certe talem quae nullo modo inserviat ad productionem effectus in distanti; in casu autem nostro non est ita; nam lumen remississimum inservit saltem ut dispositio ad lumen intensius cui etiam subordinatur, et sic concursus luminis et ipsum lumen intermedium non se habet ut pure concomitasse. Confirmatur si sol producendo formam auri in terra et in aere lumen et calorem non dicitur agere in distans etiamsi lumen et calor per se non sint productiva auri sed tantum productiva caloris in terra qui sit dispositio ad formam auri: cur debebit candela in puncto concursus producens sextum gradum dici agere in distans cum in medio producat lumen remississimum quod dispositive ad lumen intensius in puncto concursus concurrit.

Sed adhuc restat difficultas quam fateor et omnes una mecum qui norunt statum quaestionis. Quaeritur enim si agens luminosum v.g. sol agit ut Causa principalis et unica respectu illius intensionis; cur eandem intensionem non producat in toto medio; vel certe cur non alibi ut prope speculum versus solem vel paulo post speculum; sed tantum producat ibi et in illa parte aeris ubi dicitur fieri concursus radiorum. Videntur communiter autores speculum interpositum esse Causam. Sed contra iam rejeci responsionem in oppugnatione quartae sententiae. Deinde contra est speculum per se non est activum, lumen etiam receptum in speculo non est tam intensum quam in puncto concursus: item si esset lumen receptum in speculo Causa, produceret plus luminis in partibus sibi vicinis quam in puncto concursus qd est longinquius. Quare respondeo Causam vel conditionem esse speculum non quomodocumque sed quia cum speculum sit passum concavum habens plures partes capaces luminis fit ut sol si non intensius lumen saltem plures partes luminis in illo producat: quo fit ut ex omnibus illis partibus totidem radii exeant qui in puncto uno coincidunt et se intersecant: qua conditione posita sol producit in illo puncto illum excessum vel illam intensionem quam non producit alibi quia alibi non est illa conditio posita. Cur autem hic concursus radiorum sit conditio talis, et cur non radii dissipati eam efficiant? ratio ulterior potest reddi; nimirum quia hac ratione virtus agentis in longinquo est unita et quantum potest fieri optime applicatur passo distanti; nec potest excogitari melior modus quo agens non immediatione quidem suppositi sed virtutis sit applicatum passo

Objicies 2 Hac ratione agentia naturalia non agunt uniformiter difformiter quia plus producunt in distanti quam in vicino huic. R. primo plerisque esse solvendum hoc argumentum cum plerique admittant agens directum quando reflectitur eius radius maius lumen in puncto concursus producere quam in medio. imo admittunt agens directum plus producere luminis in puncto reflexionis quam in

aliqua parte aeris intermedia: Praeterea etiam qui dicunt produci a lumine recepto in speculo illam intensionem debent fateri quod in intermedio aere inter speculum et punctum concursus minus luminis. R. 2do distinguendo antecedens non agunt uniformiter difformiter quando agunt directa actione nego, quando fit reflexio transeat, nam tunc incipiunt quasi novam actionem a corpore oposito et opaco: proinde regula illa de agentibus naturalibus non est universalis

Adverte autem pro solutione superioris obiectionis non dicere aliquod agens agere in distans philosophos quando qualitatem aliquam producat in distanti spatio modo eiusdem rationis producat in medio etiamsi intermedias partes non attingant effective ullo modo qualitatem producatam in distanti spatio vide quae supra diximus

Sectio

Respondetur ad quasdam experientias

pro complemento doctrinae de lumine eiusque reflexione et refractione oportet quasdam experientias quae videntur contra dicta superius facere, salvare et earum rationem reddere, ne videamur contradicere iis quae sensui patent

1ma est sit candela A et B ex oposito collocatae et spatium intermedium bipalmare quod dividatur in duas partes aequales CD si in ipso loco divisionis ... E ponatur corpus opacum apparebunt duo umbrae altera in palmo C proximo candelae A et altera in palmo D proximo candelae B; hoc autem aliunde nequit contingere nisi quia utraque candela non solum agit in palmo sibi proximo sed etiam in remotiori si absint impedimentum: unde transeundo ad latera impedimenti in palmo remotiori lumen producitur intensius quam a candela oposita separata: quod experientia ad oculum patet et praeterea ex eo quod vere videmus umbram post impedimentum in ea palmi parte ad quam candelae oposita radij non pertingunt: et ex hoc habemus umbram quae post impedimentum cernitur non esse aliud quam privationem intensionis luminis quod ablato impedimento ab utroque lumine simul producere ...

mo nervo ex hac experientia habes quod per multi
plicationem agentium separatim intendatur lumen
B; non ideo ex hac experientia arguitur maius lu
men productum ex multiplicatione agentium, quasi
sola multiplicatio agentium per se posset effectum inten
dere quem non posset quodlibet ex agentibus par
ticulatim; sed quia ut supra dixi per appositionem
alterius candelae aut agentis determinatur prece
dens agens et prima candelarum A ut fortius vires
suas exerat et fortius agat in tota sphaera pro
ducendo uniformiter difformiter plus quam antea. Hinc
fit ut quando interponitur corpus opacum cesset illa for
tior actio et non aliter agat candela A quam age
rat in absentia candelae B: et sic apparet umbra
quae non est simpliciter privatio luminis sed pri
vatio luminis intensioris quod ibi produceretur si
ablato impedimento candela B posset virtus deter
minare candelam A ad fortius operandum. Confirmatur
explicatio ex illa experientia qua videmus in posito
casu si ad candelam A adiungatur candela R
quod umbra illa penitus evanescet: quod est evidens
signum accedente nova candela R urget candelam
A determinari ad fortiorem actionem etiam in illa parte
ubi erat umbra.

Sed contra est 2da experientia, inter ponatur
inter duas candelas asserculus ita post asserculum lumina
candelarum coincidant. In quo casu lumen in illo
spatio in quo actiones duarum candelarum coincidunt, est
maius quam lumen ibi ubi propter impedimentum non
potest fieri coincidentia licet sit propinquius agenti
Ergo signum est sola multiplicatione agentium intendere
lumen, et ita quidem ut non uniformiter difformiter
in toto spatio sed tantum in aliquo verum tamen id faciat
R ad hanc experientiam post asserculum ubi actiones

duarum candelarum coincidunt ideo esse maius lumen quam in intermedio, atque ex parte asserenti, quia ibi primum determinatur unum agens ab altero ad fortius agendum: et quemadmodum in reflexione a coincidentia radiorum determinatur agens ut producat in terminorum tantum non tamen ubique sed tantum ibi ubi est coincidentia radiorum: ita etiam determinatur candela A ad fortius agendum non quidem in tota sphaera sed tantum ibi ubi est coincidentia actionum, seu ubi non impeditur reprimitur una candela determinet alteram. Non vero ibi datur intensius lumen et ibi fortius agit una candela ubi iam altera illi potest censeri adiuncta et coniuncta. Concedo itaque agens non semper agere uniformiter difformiter etiam quando diverse agit propter impedimentum intervenientis, secus fit quando nullum intervenit impedimentum.

Alia experientia est si postquam ab una candela productum est lumen in pariete, addatur altera candela quae sit obtecta vitro colorato tamen lumen productum in pariete apparebit coloratum ita tamen ut color sit magis dilutus quam si a sola secunda candela produceretur. Ergo signum est quod utraque lumen concurrat et producat lumen sibi partialiter respondens; nam prima candela non potest producere lumen coloratum, secunda non potest sincerum. Ergo sincerum lumen producitur a prima et coloratum a secunda mutua tamen temperatione dilutum. R. hanc experientiam non facere contra me et tantum arguere quod adveniente secunda candela, prima et secunda candela unica actione producant aliud lumen in pariete diversum a priori: quod patet experientia et a posteriori ex ratione coloris imitatur secundam, ratione autem coloris magis diluti ostendit intervenire etiam concursum primae candelae sinceri. R. 2do esto ex hac experientia argueretur quod utraque candela producat sibi partiale lumen, ex hoc tamen non infertur quod intensio fiat per solam additionem et multiplicationem plurium partium; sed ad summum infert duo agentia

etiam coniuncta non semper agere partialiter partialitate Causae tantum sed etiam partialitate effectus quod in lumine forte non erit absurdum concedere esto in alijs aliter philosophemur quia in lumine habemus experientiam quam non habemus in alijs

4ta experientia est quando vitro colorato tegitur pars candelae cuius lumen per speculum concavum reflectitur in pariete pars flammae vel candelae vitro obtecta reflectit lumen coloratum, altera pars proijcit lumen omnino sincerum. Ergo utraque pars suum lumen partiale producit. R. primo concedendo totum neque hoc est contra nostram conclusionem ut dixi antea. Deinde posset dici duo luminosa tamdiu agere partialitate effectus atque adeo distinctis actionibus producere lumen quousque radij coincidant, tum vero cum in unum iam passum debeant agere unica actione id efficere. Quod idem de priori potes dicere experientia: sine possemus dicere post punctum reflexionis vel potius coincidentiae ubi radij vivorum incipiunt dispergi abinvicem quemlibet radium a sua partiali particula in lumine sibi respondente produci.

5ta est Sole oriente minus luminis producitur in toto hemisphaerio quando sola medietas corporis solaris emicat supra horizontem, et quando emicat totum corpus tunc additur priori lumini altera pars luminis. Ergo prius lumen a sola prima medietate producitur et posterius ab altera medietate a qua etiam augetur. R. si ex eo quod totus sol producat intensius lumen oritur in aliqua parte supra horizontem, id oriri quia magis accedit sol et aeque frequenter uniformiter difformiter agendo plus luminis ubi producit postea quam antea. Si autem velit quod cuilibet particulae solis respondeat particula luminis produci in horizonte nihil est contra me; quamvis id falsum sit nam cum solis medietas sit multo maior horizonte seu illo corpore quod illuminat necesse est multas particulas solis agere in idem passum et consequenter partialitate causae et non effectus producere ubi lumen. Et hac responsione solvendas, si sequuntur ad has et similes experientias cum proportione adhibeantur

Quaeres 1. Quomodo fit reflexio et per quantum augmentum? Communiter mathematici dicunt ubi radius in corpus opacum incidit ad angulos rectos, linea actione reflexa fit augmentum per eandem lineam cum ea proportione quam habuisset linea post corpus si ablato opaco ultra fuisset progressa, ita tamen ut inverso modo consideretur. Ad rem autem concipiendam iuvat si imagineris lineam seu radium uniformiter difformiter ultra punctum aliquod procedere quae postmodum apud illud punctum reflectatur et incurvetur ac superponatur una medietas alteri medietati. Quando autem oblique corpus luminosum applicatur corpori opaco ubi angulus incidentiae non est rectus, lumen eodem modo et cum eadem proportione reflectitur radius et procedit ad latus, sicuti si nullo posito corpore directe in longum fuisset productus; licet semper in ipso corpore ubi ex radio directo et reflexo fit angulus maius aliquantum producatur lumen. Hoc ut dixi communiter mathematici quia supponunt in ipso puncto reflexionis et in corpore ubi fit reflexio plus produci luminis quam in aliqua parte intermedia: imo etiam plus in aliqua parte eius vicina ad corpus opacum quam in paulo distantiori, non tamen plus quam in partibus vicinis ipsi luminoso. Quod si hoc tibi non placet et dicas corpus luminosum uniformiter difformiter semper operari ex eo puncto concursus atque adeo non esse maius lumen in puncto reflexionis vel in corpore ubi fit reflexio sed tantum maius apparere propter terminationem, unde fit ut quo aptius est corpus ~~ad term~~ terminandum et reflectendum eo clarius plus videatur recipere luminis. Ubi vero corpori luminoso opponitur corpus aliquod diaphanum densum, sicuti in ipso corpore opposito plures partes luminis recipiuntur ita probabile est ad aliquod spatium radium ultra tendentem plus intendere quam fuisset intensus si sine interposito corpore fuisset ultra productus.

Quaeres 2. Quando candelae opponitur corpus aliquod opacum concavum v.g. cum agat actione reflexa ubi

diximus quare non intendit seipsum? Quod quidem
ita fieri videtur experientia cum possit candela impacta in
speculum concavum ita disponi ut punctum reflexionis vel potius
concursus in quo est maximum lumen veniat ad ipsam
candelam et videatur in ipsa candela cuius signum est
nigricant quod punctum reflexionis seu concursus potius luci
dius sit quam ipsum lumen candelae. Respondeo non posse intendere
lumen seipsum propter multas rationes supra positas ubi
probavi non posse idem agere in seipsum; et sane hoc esset agere
ultra suam virtutem. Ad experientiam quam propter defe
ctum speculi concavi maioris experiri non potui, sed solum aucto
ritate alicuius id verum esse accepi. Dico si id est illam
nihil facere contra me nec arguere idem intendere seipsum
nam in lumine candelae sunt diversae partes quaedam
puriores et consequenter lucidiores, quaedam maxime prope
lichnum crassiores terreae et necdum bene defecatae ac
per consequens minus lucidae. In has ergo crassiores in
cidens punctum concursus (si verum est quod dicis) apparet
et est lucidius; a quibus tamen non causatur nisi
forte secundum puriores gradus sed a superiori et puriori
lumine. In quod si desines punctum concursus, non appa
rebit distinctum amplius sed confusum, quod est signum
non esse lucidius quam sunt illae partes superiores.

Quaeres 3. An solum lumen reflectatur
an etiam ceterae qualitates ut calor etc.? Hac de re vix ali
quid autores, Hiplg citatus supra putat eodem modo
reflecti qualitates ceteras; aliunde tamen non videmus
id experiri in calore qui tamen est maxime activus,
Ego respondeo et dico etiam ceteras qualitates activas facere
punctum reflexionis et concursus et in illo puncto intendi etiam illa
qualitate plus quam in aliis partibus intermediis saltem paulo remotioribus ab [illegible]
monet me experientia qua experimur ferrum calidum etiam non [illegible]
(ne dicas ratione luminis illum calorem producere) in partem in ali
quod corpus dispositum plus caloris producere penes illud corpus
quam in aliqua parte intermedia dummodo non minus

propinqua ferro: item si ferrum calidum aplicetur cum de
bita proportione speculo concavo producet in certa par
te aeris nempe ubi alias fieret punctum concursus
plus caloris quam alibi. Ratio a priori est quia cum
omnes qualitates habeant spiritualem activitatem et vir
tutem producendi in illa suum effectum per lineas
rectas, posito impedimento poterunt reflecti sicut
lumen. Hoc quidem fateor in ceteris qualitatibus,
non ita adverti notabiliter reflexionem sicut in lu
mine; ratio una est quia hoc ipso quod qualita
tes alterae habeant contrarium non poterunt ita
regulariter aut saltem non tam cito operari et
facere experimentum quod videmus in lumine quod libere
suam nullo impediente exequitur: altera principalis
est ista quia cum luminosum corpus agat emittendo ex
se radios qui non agunt nec illuminant nisi per
lineam rectam non autem lateraliter ut patet si
per foramen angustum ad extra et latum ad intra immittatur
solis radius qui per respondens sibi foramen e regi
one exeat, in quo casu locus ille nihil illuminabitur
sed ad summum videbitur radius transiens quod fit
tamen propterea quia requirit influxum solis tum pro
pter rationem supra positam nempe lumen non
videri nisi impingat et cum ibi non impingat in
parietes aut in aliquo ex quo possit reflecti in
parietes non illuminat illos transeundo autem per
medium saltem in atomos aut in aerem intermedium
aliqualiter impingit et ita facit ut videatur in
star lineae luminosae. Cum itaque radii luminis
lateraliter non illuminent fit ut in puncto concur
sus ubi coincidunt radii, magnum videatur lumen
ad latus tamen nullum pene lumen imo nullus
aut perexiguus calor sentiatur, contra vero reliquae
qualitates ut calor cum diffundatur ad latus ac per

lineā agant licet forte non ita intense, fit ut quando concidunt in puncto concursus producant quidem maiorem calorem in illo, ita tamen ut ad latera illius puncti producatur satis magnus calor ac proinde non possimus ita bene tacti discernere puncti concursus ab aliis partibus nisi valde accurata diligentia quod in lumine ad oculos et facile apparet.

Quaestio
De Reactione et Repassione

Occasionem huic controversiae dedit Aristoteles qui expresse docet 4 de generat. animal. c 3 causa in quit quod omnes motus solvatur est quod omne agens repatiatur etiam a patiente ut quod secat hebetatur ab eo qd secatur qd calefacit refrigeratur & excepto ergo primo motore omne agens agendo repatitur quod etiam experientia quotidiana demonstrat. quare hac quaestione agemus de reactione et repassione, ubi prius aliqua in communi de activitate et resistentia qualitatum praemiserimus

Sectio 1
Quid sit Activitas et quid resistentia et an actio contrarii in contrarium sit a proportione maioris inaequalitatis

Adverte 1 Activitas agentis appellatur virtus illa seu qualitas qua operatur, haec autem activitas tunc est maior quando intensius aut celerius operatur vel in maiori sphaera, quia haec omnia denotant maiorem activitatem: a priori autem similiter

ratio maioris activitatis vel ex sua specie, eo quod qualitas aliqua in sua specie sit perfectior alia; quia cum activitas proveniat ex entitate rei, qualitas activa perfectior est etiam maioris activitatis: intra eandem vero speciem qualitas illa est magis activa quae vel maiorem habet intensionem quam alia, vel ut volunt aliqui est in materia densiori.

Adverte 2 Resistentiam esse impedimentum quo impeditur agens ne introducat formam aut certe ne introducat totam formam quam introduceret nisi esset impedimentum: unde excluditur a ratione resistentiae incapacitas subiecti ad recipiendam formam, licet haec ab aliquibus appelletur resistentia negativa ad distinctionem resistentiae propriae quae supposita capacitate formae importat privationem eius seu formae ob impedimentum praesens. Est autem resistentia duplex alia effectiva alia formalis. Effectiva rursus duplex est una extrinseca qua unum contrarium agit in alterum imminuendo vires illius; altera quasi intrinseca et conservativa qualitatis in se quomodo forma ignis conservat in se calorem praesente etiam contrario frigore. Dupliciter autem aliqua qualitas potest inesse subiecto alicui primo ut sit illi debita uti est calor igni 2do ut non sit debita subiecto quomodo est calor in aqua; et utroque modo non statim destruitur qualitas in subiecto, licet plus conservetur in subiecto naturali quam in innaturali praesente contrario. Autores tamen communiter non faciunt mentionem huius resistentiae conservativae sed tantum primae. Est autem resistentia conservativa in actu primo ipsa virtus qua potest effectus conservari in praesentia contrarii, in actu vero secundo est actio ipsa conservativa. Formalis resistentia seu passiva est ratio per quam vel non vel aegre omnino cedit qualitas qualitati contrariae: et rem melius explicando est exigentia qua qualitas petit conservari a sua causa vel agente praesente suo contrario; et haec est radix resistentiae effectivae quatenus exigit (praesente contrario conservari a suo agente quodcumque illud sit sive sit causa secunda sive prima; fit tamen ut quando causa prima conservat calorem in aqua citius depereat calor, quia licet calor petat conservari

aliunde tamen cum aqua petit tanquam connaturalem sibi qualitatem frigus, cui petitioni potius cedit Deus. Et sic resistentia formalis non consistit in principio effectivo nec in eiusdem actione ut patet, nam albedo resistit introductioni nigredinis, nec tamen habet virtutem vel producendi aliam albedinem vel diminuendi nigredinem. Uno verbo sic resistentia nihil aliud est quam qualitas existens in subiecto quae per suam incompossibilitatem cum alia resistit actioni contrariae, et ita intelligis prius qualitas quam actio contraria.

Adverte 3. Id quod est resistentia in alteratione, in motu locali appellatur contranitentia quam experimur dum trahimus pondus quod nititur contra nos: sic dum duo trahunt funem uterque in suam partem nititur.

His positis Quaeritur 1mo quae qualitates sint magis activae loquendo quoad speciem et quae magis resistivae: et quidem quod attinet ad activitatem communis opinio est quod calor sit maxime activus deinde frigus, humiditas postea, tandem siccitas; cuius rei ratio assignatur a Hurtado citato et aliis quia activitas oritur ex perfectione qualitatis ergo eo modo se habet in activitate quo se habent in perfectione; sed in perfectione ita se habent quod calor sit omnibus perfectior deinde frigus etc. Confirmatur a posteriori quia experientia constat calorem celerius omnibus agere, deinde frigus, tertio humiditatem etc. Quod pertinet ad resistentiam formalem (nam de effectiva est par ratio cum activitate) etiam est communis opinio contra Petrum Martinez 1 de [illegible] c. 9 q. 1 inter qualitates quanto aliqua est minus activa tanto est magis resistiva; ita siccitas est maxime resistiva deinde humiditas postea frigus tandem calor; de humiditate tamen est controversia an minus resistat quam siccitas. Ratio est quia experientia constat longe esse facilius rem calidam frigefieri quam frigidam calefieri; similiter difficilius exsiccatur res quam calefit res aliqua humida: ergo humiditas magis resistit

quam frigus: sic in aqua frigus facilius remittitur quam humiditas; sic morbi qui vergunt ad siccitatem difficilius curantur et sunt pertinaciores quam qui tendunt in humiditatem. Ubi tamen Adverte altera debere esse paria id est eandem habere raritatem vel densitatem eandem magnitudinem agentium etc. Item hic omnia esse intelligenda de qualitatibus conservatis secundum suam naturam et sublatis iis quae se habent per accidens. Probatur autem esse inaequalitatem in resistentia formali, omnia corpora sunt in perpetua pugna et aliqua maxime activa: ergo necesse est alia esse magis resistitiva ut possint se deffendere a contrariis, et ita conserventur; nam si maior activitas non compensetur per maiorem resistentiam eorum quae patiuntur, breui consumerentur ab eis cuius contrarium experimur. 2do probat Rubius citatus nam densitas corporis multum iuvat ad resistendum contrario. Ergo corpora ex natura sua magis densa plus resistent rarioribus; sed in elementis terra est densior, post aqua deinde aer, ultimo et minime ignis.

Advertes 2do unde proveniat ista inaequalitas in qualitatibus? quoad activitatem iam dixi supra loquendo quoad speciem provenire illam ab ipsa perfectione qualitatum in qua plurimum discrepant. primum vero ad resistentiam formalem. Soanes D. 43 S. n 12 docet qualitates magis resistitivas habere unionem cum subiecto quia firmius uniuntur, minus vero resistitivas habere unionem minus firmam cum suo subiecto. additque has uniones inter se specie differre. Aliqui dicunt habere maiorem resistentiam eius ratione unionis quia partes eius qualitatis magis inter se uniuntur et tenacius. sicuti videmus ea quae sunt densiora magis resistere quia partes sunt magis constipatae, rariora vero minus resistere quia habent partes magis distantes et dissipatas. Communiter tamen dicunt autores resistentiam istam passivam ab autore naturae dispensatam esse qualitatibus

ut cum maior est activitas agentis eo minor sit resistentia passiva eiusdem et e contra quo minor est agentis activitas eo sit maior resistentia passiva eiusdem. Placet mihi ratio Rubij q. c 9 9 quam ita desumit comparando siccitatem cum humiditate siccitas magis resistit quia ubi est siccitas ibi ceteris paribus partes sunt magis condensatae humiditas autem ordinarie minus resistit quia illa non ita petit partes condensatas ut apparet in aqua et terra in quibus cuius licet sit frigus plus tamen est densa terra quam aqua: similiter comparando admirum calorem cum frigore plus resistit frigus quia est addensativum et constringit partes sui subiecti calor rarefacit. His positis

Dicendum si comparentur inter se activitas et resistentia contrariorum actio semper est a proportione maioris inaequalitatis seu quod idem est in omni actione inter contraria agens debet habere maiores vires ad agendum quam passum ad resistendum. Est communis Murcia Rubij Suares et Probatur 1mo quia in omni actione quae fit cum resistentia agens producit aliquem gradum contra resistentiam et conatum contrarij. Ergo necessario motus agentis superat conatum et resistentiam passi. Probatur 2do si tanta esset resistentia passi quanta est motus et activitas agentis ergo passum resistit toti effectui quem agens potest producere atque adeo agens nihil potest agere. Ratio a priori in nostra sententia est quia quando frigidum ut duo producit in calido ut octo unicum gradum frigus, ad productionem illius gradus formaliter solum resistit octavus caloris non vero septem alij quia calor ut septem et frigus ut unum non sunt ex natura incompossibiles: at vero ad productionem unius gradus frigiditatis concurrunt non solum primus sed etiam ceteri gradus in

agente ut dixi supra. Obijcitur 1° a Toleto 3 de gener. q 13 post 2 conclusionem, quod si actio procederet a proportione maioris inaequalitatis et non a proportione minoris inaequalitatis id est ita ut resistentia passi sit maior quam activitas agentis, quod non daretur reactio quod est falsum. Confirmatur quia gutta cavat lapidem cum tamen lapis habeat maiorem resistentiam. R. negando sequelam. Ratio est quia licet activitas agentis sit maior quam resistentia passi, sicut tamen versa activitas illius passi est etiam maior quam resistentia agentis primi, ac proinde bene procedit actio et reactio. Ad confirmationem R. guttas cadentes non singulas excavare lapidem sed priores disponere tantum ad excavationem molefaciendo lapidem; postquam vero dispositus est illa quae accedit extrahit aliquam particulam. et quidem si de singulis guttis loquamur respectu illius parvae notificationis quam efficit absque dubio agit a proportione maioris inaequalitatis.

Sectio 2

An agens in agendo repatiatur?

Pro intelligentia terminorum, quid sit actio quid reactio quid passio quid repassio, Adverte nomine actionis significari illam qua fortius agens agit, quae etiam prout recipitur dicitur passio; reactio vero dicitur illa qua alterum agens minus forte reagit et haec prout recipitur dicitur repassio. Quare ut rem exemplo demonstrem, si sint tres palmi ignis et unus palmus aeris intermedij qui omnes palmi habeant calorem ut 8 post aerem sint tres palmi aquae frigidae ut octo qui agant in aerem sibi vicinum, ignis vocatur agens principale et pars non repassa, aqua vocatur pars passa et reagens, aer vocatur pars repassa. Quibus positis

Difficultas est an in tali casu ferrum agendo cum aqua in aqua repatiatur aliquid ab aqua suppositis requisitis nempe applicatione debita et quod utrumque agens sit intra sphaeram activitatis alterius, quia si alterum non sit intra sphaeram activitatis alterius, nihil poterit ab illo pati, intelligendo iuxta eandem partem et eandem contrarietatem.

Dicendum est inter agentia naturalia dari reactionem et repassionem ita Philosophi communiter, et hic t. 53 et ut videre est apud auctores. Est etiam communis ut Suares d. 18 s 9 n 37 Hurtadus d 9 phys s 7 Murcia hic d 4 q 6 Rubius hic c 9 q 9 et alii. Probatur primo a Rubio quia datur mixtio sed sine reactione non potest fieri mixtio; si enim elementa non agerent et paterentur ab invicem nunquam producerentur aliquid tertium quod est mixtum sed tantum unum elementum converteret in se aliud. Ergo. Probatur 2do manifestis experientiis primo quia dum quis manu apprehendit pomum frigidum calefit pomum manus vero fit frigida secundum partes quibus pomum tangit: item quando aqua frigida infunditur calidae fit tepida: praeterea quando ferrum candens immergitur aquae fit frigidum et aqua calida. Ergo. Probatur 3tio a priori ubi sunt omnia requisita ad agendum ibi debet esse actio et passio, sed quando sunt duo corpora approximata quae habent communem materiam cum qualitatibus compluribus contrariis et debitam inter se proportionem et intra sphaeram activitatis, hic sunt omnia requisita ut detur actio et passio ex utraque parte. Ergo datur. Minor probatur quia hic nihil deest quod possit impedire actionem cum supponantur esse agentia necessaria.

Contra hanc sententiam communem celebre est argumentum calculatoris quo infertur si daretur reactio quod idem subiectum moveretur duobus motibus contrariis hoc autem est absurdum ergo. Probatur sequela maioris in casu nostro posito aer recipit primum gradum frigoris, aliunde a reliquis palmis ignis potest recipere octavum in locum deperditi gradus caloris.

qualiscumque enim agens est sufficienter applicatum subie
cto dissimili et in potentia, prout est ignis respectu aeris,
semper aget in illud. Hoc posito si eodem tempore mo
veretur motibus contrariis, et pars repassa frigefieret
a frigido et ab igne calefieret, sequeretur vel idem simul
produci et corrumpi vel quod plus esset qualitatis in subie
cto quam posset naturaliter subiectum recipere, vel certe
eodem modo se haberet in reactione pars repassa sicuti
antea; unde non posset assignari quis esset finis rea
ctionis et quomodo deveniret ad mixtionem quae
omnia sunt absurda

Ad hoc argumentum varie respondetur ab auctoribus,
Mercia citatus ad 2. concedit idem simul calefieri et frige
fieri, non tamen moveri motibus contrariis ita ut recipiat
qualitatem supra capacitatem naturalem. Sed contra si non
recipit qualitatis gradum ultra octavum. Ergo ignis in aere
nihil operatur cum tamen [illegible] sit illi dissimilis eo quod habeat
tantum septem gradus caloris et unum frigoris, qui non potest
resistere tanto calori in igne; aut certe debet dicere eodem
modo se habere in reactione partem repassam qualiter se
habuit ante reactionem. Conimbricenses de ge c 9 q 5 do
cent non sequi motus contrarios quia pars non repassa
non agit in partem repassam eo quod nimium sit occupata in agen
do contra passum principale; ita etiam Toletus ad 2dum
solutione tertia. Fonseca 9 metaph c 7 q 4 s 7.
Sed contra hoc videtur esse confictum. Cum enim pars
non repassa seu primum agens debile applicatum parti
vicinae [illegible] non potius in illam agat quam in remo
tam. Alii dicunt ideo partem non repassam non
agere in repassam quia deberet ab illa produci octavus
gradus caloris qui propter suam perfectionem difficilius
producitur quam primus gradus frigoris a passo
vel producatur vel conservetur eo quod sit imperfectior.
Sed contra quia haec responsio saltem non valet in sen
tentia admittentium gradus homogeneos ut patet. Deinde
in sententia admittentium heterogeneitatem sicut octavus
gradus caloris oppositus primo frigoris ita non videtur

esse perfectior quoad hoc licet in alio genere sit perfectior. Aliqui dicunt partem non repassam non subito agere in repassam sed debere expectare quousque fuerit productum aliquid amplius frigoris et tunc incipit agere corrumpendo frigus ante productum ex. gra. Aer habeat septem gradus caloris et unum frigoris, in casu posito tunc in aere quod est pars repassa producitur ab aqua secundus gradus frigoris et expellatur septimus caloris, et tunc reliqui palmi ignis non repassi et calidi ut octo producent unum gradum caloris in parte repassa expellendo rursum unum frigoris. deinde rursus iterum producat aqua in Aerem unum gradum frigoris et denuo ignis precedentem expellat gradum frigoris. Sed contra. in primis haec sententia supponit nullam esse graduum subordinationem: deinde hac ratione repassum manebit semper in eodem statu, ac proinde nunquam dabitur notabilis actio et reactio nec repassio quod est contra experientiam cum videamus notabiliter aerem perdere calorem et recipere frigus

Alii ergo probabiliter [illegible]

Ad hanc difficultatem Respondent recentiores aliqui qui videntur non male solvere argumentum supponendo quod si agens non possit conservare gradum aliquem ut octavum caloris praesente contrario, nec possit producere si destruatur cum plus requiratur ad producendum de novo quam ad conservandum iam productum: unde fit ut illud agens dicatur esse validius quod producit et conservat plus suae qualitatis in praesentia contrarii, vel certe quod producit qualitatem aequalem praesente maiori contrario illud vero est debilius quod minus qualitatis producit vel conservat contra vim sui contrarii. Quare si supponatur aqua pars passa potens producere unum gradum frigoris in aere parte repassa, et consequenter unum destruere unum gradum caloris, non poterit pars non repassa nempe ignis pro eo tempore quo destruitur gradus caloris in aere producere alium similem

Posito ergo Casu supra dato et quod in eodem
instanti sint omnia illa tria, immediate post incipit
pugna hac ratione. Nobis ignis in aere agit in
aquam destruendo aliquem gradum frigoris in illa
quo tempore aqua minuit aliquem gradum caloris in aere,
secundum quem gradum non egit aer in aquam; per-
durant tamen semper ignis et aer agere in aquam
minuendo alias partes frigoris, quibus diminutis non
potest aqua conservare tantum frigoris in aere quan-
tum poterat antea; et sic ignis diminuto contra-
rio potest producere in aere aliquam partem caloris
pro eo quae fuit destructus ab aqua; et sic sequitur
pugna usque dum ignis et aer ut agentia potentiora
minuant adeo vires aquae, ut aut parum aut nihil
frigoris possit producere et conservare in aere; et
ita ignis actione victoriosa producit denuo in aere
tantundem caloris quantum aqua destruxerat. In forma
ergo respondent negando sequelam maioris - ad probationem
negant esse omnia requisita ad hoc ut ignis agat
in aerem, requiritur enim ut sit maior activitas quam
quam resistentia passi quod in praesenti non est. Neque ta-
men semper stat actio victoriosa pro una tantum parte sed
aliquando utrumque agens debilitatur ut fit quando aquae cali-
dae infunditur frigida; tunc enim frigus destruit gradus ali-
quos caloris in aqua, calor item aliquos gradus frigoris et
ita fit tepida

Obijcies 1. Resistentia partis repassae est longe maior
respectu passi quam respectu partis non repassae scilicet ignis
Ergo potius deberet agere pars non repassa quam passum. Ante-
cedens patet quia resistit passo secundum septem gradus caloris,
parti vero non repassae resistit solum secundum unum gradum frigoris
R. resistentiam formalem esse maiorem respectu passi quam
respectu non repassi sed resistentiam effectivam quam
se habere ut patet quia posito quod passum contrario modo
proportionem cum activitate partis non repassae habeat aliquam
in praesente producere unum gradum frigoris in parte repassa

neq ab activitate partis non repassae in hoc impeditur; potest idem passum conservare eundem gradum frigoris et ita impedire quominus pars non repassa producat qualitatem contrariam incompossibilem cum illo gradu frigoris: unde passum sua virtute conservativa quae est eadem atque resistentia effectiva, impedit actionem partis non repassae a cuius tamen activitate et resistentia effectiva non impeditur quominus producat unum gradum frigoris in aere. Hinc est quod licet ad hoc ut sequatur actio deberet fieri comparatio inter virtutem activam unius et resistentiam passivam seu formalem alterius, non vero inter virtutes activas utriusque; tamen ad cognoscendum quando unum agens possit impedire activitatem alterius circa unum tertium, debet etiam spectari potentia activa utriusque. Verum quidem est quod in isto casu plus agat pars non repassa quam passum quia illa conservat septem gradus caloris in parte repassa in qua passum conservat unum tantum frigoris

Obijcies 2. Passum non potest in se conservare qualitatem quam habet praesente parte non repassa. Ergo nec poterit aliquid producere in parte repassa.

R. negando consequentiam quia conservando qualitatem in se conservaret qualitatem ut octo, in parte vero repassa produceret solum qualitatem ut unum.

Obijcies 3. Passum non solum conservat suam qualitatem in parte repassa sed etiam producit aliquid de novo. Ergo etiam pars non repassa poterit conservare in parte repassa qualitatem residuam id est septem gradus caloris et producere aliquid de novo

R. negando consequentiam disparitas est quia quod producitur et conservatur a passo multo minoris intensionis est quam sit illa qualitas quam habet in se passum hoc enim est frigidum ut octo vel ut septem et reagendo producit in parte repassa unum, aut duos tantum gradus frigoris: contra vero quod conservatur a parte non repassa non est multum in-

intensionem qualitatis existentis in parte non repassa; hic enim est calida ut octo et conservat in parte repassa calorem ut septem vel sex: unde passum secundum suam virtutem longe excedentem productum gradum in parte repassa potest conservare quia minoris virtutis est conservare effectum minorem; contra vero pars non repassa cum parum aut nihil excedat secundum suam virtutem calorem qui deberet conservari in parte repassa, non est mirum si non conservet illum quia ad hoc requireretur maior virtus.

Obijcies 4o si esset palmus calidus ut quatuor et frigidus etiam ut quatuor et ex una parte esset ignis calidus ut octo et ex altera aqua frigida ut octo, iam idem subiectum moveretur duobus motibus contrarijs. Resp. in hoc casu in parte palmi propinquiore igni produceretur plus caloris, et in parte propinquiore aquae plus frigoris confundendo introductionem cum conservatione

Obijcies ultimo si datur resistentia effectiva qua unum agens conservat effective qualitatem in alio productam adversus suum contrarium; ergo etiam duo carbones accensi se invicem conservarent effective; imo etiam diversae partes eiusdem carbonis: nam patet quod carbo maior diutius conservetur. Ex hoc autem sequeretur quod duo carbones se invicem conservarent. Ergo. Resp. in uno et eodem carbone esse partes heterogeneas et dissimiles in calore; nam partes magis terreae sunt minus calidae, quae vero sunt magis aereae et pinguiores habentes plus de pinguedine aerea sunt etiam calidiores. Quo posito a partibus calidioribus conservantur effective minus calidae contra aerem frigidiorem circumstantem; minus autem calidae non conservant hac ratione calidiores sed alio modo quatenus scilicet per suam resistentiam formalem additam ab effectiva aliarum partium calidiorum impediunt et non admittunt in se tam cito frigus, quod si in illis admitteretur esset proximum valdeque applicatum partibus calidioribus faceretque unum agens totale et maius cum frigore ambientis extrinseci ac proinde magis esset activum in partes calidiores easque citius destrueret

Et hoc est conservare per Accidens idem dicendum de pluribus carbonibus in quibus sunt plures partes calidiores conservantes partes minus Calidas. Potes etiam dicere quo maius est agens et quo sunt plures partes illius eo habent maiorem sphaeram activitatis et per consequens in parte proxima aeris plus et magis intensus producitur calor quam alias fuisset productus; unde fit ut plus de frigore aeris destruatur et per consequens non possit tantum de frigore introducere in carbonem vel ibi conservare

Nihilominus licet hic explicandi modus maxime in sententia admittentium homogeneos gradus sit multum probabilis; mihi tamen omni ex parte non placet Quod sic ostendo: Quia in hoc explicandi modo vel pars passa id est aqua debet in principio et in instanti producere in parte repassa quidquid in ponitur successive posse produci v.g. tres gradus frigoris, vel certe pars repassa exigue alterata ad pristinum redibit statum. utrumque hi auto res non possunt admittere ergo. Probatur minor non secundum quia est contra experientiam. non primum quia qualitates habentes contrarium successive debent introduci in subiectum et paulatim superare resistentiam contrariam saltem in intensione notabili; in quo distinguuntur a qualitatibus non habentibus contrarium. Sequela maioris probatur quoad primam partem; non invenit maiorem resistentiam aqua in principio quam postea. Ergo si postea potest introducere tantum frigus in aerem, debebit illud in principio producere cum sit agens necessarium. Probatur Antecedens quantum ad minimum de resistentia formali in aere tantum etiam supponitur sublatum de activitate in aqua; ita ut si in aere istum sint septem gradus, supponatur etiam in dicto casu aqua non habere nisi septem gradus frigoris; aliunde resistentia effectiva quae fuit in principio semper manet nempe activitas ignis. Ergo aqua proportionaliter invenit si non maiorem saltem aequalem postea resistentiam. Ergo non erit ratio cur tunc et non antea producerent tres gradus in aere   Quoad 2dam etiam partem probatur

si enim propter argumentum factum dicas in principio aquam producere in aere omne id quod potest, postea quam quod sit contra experientiam supra quod quantum de frigore aquae deperditur propter activitatem ignis et aeris tantum recuperet aer de calore. Hoc dici non potest. Ergo. Probatur. Data virtus aquae conservandi frigus in aere et virtus aquae productiva frigoris utriusque conservarentur; sed propter activitatem ignis deficit virtus productiva frigoris nempe gradus septimus frigoris in aqua qui in sequenti tempore post initium pugnae desinit. Ergo etiam virtus conservandi. Ergo potuit immediate ignis reparare detrimentum in aere quod non poterat quamdiu fuit integra virtus aquae. Hoc probatur post iam supra dixi quia non experimur per appositionem aquae frigidae ad aerem calidissimum et prope ignem tepefieri immediate notabiliter aerem in principio et postea magis incalescere; sed potius continuum paulatim tepefieri aerem usque dum frigus aquae superatum ab igne desinat frigefacere aerem et sic paulatim reducitur aer ad calorem. Confirmatur argumentum et sententia ex secunda et tertia obiectione supra facta quam non sat nec adaequate admittendo gradus homogeneos sicuti sententia recentiorum admittit; nam si gradus octavus frigoris in ipso passo cum primo gradu introducto in partem reparassam est homogeneus nulla videtur ratio cur potius conservet primum gradum frigoris in aere quam in se octavum aqua. His ergo reiectis amplector modum solvendi hoc argumentum supra q. 7 § 2 positum in tertia ratione

In Librum secundum Aristotelis De Generatione

Disputatio 4

Quatuor quaestionibus totam hanc disputationem absolvemus quibus etiam complectemur totam doctrinam de elementis ab Aristotele traditam tum hic tum lib 2 et 3 de Caelo. In prima autem quaestione tractabimus de substantia elementorum; secunda de qualitatibus et virtutibus activis eorundem; tertia de transmutatione et mistione elementorum: quarta de virtutibus motivis eorum et de virtute motiva projectorum.

Quaestio 1

De Substantia Elementorum

Sectio 1.

Quid sit Elementum et an sint Corpora simplicia

Si spectetur latissime elementi usurpatio importat omne illud ex quo aliquid componitur: sic literae dicuntur elementa syllabarum et primi termini vel principia ad aliquam scientiam dicuntur prima elementa: magis autem proprie et praesertim elementa sunt corpora simplicia ex quibus mixta componuntur. Definitur autem elementum varie ab Aristotele 5 metaph. t. 4 ait elementum esse id ex quo componitur aliquid primo inexistenti atque indivisibili specie in aliam speciem. 3. caeli t. 31 sit itaque elementum illud corporum in quod alia corpora dividuntur quod inest potentia aut actu, ipsum autem est indivisibile in diversa specie. Ut omittam illam quam tradit 6 metaph. t. ultimo.

Ex his definitio secundo loco posita censetur optima ut etiam ex ipsa patebit explicatione. Dicitur primo illud corporum atque adeo corpus quod ponitur loco generis ad excludendam materiam primam et formam quae sunt partes corporis et non corpus et hoc aliquid: unde quando in

physicis vocant materiam et forma elementa fecit illud cum addito et non simpliciter scilicet elementa corporum. Dicitur 2do in quod alia corpora dividuntur id est ex quo alia corpora mixta componuntur quod est proprium elementi presse sumpti: explicant autem naturam per dissolutionem non per compositionem quia dissolutio est notior, ut cum videmus aliquod mixtum dissolui in terram aquam etc colligimus ex ijsdem constare. Dicitur 3tio quod in est actu vel potentia non dum enim hunc Philus se determinaverat an elementa maneant in misto actu vel potentia ut patet ex ipso textu. Dicitur 4to ipsum autem indivisibile in diversa specie quia elementum licet dissolui possit in materiam et formam non tamen potest in alia corpora completa quae constituant certam speciem. Ex quibus patet elementa esse corpora simplicia quae non sunt mixta ex alijs corporibus; cum enim non possimus procedere in infinitum, deveniendum est ad aliqua corpora quae non generentur et componantur ex alijs corporibus, et ex illis generentur et componantur reliqua. Aliqua difficultas est an sint substantialia ita ut constent materia et forma substantiali propter Aristotelem qui 5to t 17 ait principium horum corporum esse contrarietatem elementum vero materiam primam, et 2do t 6 primas qualitates vocat formas, principia primas differentias etc. Hildominus

Dicendum Elementa esse corpora substantialia composita ex materia et forma substantiali est communis contra aliquos pubsentium Graecos quos citat Fonseca lib 8 c 3 q 4 s 7 Conimbricenses 2 de generat. c 3 q 7 a 2. Probatur 1mo ex ipso Aristotele 3 Metaph t 17 sub initium ubi ait quae vero maxime substantiam videntur significare sunt terra aqua ignis etc ex quibus composita corpora consistunt; horum autem caliditates et frigiditates et huiuscemodi passiones non substantiae sunt: et 3 Calit, appellat qualitates virtutes elementorum. Probatur 2do ratione elementum est corpus simplex. Ergo non constituitur per qualitates tanquam per formas. Probatur Consequentia quia in quolibet elemento sunt duae qualitates. Ergo essent duae formae

Ergo non simplex. Vide autores citatos et Arriagam sec. 2. Hurtadum d. 6 de generatione s. 7. Autores autem locis citatis nihil aliud volunt ut notat sec. 5. Thomas nisi elementa constitui in ratione contrariorum per primas qualitates eo quod in praesenti ea consideret ut sunt invicem activa et passiva et ut sunt sensibilia formaliter quod habent per accidentia

Sectio 2

De Numero Elementorum

Ut innumeras pene autorum antiquorum hac de re omittam opiniones qui diversimode de numero elementorum philosophati sunt.

Dicendum est pro quatuor tantum esse elementa ignem aerem aquam terram. Probatur primo quia omnibus et solis his quatuor convenit definitio elementi. Probatur 2do et est probatio Aristotelis tot sunt elementa quot sunt aptae combinationes primarum qualitatum; sed hae sunt omnino quatuor ergo. Probatur minor siccitas cum frigiditate quae convenit terrae frigiditas cum humiditate quae convenit aquae humiditas cum caliditate quae convenit aeri, caliditas cum siccitate quae convenit igni: nec potest ex his quatuor qualitatibus fieri alia combinatio nisi in uno et eodem coniungantur contraria ut patet. Ergo 3o potest probari quia prima corpora sublunaria debent esse contraria et ut in invicem agant et sic causent mixta. Ergo singula debent habere duas qualitates ita combinatas ut in unoquoque sit saltem una qualitas alteri elemento contraria; alioqui si in igne v.g. non esset nisi calor, non posset agere nisi in illud elementum quod est solum frigidum et idem de aliis: debet ergo in igne esse alia qualitas per quam possit esse contrarius aliis elementis in quibus sunt aliae qualitates. Vide Conimbricenses 3 de coelo c. 5 q. 2 Rubium ibidem c. 8 q. 7 Hurtadum citatum et Arriagam d. 2 q. 7

Obiectiones leviores hic non attingam ubi est illa Carda
ni 2 de Subtil. c.) frigus et siccitatem esse tantum priva
tiones; qui videtur occasionem sumpsisse ex Aristotele 3 phys
t 5 et 4 metaph. t 26 dicit duorum contrariorum imperfe
ctius privationem appellare solet: nam secum ipso refellitur
sententia Cardani et plus aliud non voluit nisi ostendere
unam qualitatem scilicet imperfectiorem cedere alteri veluti
privationem formae: et revera siccitas et humiditas sunt
etiam qualitates activae ut patet cum in loco sicco exsiccantur
res et in humido humectantur licet non ita notabiliter
agant sicut calor et frigus

Obiicies tamen 2o ex combinatione et contrarietate
qualitatum non colliguntur necessario quatuor elementa. Ergo non
sunt quatuor. Probatur Antecedens si ponimus dari unum elemen
tum calidum aliud frigidum et siccum tertium frigidum et hu
midum et hoc modo inter omnia tria poterit esse actio mu
tua. R. negando Antecedens nam si ignis v.g. sit solum
calidus et agat in terram frigidam et siccam expellet a
terra tantum frigus quod est contrarium calori atque adeo terra
erit calida et sicca: vel ergo hoc corpus calidum et siccum erit ele
mentum et sic habemus quod intendimus dari quartam combina
tionem in ipsis qualitatibus: vel non erit elementum et
hoc dici non potest quia duae primae qualitates compossibiles et
inter se et quae non habent contrarietatem ut sunt calor
et siccitas conveniunt alicui corpori simplici non misto

Dices si valeret combinatio posita aer deberet
esse calidus et humidus. Sed experimur contrarium 1mo quia
in secunda regione est frigidus. 2do abscedente sole frigescit
3tio per respirationem attractus refrigerat. R. negando
minorem loquendo de puro aere quantum ad se pertinet
verum enim est quod secunda Regio sit frigida nempe
propter exhalationes et vapores qui natura sua sunt fri
gidi et solum extrinsece calefacti a sole ascendunt cum
talibusque ascendentes deperdunt calorem reducendo se ad
pristinum frigus et ita refrigerant aerem. tertia
autem aeris regio est calidissima ob solis et ignis vicini
tatem: infima autem permixta vaporibus frigidis est
et ideo abscedente sole perfrigida; ac propterea attractus
aer interiorem et nimium calorem attemperat. Sunt autem
elementa apud nos omnia impura et permixta; tum

quia nos negamus inter confinia elementorum ubi in se mutuo agunt; tum quia aliquid illis est additum ab autore naturæ præter ipsorum exigentiam ad usum et commodum nostrum; neque enim animalia in puro aere possent vivere propter nimium calorem et humiditatem; neque in aqua propter nimium frigus. Non tamen dicimus ideo impura et mixta elementa quasi haberent formam substantialem mixti, sed tantum quia permiscentur inter se partes elementorum diversorum.

Objicies 2o principaliter. Non dari saltem in concavo lunæ elementum ignis 1mo quia non luceret ibi nec urit alias omnia iam combussisset 2do non habet ibi pabulum 3tio suffocaretur a cœlo quia ignis non respirans suffocatur 4to ad nihil servit eo quod ex illo non generentur mixta propter quod nimirum elementa sunt.

R. negando antecedens nam ut ex 1o meteor. summa 1 c 3 et 4 et aliis communis philosophorum sensus colligit. ille est locus naturalis cuiusvis elementi ad quem naturali impetu fertur; sed ignis naturaliter fertur supra aerem ut patet experientia. Ergo illic est locus naturalis. Ad primam probationem R. ignem in sua sphæra nec lucere nec urere licet sit maximus quia est rarissimus. ad secundam dico ignem ibi non egere pabulo sed tantum apud nos: ratio est quia partes eius subtiliores vel sursum evolant, vel a contrariis circumstantibus facile consumuntur, ideo opus est aliam et aliam illi continuo suppeditari submministrari in quam agat et in se convertat ut apud nos conservetur. Ad 3tium patet quid sit dicendum; sicut enim ille ignis non eget ibi pabulo ita nec respiratione quæ ut vidimus supra necessaria est pro materia ignis, ac proinde non potest suffocari ubi ignis ille elementaris in concavo lunæ. Ad 4tum R. Esto ignis ille elementaris in concavo lunæ non propterea est frustra; non concurrat ad generationem non propterea est frustra natura enim illum exigit ad integritatem universi; aliud est quod elementa possunt inservire mixtioni aliud quod non possunt existere vel sunt frustra nisi ingrediantur

mixtionem. Instantia bona est terra ex centro suo et aer ex tertia regione non concurrit ad mixtionem: quare sicuti non est frustra aer tertiae regionis hoc ipso quod aer similis speciei concurrat ad mixtionem nempe infimae regionis: ita et de igne dicendum cum ignis qui est apud nos non differat specie ab illo. Addi potest ignem ibi existentem iuvare ad conservationem mixtorum quatenus siccitate sua aliqua ratione temperat humiditatem aeris et aquae vel etiam una cum sole rationi dat frigus terrae et aquae. Vide Conimbric. 3 caeli c. 5 qu. 1 a 2

Dices philosophus 5 meteor. c. 4 docet propterea esse illud corpus quod ex consuetudine vocamus ignem non est autem [illegible] ignis excessus enim calidi et veluti fervor est ignis et addit id quod est humidi usque ad lunam esse corpus alterum et ab igne et ab aere. Summa 2 c. 1 ait corpus sub caelo existens esse aptum exuri consuetudine appellatum ignem sed esse aliquid innominatum et esse veluti succensum fomitem qui saepe exuri potest etc. Respondeo ad 1um et dico nomen ignis impositum fuisse ad significandum ignem imprimis qui est apud nos qui cum sit in materia densiori est magis activus; propterea docet Aristoteles hoc nomen ignis impositum esse ad significandum excessum caloris non in ordine ad intensionem sed ad actionem provenientem ex densitate et aliis conditionibus quae iuvant ad agendum: sicuti glacies ut docet idem Aristoteles hic t. 21 non significat corpus frigidum et humidum sed congelationem humidi et frigidi. Ex quo colligitur ad secundum quid sit dicendum illud nempe quod est in concavo lunae non esse ignem sed appellari ex consuetudine tantum ignem et esse alterum quia est purus et non admixtus cum exhalationibus terreis, et ideo etiam dictum innominatum.

Quaestio 2

De Qualitatibus et Virtutibus Activis Elementorum

Nomine primarum qualitatum quae sunt vi[r]tutes activae elementorum intelligimus calorem frigus humiditatem et siccitatem quae non sunt privationes sed positivum quid. De his quibus quid sunt et qualiter conveniant elementis

Sectio 1

Qualiter definiantur primae qualitates

Arist. 2° de Gen. t. 8 et 9 in concreto definit qualitates et quidem per effectus valde secundarios. Calidum inquit est quod congregat homogenea ita ignis aurum aliis metallis permixtum segregat et in unum cogit. Frigidum est quod congregat homogenea et heterogenea ut patet in glacie. Humidum est quod difficile terminatur termino proprio et facile alieno sicut est facile terminabile proprio termino, difficulter autem alieno: sic aqua sumit figuram vasis lignum autem ipsum non facile alienam figuram. Dixi per effectus secundarios valde; nam primarii sunt calefacere frigefacere humectare siccare. imo adhuc prius et per se ante istos effectus secundarios calor habet rarefacere et frigus constringere humidum diffluere &c.

Nota autem quod nomine homogeneorum intelligi res similes saltem secundum virtutem motivam quare aer et vapor qui est aqua calefacta erunt homogenea etiamsi sint diversae naturae et substantiae. Contra vero nomine heterogeneorum intelliguntur res diversae saltem secundum virtutem motivam

Nota 2 ex Zabarela lib. de qualitate elementorum c. 4 per accidens evenire posse oppositum ita ut calor congreget etiam heterogenea primo mutando illa et faciendo homogenea in varitate et virtute motiva, facta vero homogenea ea congregare, secundo evocando partes tenuiores a crassioribus, quae crassiores quia evocari nequeunt remanent permixtae et agglutinatae. Frigus

etiā per accidens segregare potest heterogenea et congregare solū homogenea primo dū constringit quantū potest et adensat aliquas partes, facit alias interū sublitiores effluere: sic in hyeme et a cri vento exprimuntur lachrymae. Quo aliquando quia constrictio et adensatio non fit aequaliter in omnibus partibus dū minus condensatae non sequuntur alias magis condensatas dividuntur sic in hyeme saxa franguntur. Alio modo segregare etiā dicitur frigus heterogenea et congregare homogenea per accidens quatenus quae erant facta homogenea à calore quoad substantiam tamen heterogenea accedente frigore in debita proportione quilibet pars se reducens ad suū statū segregatur ab alijs diversae rationis: sic dum sanguis e vena eijcitur postea frigefactus dividitur distincte in humores.

Dico) Bonae sunt definitiones caloris et frigoris phae et explicatur. Nam primo calor per se congregat homogenea, cū ad calorem per se sequatur raritas, qua posita res quae detinebantur permixtae facta quasi via abeunt in proprium in locum. et sic homogenea congregantur dū separantur ab heterogeneis. Secundo frigus per se addensatio et constrictio per se partium, posita autem adensatione occluditur via homogeneis ne abeant in locū suū et consequenter manent permixta homogenea cū heterogeneis ut apparet in glacie.

Objicies 1. In generatione alicuius misti calor congregat heterogenea. Ergo phae. Antecedens 1mo quia cibi caloris diversi miscentur in stomacho 2do quia eiusdē ui a pharmacopolis multa miscentur 3o di etiā caloris luti exsiccatur et permiscentur multa diversa ut patet lapilli plumali 4to stannū cū plumbo, cera cū pice et alia metalla calore liquata permiscentur 5to in lixivio mediante calore aqua miscetur cū cinere. Rx distinguendo Antecedens per accidens concedo, per se nego. Et ad primū et secundum dico per accidens cibos et aromata misceri quatenus facta homogenea vi caloris ab eodem congregantur similiter dicendū de plumbo et stanno et similibus

Ad tertium dico per accidens id evenire ob subiecti dispositionem; nam calor per se rarefacit tantum unde aqua attenuata in vapores ascendit et relinquitur sola terra quod habet ex se maiorem densitatem et illa per accidens addensatur corpora solida intercepta retinentur. Ad ultimum dicendum misceri cinerem aquae quatenus tenuiores partes cineris calefactae ascendunt.

Obijcies 2. Mistum requirit heterogenea. Ergo calor impedit mistionem. R. concedendo antecedens negando consequentiam nam calor partes heterogeneas rarefaciendo reddit homogeneas quae deinde frigore accedente rursus aliquomodo fiunt heterogeneae et constipantur.

Obijcies 3. Aristoteles 4 meteor. summa 2 c 3 nitrum inquit et sal solubilia sunt humido non omni sed frigido. Ergo talium est frigus condensare. R. eliquationem nitri per se humido ut patet experientia et ratione quia per humiditatem aufertur siccitas et consequenter constipatio partium et sic habetur dissolutio; iuvat autem per accidens frigus quatenus per illud comprimitur humiditas ut sese insinuet magis in intimas partes salis et nitri; calore autem non liquatur sed siccatur sal per accidens quatenus calor evocando partes humidas subtiliores relinquit alias crassiores.

Dico 2. Bene ab Aristotele descriptum humidum et siccum. Probatur conclusio experientia prout vidimus supra. Pro maiori autem intelligentia advertere cum dicitur humidum facile terminari termino alieno intelligendum est quod habeat partes talis naturae ut si admoveantur ab aliquo ad partes corporis continentis non resistant sed sint molles et sequaces cum continuatione tamen partium inter se. Requiritur ergo ad accomodationem istam humiditas a qua habetur ut partes fluant et sint sequaces id est ut non resistant aliquid motis aliis sed una mota moveantur et alterae; unde fit ut aliquid ex ipsis condensentur aliquid rarefiant ne amittant talem consecutionem. Natura vero sicci est contra cum non sit fluida dissecatur potius in frusta quam se termino accomodet alieno: per accidens tamen potest contingere ut humidum cum est maxime constipatum accomodare se nequeat termino alieno eo quod flecti et rarefieri non possit; sicuti et sicca accomodari possunt

termino alieno per Accidens per sui disruptionem et dissecationem in minutissima frusta veluti arena cinis

Obijcies 1 Ignis est maxime siccus et tamen terminatur termino alieno facile. Ergo Rx flamma non proprie terminari termino alieno, nam illa semper habet suum terminum ut scilicet ex parte superiori tendat in acumen, ex parte inferiori sit latior: quod si impediatur ab aliquo corpore denso quominus attollatur apex flammae ut in furno, non tam assumit figuram fornicis quam inflectitur. Deinde nec hoc modo proprie ibi terminatur flamma sed vel exulat vel suffocatur si non habeat respirationem et exitum

Obijcies 2 metalla liquabilia sunt humida similiter glacies et tamen terminantur proprio termino Rx metalla per accidens terminari proprio termino, nam etsi constent aqueo humore concrescunt tamen frigore propter multas partes terreas, liquescunt calore interiorem humorem ad partes extimas vocante per quandam quasi rarefactionem; quem frigus per condensationem ad interiora constringit et propter admistam siccitatem ad consistentiam perducit. Idem dic de glacie

Adverte ante alias qualitates dari quae reducuntur ad humidum et siccum Imo tenue reducitur ad humidum huic oppositum crassum quod reducitur ad siccum eo quod crassum sit frigidum et siccum, et ratione frigoris condensetur, ratione siccitatis non habeat partes continentes. Lubricum reducitur etiam ad humidum. similiter molle ab Arte reducitur ad humidum: durum autem si habeat humorem ad humiditatem requirit autem frigus; si careat humiditate ad siccum vide Artem 4 meteor. c 4

Quaeres Cur istae Qualitates dicuntur primae?

Rx quia istae neque sunt ex alijs neque ex alterutris sed ex ipsis alterae ut habetur ex philosopho 4 t 15 loquendo de qualitatibus sensibilibus et tangibilibus et quae corporibus corruptibilibus duntaxat sunt propriae; hinc spirituales omnes et perfectivas tantum rejicimus ut est lux et potentiae Animae si sunt distinctae ab illa. Alterae ut dixi sensibiles qualitates sublunaribus propriae ex his oriuntur nam de illis quae non percipiuntur id docet phi 5 ultima probl. de ijs quae auditu sect. 11 probl. et de gravitate et levitate idem docet 2 de partibus Animal. c 6

Dices. Densitas et raritas non proveniunt ex his qua
litatibus imo potius calor proveniunt ex raritate ut apparet in attri
tione duorum lignorum. R. raritatem et densitatem in actu se
cundo per nos esse ubicationem formaliter; in actu primo ante
potest dici quod proveniat ex his quatuor qualitatibus: et hic respon
sio valet si dicas raritatem et densitatem esse qualitates contra
distinctas a primis; si autem dicas non esse nisi temperamentum
certum primarum qualitatum quod est probabile, tunc sine diffi
cultate respondes argumento. Ad secundam partem dico
raritatem non esse per se causam caloris sed per accidens ut
videbimus infra in fine huius libri

Quaeres 2 An omnes ex his qualitatibus sint activae?
R. affirmative prout dixi supra: et patet experientia ratio est
quia cum per philosophum etiam elementa symbola in se transmutentur,
non potest id dici de terra et aqua nisi admittas humi
ditatem et siccitatem esse activa. Per philosophum autem dicuntur
hae duae qualitates passivae aliquando in comparatione scilicet
aliarum quae sunt magis notabiliter activae

Sectio 2

Quae qualitates conveniant singulis elementis et an in summo?

Aristoteles hic t. 16 ubi probat quatuor tantum esse combinatio
nes possibiles primarum qualitatum ita illas distribuit singulis
elementis. Ignis inquit calidus et siccus est. Aer autem
calidus et humidus. Aqua frigida et humida. Terra frigida
et sicca. Circa quam distributionem duae possunt esse
difficultates. 1ma An vere conveniant binae illae quali
tates singulis elementis. 2da an utraque conveniat in summo

Dicendum 1. Combinationes primarum qualitatum
recte fuisse ab Aristotele assignatas singulis elementis. Est contra
Stoicos. Galenum et Cardanum. Pbr. Conclusio per sin
gulas partes et primo de igne experimur eum calefacere
et exsiccare et dispositiones ad ignem esse calorem et sicci
tatem. Ergo ignis est natura sua siccus et calidus quod
etiam intelligendum est de igne elementari et puro qui a nostro
non differt secundum substantiam. Secundo de aere etiam constat
quia aer est levis ergo calidus nam levitas est calidi sicut

gravitas frigoris deinde actione caloris generatur Aer nam si subiecto igne aqua solvatur in vapores qui imposito operculo ut fit in destillationum caldarijs diligenter colliguntur constat experientia multo minus aquae colligi ex illis vaporibus quam fuerit antea. Ergo signum est aliquas partes aquae fuisse transmutatas in aliud corpus nempe in Aerem: nam actione caloris non potuit transmutari in terram, et transmutatio in ignem valde difficilis est. Ergo actione caloris generatur Aer et consequenter convenit illi calor. Tertio actione frigoris comprimitur aer nam in cavernis terrae propter excessum frigoris Aer convertitur in aquam et ita docet Arlis, meteorum 4 c.) generari fontes perennes et fluvios. Ergo Aer est calidus. Posito autem quod sit calidus sequitur non esse siccum alioquin esset ignis. Ergo est humidus. ~ Quod aqua sit frigida et humida probatur quia calefacta reducit se ad frigus et quia est facile terminabilis termino alieno Ergo 4to quod terra sit frigida et sicca probatur quia etiam in aestate postquam diu fuit a sole calefacta illo discedente noctu se reducit ad frigus; tum quia est gravis et difficile terminabilis termino alieno. Ergo est sicca: ideo etiam in scriptura vocatur arida

Objicies Omne continuum est humidum terra est continua Ergo humida R. distinguendo maiorem continuum quod fit per agglutinationem concedo; continuum simpliciter nego; unde ignis est continuus et tamen humidus non est

Dicendum 2 singulis elementis unam saltem qualitatem deberi in summo. Est Arlis Gen t 33 et communis aliorum probatur quaelibet prima qualitas petit esse in aliquo subiecto in statu perfectissimo; sed hanc perfectionem non potest habere nisi in primis corporibus seu elementis. Ergo. Hoc patet ex natura rei non probatur quia in mixtis qualitates sunt refractae ex dicendis. Ergo si cui debentur qualitates in summo maxime primis corporibus

Dicendum 3 ambas qualitates deberi in summo cuilibet elemento. Ita multi recentiores contra Conimbricenses Gen c 8

q 4 a 4 et Toletus c 2 q 6 concl 3. Mirand. d 2 q 2 Hurtadus d 6 s 5. Pbz 1mo nisi singulis elementis conveniat utraque qualitas in summo male ex combinatione primarum qualitatum collegisset Arles quatuor corpora simplicia. Consequens: si ignis habeat solum siccitatem ut sex (quod est impta combr.) habere caliditatem non in summo sed in gradu excellenti) vel sunt in illo duo gradus humiditatis vel nihil: si primum ergo in singulis elementis sunt plures quam duae qualitates. Ergo omnia elementa essent symbola et in una solum qualitate opponerentur ut patet discurrenti nempe ignis et aqua solum quoad calorem et frigus: si secundum contra est nam materia non potest non habere capacitatem expletam octo gradibus sive omnes sint eiusdem qualitatis sive partim unius partim alterius oppositae qualitatis. Pbz 2do combinatio duarum qualitatum in summo non contrariarum non implicat ergo potest convenire elementis. Pbz congruentia quia corpori simplici magis convenit non habere mixtionem qualitatum contrariarum quam mixto quod ideo mixtum dicitur.

Obijcies 1 Arles 2do t 23 ait ignem esse magis calidi quam sicci et aerem esse magis humidi quam calidi aquam magis frigidi quam humidi, terram magis sicci quam frigidi. Ergo ex Arte unicuique elemento non debetur utraque qualitas in summo. Rz Arlem loco citato non docere ignem habere plures gradus caloris quam siccitatis et sic de ceteris elementis; cum non dicat esse magis calidum sed esse magis calidi, quo modo loquendi indicat unam qualitatem in unoquoque elemento praedominari quoad sensum et quoad effectus secundarios per quos supra definierat elementa. ut bene advertit Zabarela lib 2 de elementis c ( ). quia in igne est magis sensibilis secundarius effectus caloris quam siccitatis, cum non ita sensibiliter appareat difficile terminabilis termino alieno sicuti percipitur disgregare heterogenea et congregare homogenea terra autem maxime habet conditionem ut terminetur termino proprio: contra aer facillime terminatur termino alieno: aqua semper facit effectum frigefaciendi, aliquando tamen

non habet proprietatem humidi, ut scilicet terminetur termino alieno nempe quando est combinata

Objicies 2 Si terra haberet frigus et siccitatem in summo deberet esse omnium corporum gravissima, consequens est falsum quia plumbum aurum et similia mixta sunt graviora quam terra. Ergo. R. distinguendo antecedens si terra sit pura concedo si autem loquamur de terra prout modo est impura nego sequelam: nam cum sit valde porosa multum continet aeris et ignearum exhalationum, neque habet densitatem sibi connaturalem ac proinde levior est quam aliquod mixtum corpus ut plumbum

Objicies 3 Aqua est aere humidior quia magis humectat, unde pluvia facit aerem humidum imo aliquis aer magis exsiccat corpora quam alius. Ergo non habet humiditatem in summo. R. supponendo sermonem hic esse de elementis in suo statu connaturali, nam extra statum connaturalem certum est posse in illis esse qualitates remissas, negando aquam esse aere humidiorem, sed tantum magis humectare quia cum sit densior, magis agit et facilius superat resistentiam contrarii et magis adhaerescit corporibus. Adde quod calor in aere retundat multum activitatem humidi. Pluvia etiam non humectat aerem sed aquei vapores aeri admixti magis humectant alia corpora propter maiorem densitatem ut dixi: quod autem aliquis aer magis exsiccat oritur ex maiori copia exhalationum siccarum quae illi admiscentur

Objicies 4 Aqua ex intensione frigoris conglaciata condensatur in grandinem et nivem transmutatur in crystallum R. aquam non conglaciari solum propter intensionem frigoris sed etiam propter admixtionem siccarum exhalationum quae vim habent constipandi partes aquae. Adde quod saepe sol prohibeat ne se reducat ad frigus connaturale; et sic non est mirum quod non semper idem effectus sequantur.

Objicies 5 Aer est densior quam ignis. Ergo plus deberet sentiri calor illius quam ignis quod tamen est contra experientiam R. negando sequelam; nam ignis ratione siccitatis quae est lima caloris compensat in igne maiorem densitatem aeris; imo quia rarior est ignis magis se insinuat: praeterea

in aere retunditur ardens calor in aestu secundo ab humiditate. Quibus omnibus adde aerem nostrum non esse in suo statu connaturali sed mixtum ex exhalationibus et vaporibus

Obijcies 6 Si elementa habent binas qualitates in summo debere utriusque damna ferent utrique et defectu alterius deficerent Cuius contrarium videmus Cum videamus aerem valde frigefieri aquam calefieri. Resp. 1mo instando in sententia Hurtadi Arriagae et Conimbricensium aquae convenit principaliter et in summo frigus, et tamen facilius patitur damnum in frigore quam humiditate. Deinde concedo sequelam loquendo de elementis in statu puro; nam de facto dubium non est quod non habeant omnem qualitatem in summo uno mixta nec tamen desinunt esse elementa dummodo binae illae qualitates vel saltem una maneant in notabili et excellenti gradu ut patet in aqua

Quaeres Qualitates symbolae et communes duobus elementis suntne eiusdem speciei? nempe calor ignis et aeris idemque quaeri potest de calore producto à sole.

Resp. affirmative. Ratio est quia sine ulla necessitate poneretur diversitas specifica inter istas qualitates symbolas: praeterea indicio sensuum non apparere huiusmodi qualitates diversas: imo sese invicem intendunt nam calor ignis intendit calorem aeris et utrumque expellit frigus aquae quod fieri non posset si essent diversae speciei. Unde Aristoteles 2de g. et c. docet elementa symbola inter se transmutari facilius quam dissymbola quia in illis una tantum qualitas est expellenda. Ergo alia quae remanet est eiusdem speciei, uno numero alioquin dum ex igne generatur aer tam siccitas quam calor ignis expelleretur. Eadem argumenta probant calorem productum à sole esse eiusdem speciei cum calore elementorum quia unus ab altero intenditur et utrumque a frigore elementorum expellitur

Dices 1mo Calor ignis extinguitur ab humiditate aquae et fovetur ab humiditate aeris; siccitas ignis causat levitatem et raritatem; siccitas terrae gravitatem Ergo sunt diversae

inter se velut qualitates. R. diversitatem in his effectibus non oriri praecise a qualitatibus symbolis sed a diversa combinatione earundem, nam humiditas aquae extinguit ignem ut conjuncta cum frigore

Dices 2 Ad essentias specie diversas sequuntur proprietates diversae speciei. Sed aer et ignis sunt essentiae specie diversae. Ergo etiam habent proprietates specie diversas: atqui calor in igne est proprietas illius, et calor in aere est proprietas illius. Ergo sunt diversi speciei. R. concedendo argumentum et distinguendo subsumptum calor in igne est proprietas solitarie acceptus nego, una cum siccitate concedo, atque adeo combinatio qualitatum est proprietas cuiusque elementi

Quaestio 3
De transmutatione Elementorum et Mixtione

Binas difficultates has expediemus quaestione quarum primam fere facit Phi auctoritas ad quam tuendam oportet conciliare ea quae videntur pugnare contra experientiam: altera est de re ipsa et fine elementorum

Sectio 1
De Mutua Elementorum Transmutatione

Suppono pro certo elementa aliqua posse transmutari invicem sic ignis transmutat in se aerem, aer aquam & quaestio est utrum quodlibet elementum possit immediate in se aliud transmutare; nam mediate loquendo vix est controversia; sic aqua prius in aerem deinde in ignem transmutatur

Dico 1. quodlibet elementum immediate in quodlibet aliud potest transmutari. Est Phi t 24 Conimbricenses c 4 q 1 a 2 Hurtadi disp. 6 s 7 Arriaga d. ultima q 1 Contra Rubium hic c 6 q 1 Prob. quia quodlibet elementum sive symbolum sive dissymbolum potest immediate recipere dispositiones cuiuslibet alterius. Ergo potest in quodlibet aliud converti. Consequentia patet antecedens prob. quia terra potest simul recipere calorem et siccitatem in gradu debito formae ignis, ut si parva terra mittatur in fornacem ardentem. aqua etiam potest eodem modo recipere calorem et siccitatem si gutta aliqua injiciatur in ignem Ergo potest-

elementum recipere dispositiones cuiuslibet alterius

Objicies 1. Dum ignis agit in aquam calor qui est maxime activus multo citius producit in aqua calorem intensum quam siccitatem quae est minime activa etiam in igne. Ergo prius existet in aqua calor et humiditas id est dispositio ad aerem quam calor et siccitas quae est dispositio ad ignem. Ergo prius introducetur forma aeris quam ignis. Respondeo primo non esse necesse totam humiditatem tolli ab aqua ut possit transire in ignem. nam potest ignis cum aliqua humiditate conservari ut habet Aristoteles 2 de part. c 2 et patet si accendatur vinum adustum vel clarum quod flamma propterea cernitur est. Respondeo deinde potest 2do licet saepe prius aqua vertatur in aerem et postea in ignem, potest tamen aliquando id contingere ut immediate convertatur in ignem si nimirum ante ab aliquo agente aliquid siccitatis fuit productum in aqua, tum huiusmodi aqua in ignem iniecta simul recipiet gradum caloris et siccitatis sufficientem ad formam ignis

Objicies 2. Si aqua immediate transmutaretur in ignem conservaretur pro aliquo tempore forma aquae cum maiori raritate quam habeat aer quod est absurdum, sequela patet quia ad introductionem formae ignis requiritur eius raritas quae est maior quam sit raritas aeris. Respondeo ad conservandam et producendam formam ignis non semper requiri tantam raritatem quanta est aeris ut constat cum etiam in materia densa excitetur ignis ut in ligno: propterea licet forma aquae esset in materia cum maiori raritate quam aer hoc tamen nullum est absurdum dum forma aquae est in via corruptionis

Objicies 3. Quod convertitur in ignem debet esse pabulum ipsius. terram et aquam non possunt esse huiusmodi pabulum quia terra et aqua non est humida humiditate pingui et aerea. Respondeo negando maiorem nam ad hoc ut aliquid convertatur satis est ut subiectum possit recipere dispositiones requisitas pro forma introducenda ad hoc autem ut sit pabulum ignis requiruntur supra dicta

Maior difficultas est utrum elementa symbola facilius in se convertantur quam dissymbola. Pro solutione autem difficultatis

Adverte Elementa symbola esse illa quae conveniunt in una qualitate ut terra et ignis conveniunt in siccitate; dissymbola quae in nullo conveniunt. potest autem fieri triplex comparatio 1mo si compares duo symbola secundum qualitates activas cum duobus symbolis secundum qualitates passivas v.g. ignis et aer quae sunt elementa symbola secundum calorem qui est qualitas activa comparari possunt cum aere et aqua quae sunt symbola secundum qualitatem passivam id est humiditatem quae ab Aristotele dicitur qualitas passiva non quia vere non agit sed quia non est tantum activa quantum calor v.g. et eius secundarius effectus nempe terminari termino alieno videtur importare quandam passionem sicuti et siccitatis. 2do comparari possunt duo dissymbola cum aliis duobus dissymbolis; et hic quoque combinari possunt vel ut sint dissymbola secundum qualitatem activam adiutam a qualitatibus passivis; vel certe dissymbola secundum qualitatem activam impeditam a passiva. primi generis sunt ignis et aqua; in igne qualitas activa est calor adiutus a passiva nempe siccitate quemadmodum et in aqua qualitas activa est frigus adiutum a passiva nempe humiditate. secundi generis est aer et terra in aere qualitas activa id est calor retardatur et retunditur ab humiditate adiuncta sicuti et frigus in terra a siccitate. Tertio denique comparari possunt symbola cum dissymbolis

Si primo modo fiat comparatio certum est facilius transmutari symbola secundum qualitates passivas et dissymbola secundum activas, quam symbola secundum activas et dissymbola secundum passivas. Ratio est quia qualitates passivae magis resistunt sibi invicem et sunt minus activae: ita facilius convertitur aqua in aerem vel contra quam terra in aquam, facilius enim calor aeris superat frigus aquae quam humiditas aquae siccitatem terrae. Si secundo modo fiat comparatio certum est quod elementa dissymbola secundum qualitates activas adiutas a passivis facilius transmutentur quam e contra. Ratio patet ex dictis sic facilius ignis et aqua convertuntur in se quam aer et terra et universim loquendo quando qualitas activa adiuvatur a sua passiva tunc

facile convertit in se aliud elementum in quo non adiuvat qualitas activa à passiva: ita Aer facile in aquam in aquam convertitur quia humiditas iuvat frigus quod est qualitas activa et retundit calorem in Aere; ita etiam facilius ignis convertit terram quam aquam quia frigus in terra non adiuvatur à siccitate sicuti in aqua ab humiditate. Quae omnia tamen intelligenda sunt cœteris paribus et servata proportione inter qualitates etiam activas. Restat ergo inquirendum de Comparatione in tertio modo

Phus hîc t 25 probat hoc argumento facilius symbola quam dissymbola in se invicem mutari; facilius et celerius superatur unum contrarium quam duo; elementum autem pugnans cum symbolo solum unam contrariam qualitatem debet superare, cum dissymbolo pugnans duas contrarias. Ergo. ubi tamen

Nota Philosophum non velle id semper accidere sed tantum ut plurimum, quod autem fit ut plurimum dici potest simpliciter id fieri: item intelligendum est cœteris paribus et quantum est ex ratione qualitatum activarum et passivarum Sed contra hanc rationem Scotus est quia aeque facile duo possunt vinci a duobus ac unum ab uno est enim eadem proportio ut patet Ergo cum in qualitatibus dissymbolis sunt duo agentia contra duo contraria aeque facile transmutabuntur in se quam symbola in quibus unus hostis contra unum pugnat. nihilominus

Dico 2 Elementa symbola facilius in se transmutari quam dissymbola. Est S. Thomae hîc lect: 4 Bulej hîc c 6 Conimbricensium q 2 a 2 et aliorum. Probatur sistendo in ipsa ratione philosophi (nam plerique probant rem sat bene sed non sistunt in ratione vel verbis philosophi) in elementis dissymbolis ut plurimum coniunctio duarum qualitatum reddit difficiliorem transmutationem. Ergo adhuc facilius transmutantur symbola quam dissymbola. Antecedens probatur inductione, in aqua ut respectu ignis non solum resistit humiditas et frigus sed humiditas coniuncta frigori quod sicut illud iuvat ad activitatem ita ad resistendum contrario; et viceversa in igne iuvat siccitas. è contrario vero in Aere respectu terrae non fit tam facilis transmuta

quia siccitas impedit et retundit activitatem frigoris in terrâ et vice versa humiditas ~~[illegible]~~ calorem in illo debilitat ~~[illegible]~~ ita facile convertat terram.

Dices In igne neque et aqua in quantum humiditas iuvat frigus ad resistendum in tantum siccitas calorem ad agendum. Ergo difficultas quae oritur ex combinatione qualitatum in dissymbolis sufficienter compensatur. Ergo adhuc lique facile convertentur. R. negando Antecedens ratio est quia cum humiditas et siccitas sint qualitates resistivae et passivae potius quam activae non poterunt tantum conferre ad activitatem caloris neque quantum ad resistendum. Unde quando dixi siccitatem conferre multum ad caloris activitatem, intellige non positive sed negative id est quatenus non retundit activitatem illius quantum retunderet humiditas, e contrario vero siccitas in terra non tantum non confert positive ad activitatem frigoris sed positive retundit illam; unde fit ut non possit tam facile transmutare aerem in quo si non prodest resistentia passive saltem non obest, licet obsit activitati caloris in illo humiditas. Ex quo patet quid sit respondendum ad objectionem supra factam liquet facile citius duo a duobus quam unum ab uno si illa duo ita se habeant ut ex combinatione non oriatur maior resistentia concedo; sin minus nego. In exemplis autem positis et plerumque combinatio infert maiorem resistentiam in dissymbolis. Ergo

Objicies 1. Facilius aqua transmutatur in ignem quam terra. Ergo facilius dissymbolum quam symbolum. Prob. Antecedens tum quia terra est densior tum quia ut patet experientia gutta aquae iniecta in fornacem facilius transmutatur in flammam quam transmutetur pars terrae. R. negando Antecedens simpliciter ad probationem dico primum quidem impedire densitatem terrae non tamen tantum quantum humiditas aquae activitatem caloris. Ad experientiam R. aqua non mutari immediate saltem ut plurimum in ignem sed in vaporem vel aerem ut patet ex fumo

ascendente? quod si tamen aliquando facilius aqua convertitur in ignem quam terra, id oritur vel quia aqua cum applicatur igni reperitur magis disposita ut habeat humiditatem refractam, vel quia terra est nimium condensata ita ut non possit calor penetrare. Ita

Obijcies 2 Si elementa symbola facilius transmutantur sequitur male naturam posuisse cum elementa prope aliud symbolum ut hac ratione conservarentur. R. negando seq.a quia etsi propter istam rationem facilitatem aer transmutetur secundum aliquam partem ab igne, tamen propter eandem rationem ignis ab aere convertitur in aerem et sic facilius fit compensatio et melior conservatio sufficiens. Quod si elementum ignis fuisset prope aquam saepe fuisset tertium elementum progenitum ex pugna illorum quod etiam habet suum inconveniens.

Quaeres An ex duobus elementis dissymbolis possit generari tertium alicui symbolum ut dum ignis agit in aquam possit generari aer?

R. affirmative cum Arle hic t. 27 quid probat quia aqua iniecta in fornacem evaporat in fumum. neque videtur esse ulla implicantia aut difficultas in hoc quod dum humiditas expellit siccitatem, e contra calor expellat frigus maxime cum elementa quando applicantur ad invicem agendi saepe iam ita sint refracta ut minus qualitatis celeritatem in agendo facile assequatur alterius activitas alias tardior

Sectio 2

An et quid sit Mistio?

Triplicater potest sumi mixtio primo pro sola iuxtapositione plurium sicuti dum grana frumenti miscentur cum granis auti- secundo pro iuxtapositione plurium includente tamen aliquam alterationem tantum ut cum unus succus miscet[ur] cum alio ad constituendum pharmacum tertio pro tali iuxtapositione et alteratione ad quam consequitur generatio alterius substantiae de novo, in qua substantia de novo genita continentur vel actu vel virtute plura illa iuxta posita et alterata id est elementa: et in hoc sensu communiter ac proprie accipitur mixtio, tum a Philosophis tum ab Arte

et de hac quaeritur an detur et an bene a Philosopho definiatur

DICO 1. Dari mixtionem est communis. Probatur 1mo
ex fine naturae quae ordinavit elementa ad mixtionem. Probatur
2do experientia. Multa enim generantur mixta ut herbae
in parietibus et in tectis sine semine quorum generatio non
potest referri nisi in pulverem insidentem tectis et parietibus
et in aquam pluvialem in qua multum terrae et etiam aliorum
terrestrium et etiam ignearum continetur. Item generatio-
nes ranarum et similium quae tempore aestivo decidente
pluvia producuntur in pulvere. Sed optime colligitur mix-
tio elementorum ex proprietatibus eorundem quae videntur
in mixto; experimur enim primo soliditatem terrae
humiditatem aquae etc.

Requiritur autem ad mixtionem ut elementa in
unum locum congregentur non quidem propria virtute mobi-
na nam hac ratione diversa loca petunt, sed a causis extrin-
secis ut calore solis etc. Requiritur praeterea a Philosopho
t. 89 ut elementa dividantur in minutissimas partes
itaque ut facile invicem agant: sic enim aqua et farina
quaeque seorsim farina posita miscentur magis facilius
invicem permutantur. Cuius rei ratio est quia sunt me-
lius invicem applicata. Item t. 83 requirit quod
miscibilia non debeant omnino corrumpi. Inconve-
niens enim dicit lignum misceri igni quando comburitur
et plura alia quae vide apud ipsum.

DICO 2. Bona est definitio quam Philosophus 1 de
generat. t. 90 affert. Mixtio est miscibilium alteratorum
unio. Probatur quia hac ratione sufficienter distinguitur mixtio
ab omni alia generatione et sufficienter explicatur na-
tura illius. Dicitur miscibilium alteratorum id est elemen-
torum alteratorum quia elementa debent alterari et refrangi
secundum proprias qualitates ad hoc ut generetur forma
substantialis mixti. Unde nota 1mo quod particula unio accipi potest
vel causaliter vel formaliter: si causaliter accipiatur
significat alterationem et dispositiones requisitas ad hoc
ut introducatur forma mixti sub qua omnia elementa
uniuntur inter se: si vero accipiatur formaliter importat
ipsam unionem substantialem qua forma mixti unitur

elementaris communi materia. Sensus ergo totius defi-
nitionis est. Mixtio est transitus substantialis (quia est
species generationis) ad formam mixti in quo mixta ele-
menta dicuntur manere vel virtute vel actu:
et hac ratione Phus optime exprimit productionem illam
mixti quod immediate fit ex elementis invicem mixtis
et refractis non autem illa quod fit quando unum mixtum
producit aliud.

Quaeres An ad mixtionem concurrere debeant
omnia elementa? R. aliam esse mixtionem imperfectorum
seu generationem mixti imperfecti ut grandinis nivis
quod sic appellant Phus; et ad hanc mixtionem non
est necesse ut omnia quatuor elementa concurrant
cum semper retineant aliquam formam alicuius elementi:
alia est generatio mixti perfecti ad quam omnia
quatuor debent concurrere ut est generatio metallorum
plantarum animantium ut docet id Philos 2 de gen t 49 omnia
mixta inquit quod habent in se formam substantialem
distinctam ab elementis requirunt aliquid caloris et
frigoris aliquid siccitatis et humiditatis; requirunt
praeterea consistentiam ut patet quod provenit a terra
partium continuitatem et agglutinationem quod provenit
ab aqua, ignem item et aerem quod illa duo attem-
perent ne nimium refrigerent

Sectio 3

Quomodo Elementa maneant in misto?

Certum est elementa aliquo modo manere in misto
unde Philos caelis 3 (cel t 31) ait elementum esse id in quod
caetera corpora dividuntur in quibus inest aut potentia
aut actu, et 5 metaph t 4 simpliciter describit ele-
mentum ex quo primo inexistente componitur aliquid
Dubium est quomodo elementa insint in mixtis num for-
maliter et per proprias formas substantiales una cum forma

mixti; an vero solum virtute quatenus virtutes et acci
dentia eorum remanent refracta tamen. Sunt autem
in hac quaestione duae celebres sententiae ut omittam Aver
rois; prima est elementa manere in mixtis actu et for
maliter est multorum medicorum et aliorum quos refert et
sequitur Jandunus lib 2 de Anima [illegible]. 8 p. 7 secunda
est manere solum virtute in mixto elementa, ita S. Tho
mas 2 contra gent. c 55 et communiter Thomistae Scotus
et alii quos citat et sequitur Suarez d 15 s 10 n 42
Toletus 1 de generat. q 17 Conimbricenses ibidem c 10 q 3
Rubius q 4 Hurtadus d 6 s 2 Arriaga d 5 q 3 et alii
recentiores. [illegible] ut omittam Averrois et sequacium
citatorum a Conimbricensibus qui putant elementa manere
actu in mixto secundum substantias refractas; nam haec fa
cile convincitur falsitatis tum primo ex Arte qui c 3
de substantia ait proprium substantiae esse non suscipere ma
gis et minus, tum secundo ex eo quod refrangantur
qualitates nullo modo arguitur formas substantiales
etiam refrangi, alioquin nullum est indicium cur substan
tiis attribui possit intensio et remissio. Ergo secunda
pars patet. prima probatur aqua calida reducit se ad
frigus intensum quod non posset facere si ipsa forma prius
esset refracta

Dico 1 Elementa manere solum in mixto virtute
Probatur primo ex Arte primo de generatione t 84 qui ut explicet
quomodo elementa non corrumpantur omnino ait quia sal
vantur eorum virtutes; ibidem t. 86 ait si elementa salva
maneant non est mixtio sed iuxtapositio, idem t sequenti
dicit: unde t 89 concludit elementa non manere actu
sed potentia. Alia loca vide apud recentiores. Probatur
2do si elementa remanent in mixto actu, vel ita rema
nent ut in qualibet parte materiae sint omnia quatuor
elementa, et simul sit forma mixti; vel ita ut in una
particula sit forma ignis cum forma mixti et in alia sit
etiam forma mixti et forma aquae. Sed neutrum dici potest Ergo
Hoc probatur, non primum tum quia quando mixtum constat partibus he
terogeneis diversae in diversis partibus requiruntur dispositiones;
tum quia plures formae substantiales non debent admitti in
uno subiecto nisi ad invicem subordinatae (quod nunc rejicimus in Physica)

qualitates non sunt istae quatuor formae. Non secundum quia saltem in homogeneis quaelibet particula est mixta ex Arist. 2 de generat. t 86. Ergo in qualibet particula debent esse eodem modo quatuor elementa. Pbatur Antecedens quia quaelibet particula mixti non est simplex. Ergo mixta. Pbatur 3tio a priori quia ut dixi in physica illae formae essent accidentales eo quod non essent prima radix omnium quae exiguntur à mixto: nec obstat quod sint subordinatae nam etiam dispositiones sunt subordinatae. Faciunt etiam pro hac conclusione multa argumenta adducta in physica quibus rejecimus formas partiales.

Objicies 1. Arist. 1 de generat. t 83 et infra ubi ex professo tractat praesentem quaestionem ait miscibilia non debere corrumpi in mistione et sic lignum dum convertitur in ignem non dici misceri quia corrumpitur 2do t 88 propter eandem rationem ait guttam vini non misceri decem millibus amphoris aquae quia corrumpitur 3tio t 90 concludit manifestum esse elementa non corrumpi et propterea mistionem esse miscibilium alteratorum unionem; at si formae essent corruptae non posset dici elementa uniri. Ergo. 4to 2 de generat t 50 ait iisdem nos constare quibus nutrimur, nutrimur autem elementis commistis. 5to 1 de Anima t 82 et 2 de Anima t 39 ait nisi esset Anima quae contineret elementa ne tenderent ad propria loca fore ut statim animalia interirent. Ulterius 2 de Anima t 55 quod ut hic seu ignis ex non sentiatur cum reperiatur in sensorio. 6to 7 metaph t 68 ait sicut syllaba ba praeter B et A importat ordinem quendam, ita carnem ossa ex praeter elementa importare formam mixti. B autem et A sunt elementa literaria et formaliter in syllaba Ba. Ergo etiam elementa formaliter in mistis. Demum 3 coeli t 67 et alibi vocat elementa materiam, materia autem actu existit. Ergo et elementa.

R. ad primum et dico quod ea ratione qua dicitur non debere corrumpi illa quae miscentur dicat etiam non debere salvari: quanquam ait aperte habeat elementa manere solum secundum virtutem verba citata debent intelligi

in sensu explicato) de generat. t. 84, non debere scilicet
elementa deperdi secundum potentiam nec omnino corrum
pi eo quod saluetur eorum virtus, quod de ligno non
potest dici cum nihil virtutis de ligno maneat. Ad 2um
de gutta et similibus dico corrumpi et non misceri quia
mutantur in agens dominans et convertuntur in substantia
alterius agentis cum victoria et non in aliquod tertium
quod contineat potentia utrumque tam agens quam passum
prout fit quando miscentur elementa: quare loquendo
est cum distinctione elementa non corrumpuntur si per
corrumpi intelligas desinere nego, si per corrumpi intelli
gas converti in aliud disparatum in quo nullo modo con
tineantur concedo non corrumpi. Vide ipsum contextum
ubi deprehendes philosophum nihil dicere contra nos. Ad 3um
patet responsio ex definitione mixtionis. Ad 4um dico
nos non nutriri elementis nisi remote et mediate nam
multae prius requiruntur mutationes antea quibus destruantur
formae elementorum. Ad 5um R. verum esse quod si ani
ma non esset principium continens et attemperans dispo
sitiones elementorum dissolveretur corpus in elementa qua
tenus abeunte anima pugnando qualitates singulorum
acquirerent dominium et combinationem sufficientem pro
formis elementorum. Ad alterum locum dico quod philosophus
solum ibi quaerat an sensus indigeant aliquo obiecto ex
trinseco ad sentiendum et proponit rationem dubitandi quod
non quia constat ex iisdem rebus quas sentit: at hoc
non probat esse formas substantiales actu in mixto
cum hae non sint subiectae sensibus sed solum virtutes et
accidentia quae sunt sensibilia. Ad 6um dico non
esse paritatem in omnibus nec philosophum velle omnimodam parita
tem sed solum in hoc nempe quod sicuti ba non est solum b et a
sed est aliquid tertium ita caro et quodlibet mixtum non sit
ignis et terra sed aliquid tertium. Ad ultimum R. philosophum
vocare elementa materiam per similitudinem quia videlicet
ratio causae materialis potissimum consistit in hoc ut sit id ex
quo inexistente fit aliquid et quia elementa saltem se

Eundem virtutem existunt in misto participant per aliquam analogiam aliquid cum materia. Deinde quia virtutes elementorum sunt complementum et dispositio nec causa materialis fit ut ad illam reducantur

Objicies 2 vere et proprie manent dispositiones singulorum elementorum in misto. Ergo etiam manent eorum for mae quae non tolluntur nisi per dispositiones oppositas. R. distinguendo antecedens manent secundum esse completum nego incompletum concedo, ad probationem nego formas elementorum tantum tolli per qualitates oppositas, tolluntur enim etiam per temperamentum debitum formae misti.

Objicies 3 formae elementorum manent cum qualitatibus refractis antequam producatur alia forma quae nempe mutuo agunt. Ergo cum illis dispositionibus ita diminutis poterunt manere formae elementorum. R. distinguendo antecedens manent cum qualitatibus refractis in via corruptionis concedo nempe si sit notabilis refractio, connaturaliter nego, et ideo non possunt durare in tali statu, sed vel fit transmutatio in aliud elementum vel cessante actione redeunt in pristinum vel posito temperamento forma mixti producitur quae reliquas omnes expellat propter incompossibilitatem

Objicies 4 si formae elementorum non erunt actu in misto etiam mistum erit corpus simplex ergo si spectes partes substantiales quae misti ac elementi est corpus simplex virtute tamen et eminentia mixti non est simplex

Objicies ultimo ea quae secernuntur actu ex aliquo sunt actu in illo atqui elementa secernuntur actu ex misto. Ergo sunt actu in illo R. negando maiorem universaliter sumptam et dico primum Autem 3 Coeli t 33 satis indicare ad secretionem sufficere quod insint potentia: quare dico etsi mistum per multas corruptiones possit ita resolvi ut tandem in aliqua elementa desinat

quatenus paulatim incipiunt aliquas qualitates suas valere nihilominus ex hoc non arguitur quod actu in sint elementa cum adhuc virtutes eorum sint refractae

Quaeres 2do Quid sit Putrefactio ?

R. per Philosophum ita describi 4 meteor. c. 2 Est corruptio eius quod in unoquoque humido propriae et secundum naturam caliditatis ab aliena caliditate haec autem est quae ambientis: et generaliter est putrefactio est corruptio propriae et naturalis caloris quae fiat in subiecto humido ab alieno calore qualis est calor ambiens et extrinsecus. Explicando autem definitionem: dicitur corruptio quae ponitur loco generis. dicitur naturalis caliditatis et intelligitur calidum naturale et debitum. dicitur in unoquoque humido ut significetur illud calidum esse iunctum cum humido crasso quod apparet in putrefactione. dicitur ab aliena caliditate quibus verbis denotatur causa efficiens quae facit ut apertis poris partes calidiores et naturales evaporent

Dices putrefactio contingit etiam in locis et temporibus frigidis ut in hyeme et in partibus septentrionalibus ubi dicuntur putrescere nives et nasci vermes; in febribus etiam cum partes extrinsecae maxime frigent sequitur putrefactio interius. R. etiam in locis frigidis et temporibus debere esse calorem aliquem sufficientem ad hoc ut fiat putrefactio corporum: et in particulari de nivibus dicendum e terra evaporare exhalationes calidiores quae causent putrefactionem nivium iacentium diu, et inde oriuntur vermes

Ad illud de febribus dico calorem intrinsecum interius movere et facere evaporare calorem naturalem etiamsi partes extrinsecae sint frigidae. verum quidem est quod calor aliquando per accidens praeservat a putrefactione ut fit in iis quae exsiccantur. cum enim ea quae potissimum sunt obnoxia putrefactioni multum habeant de humido spisso, opus est ut exsiccentur ne nimis cito putrefiant vel certe addatur illis sufficiens calor ad contemperandam illam nimiam humiditatem.

Quaeres 2do quid est ergo elementa contineri et existere virtute in misto?

Communiter dicit hanc inexistentiam in eo sitam esse quod quibus forma misti connaturaliter postulet tanquam propriam dispositionem omnes eas qualitates in certo gradu et temperie, quas habent omnia elementa in summa; et quatenus forma mixti conservat omnes illas qualitates ita alteratas et ab intrinseco vestitas quando labefactatur et hoc nulla forma elementi sola potest praestare sed omnia simul. Hinc fit quod unum mistum non dicatur contineri aliud mistum virtute quia unum mixtum alterius mixti dispositiones connaturales non potest producere aut conservare.

Solet hic agi de temperamento de quo cum Aristotele c 8 accurate imprimis Conimbricenses per sex quaestiones. Ego breviter dico cum Hurtado § ultima d 6 temperamentum consistere formaliter in qualitatibus primis qualitatibus in eo gradu quem exigit substantia. Dicitur autem temperamentum ad pondus quando qualitates qualitates aequalibus ponderibus librantur ita ut nulla aliam excedat in intensione. Temperamentum ad iustitiam dicitur quod datur unicuique corpori iuxta suam exigentiam in quo una vel altera excedit qualitas moderate tamen nam si nimium excedat tunc dicitur destrui temperamentum et aegrotare animal

Quaestio Ultima
De Virtutibus Motivis Elementorum

Nomine virtutum motivarum intelligimus principia illa quibus elementa tendunt ad proprium locum de quibus Aristoteles 4 de caelo ubi quatuor virtutes tales enumerat nempe gravitatem et levitatem simpliciter, gravitatem et levitatem secundum quid.

Sectio 1

An gravitas et Levitas distinguatur a Primis qualitatibus et formis substantia libus et qualiter inter se?

Certum est dari virtutes has motivas seu gravitatem et levitatem tum autoritate Philosophi 2 celi t 27 tum potissimum experientia qua videmus lapidem violenter detentum in aere remoto obice proprio pondere et nullo impellente descendere, ignem vero ascendere &c. Definit autem ab Arte 4 celi t 26 gravitas in concreto sic Grave est quod ferri natum est ad medium et intelligit aquam quae est circa terram tanquam in loco proprio: Leve quod est à medio et intelligit aerem qui est supra aquam, gravissimum quod omnibus substat quod deorsum feruntur et intelligit terram levissimum quod omnibus supereminet quae sursum feruntur et intelligit ignem. Ubi Nota in hac rerum constitutione terram se habere ut medium et centrum in hoc universo quod obtinet rationem curvam ferentium; cui vicina est aqua supra quam aer est et tandem ultra aerem ignis usque ad concavam superficiem Lunae. His positis

DICO 1. Probabilius est gravitatem et levitatem esse virtutes motivas distinctas à formis substantialibus gravium et levium ita supponit Soares d. 18 S 7 n 25 Conimbricenses 8 Phys c 4 q 1 a 3. Prob. primo ex Philosopho 2 de Gen t 8 qui grave et leve reponit inter tangibiles qualitates. Prob. 2do in Eucharistia separatur gravitas a forma substantiali panis et vini Ergo distinguitur ab illis. Prob. 3tio Terra et aqua retentis iisdem formis substantialibus ubi incaluerint et fuerint rariores fiunt levia et moventur sursum ut constat in vaporibus et exhalationibus, et ubi recuperaverint suum frigus iterum fiunt gravia et moventur deorsum. Ergo gravitas illorum distinguitur à formis substantialibus.

DICO 2 Gravitas et levitas est distincta a combinatione primarum qualitatum ita etiam autores multi

Probatur experientia quia variata combinatione primarum qualitatum in aliquo adhuc videmus remanere eandem virtutem motivam ut in ferro candente in quo facta est magna mutatio primarum qualitatum et nulla vel exigua gravitatis iactura. Item secunda regio aeris est frigida et tamen non descendit. Ergo virtutes motivae sunt quid distinctum ab aliis qualitatibus primis.

DICO 3. Gravitas et levitas distinguitur a raritate et densitate ita aliqui recentiores. Probatur in Caelo reperitur densitas et raritas cum stellae sint densiores quam reliquae partes caeli et tamen non reperitur gravitas et levitas. 2do glacies est densior aqua et tamen supernatat aquae. Aer est etiam densius igne et tamen minus grave. Item aer quantumcumque condensatus numquam descendit.

DICO 4. Gravitatem et levitatem inter se aliqualiter differre specie, ita autores citandi. Antequam probemus conclusionem Adverte illa aliqua in tantum differre specie in quantum tendunt ad terminos et fines diversos specie et notabiliter differentes. Hinc probatur conclusio. Illae virtutes petunt producere terminos notabiliter diversos. Ergo specie. Ergo ipsae etiam specie differunt. Consequentia patet probatur Antecedens. Terminus gravitatis terrae est ubi cum tali habitudine ad centrum terrae et infra aquam; levitas ignis habet pro termino ubi cum habitudine ad concavum lunae et supra reliqua elementa. Ergo termini sunt notabiliter diversi. Confirmatur Unus utriusque virtutis motivae est valde diversus. Ergo

DICES Motus sursum et deorsum non differunt specie et tamen termini eorum videntur notabiliter differre; nam sursum est ubi supra medium seu aquam deorsum est ubi infra medium. R. Supposito quod illi motus fiant a projiciente nego illos specie differre quia tunc illi motus non sunt tendentes ad ubi cum tali diversa habitudine prope centrum vel procul ab illo sed mere per accidens

se habet quod unu sit ultra mediu et alteru ubi infra mediu. Dixi in Conclusione aliquatiter nolo enim disceptare an vera specie Metaphisicâ et propriis sima differant, vel certe latiori et physica tantu

DICO 5 etiam gravitas aquae et gravitas terrae specie inter se differunt similiter et levitas aeris et ignis ita Conimbricenses 4 cœli c 6 q 1 a 7. Hurtadus d. 3 cœli s 5 Bandinus 2 de Anima disput. 20 Toletus 2 de generat q 4 Contra Rubiu et alios. Estque philosophi quatenus 4 cœli t 26 investigat numeru elementoru ex qualitatibus motivis quod facere non posset nisi specie distinguerentur. probatur 1mo ratione supra facta Entia relativa specie differunt per ordinem ad terminos notabiliter diversos, sed terminus levitatis ignis et levitatis aeris notabiliter differunt Ergo. probatur 2do si levitas aeris esset eiusdem speciei cum levitate ignis et tantum minus intensa, vel haberet admixtam gravitatem contrariam vel non: neutru dici potest ergo Prior probatur quoad primâ partem quia corporibus simplicibus debentur virtutes motivae simplices, non autem quae moveantur ex praedominio

℞ ab Arte loco citato enumerari tantu species subalternas virtutis motivae simplicis non autem species infimas

Obiicies 2 Aer est minus levis quam sit ignis et aqua minus gravis quam terrâ Ergo illis conveniunt gravitas et levitas eiusdem rationis sed in gradu remisso Consequentia patet quia quae differunt secundu magis et minus sunt eiusdem rationis et non

differunt essentialiter. Confirmas levitas aeris potest intendi a levitate ignis. Ergo sunt eiusdem speciei. Antecedens probatur quia si in aere introducantur dispositiones ad ignem aer fit levior. Respondeo distinguendo antecedens est minus levis quam ignis si minus accipiatur intensive nego si comparative concedo; Dupliciter enim potest accipi minus leve vel pro eo quod supereminet paucioribus corporibus; vel pro eo quod habet admixtum multum gravitatis: et eodem modo dupliciter potest accipi minus grave vel pro eo quod substat paucioribus corporibus; vel pro eo quod habet admixtum plus levitatis: et in hoc secundo sensu magis et minus accipiuntur intensive et important maiorem vel minorem intensionem; in primo vero sensu accipiuntur comparative et significant diversam differentiam essentialem: ita equus dicitur animal minus perfectum quam homo ratione differentiae minus perfectionis. Hinc est quod particula plumbi sit gravior quam 100. librae olei vel etiam quam trabs quod patet ex eo cum plumbum mergatur in aqua non autem oleum vel trabs. Cuius ratio est quod plumbum habeat gravitatem terream oleum vero et trabs aqueam. Neque dicas ideo oleum et trabem non mergi quia habent in poris multum de aere; nam esto id verum sit, [illegible] tamen extensive habent multo plus de gravitate, et ideo etiam velocius per aerem feruntur deorsum quam plumbum. Ex quo deducitur duplici modo unum esse gravius altero: primo comparative quod etiam communi vocabulo vocatur intensive; 2do extensive scilicet per additionem novarum partium et per solam multiplicitatem earum quantarum: et ratione harum salvantur omnes effectus quos videmus fieri per pondera (non loquendo hic de impetu) ita ut non sit necesse admittere propriam intensionem graduum in gravitate vel levitate. Ad confirmationem nego antecedens ad probationem dico aer fit levior id est acquirit levitatem qua tendat supra plura corpora manens aer nego

transiens in ignem concedo; item acquirat plures gradus levitatis nego.

Objicies 3 Qualitates symbolae in elementis sunt eiusdem speciei in infimis. Ergo et virtutes motivae. R. negando consequentiam disparitas est quia qualitates activae symbolae in utroque elemento producunt eosdem effectus; virtutes vero motivae non causant motum ad eundem locum in utroque elemento ut patet.

Objicies 4 vapor movetur supra aerem dum fertur ad secundam regionem et tamen habet levitatem aeris habet enim levitatem ortam ex calore et humiditate quae sunt duae positiones aeris. Ergo etiamsi ignis moveatur supra aerem non licet inferre quod habeat virtutem motivam specie diversam a levitate aeris. R. distinguendo Antecedens vapor habet solam levitatem aeris nego, simul cum levitate ignis concedo quatenus est coniunctus cum exhalatione terrea quidem sed sicca et calida atque adeo habente levitatem ignis: ex quo fit ut moveantur supra primam Regionem aeris, unde est ut in secunda regione ubi separantur ab exhalationibus resideant nec ultra progrediantur.

Objicies 5 Loca elementorum non differunt nisi secundum magis et minus. Ergo nec virtutes motivae ad illa. R. distinguendo Antecedens metaphysice concedo physice nego nam virtutes motivae ex dictis ordinantur non ad ubi quomodocumque sed ad talia corpora ut sunt illis propinqua seu ut dicunt determinatam positionem inter corpora quae ordinari debent a natura.

Objicies 6 si terra non obsisteret aqua naturali appetitu ad centrum universi deflueret. Ergo gravitas terrae et aquae sunt eiusdem speciei siquidem ad idem centrum tendunt; idem dic de levitate aeris quae ad concavum lunae evolare faceret aerem si non esset ibi ignis. R. concedendo Antecedens negando consequentiam nam aqua non ideo descenderet quasi ad suum centrum sed ad impediendum vacuum vel certe ad hoc ne sub se aerem permitteret. grave in casu posito deberet rarefieri ipsa aqua et simul ipse aer quem post se traheret aqua ad impediendum vacuum

Ex dictis colliges istas quatuor qualitates motivas
specie inter se differre non tamen proprie esse contrarias
nisi quoad affectum movendi, propter quam contrarietatem
non possunt esse in eodem elemento: mixta vero in quibus
dominatur terra habere talem qualitatem motivam quae
accedat ad qualitatem motivam terrae in quibus vero do-
minatur aer habere levitatem quae accedat ad levitatem
aeris.

QUAERES. Unde oriantur gravitas et levitas?
Communiter R. gravitatem et levitatem sive sint conna-
turales subiecto sive non oriri mediate a solis primis
qualitatibus seu combinatione earum posita densitate et
raritate tanquam conditionibus; a forma vero substan-
tiali quando qualitates primae sunt illi connaturales
oriri gravitas et levitas mediate, secus quando pri-
mae qualitates sunt violenter in subiecto. Est Aristotelis
quatenus 2 de generat. t 8 enumerata gravitate et
levitate inter qualitates tangibiles t 15 asserit omnes
illas secundas oriri ex primis: requiri autem densitatem
et raritatem significat dum 4 phys t 84 docet
quod est densum esse grave et quod rarum esse leve.
Ratio autem primae partis est nam hoc ipso quod primae
qualitates aliquando sunt principia adaequata gra-
vitatis et levitatis absque concursu formae substantialis
ut videre est in vapore, ubi forma aquae non potest
dici principium levitatis quae illi est contraria; semper
erunt sufficienter principia ut dixi d. de Causis in
Communi S. 2. posterioris autem partis ratio est
nempe requiri densitatem et. quia aqua calefacta est
calida et humida et tamen est gravis eo quod sit
densa; vapor autem qui etiam calidus et humidus
est levis est quia rarus. Dixi conditiones non causas
quia cum raritas et densitas non sint activae simpliciter,
non poterunt esse principia activa gravitatis et levi-
tatis, maxime si dicas raritatem et densitatem non esse
distinctam ab extensione locali prout supra insinuavi.
Hinc fit quod non semper mutetur qualitas motiva
facta quacunque combinatione primarum qualitatum
ut videre est in ferro calido deficiente minimum

conditione id est raritate. vel certe potes dicere
illam qualitatum combinationem esse causam suffici
entem gravitatis vel levitatis quod etiam est suffi
ciens causare in corpore densitatem vel raritatem

Dices In mixtis aliquando quae sunt rari
ora sunt graviora, et quae sunt densiora leviora. Ergo
falsum est quod diximus. Probatur Antecedens metalla liquida sunt
rariora lignis et tamen sunt illis graviora. Oleum est
densius aqua et tamen levius Ergo. Respondeo distinguendo
Antecedens per se nego, per accidens transeat. Ad pro
bationem Antecedentis dico negando omnia liqui
da esse rariora cum aliud sit esse fluidum aliud
rarum aliud solidum seu durum aliud densum. et sic
metalla sunt densiora etiam liquida sicuti et ar
gentum vivum. Similiter quod oleum aliogui densius
aqua rarior supernatet ratio est quia non habet
gravitatem accedentem ad terream sed tantum ad
aqueam et admixtionem aeris ratione cuius non con
funditur cum partibus aquae. Quare non dico quod
simpliciter ubicumque est densius corpus ibi sit maior
gravitas sed ubi caeteris paribus et combinatione qua
litatum pari est maior densitas ibi etiam est maior
gravitas

Quaeres 2. An motus gravium et levium
tribui debeat formis substantialibus ita ut dicantur
gravia et levia moveri a seipsis vel certe tribui
debeat generanti, ita ut dicantur gravia et levia
moveri a generante? Primum modum loquendi
tenet Vasquez 1a p. d. 38 n 6 Suarez 2 phys
d. 1 q 6 et Scotistae communiter. Secundum ample
ctuntur Soares d 18 s 7 n 27. Toletus 2 phys q 2
Conimbricenses 8 phys c 4 q 2 a. 2 Rubius ibidem q 2
et Thomistae communiter. Zabarella lib. 1 de motu gravi
um et levium. Hac in re potest esse duplex quaestio
una de nomine altera de re. De re est an motus
vere et effective procedat a gravitate et levitate elementorum
an solum dispositive, et efficienter a generante seu ab alio

substituto consonante elemento. Altera de nomine est An si efficienter procedat motus a gravitate et levitate, tribuatur denominatio ipsis motivis virtutibus vel subiectis conaturalibus illarum; an vero generanti quod produxit elementum illud. Et quidem quoad quaestionem de re consequenter ad ea quae dixi l. de Causa efficiente q 3 § 4. dico probabilius esse nec primas qualitates a formis elementorum, nec a primis qualitatibus gravitatem et levitatem, nec a gravitate et levitate motum in proprio subiecto procedere efficienter sed tantum exigitive. Ratio desumitur a Philo 8 phys t 29 et 2 de Anima t 13 vel 3 cui vigor forinsecus est moveri ad inanimatum est et proseq. 8 phys t 17 ubi tradens discrimen inter motus vitales et non vitales ait non vitales fieri ab extrinseco, vitales vero ab intrinseco: unde factum est commune Axioma viventia moveri ab intrinseco, ab extrinseco vero non viventia. Et ita explicat S. Thomas 1 Contra gentes c 97 et 1 p. q 18 a 1. Sed hac de re fusius infra in quaestione de vita

Dices Communiter dici virtutes motivas esse activas et confirmat ex Arist. 4 phys t 86 ubi aperte habet densum et rarum quatenus cum gravitate et levitate coniuncta esse factiva lationis et 4 caeli t 22 ait generans esse causam motus sursum et deorsum quatenus est Causa gravitatis et levitatis, et t 29 gravibus et levibus inesse principium suorum motuum. Tib. Soares citatus § 7 et 6 Conimbricenses citatos a 3. Rndeo debet vel Aristotelem loqui de principio activo motum in extrinseco subiecto, vel si loquatur de intribus intrinsecis intelligendus est de principio activo tate quatenus exigit ut generans seu qui succedit in locum illius producat tales motus. Hac miror quod videatur tongien ita sentire, cum ipse prius pro contraria sententia supra citatus clare loquatur

Quod spectat ad quaestionem de nomine conformius loquendo ad mentem et locutionem Aristotelis dicendum est motus gravium et levium tribui generanti ut apparet ex 8 Phys t. 27 et 29 et ex libro de motu animalium c 3 et 7 et ex locis aliis supra. Et ratio est quia cum moveri ad locum et esse in loco naturali pertineat ad statum naturalem elementi, omnia autem ea quae habet in statu naturali seu quae debet habere elementum, debeat accipere a generante, optime denominatio attribuitur generanti iuxta id quod dat esse etiam denominatur dare sequentia ad esse

Sectio 2

An Elementa gravitent aut leuitent in proprio loco

Nomine gravitationis et levitationis non intelligimus hic ipsas virtutes motivas in actu primo quas procul dubio elementa retinent in suis locis, neque etiam ipsum motum seu actum secundum harum virtutum; sed intelligimus tali nomine quendam conatum et nisum corporum conantium abire in locum aliquem, et quo urgeant ac fatigent corpus obstans, et similiter attollenti resistunt de qua de re inclinatione infra s 4. Hinc ergo fit quaestio an in suis locis naturalibus ita gravitent elementa aut levitent.

Dicendum nullum elementum gravitare aut levitare in proprio loco. Ita communiter autores Conimbricenses 4 caeli c 6 q 2 Rubius ibidem Hurtadus d 3 caeli s 5 et alii. Probatur 1mo experientia quia cum aqua ex puteo extrahitur tamdiu non sentitur eius pondus quamdiu vas est in aqua vel saltem non nisi quando vas est contiguum ultimae superficiei aquae. Ut omittam alias experientias nempe quod natantes sub aqua a pondere aquae non premantur sicuti nec nos ab aere. Probatur 2do gravitas et levitas data est elementis

ut per illa moveantur ad locum proprium ad quie
scendum in illo, ita ut finis ultimus sit ille quies.
Ergo elementa in suis locis non conantur ad motum,
cum nullus eiusmodi rei possit esse finis et aliunde levia
non sunt infra gravia.

Objicies 1. Aristoteles 4 caeli t. 4 et alibi aperte
docet aquam et aerem in propriis locis gravitare
et t. 30 ait in sua regione omnia gravitatem habere
praeter ignem. Respondeo propter hoc aliquos peripateticos
aperte discedere a philosopho. Alii dicunt philosophum non con
siderasse elementa in suo statu naturali sed prout
de facto sunt impura et permixta vaporibus exhala
tionibus etc.

Objicies 2 ex eodem philosopho aliquas experi-
entias. 1ma est. Utres inflati facilius descendunt quam
vacui. 2da trabs ingens facilius et citius descendit
per aerem quam plumbum unius librae quia nimirum
aer praedominans in ligno etiam in suo regione gra
vitat. 3tia aer subtracta aqua descendit et aqua subtracta
terra. 4ta vox emissa a loco superiori melius deorsum
quam sursum auditur quia nempe aer gravescendo fertur
deorsum. 5ta in tubo una pars aquae pellit et premit
alteram. 6ta si feram vas aquae sentio pondus totius
aquae. Ergo partes superiores aquae premunt infe
riores. Respondeo et ad 1mam de utribus si vera est
experientia dico ideo plus gravitare inflatos quia
includitur aer multus et oppletus exhalationibus terreis
quae gravitant. Ad 2dam iam respondi supra
lignum esse gravius extensive plumbo unius librae
et sic non mirum quod velocius moveatur. Ad 3tiam
dico subtracta terra descensuram naturaliter aquam
non quia gravitat in proprio loco sed ad impediendum
vacuum. Ad 4tam dico vocem recipi in aere impuro
et sic non mirum quod descendat. Ad 5tam respondebo
infra s. de impulsu. Ad 6tam dicendum quod tota

aqua collectiue gravitat et non distributiue.
Obijcies 3 Homo terra obrutus sentiret pondus terrae. 2do vas ligneum aqua plenum mergitur vacuum vero fluitat. Ergo terra et aqua in proprio loco gravitat. — R. ad primum si homo sentiret pondus terrae id ideo esset quia terra propter multas partes aereas quae sunt in homine peteret esse infra illum et sic gravitaret. Cur autem homo in fundo maris non sentiat pondus aquae cum tamen etiam habeat in se levem ratio esse potest quia habet praedominium terrae, terra autem petit esse infra aquam. sentiet ergo tantum quantum habet levitatis aereae et igneae quae parva est pro vita animalis: quando autem putrescit cadaver in fundo atque adeo incipit praevalere humor aereus tunc incipit supernatare. Ad 2dum dico vas vacuum supernatat tum quia ipsum est levius aqua hu- quia est aere plenum qui non patitur se a vase infra aquam trahi; si autem vas usque ad medietatem aqua impleatur tunc deprimetur in aquam tantum donec aqua quae in vase est habeat suam superficiem aeque depressam atque aqua quae extra vas est. Cuius rei ratio est quia corpora fluida nisi ab extrinseco impediantur ita se accommodant ut semper quantum fieri potest extima illorum superficies aequaliter secundum omnes partes a centro distet et quamdiu aliquae partes supra illam superficiem attolluntur tamdiu gravitant et premunt deorsum.

Solet etiam in hac quaestione poni alia obiectio quae rem difficilem tangit nempe terra non solum gravitat dum est aliquod levius corpus infra illam sed etiam quia partes terrae se invicem premunt et stringunt. Ergo terra gravitat in proprio loco. Antecedens probatur terra ita est in centro universi ut centrum gravitatis terrae respondeat centro universi. (est autem centrum universi illud punctum quod ex omni parte aeque distat ab ultima superficie orbis supremi. centrum vero gravitatis ipsius terrae est punctum illud a quo si ducantur lineae ad totam periferiam terrae versus utrumque est aequale pondus ex omni parte) Sed haec coniunctio centrorum fieri non potest-

nisi partes terrae mutuo se premant; quia si po-
namus illa centra iam esse coniuncta et postea
ex una parte addatur lapis, iam terra est gravior
ex illa parte et consequenter tota terra acquirit aliud centrum
gravitatis. Ergo ut illud coniungat cum centro universi
pressa a lapide adiuncto debet inclinari parum versus
alteram partem. Ergo partes se mutuo premunt. Sed prob.
quia nisi terra ita se libret in omnem partem ut con-
iungat centrum sui gravitatis cum centro universi, seque-
retur terram naturaliter aliquando esse superius ubique
quiescere quod est absurdum. Prob. sequela: Esse sursum est longius
distare a centro universi quam distet aliquod corpus
levius; iam ergo si centrum gravitatis terrae non sit
coniunctum cum centro universi, ex una parte deberet
esse maior gravitas quam ex altera ac proinde ex
illa parte ubi praeponderat gravitas terrae erit sursum
id est superficies illius suprema longius distabit a
centro universi quam aliquod corpus leve quod
est ex opposita parte

Duplex est solutio huius argumenti; prima est
cum Vasques 1a p. d. 82 n. 20. Scheiner disquisitione
mathematica 15 consecutione 2. Blancano p. 3 sphaerae
tractatu tertio c 2 et aliquibus recentioribus admittere
centrum gravitatis terrae et universi semper debere
respondere atque adeo admittendo motum illum conti-
nuum trepidationis ut vocant, in terra ex saltu etiam
minimis particulis; negando tamen terram in loco proprio
gravitare. Et in forma negando antecedens. Ad
probationem negant minorem et concedendo omnem
probationem illius negant ultimam consequentiam nempe
quod partes terrae se premant etiam quando additur
pondus ex una parte; nam tunc illud pondus pre-
mit totam terram deorsum quia est extra suum locum
et supra leve non quidem immediate sibi suppositum sed
ex adversa parte terrae et quia non potest aliter descen-
dere sub illa propter suam consistentiam, ideo id facit premendo

totam terram deorsum: quemadmodum dicitur de aqua
cuius una pars trudit alteram etiam sursum ita loquendo
usque dum ad aequalem superficiem tota accommodet
quando nempe non potest ad latera diffluere
2da solutio est communis antonij Hurtadi d. 2 Coeli s 6
subsect. 2 Salas 2a 2ae tractat 10 d. 6 s 3 n 19 Ru-
bij 3 Coeli c 8 q 4 qui dicunt fictitium esse motum illius
trepidationis terrae; atque ideo in forma respondent ne-
gando Antecedens. Ad probationem negant maiorem
ad eiusdem probationem distinguunt si ita esset, sursum
mathematice loquendo transeat, physice negant.
unde inquit Rubius quia globus ex terra minusque
compactus ut altitudines montium valliumque depressio-
nes manifestant, non mathematice sed physice consi-
derandus est: quamvis ergo addito aut detracto
quolibet pondere centrum terrae mathematice sumptum
variari concedamus ex mathematica tamen consi-
deratione motus physicus eliciendus non est ac pro-
inde neque pars partem premunt. Ego verum modo non de-
cido in temporis penuria. Interim videre potes Hurtadum
qui satis fuse rem et non male prosequitur vide etiam Cabeum
in philosophia magnetica lib 1 c 18. Solum hic addo si de
facto centrum terrae gravitatis respondet centro universi; cum terra
et aqua faciant unum globum valde inaequalem et non perfecte
sphaericum, necesse esse ut ab aliquo latere terra minus distet
a concavo lunae, quam in parte adversa: ac proinde opus
esset ut ad distantiam aequaliter faciendam moveretur
paululum in alteram partem et sic desineret esse simul
centrum gravitatis et centrum universi; propter quod
inconveniens admittit vasques et alij motum trepi-
dationis. Vides ergo quod etiam in sententia vasques
aliqua pars terrae sit magis sursum et minus distet
a concavo lunae quam pars aeris e regione posita

Sectio 3

Cur gravia et levia in fine velocius moveantur?

Aristoteles 1 caeli t 88 et 2 caeli t 35 et alibi terra inquit quanto propinquior est medio id est centro velocius fertur. Ignis autem quod est sursum. Aristotelem sequuntur peripatetici communiter ducti experientijs manifestis: nam 1mo aqua e tegulis defluens primo continua labitur deinde propter celeritatem motus dissipata in guttas defluit 2do lapis quo ex altiori loco cecidit eo maiorem ictum facit imo si quis lapidem ex summitori loco demittat, hunc gravitate alius lapis duplo ex altiori loco descendens perveniet eo ubi alter dimittendus est vel dimittitur, citius perveniet ad terram cadens ex altiori quam alter ex loco summitori. Quae omnia intelligenda sunt posito quod caeterae circumstantiae medij etc. et aliae motus maneant invariatae. Tota difficultas est in assignanda ratione et causa huius celeritatis in fine; cuius rationes varias afferunt; quibus relictis quia facile confutari possunt duas in praesenti ponam solutiones celebriores

1ma sententia communis dicit maiorem velocitatem in fine motus oriri ex medio tribus quasi modis 1mo dum mobile movetur per aerem etc. partes aeris a tergo mobilis rarefiunt ne detur vacuum; praeterea partes aeris quae sunt ad latera mobilis dividuntur et condensantur: iam ergo partes aeris quae sunt à tergo mobilis quia sunt rarefactae ultra statum naturalem, debent condensari; condensantur autem versus mobile quia alias vel oporteret istas partes discontinuari a reliquis quae adhaerescunt mobili vel illae partes quae adhaerescunt mobili nimium rarefierent: debent ergo condensari versus mobile. Ergo etiam moveri versus illud Ergo illud premendo iuvant eius motum. Similiter partes aeris ad latera condensatae quia impediuntur a partibus subsequentibus ad tergum mobilis, et etiam

a vermo[?]ionibus ne possint verius illas recuperare suam raritatem debitam, recuperant illa aeremque mobile et illud elidunt quasi cuneum ex digitis; quo eo velocius faciunt quo velocius rarefiunt, et quia rarefactio respondet condensationi, mobile quo magis movetur eo magis condensat aerem laterale qui velocius condensatus velocius etiam rarefit et velocius detrudit mobile. 2do quia in fine motus est minus de resistentia medii quia minus de medio sic pondus in aqua minori sustineri non potest quod alioqui sustinetur in maiori. 3tio quia etsi aer anterior condensatus ratione cuius posset ex se impediri velocitas, tamen cum non quiescat sed moveatur semper versus partem anteriorem, et aliunde raritatem suam versus mobile non possit acquirere propter resistentiam mobilis sed versus partes anteriores, iuvat velocitatem mobilis quod quasi secundo flumine citius quam per stagnans medium defertur. Ita fere Pererius lib 14 c 3 Toletus 8 phys ad t 76 Rubius lib 8 c 10 tractatu de motu recto et reflexo q 2 et 7 coeli c 12 tract. de terminis potentiarum q 1 Zabarella lib de motu gravium c 16

2da sententia aliorum est quae docet gravitatem et levitatem habere virtutem productivam alterius qualitatis quae sit immediatum principium motus localis, quam tamen qualitatem non possit producere nisi praecedente motu tanquam dispositione, et quo diutius mobile movetur eo maiorem impetum huiusmodi in se producat atque ideo celerius movetur. Ita tenent Conimbricenses 7 phys. c 2 q 1 a 8 et 2 coeli c 6 q 1 a 2 Vasquez 1a 2dae d 81 n 18 Murcia 8 phys d. ultima q ultima qui illam qualitatem vocat accidentariam.

Dicendum fav. medium non posse esse adequatam causam motus velocioris in fine. Dixi adequatam quia dubium non est quin aliquid conferat. Probatur conclusio 1mo ex Arte coeli 3. lib. t 28 ubi docet quod aer movet sursum ut levis et deorsum ut gravis. Item 1 coeli t 88 docet in motu naturali velociorem esse motum in fine

quia in mobili augetur vis motiva. Ergo augetur aliquid intrinsecum in mobili. 3tio in instantaneis quibusdam quidvero securis si supra lignum ponatur ingenti onere superposito, minus scindat quam si elata secum percute retro: cum tamen multo minus ponderis habeat id quod percutit quam id quod superiacet. Respondet an quia omnia cum motu fiunt et grave ipsius gravitatis magis assumit dum movetur quam dum quiescit. — Prob. 2do a ~~quando~~ ~~partes~~ medij quae confluunt ad replendum vacuum iuxta nostra principia de vacuo, trahuntur ab ipso mobili descendente. Ergo nihil conferunt ad motum illius, quia quod accipit ab altero motum non potest augere motum illius. Et si dicas etiam per se aerem rarefieri ac proinde propellere mobile. Respondeo, potest hoc ipso quod mobile etiam trahat aerem post se, non posse a subsequente aere tam notabilem causari velocitatem quod optime probatur experientia postea afferenda. Cui adde aerem etiam lateralem parum conferre ad velocitatem motus; anterioris etiam fuga non est sufficiens ad tam notabilem celeritatem causandam. Ergo. Prob. Antecedens in sagittam descendente aer lateralis exceptis duabus particulis quae suprema latera sagittae ambiunt nihil faciunt aliud quam impingere et quasi amplecti sagittam. Ergo nihil confert lateralis aer. Item in descensu alicuius subtiliter acuminatae sagittae valde leniter propellitur aer: deinde quo magis propellitur aer eo magis condensatur. Ergo si non retardat motum saltem valde exigue iuvat. Prob. 3tio quando vi venti aer in transversum fertur vix apparet quomodo iuvet ad celeriorem motum sagittae saltem notabilem. Ergo. Prob. Antecedens aer supremus aufertur a vento, lateralis potius transfert ad latus, vel certe inveniens ex altero latere constipatum aerem et impingendo illi sagittam potius retardat motum: inferior etiam aer motus et fluens ad latus detorquetur. Ergo Quare admittenda est haec qualitas accidentaria cuius

naturā in objectionibus explicabimus. Objicies 1.
multa ex libro contra hanc gravitatem quae satis bene dis-
solvit Murcia [illegible] [illegible] [illegible] hic gravitas ergo.
R. negando antecedens et dicendo eam esse necessariam saltem
ad hoc ut motus in fine sit notabiliter velocior

Objicies 2. Gravitas illa adventitia non est pondus
sicuti est naturalis gravitas sequens primas qualitates
ergo est impulsus quidam. Probatur antecedens quia si lapis
habens illam gravitatem accidentalem examinetur ad bi-
linam non invenietur plus ponderare. R. 1mo negando
antecedens si nomine ponderis intelligatur etiam qualitas
transiens; constat enim si in una lance posito lapide
alius aequalis ponderis decidat in alteram lancem quod
illam premet deorsum. Ergo signum est habere majus
pondus, quamvis pondus illud finito motu statim fi-
niatur quia solum durat tempore motus. Rdeo possat
2do negando consequentiam quia impulsus ex se et sua ratione
specifica non ordinatur magis ad hunc motum quam ad alium
sed habet hoc a directione projicientis et a sua individuatione
ut in hanc partem potius ferat quam in alteram; ex se vero
tantum petit projectum a projiciente removere quomodocumque
fiat ut dicam postea: gravitas autem illa est ex se deter-
minata ad motum deorsum; et quidem velociorem et est
connaturalis gravi mobili. Cur autem in una scutella
bilancis positum pondus majus quam altera aliquantulum
non penitus descendat producta in se hac gravitate
plus et plus. Ratio est pondus contrarium in quo sicuti
non potest causare impulsum talem illud pondus praepon-
derans ut ascendat, ita nec potest moveri deorsum;
posito autem quod non possit ultra moveri non produ-
cit in se qualitatem hanc quae hunc solum producitur
quando pondus est in proxima et ultima dispositione
ad motum ulteriorem.

Objicies 3. vel haec gravitas accidentaria
differt specie a gravitate permanente vel non: non primum
quia potentiae quae sunt ad eundem actum non differunt specie

Et autem sunt ad eundem actum nempe ad motum deorsum. Ergo. Non valet quia sic ex utraque gravitate fieret una per intensionem siquidem non dantur duo accidentia solo numero distincta in eodem subiecto; sed hoc est falsum quia tunc utraque deberet stabiliter permanere. Cum tamen una possit esse permanens altera transiens quod ipsum etiam habet difficultatem quia si est successiva una pars illius transit adveniente altera. Ergo numquam sunt plures partes simul. Ergo neque poterunt esse causa ut mobile moveatur velocius quia maior velocitas requirit principium efficacius. Respondeo ex hucusque dictis istas gravitates differre specie non in ratione termini seu actus sed in ratione permanentis et transeuntis: neque tamen gravitas accidentalis est successiva et transiens quasi una parte adveniente abiret altera, sed dicitur transiens quia cessante motu non permanet in subiecto pendens nempe ab actuali influxu causarum secundarum et conditionum.

Obiicies. Ista gravitas vel producitur a gravitate permanente vel a forma substantiali mobilis vel ab ipso motu. Non primum, quia gravitas permanens non est activa nisi ad summum motus saltem in subiecto proprio, alioquin etiam illa secunda gravitas esset productiva alterius et sic in infinitum. Non secundum quia etiam in quiete produceretur talis gravitas cum eandem semper emanativam habeat forma substantialis ubicumque fuerit. Non tertium quia per motum mobile minime discedit ab esse et non acquirit nisi ubicationem. Videtur itaque nec produci a gravitate permanente neque vero a forma substantiali. Ergo Respondeo produci a generante vel conservante mobile quod ad exigentiam gravitatis naturalis seu permanentis vel etiam formae cui connaturalis est gravitas permanens posito motu ut conditione producit istam qualitatem transeuntem.

Dices falsum videtur esse motum esse conditionem

cum non sit aliud quam productio ubicationum
R. negando suppositum nam motus si est naturalis mobili supponit illud esse extra locum naturalem et tendere in illum ac proinde erit conditio ut producatur ista gravitas transiens quae celerius faciat descendere mobile ad suum centrum. Ex hoc habes quare motus dicatur conditio, in nostra non ideo quod ipsa entitas motus praecedat tanquam necessarium quid (quod plerique auctores volunt huius sententiae) sed quia motus si naturalis sit arguit mobile esse extra locum naturalem et proxime ab ultimo disposito ad acquisitionem sui loci proxime ante disposito mobili sic debetur talis qualitas. Et hac ratione occurres multis obiectionibus, ubi quas collige ut contra eos qui putant partem motus antecedentis causare talem gravitatem et ab illa rursum causari aliam partem motus.

Addo 3tio posita hac qualitate accidentaria optime explicari qualiter ea quae per longius spatium decidunt gravius feriunt, quia nimirum cadendo per magnum spatium semper magis et magis in mobili fuit aucta haec motus: Sicut enim conditio requisita ut gravia agant et feriant aliqualiter est motus ita ut gravius feriant est necessarius maior motus. Ideo etiam haec qualitas cessante motu statim corrumpitur, nec debetur amplius gravi posito iam in loco naturali vel certe posito obstaculo motus. Ex quibus etiam habetur non solam et praecise celeritatem quamcumque motus esse causam quod mobile gravius feriat, nam gravissimo malleo celerrime moto sed per parvum valde spatium non confringes nucem quam tamen lapis ex alto decidens confringet: cuius causam assigno quia nimirum malleus non habet tantum de impulsu quantum lapis decidens de gravitate accidentaria quae magna in se fert lapidem.

Addo 4to qualitatem hanc accidentariam non posse intendi in infinitum licet gravia caderent in infinitum

et sic non semper, et cum eadem proportione crescat haec gravitas. quantum crevit spatium per quod demissus fuit lapis patet experientia nam si lapidem primum per centum passus dimittas et postea per mille non multo plus feriet in fine nec magis et altius resiliet vel ~~saltem~~ nihil quod est signum non fuisse velociorem illius motum in fine nec qualitatem accidentariam intensiorem.. | Ratio autem a priori et regula cur non infinitum crescat haec gravitas et quantum debeat crescere debet desumi ab ipsa gravitate permanente hac ratione, ut quanto gravitas permanens unius ponderis superat aliam gravitatem permanentem alterius tantum etiam possit causare maiorem gravitatem accidentariam et tanto etiam plus spatii consequenter requirat pro producenda integra hac qualitate ex gr. plumbum unius librae exiget hanc qualitatem intensam ut unum et spatium sufficiens pro productione centum palmos. plumbum autem duarum librarum exiget gravitatem secundariam intensam ut duo et spatium centum quinquaginta palmorum unde fiet si demittas primum plumbum ad altitudinem 150 palmorum non plus feriet nec velocius in fine movebitur quam si fuisset dimissum ex altitudine solum centum palmorum

Sectio 4

De Motu proiectorum et unde fiat?

Hactenus egimus de qualitatibus motivis naturalibus elementorum restat pro complemento inquirere principium motus violenti tum in elementis tum in mixtis ut grando, sagitta aliqua in altum proiicitur, quid nam sit causa talis motus? Porro in hac controversia duae sunt sententiae et duo modi explicandi. Primus est communis quo volunt ab ipso proiiciente produci seu imprimi proiecto quandam qualitatem quam vocant impulsum, impetum

qualitatem impressā quæ sit Causa immediata illius motus sicuti est gravitas in motu naturali et qua deficiente deficiat motus. Ita Conimbricenses 7 phys c 2 q 7 a 8 Rubius 8 phys tract. 2 quæst. ultima Soares d. 2 s 3 n 27 Vasques 1 p. d 28 et alij plerique recentiores.

2dus modus explicandi est comm qui negantes hanc qualitatem impressam dicunt projectū à solo medio moveri quod sic explicant. Manus v g projicientis lapidem non solū movet lapidem sed etiam aerem contiguū tum lapidi tum manui prima autem pars aeris mota movet secundam, secunda tertiam et sic deinceps. Aer autem sic motus ~~seu~~ movet seu secū defert lapidem projectū. Ita Jandunus lib 2 de Anima q. 20 Pererius lib 14 c 5 et plerique ex antiquis interpretibus Aris. Quibus adde recentiores aliquos, quos quia vere acriter et ad longū defendunt propter peculiarem necessitudinē peculiariter mihi animo impugnandos in hac sententia eorū fundamenta et rationes ad longū deducam.

Quare

DICO projecta moveri a qualitate illis superaddita et à projiciente impressa, et non solū ab aere vel medio. Ita citati autores qui plures pro hac re citant, et multas afferunt rationes ego paucas aliquas efficaciores adducam.

Prob. 1° 2ª experientia 1ª est quia experimur dū adverso vento saltamus, ventū sive aerem in contrariū motū nobis infacie resistentem a tergo vero nullū experimur aerem nos propellentem. Ergo cum debeat assignari Causa a qua deferimur per totū illud spatiū oportet dicere nos deferri a qualitate quam nobis ipsi impressimus: et ideirco per eos aliquo cursum remotius saltamus eo quod per illū cursū maiorem qualitatem nobis impressimus. 2da est dum quis fortiter currit non potest seipsū sistere quando vult et sæpe in cursum ulterius abripitur etiam ipso renitente; hoc autem non potest provenire ab aere impellente. Ergo. Prob. 3° nullū sentimus tunc aerē tam fortiter impellentem imo sæpe quiescentes maiorem experimur et vehementius impellentem et tamen non movemur. Ergo motus ille fit à qualitate impressa quæ aliquando

superat renitentiam. Idem videre est in navi
quae celeriter mota cessantibus omnibus remis adverso
vento et flumine aliquandiu defertur, imo cursantibus
nautis in illo cursu retinere adhuc progreditur.
Tertio est si ad rotam figuli apponantur aliquot plumulae
quocumque loco ea fuerint applicatae inclinantur in con-
trariam partem quando movetur rota. idque ideo quia
impingunt in aerem. Ergo signum est aerem non cur-
rere istam rotam in orbem. Ergo movetur a qualitate
sicuti et plura alia similia

Dices. Haec et similes experientiae aliae salvantur optime
si dicas ab aere rarefaciente se propelli prout supra in
sectione praecedenti. Sed contra primo certum est aerem
anteriorem potius obsistere quam inservire motui
ideo trepidando ex aere a tergo mobilis qui posterior est
ipso motu mobilis. Ergo non potest illum causare. Praeterea antequam
in tantum aer ille movet se et rarefacit in quantum debet
impedire vacuum et occupare spatium quod relinquit
mobile. Ergo prius natura est, mobile reliquisse spatium
et motum fuisse, quam aerem se rarefecisse. Quod confir-
matur ex doctrina tradita qua dixi corpora contra suam
inclinationem mota ad impediendum vacuum, moveri
a corpore proximo seu ab eo qui movet corpus pro-
ximum alteri. Deinde quando emittitur sagitta ex
arcu si aer est propellens illam a tergo, non potest
esse nisi ille qui inter annulum sagittae et chordam
intercipitur et condensatur; nam aer post manum vel
chordam non multum condensatur nec plus quam quando
alias retrahitur manus paulatim vel chordam aliquam
non in arcu tensam: sed hic nullo modo est sufficiens
ad tantum motum causandum tum propter exiguitatem
suam, tum quia in sui rarefactione potius deberet
se ad latera diffundere ubi minorem invenit resi-
stentiam, quam anterius ubi invenit maiorem. Ergo

Quamvis libenter concedam per rarefactionem mira fieri; nego tamen ea fieri nisi quando corpus illud inclusum et coarctatum inter corpora solida ut fit in tormento bellico. 3tio aer lateralis parum etiam aut nihil conducit nam si loquamur de aere laterali iuxta totam sagittam, ille potius impedit motum sagittae quatenus constringit illam; si loquamur de aere laterali qui est penes auriculas sagittae ille vel impedit quoniam aer immediatus a tergo sagittae se rarefaciat vel certe ab aere se rarefaciente in utramque repellitur partem. Adde quando per corium traijcitur sagitta aer lateralis nunc non potest sequi nisi valde exiguus. Ergo nec adiuvare motum sagittae.

In universum autem probatur nullum aerem aliquid vel valde exiguum conferre ad motum proiectorum; pars aeris condensata et se rarefaciens nunquam in tantum condensat sequentem quantum ipsa fuit et consequenter nunquam tantum se rarefacit posterior atque adeo condensatio et rarefactio partium uniformiter difformiter decrescit alias sagitta per totum orbem aerem progredieretur. Atqui habemus experientia quod proiectum seu sagitta post aliquod spatium seu in medio velocius moveatur ut ostendam infra. Ergo non potest motus iste proiectorum refundi in aerem. Deinde aer est res fluida et facile mobilis et modo in hanc modo in illam partem fertur. Ergo non potest tam aequaliter constanter et fortiter propellere proiectum.

Item 2do Experientia desumpta a turbine seu trocho qui a pueris circumvolutus funiculo proijcitur et super pavimentum rectus cuspidi insistens diu movetur in gyrum, et varijs motibus agitatur, in quo non assignari vel quomodo possit fieri a medio. Confirmatur trochus attollitur aliquando a pueris et in vola manus retinens eundem motum transfertur in aerem quiescentem a quo non potest haberi ille motus. Simile quid videre est in globo marmoreo quem si digito applicato post medium globi excutere velis versus orientem

ex lucernis progredietur paululum et statim redibit retro: Cuius ratio nullo modo potest referri in aerem, sed in impulsus tales, qua globus et versus Orientem quasi in lineam rectam protenditur et redit volvendo se in occidentem

Dices motum illum excitari ab aere qui per vim compressus quando funiculus circumvolvitur adhaerebat nodo et condensatur. quando autem removetur funiculus aer ille eodem ordine rarefit velocissime et secum rapit ipsum nodum. Cuius rei argumentum est quod eo velocius circumagitur nodus quo fuerat funiculus fortius constrictus; movetur autem in gyrum etiamsi suspendatur in manu quia secum adfert aerem adhaerescentem. Sed contra 1mo tota haec solutio evanescat in nodo qui non circumagitur ex circumligatione funiculi sed per elisionem digitorum, ubi nullus aer adhaerescit et comprimitur nisi forte aliqua particula, quae sicuti simul et semel comprimitur ita simul etiam rarefit. 2do contra est etiamsi aer successive fuerit compressus per successivam alligationem funiculi, illo tamen soluto et avulso à nodo non est ratio cur non totus aer se reducat ad pristinam raritatem atque cito cum nullum sit obstaculum. Ergo male fingis quod sicuti successive fuit compressus ita successive rarefit

Illud 3tio Non potest referri in aerem cur funem quem alias non possum lacerare quacunque vi accepto plumbo graviori in utraque manu eodem conatu quo ante illum dilacerem. Redditur tamen facilis ratio admittendo impetum quia scilicet plures partes impetus dum brachia ad invicem distraho celeriter producuntur in utraque manu propter plumbum quod ut densum est et grave ita capax multarum partium impetus, facit quod antea vis intensa atque non poterat.

Pbz ultimo ratione a priori motus vero qui non est ipsius naturalis non potest intelligi causari de novo propter solam mutationem extrinsecam. Ergo per aliquid intrinsecum corpori moto, et hoc intrinsecum est accidens et vocamus impetum. Pbz Antecedens posita mutatione extrinseca si nihilominus corpus eodem modo se habeat intrinsece ac se habebat antea non facile intelligitur cur acquirat sibi contra naturalem suam inclinationem: unde est quod qualitas haec etiam imprimatur in trusione et tractione

Nunc respondeamus ad difficultates quibus teniti recentiores aliqui sententiam aliorum ad sensum claram reliquerunt, et solvamus argumenta ratione quorum difficilis vel etiam impossibilis videtur esse qualitas impressa. Ima ergo difficultas est quid sit natura huius motus impressi quia non videtur esse aliud quam gravitas si deorsum moveat et levitas si sursum: sicut enim grave definitur quod tendit deorsum et leve quod sursum, ita principium quo fit motus deorsum erit gravitas et quo sursum erit levitas; hoc tamen ex altera parte dici non potest quia hinc non posset esse principium motus obliqui et circularis reflexi gyrativique eo quod hos motus gravitas et levitas causare non possit. Rz cum Rubio q 2 Navarra q 2 et 3 impetum hanc virtutem differre essentialiter a gravitate et levitate quatenus natura sua est qualitas transiens et non solum ratione huius vel illius subiecti habeatque hoc ut quam primum est producta statim et sensim incipiat minui et decrescere gravitas vero et levitas natura sua permanentia sunt

Dices Etiam calor in aqua est qualitas transiens Item levitas in aqua et terra est aeque transiens et tamen est vera levitas conveniens specie cum levitate permanente Ergo nulla solutio. Rz distinguendo Antecedens calor et levitas est qualitas transiens natura sua nego, ratione subiecti

talis cui tanquam principio vel radici est connaturalis qualitas contraria calori vel levitati repugnat: nam calor natura sua manet per accidens vero in aqua non semper remanet quatenus aqua ut connaturalem proprietatem requirit frigus contrarium et expulsivum caloris. levitas item per se manet per accidens vero est transiens quatenus est in tali subiecto quod ut proprietatem exigit frigus et tale temperamentum qualitatum et condensationem, quo posito destruitur principium levitatis.

2do differt quatenus ratione sua specifica gravitas est tantum principium motus deorsum et levitas tantum sursum, impetus vero ex ratione specifica est indifferens ad sursum deorsum in quo etc.

Ad hanc etiam difficultatem spectat utrum impulsus sursum et deorsum differant inter se specie: et ratio difficultatis est quia principia motuum contrariorum sunt contraria sed motus sursum et deorsum sunt contrarii Ergo impulsus seu impetus qui est illorum principium debent esse contrarii. Ergo diversi specie. R. imprimis negando maiorem prineeps aliter acceptam nam potentia locomotiva est eadem et tamen est principium motus sursum et deorsum: Item eadem voluntas principium volitionis et nolitionis. Deinde minorem etiam distinguo. Motus simpliciter sursum et deorsum sunt contrarii nego, cum aliis requisitis prout supra dixi S[illegible] concedo et sic nego consequentiam. Quibus adde potiori iure distingui specie gravitatem et levitatem quia gravitas supponitur esse tantum principium motus deorsum et levitas tantum sursum: impulsus autem ut dixi ex se est indifferens ad sursum vel deorsum pellendum corpus, et quod pellat sursum habet iuxta diversam applicationem qua mobile applicatur a proiiciente versus partem sursum.

Dices. Ille impulsus quo fertur lapis sursum non potest illum ferre deorsum. Ergo non est indifferens. R. distinguendo antecedens hic specie nego, hic numero transeat nam hic numero motus qui fert lapidem

sursum ex sua ratione individuali habet hanc determina-
tionem nempe ferre lapidem sursum ac proinde indivi-
dualiter intrinsece differt ab alio impulsu; extrin-
secam vero determinationem (nempe quod feratur aliquis
ex his numero motibus deferentibus verum eodem modo
sursum) accipit a projiciente qui sursum collimat et diri-
git lapidem atque partem illam lapidis cui ultimo im-
primenda est gravitas sursum vertit: unde fit ut qui funda
projicit lapidem licet primum illa agitatione circumagat
fundam et lapidem, non tamen procedat lapis in gyrum
sed accommodat se ultimae determinationi et applicationi
quae est in lineam rectam.

Dices 2. Impulsus sursum lapidi est contrarius
impulsus deorsum non est contrarius ergo differunt specie
Antecedens probatur: sicut motus sursum gravi est contrarius ita
et principium talis motus. Ergo. Respondeo distinguendo Antecedens
est contrarius vera contrarietate nego; contrarius id
est non exigit gravitas lapidis illum impulsum concedo
et sic nego consequentiam. Ad probationem Antecedentis simi-
liter distinguo Antecedens motus sursum est contrarius
gravitati propria contrarietate nego impropria id est exi-
git illum non habere concedo. Ratio est quia neque mo-
tus sursum, neque impulsus causa illius est destructi-
va gravitatis, nec gravitas destructiva motus vel im-
pulsus qui natura sua est defectibilis sensim sive
sursum sive deorsum feratur: motum tamen sursum non
exigit imo exigit non habere gravitas, quia cum exi-
gat motum deorsum qui non stat cum motu sursum non potest
illum exigere essent enim contraria inter se exigere.
Et sic isti motus sunt contrarii inter se non tamen
motus unus cum principio alterius motus: ut velle et
nolle inter se sunt contraria non tamen velle cum prin-
cipio nolitionis.

3tio Difficultas est a quo et qua actione
producatur hic impulsus. Ad quod respondeo cum distin-
ctione; nam vel sermo est de productione huius qua-
litatis in corpore aliquo quod debet esse approximatum,
vel est sermo de productione impulsus etiam in corpore distanti

Si de primo hunc dico impulsum effective produci
ab omni illo quod potest esse principium motus localis
ut in vivente potentia locomotiva, in non viventibus
gravitas vel levitas &c. item impulsus ipse ut videre
est quando globus accepto impulsu a rota impellit
alium globum. ita tamen ut necessario interveniat motus
localis alterutrius vel utriusque corporis tanquam conditio
ad hoc autem ut sit proxime potens producere impulsum
debet applicari ad productionem, applicatur autem per
hoc quod ponatur in huiusmodi circumstantijs in
quibus potest movere in actu secundo. Dixi in
corpore alieno nam in subiecto proprio aliquae forte
partes ut sunt musculi primo moventur immediate
a potentia locomotiva quo motu posito in reliquis
partibus producitur impulsus ut patet in currentibus
qui nihil aliud faciunt quam quod celerius ambulent
nunc probatur assertio ratione et experientia. nam virtus
motiva per se solum ordinatur ad motum corporis in quo
est, ergo nihil potest efficere nisi mediante motu;
grave non potest impulsum in alieno corpore imprimere
nisi per motum: experientia ut dixi idem constat
cum videamus nullum impulsum in corpore approximato
imprimi nisi intercedente motu; et sic quamvis lapis
sit approximatus manui, si tamen ea sit quieta non
impellet lapidem: similiter numquam grave aliquod
in alio corpore imprimet impulsum nisi praecedat motus.
Immo etiam in tractione et trusione opus est ut prae
cedat motus antequam corpori tracto vel truso imprimatur
impulsus. Si de secundo est sermo, dico posse
quidem produci in corpore alieno et remoto absque
interventu praeviij motus impulsum, ut apparet in ma
gnete qui ferro distanti imprimit motum, in succino
quod paleas. Cuius veritatem probat experientia nec
habemus rationem. Ceterum hic impulsus est longe
diversae rationis ab eo de quo in praesenti. nam licet
sit etiam productivus motus localis, habet tamen alia mu
diversa praedicata ab hac qualitate, nempe pendere

ab actuali influxu producentis. Item impetus, quia remoto
magnete non manet in ferro impulsus: deinde potest
per adiunctam aliquam qualitatem destrui, ut per aliud
quare non oportet proportionaliter loqui de his qualita-
tibus: Unde bene Joanes d. 18 S 8 n 35 dicit quali-
tas imprimitur per immediatum contactum et consequenter
productio motus, non item virtus attractiva magnetis, cuius
ratio est quia sunt institutae a natura ad diversos effectus
nam per primum mobile potest separari et per se petit sine illo
moveri per alteram vero petit coniungi cum motore: prae-
terea secunda qualitas non solum per se ferrum trahit
sed etiam ipsi ferro participationem eius virtutis commu-
nicat. Dixi motum intervenire tanquam conditionem
quia motus localis per se non terminatur nisi ad ubi
impulsus autem est qualitas unde corpus proiectum du-
plici motu movetur locali et alterativo. Cur autem
motus localis in productione huius qualitatis ut condi-
tio requiratur et non in aliis? Dico satis nobis esse
quod habeamus ex experientia; nam etiam non reddes
facile rationem a priori cur requiratur approximatio
agentis vel in distantia a passo. Deinde ratio a
priori aliqualis potest esse nempe eo ipso quod impulsus
sit ordinatus ad motum et semper in sui desitione succes-
sivus sit, videtur sapere naturam motus et illum praerequi-
rere

Dices gravitas et levitas non sunt activa teste
Arte 2 de gen. t 8. Ergo non producunt impulsum. R. distin-
guendo Antecedens non sunt activa in proprio subiecto tran-
seat in alieno nego. Ex hoc iam clarum evadit
id quod dixi S. 2 huius quaestionis initio subolescere cum
autoribus qui verum non explicant et quid sit proprie gra-
vitare aut levitare, evadit inquam clarum gravitare
esse conatum quendam corporum quod ipsum quia obscurum est
adhuc oportet addere gravitare nihil esse aliud quam
imprimi impulsum in obstaculum quo pondus innixum
non sinitur descendere ad suum locum: et quia nunquam
grave pondus alicui superimponitur absque compressione
aeris et partium, fit ut talis impulsus etiam in tali casu
non producatur sine motu; quando autem volumus attollere

lapidem resistentia illa quam sentimus non est
impulsus sed tantum quia conamur in pondere gravi
imprimere talem impulsum et proportionatum pro attollendo
illo et ad superandam illius gravitatem opus est
ut evocemus spiritus quibus deficientibus sentimus
defectum et dicimus sentire resistentiam. Similiter ex hoc
redditur ratio cur corpus leve non possimus tam procul
projicere ut plumbum quia scilicet hoc ipso quod illud
corpus habeat paucas partes et non continuitatem non
dat locum aplicationi diuturniori qua possit illi maior
impetus imprimi.

Alia difficultas est an hic impulsus producatur
in tempore an in instanti?

Rubius q. 3 et Murcia q. 7 dicunt produci in
instanti sicut lumen; per accidens autem produci in tem
pore in scilicet fit a corpore se rarefaciente et cum
successive applicatur agens, qua ratione etiam lumen
successive potest produci. Ego dico probabilius
esse qualitatem natura connaturaliter debere produci
successive. Pro quo Nota illa produci
connaturaliter successive si non spectes quoad primas
saltem partes sed quoad sequentes, quando agente eodem
modo applicato et in iisdem circumstantiis plus
producit post aliquod tempus in initio: illa vero pro
ducuntur in instanti quando primo tempore tantum faciunt
quantum sequenti. Hoc posito probo impetum produci succes
sive si aliquis incipit trahere navim initio, licet maximum
adhibeat conatum non potest nisi valde lente movere
navim in initio, successu vero temporis fortius trahit
et celerius: cuius ratio est quod paulatim imprimat
navi impetum; si enim qualitatem totam simul produxisset
sequeretur quod semper deberet eadem difficultate trahere
et aeque tarde movere cum postea non magis applicetur
navi conatus quam antea. Praeterea diutius per se
moventur naves desinentibus aliis eam trahere si aliquo
tempore traxerint et fuerit mota quam si unico

impetu etiam vehementissimo eam traxerint, quia scilicet vehemens illa tractio non duravit sufficienti tempore ad imprimendam navi qualitatem alicuius intensionis: sicuti etiam vehementissimus ignis, si ex illo producat calorem, si brevissimo tempore ad subiectum aplicetur: unde manum possum per flammam celeriter ducere si velociter id faciam et levem stannum digitis, et tamen aplicato candente ferro partem paululum extantem etiam liquefacere. Sic etiam de impetu dicendum; unde est ut etiamsi celerrime et fortissime incipias trahere navim, non statim segratur navis nec funem frangas, potius eo quod requiratur maior mora ut per talem aplicationem tanta qualitas per totam navim producatur quae sit sufficiens movere illam et tantae intensionis ut cessante tractione aliquantulum diutius duret quam durasset si per minorem moram illi fuisset impressa qualitas. Ratio autem a priori cur impetus sit qualitas natura sua successive producibilis hic non male assignari potest quia cum in hoc est natura illius ut non nisi per motum producatur, cum itaque motus localis fiat successive, consequenter etiam impetus qui peculiarem simpatiam et coniunctionem habet cum motu. Et sic habes esse naturam impetus [illegible] a priori et posteriori non solum in exemplo navis sed etiam in ceteris, ubi semper videmus impetum produci successive ut in tormentis bellicis in quibus non possemus assignare rationem cur breviora minus procul, longiora longinquius feriant nisi quia pulvis accensus et rarefactus habet plus temporis imprimendi globo qualitatem. Similiter gravitas illa accidentaria de qua supra successive in corpore gravi descendente producitur et sic velocius in fine defert mobile et gravius ferit quo plus cum proportione fluit temporis ad producendam illam.

DICES. Impetus non habet contrarium ergo debet produci in instanti sicut lumen species etc. Respondeo negando consequentiam disparitas est quia cum impetus ad sui productionem requirat motum accomodat se illi quod non est invenire in lumine

vel speciebus. Adverte autem 1mo non se habere impetum sicut se habet calor nempe ut in primo instanti aliquid determinati illius producatur sed quod postmodum successive crescat, hoc in quantum non potest dici de impetu quia ille sicuti requirit motum ad sui productionem, ita non potest incipere nisi posito motu, in primo autem instanti non est motus ergo nec impetus.

Adverte 2o. Cum impetus producatur successive accommodat se tempori ita ut in exiguo tempore exiguam partem mobilis afficiat et in maiori plus semper tamen uniformiter difformiter. Quod sunt huius notandae partes 1ma quod uniformiter difformiter 2da quod successive. Prob. autem utraque et quidem quantum ad primam partem difficultatem non habet res cum sit commune omnibus pene qualitatibus et agentibus uniformiter difformiter operari propter limitatam virtutem. Quoad secundam vero partem Prob. quia hoc posito redditur ratio multarum experientiarum quarum alias nulla reddi potest. Ergo. Explodat enim aliquis bumbardam in ostium clausum sed ipse pessulo et sera vel in laminam aut etiam chartam suspensam in fune. In dicto casu penetrabit globus hostium vel laminam nudit vel insensibiliter mota porta vel lamina. tamen si ego digito eandem ostij partem vel laminam protrusissem non perforando paulatim movissem loco. Cuius rei petitur ratio cur videlicet impetus globi et impactus globus fortiter perforet ostium vel laminam et tamen non loco moveat, nisi illam partem quam abripit. non est autem ideo quasi requiratur maior motus cum sit multo maior globi quam digiti impacti. Dicendum ergo est eam esse naturam impetus ut non nisi successive producatur et solas illas partes corporis moveat in quibus recipitur; quod fit ut propter celeritatem motus in aliquo continuo aliquas tantum afficiat partes non item reliquas et aliquas moveat minores reliquis: quare cum in dictis casibus illa sola particula quae tacta fuit fuerit affecta hoc impetu vehementi celeriter movet…

ante quam reliquum recipiant impetum et per longius aeris spatium cum nequeant ad invicem coniuncta manere nisi quid aeque celeriter moveantur. Confirmatur res ab ipso agendi modo aliarum etiam qualitatum ut calore nam si quis teneat laminam stanneam ut dixi cuius partem unam imponat aquae ferventi post moram aliquam temporis ita incalescet tota lamina ut vix possit manibus teneri amplius, cum tamen si tenens eandem laminam applicem ex uno latere ad ferrum ignitum per parvum tempus, summe incalescet pars illa ita ut etiam liquefiat, manus tamen interea non sentiet calorem pervenisse ad reliquas partes stanni. Sicut ergo fit ut licet in aliqua parte stanni ferrum candens tantum calorem producat quantum sufficiat ad stanni liquefactionem si tamen non habeat sufficiens tempus non diffundet illius intensionis calorem per reliquas partes extra sphaerulam. Ita etiam fit ut movens celeriter et intense brevissimo tempore uni parti tam intensam imprimat qualitatem motivam quae sufficiat ad eam a reliquis partibus separandam; movens vero tarde et remisse si tamen aliquo tempore maneat applicatum per totum corpus qualitatem imprimit quae sufficiat ad illud movendum; interim nullam partem afficiat valde intensa qualitate. Ex his redditur ratio quomodo possit quis celeri et fortissimo ictu baculum in extremitate duorum vitrorum aut utrinque sustentatum stramine in duas partes frangere vitris aut stramine omnino illaesis: praeterea quomodo baculum a nullo sustentatum sed horizontaliter cadentem possim tam fortiter et celeri ictu percutere ut eum diffringam quia videlicet vehementi et celeri percussione partem tactam tanta qualitate afficio ut sufficiat ad partes ad invicem separandas, aliunde non datur tempus sufficiens ut qualitas per totum corpus sese diffundat et reliquas partes afficiat.

DICES 1mo si maior et longior applicatio facit motum celeriorem. Ergo longissima applicatio faciet multo celeriorem quod tamen est contra experientiam.

nam sive vectas uno quadrante navim sive ma
diē non propterea citius post diem quam post quadran
tem perget navis nec facilius movebitur. R. negando
assumptionem etiam ceteris paribus nova maior vis tanti requi
ritur pro maiori impulsu in quantum in minori tempore
non intelliguntur omnes partes iuxta capacitatem trahentis
et tracti recepisse impetum quo semel recepto fateor
in toto tempore subsequenti non fore maiorem impetum
vel celeritatem imo minorem propter defectum virium tra
hentis qui licet minori conatu debeat uti ad conservan
dam qualitatem quam produxit debet tamen aliquem
conatum adhibere quo vires debilitantur et exhauri
untur spiritus.

Instabis adhuc hoc posito nullam habemus regulam
ubi sisti debeat intensio impetus ac proinde potest intendi
in infinitum. R. supposito quod motus pulsus sit
conditio necessaria ceteris paribus impetus erit tantae
intensionis quantum sufficit ad causandum in mobili
tam celerem motum quam fuerit ille pulsus qui fuit
conditio requisita ad producendum impetum — ita
ut sit semper proportio quaedam inter celeritatem
motus sub quo productus fuit impetus et ipsam intensio
nem talis impetus: sicut etiam videtur in ipso calore esse
quaedam proportio inter approximationem et productionem
caloris; quo enim approximatio est maior eo ceteris
paribus producitur intensior calor. Sic quando motus
pulsus est celerior in tempore sequenti pro applican
dis viribus et introducenti impetum in omnes partes
mobilis eo producitur qualitas motiva intensior.
Ratio autem cur solum eo usque intendatur qualitas do
nec potens sit movere subiectum suum in quo producta
fuit tam celeri motu quam celer fuit motus per
quem ipsamet qualitas producta fuit; hic potest esse
quia scilicet non plus egit potentia productiva qua

litatis quam fuerit applicata non fuit autem aplicata nisi in quantum aplicabatur per motum ac proinde non fuit aplicata nisi ad producendam qualitatem Causativam motus in eadem celeritate: et quia omnis potentia locomotiva creata finita est, sequitur non posse producere motum [illegible] pro impetu infinito et consequenter nec impetum infinitum. Hinc sequitur eandem Causam aequali tempore quandoque producere qualitatem intensam quandoque remissam; unde fit ut illud producat impetum intensiorem altero agente quod eodem tempore celeriori motu egit in mobile

Ex his principiis redditur ratio cur motus in medio sit velocior quam in principio. Et Dubius quidem q 6 ait supposita productione impetus in proiecto uniformiter difformiter partes priores quia receperunt maiorem impetum in ipso decursu motus augent et quasi intendunt in alteris partibus remotioribus impetum: Hinc est ut licet in principio motus priores partes mobilis habeant intensum impetum non possit tamen totum mobile ita velociter pergere quia impeditur et retardatur a reliquis partibus non habentibus tantum de impetu; successu vero temporis crescit ut dixi et augetur etiam in illis partibus, et alii unde in prioribus non statim deficit ad tam parvam intensionem qualitatis quantam habuere in principio partes posteriores; unde fit ut usque ad medium semper sit maior et maior impetus in mobili spectando omnes illius partes. qui post medium incipit esse minor et minor non solum in prioribus partibus in quibus iam a principio sensim incepit deffectus sed in reliquis etiam partibus posterioribus. Sed contra

Dices 1. cum Soares d. 18 S 8 n 22

Impulsus non est effectivus alterius impulsus sed tantum motus localis. Item impulsus non imprimitur nisi per contactum fortem. Ergo R. negando primam partem patet quando proiicio globum sursum et illi alter decidens obviat quem retro agit, quis producit in globo superiori impetum nisi impetus inferioris? Alteram partem distinguo non imprimitur impetus nisi per contactum fortem in proiectione concedo in propulsione qualis hic intercedit nego. posteriores enim partes et vicinae non veniunt accepto impulsu, cum enim priores conentur progredi ob inventum obstaculum id est gravitatem et non sufficientem impetum in reliquis partibus pro tam celeri motu, tendunt illas

Dices 2 Si in partibus propinquioribus proiicienti imprimitur maior impetus, deberet pars subiecti quae immediate attingitur a proiiciente celerius moveri quam quae est remotior et sic deberet se invertere ut fieret prima relinquendo post se partes quae habent minus de impetu quod est falsum. R. negando sequelam quia ut dixi impeditur a partibus anterioribus quae non habent tantum de impetu. Cur autem non retardetur mobile ratio desumitur ex applicatione et directione proiicientis et ex ratione individuali talis numero motus

Alia difficultas est Quomodo et a quo corrumpatur iste impulsus?

Vasques d. 81 n 18 docet corrumpi a gravitate accidentaria de qua sectione praecedenti. Addunt alij impulsum sursum destrui a gravitate. Sed haec responsio praeter alia inconvenientia quae habet non est universalis nam gravitas accidentaria impulsui deferenti lapidem deorsum contraria non est ac proinde nec destructiva illius

Dices Experientia habemus quod gravitas sit contraria impulsui quando enim proiicimus corpus sursum sentimus resistentiam R. [?] negando Antecedens ad probationem dicat ideo sentiri difficultatem quia in illa actione quae est productio impulsus et quaedam alteratio, [?]

alia actio per quam lapis movetur localiter a suo loco connaturali vel saltem ab eo cui inititur. Addit etiam lapidem non solum resistere quando sursum projicitur sed etiam quando deorsum nam ut lapidem magno impetu deorsum projiciamus opus est vi aliqua superante illius resistentiam. Ratio autem a priori nequit ex quia gravitas lapidis etiamsi natura sua petat deorsum non tamen ita velociter sicut per impulsum efficere conamur et ita aliqualiter resistit. Sed ad hoc dubium patet responsio ex dictis in fine secundae difficultatis

Soares d. 27 dicit posse dici impulsum desinere successive per modum qualitatum quae habent contrarium quia cum sit in subiecto contrario et renitente affinitati illius, ideo non postulat semper ibi conservari. Sed nec haec ratio est universalis non enim convenit impulsui lapidis deferenti ad locum naturalem

Rubius q 3 et Mureia q 4 docent impulsum successive corrumpi ex sola subtractione concursus causae primae a qua sola dependet in conservari propter imperfectam naturae suae conditionem qua natus est elanguescere et cito extingui et afferunt exemplum de sono. Sed forte posset inveniri disparitas in sono et dici non esse unum quod sonus ita pereat cum et in conservari et in fieri dependeat a motu locali ex gutturis tanquam a conditione sine qua non et ideo quo motus fit lentior eo fit sonus remissior, et illo cessante omnino deficit sonus: impulsus autem licet in fieri pendeat a motu, in conservari tamen non potest dependere neque a posteriori motu cuius est causa ut patet, neque a praecedenti qui sicut prius desinit ita non potest iuvare ad desitionem impetus pro sequenti tempore. Quare videor ex natura sua impetum sensim deficere subtrahente Deo sensim suum concursum extingui autem penitus vel per se vel posito

impedimento motus. Omnia haec patet experientia. Ratio autem prioris partis desumitur ex bono universi. Similiter et secundae partis. Tertia autem potest esse haec causa, sicut non producitur impetus a projiciente nisi in illis circumstantiis quando potest mobile moveri in actu secundo, ita non debetur conservatio huic qualitati nisi subiectum suum sit in his circumstantiis ut possit proxime actu secundo moveri. Addo propter eandem rationem quando impulsus in uno corpore producit impetum in alio corpore minorem quidem (ut fit cum globum globo trudo) perire impetum in primo globo eo quod praeter illi obstaculum quo non potest ulterius progredi vel saltem ita impedit alterum ut intercedat quies qua posita necesse est perire impetum. et ita videmus aliquando primum globum percusso altero immotum stare; saepius tamen etiam moveri et redire quod fit ex eo quia altero globo immediate fere intercepto vice versa reimprimunt primo globo impetum. Quod si vero dicas non intercedere quietem (ut fit saepius in tali casu) tunc saltem dicere potes sicuti globus percutiendo alterum non potest amplius tam celeriter moveri ita signum est perdidisse aliquid de suo impetu propter obstaculum quod aliqualiter eum illius retardavit.

Dices. Nunquam solet Deus subtrahere suum conservativum iis quae non dependent ab actuali influxu causae secundae ut videre est in luce speciebus etc. nisi exigente id actione contrarii aut desitione subiecti ut constat in omnibus aliis praeter impetum. Ergo. R. negando sequelam quod confirmo ex sono qui revera etiam desinit successive propter nullam harum rationum sed propter aliam ut dixi. Ratio autem peculiaris de impetu cur sensim deficiat est haec quod cum impetus sit qualitas ordinata ad hoc ut transferat corpora ali

et moveat etiam non praesente motore, debetur illi
existentia etiamsi non dependeat ab actuali influxu
causae secundae atque adeo non eget in conservari in-
fluxu illius. Aliunde cum non habeat contrarium debet Deus
sensim subtrahere concursum ut sensim deficiat exigente
universo et ordine rerum qui valde perturbaretur
et impediretur si impetus semel impressus corporibus
non sensim deficeret et extingueretur. Et sane ipsi adver-
sarii grande quid tribuunt ab illis cur tamen pendeat ab
actuali influxu causae secundae. Dicunt quod cum non
habeat contrarium nisi penderet ab actuali influxu Cau-
sae secundae, semel productum deberet semper manere in
rerum natura quod est contra ordinem et bonum universi.

5ta difficultas est a quonam imprimatur impetus
quo pila pavimento elisa in partem contrariam resilit?

Simile huic sed difficilius est unde proveniat quod funis
suspensus cum pondere in media trabe tractus ad unam partem
resilit ad alteram et hinc inde fluctuat usque dum sistat; idem
dic de campana. Rubius q. 5 et Conimbricenses citati putant
motum illum resilientiae fieri ab impulsu quem projiciens impressit
et quia impetus ille potens erat deferre pilam longius
motum nisi positum fuisset impedimentum fit ut in contrarium
deferat. Impugnat eos bene Hurtado q. 6 tenens quod
producatur ab objecto corpore multis rationibus probans
maxime quod pila sola sua gravitate naturali descendens
etiam resiliat. Ego addo etiam in principiis Rubii non posse
motum illum produci ab impulsu impresso a projiciente quia
per illum in puncto reflexionis fit quies, omnia autem
quiete posita corrumpitur impetus ut supra vidimus
Ergo. § Quare

DICO 1 motum illum resilientiae produci saltem par-
tialiter ab aere intercepto inter pilam et pavimentum
et ab ipsis partibus pilae condensatis quae rarefacientes se
conantur valide imprimunt pilae impulsum; universim autem
loquendo ceteris paribus quo plus de condensatione intervenit
et violentius eo etiam plus resilit corpus impactum, hinc

est quod plus resiliat pila quam lapis hique fortiter in terram proiectus, quia ipsius partes pilae notabiliter comprimuntur quod non fit in lapide. Item si lapis densus et gravior aer intercl[u]sus et se rarefaciens esto sit satis bene condensatus, non habet vim producendi impetum sufficientem pro movendo tam gravi corpore sursum. E contra vero pluma proiecta in terram non resilit quia fere modicum aut nihil comprimitur. Vide quae dixi de motu in puncto reflexionis 8. de motu 85.

Dico 2. Non solum ab aere vel corpore condensato fieri illum impulsum sursum ut patet quando proiecto globulo marmoreo fit notabilis resultus, et propterea dixi ab aere tantum partialiter causari talem impulsum; sed etiam ab ipso corpore obsistente si proportionatum sit et non nimium molle quod corpus, supposito motu antecedenti et quod mobile in illud impingat, producat in mobili impulsum talem qui quasi retroagat illud: hinc est quo maiori impetu et celeritate corpus impingit in terram eo etiam magis resilit ceteris paribus. Hinc etiam salvatur quomodo aqua decurrens ex alto in canalibus per alteram partem in altum reiiciatur quia nimirum impetu magno descendens determinat etiam tanquam conditio ut fundus producat impetum in aqua qua illam in altum proiiciat, et quia hoc fit semper succedentibus novis partibus aquae, continue illas etiam ad satis notabilem proiicit altitudinem

facto ut omittam etiam alias causas hic intervenientes.

Ex hoc aperitur via solutioni pro secunda difficultate de fune vel pondere pensili. Quare Dico supposito motu et descensu ponderis pensilis usque ad medium determinari tanquam per conditionem ut corpus illud in quo pendet pondus producat impulsum in mobili ad movendum se sursum in contrariam partem. Quam solutionem insinuatam a Honoratio etsi recentior quidam explodat tanquam frivolam, ostendo tamen et declaro sic. Pondus pensile attractum ex una parte in descensu ratione gravitatis suae tam permanentis quam accidentariae petit

per lineam transuersalem recta usque ad terram usque descendere; impeditur autem ex eo quia est appensum arbori; hinc fit quod arbor quasi per retractionem quandam ad alteram partem attollat pondus pensile non quidem tantum quantum ex altera parte descenderat; descendens autem naturali pondere rursus determinat arborem ad producendum impulsum et motum in partem contrariam non quidem tantum quantus fuit prior et consequenter semper minorem usque dum cesset inclinatio penitus. Addo tamen multum ad hoc conducere aerem qui dum demittitur vel detruditur pondus ad medium propellitur et quasi facilitat viam pro ascensu in contraria parte; ubi rursus cum sit condensatus rarefaciendo se detrudit illud pondus ad medium et facit inclinare.

Sexta difficultas est quia secunda quasi immixti recentiores aliqui negarunt acriter hanc qualitatem. Pro hac difficultatem proponit bene Aurucia quod sic nulla qualitas est quae non sit connaturalis alicui subiecto. sed huiusmodi impulsus nulli est connaturalis et omnibus pariter naturalis aut violentus. Ergo non datur. Probatur nam si lapis proijciatur sursum ille impulsus lapidi est violentus quia causat in illo motum violentum: si autem proijciatur deorsum saltem ille impulsus est praeter naturalis quia causat in lapide maiorem velocitatem quam ipse lapis deposcat. Ergo Respondeo imo instando maiorem lumen nulli est connaturale, species visales sonus et imo sonus alicui organo, si est vehementior est violentus quia est destructivus et lux nimia oculis caecutientibus nocet. Quare negatur maior. Esto enim plerumque aliae qualitates alicui saltem subiecto sunt connaturales, inter quas et hanc optimam assignat disparitatem Aurucia nam inquit aliae qualitates vel sunt dispositiones quae ordinantur ad generationem alicuius formae vel ex natura rei consequuntur ad formam genitam, et ita sunt connaturales composito

habenti illa forma; impulsus autem cum neutrum horum habeat id est neque ex natura rei consequatur ad formam aliquam nec praecedat ut dispositio sed solum dependentiam habeat a projiciente et disponat solum ad motum localem non est mirum quod nulli subiecto sit connaturalis.

Ultima difficultas est circa mentem Aristotelis ex quo pro se citant recentiores multos textus ut 4 Phys t 68, 8 Phys t 82, 3 caeli t 28, lib. de somnijs c 2 ubi ait in his quae feruntur eo quod movit non ulterius contingente et movente moventur; nam quod movit, movit aerem quendam et rursus hic cum movetur aliud et hoc utique modo quousque quidem steterint faciunt motum. Pruveia q. 3 ingenue fatetur Aristotelem fuisse in contraria sententia et nihil scivisse de impulsu. Eodem fere modo Rubius q. 1. ut taceam alios maxime recentiores. Quare nec mihi vitio erit vertendum si hac in re discedam a Philosopho. Posset tamen forte dici Philosophum non tam negasse impulsum quam necessario requisivisse medium ad motum corporum; nec hoc sine fundamento nam cum ipse contra antiquos negaret posse dari motum localem in vacuo ut vidimus; ubique conabatur ostendere ad motum necessarium esse aerem qui in plerisque casibus est causa cur multa moveantur pauca curans an moveantur adaequate ab aere vel non. Adde ex testimonijs supra s. praecedenti adductis posse non male colligi Philosophum praeter medium aliam causam motus agnovisse cum causam velocioris motus non referat adaequate in aerem.

Sectio Ultima

Quomodo Motus sit Causa Caloris

Ad complementum de qualitate motiva quae causa est motus spectat quid rei sit etiam per motum et quomodo

Causet calorem? atque adeo quomodo motus sit Causa caloris? Suppono autem ex Arte 2 coeli t 42 s 5 problemate 13 et alibi corpora motu incalescere quod manifeste etiam constat experientia siquidem videmus attritu lapidum ignem etiam elici, globos plumbeos e tormentis bellicis excussos aliquando in aere liquescere equorum soleas, currum axes scintillare, denique animalia ambulando incalescere. Quibus ductis experientiis Philosophi in hanc conspirarunt sententiam; manent tamen non leve dissidium inter illos in assignanda vera et causa per se caloris in dictis casibus; quae quidem non potest esse motus localis qui per se, solum est productivus ubicationis, et sic ad summum potest dici causa per accidens; de hoc ipso autem est controversia quomodo causet calorem per accidens? qua de re vide sententias et modos explicandi varios apud Conimbricenses 2 coeli c. 7 qu. 6 Rubium ibidem q 2 qui fere optime hac in re philosophatur

DICO 1 In animalibus causa caloris excitati per motum sunt spiritus vitales quatenus maior spirituum vitalium et animalium copia ad externas animantis partes à potentia motiva illis egente evocantur, et quatenus laxatis poris datur aditus illis spiritibus maior. Ita Rubius citatus: hinc fit ut in longiori et vehementiori ambulatione evaporent et consummantur paulatim spiritus ac proinde languemus

DICO 2 In reliquis experientiis causa principalis per se excitati caloris per motum est corpus interceptum natura sua calidum. Conclusio patet explicatione

Adverte autem 1mo aerem qui est corpus interceptum natura sua esse calidum qui tamen de facto est permixtus multis exhalationibus et vaporibus frigidis: quod fit ut quando aer comprimitur et conteritur partes illae frigidiores et densiores segregentur et ejiciantur ad latera remanentibus subtilioribus et propriis partibus aeris quae quam primum liberae ab hoste extrinseco ad naturalem redeunt calorem et raritatem quam ipsa attritio non modicum adiuvat

Cum aerem quasi extendit ad similitudinem cuiusdam pastae quam cylindro extendimus; et aliunde a corporibus intervenientibus quae maxime debent esse sicca, exsiccantur et sic sufficienter aliquando recipiunt dispositionem pro forma ignis. Hanc probo Conclusio tum quia non est alius modus quo possit dici motum causare calorem; tum quia variis indiciis constat id fieri ut bene Rubius nam si non interveniat aliud corpus natura sua calidum inter solida corpora, motus non causat calorem ut patet quando vasa stannea vel vitrea agitantur in nive vel aqua, non incalescunt imo vel frigerantur potius, quia tunc partes subtiliores et calidiores abeunt et abiguntur remanentibus et adhaerescentibus magis crassis et frigidis. Propter eandem rationem aqua calida si movetur refrigeratur quia datur exitus exhalationibus calidioribus. Immo per accidens aliquando plane contrarius oritur effectus sic flabello nos refrigeramus aestate quatenus discusso aere qui a corpore nostro calefactus est alius frigidior applicatur. Ita etiam angusto ore flantes aerem quem recenter hausimus et qui necdum a pulmonibus est multum calefactus refrigeramus cibos; quod non facimus quando diducto ore eflamus cum ille aer tunc procedat et pulmonibus deductus atque adeo ex interioribus partibus calidioribus unde est calidior, aliunde cum non coarctatus exeat, non pellit calidiorem aerem circa cibos calidos. Confirmatur a Rubio quo magis approximantur corpora in attritione eo magis incalescunt quod signum est exhalationes crassiores et vapores expelli ut pote quae magis dense impediunt occursum corporum.

Dices cum Conimbricensibus generatio caloris melius hac ratione explicatur si dicas per motum causari rarefactionem tum in aere tum in aliquibus partibus corporum collisorum et posita rarefactione saltem concomitanter calorem. Sed contra Esto possit rarefactio in aliquo corpore causari a motu in praesenti tamen id non potest dici universaliter ac proinde rarefactio quae fit in dictis casibus debet oriri ab ipso calore ergo calor debet esse prior in corpore intercepto vel in partibus collisis

quam rarefactio. Dixi in Conclusione Causa per se principalis; nam esto aer et facilius incalescat et disponatur ad formam ignis maxime quando parvae particulae aeris et tenues intercipiuntur ut fit inter chalybem et silicem; saepe tamen etiam particulae silicis et aliorum corporum ignescunt quia sufficientes dispositiones habent ad formam ignis. Feruntur etiam deorsum scintillae excussae tum quia saepe sunt in materia crassiori; tum praesertim quia multum excutiuntur et pelluntur violenter deorsum

In Libros de Anima

Prooemium

Aggredimur post alia illam philosophiae partem quae agit de
Anima ordine postremam dignitate primam cuius etiam uti
litatem certitudinem et obiecti nobilitatem Philosophus lib. 1. usque
ad t 19 prosequitur; inde usque ad finem falsas de Ani
ma sententias veterum refert et reijcit. Libro 2 usque
ad t 27 ex propria sententia definitionem animae in com
muni quaerit et tradit: deinde usque ad t 52 agit de Ani
ma vegetativa usque ad t 66 de Anima sensitiva et sensibus
in communi. Deinde ad finem libri de sensibus exterioribus inter
usque tractat. Libro 3 usque ad t 40 agit de Anima
rationali et intellectiva et deinceps usque ad finem de ordi
ne primario. Cuius methodum non ex toto imitabimur
agendo scilicet primo de Anima in communi et de po
tentijs. Secundo de principijs et actibus animae rationalis
tertio de sensitiva eiusque potentijs et actibus et tandem
de vegetativa.

Antequam autem rem ipsam aggrediamur necesse est
praemittere difficultatem illam prooemialem quomodo considera
tio Animae spectet ad physicum. Et quidem de vegetativa
et sensitiva et de ipsa anima rationali secundum hos
gradus ad physicam pertinere controversia non est:
nam hae ratione vere sunt forma et actus corporis na
turalis et principium motus sensibilis et physici. De
ipsa autem Anima rationali ut tali est cum
distinctione loqui oportet; nam vel consideratur prout
independens a corpore et secundum quod solum participat
pat esse intellectivum commune cum Angelis, praescin
dendo ab eo quod sit forma corporis; vel certe consi
deratur etiam prout est forma corporis etiamsi
in esse suo non dependeat a corpore. Si primo
modo intelligatur spectat ad metaphysicum, cuius est abstrahere
ab omni materia tam signata seu sensibili quam in
telligibili. Et hoc voluit Philosophus 2 Phys. t 83 et 1 de part. c 1

ctis libus argumentis probat Animam rationalem prob
esse secundum gradum rationalitatis non spectare ad
physicum qui tamen non habent rim nisi in quantum
sub ratione intellectivi communi angelis et Deo considerat
Si secundo modo intelligatur pertinet ad physicum quia
taliter considerata est pars constitutiva forma et actus
corporis naturalis animati. Nec obstat quod spiritualis
sit et independens a corpore; nam dici potest quod
in tali consideratione sit spiritualis ut quod non ut quo
et vice versa non esse corpus ut quod sed ut quo
quia vere est pars corporis naturalis animati. Multo
minus obest quod secundum gradum intellectivum non sit
principium motus sensibilis satis enim est quod in re ipsa
sit forma principij motus sensibilis. Vide Rubium Com
bricenses Hurtadum et alios in quaestionibus procemii alibi

Disputatio
De Natura Animae in Communi

Reiectis veterum delirijs de natura Animae quae sufficienter prius 3 lib. refutant, cum eadem pro lib 2. investigata et inventam prosequemur Animae in communi naturam

Quaestio
De Essentia Animae

Sectio
Quid sit Anima et quomodo definiatur

Animam dari eamque esse substantiam communis Peripateticorum schola cum Theologis supponit contra Galenum lib 2 de locis affectis c 2 et alibi et contra aliquos sequaces medicos asserentes Animam esse temperamentum primarum qualitatum. Hic autem error non solum est error in fide si quis aliter asserat de

omni Animae etiam rationali; sed etiam est error in bona philosophia, cum diversarum operationum et proprietatum per quas inanimata ab animantibus vel etiam animata inter se distinguuntur, oporteat assignare principium radicale quod sit actus substantialis sui compartis seu substantialis potentiae.

Porro Aristoteles hoc lib. 2 duas affert Animae definitiones. Primam t. 6 et eam quasi a priori dum dicit Anima est actus primus corporis naturalis organici potentia vitam habentis quae tria ultima verba ex textu praecedenti ab interpretibus hic inseruntur. Alteram tradit t. 24 Anima est id quo vivimus et sentimus et movemur et intelligimus primo.

Dico 1. Bona est prima Animae definitio pro cuius explicatione dicitur 1mo actus graece ἐντελέχεια quae vox ex se significat teste Themistio perfectionem seu perfectionis complementum et ideo aliquando usurpatur pro actu secundo seu perfectione in motu; aliquando autem pro actu primo. Per hanc autem particulam distinguitur anima a materia prima quae est potentia. Dicitur primus ad distinctionem actus secundi et ad significandum animam esse principium radicale et ultimum plane, quale non sunt potentiae vel habitus. Dicitur corporis naturalis ad excludendum corpus artificiale et mathematicum et ad significandum animam esse actum constituentem corpus naturale et non tantum assistentem prout impie voluit Averroes contra communem theologorum et philosophorum sententiam quae doctrina in Concilio Viennensi sub Clemente V ut habetur in Clementina de Summa Trinitate et in Concilio Lateranensi sub Leone X damnata est. Dicitur organici id est instrumentalis et habentis organa ad operandum heterogeneis et diversis dispositionibus affecta ad contradistinctionem non viventium maxime elementorum quae non requirunt illa. Dicitur potentia vitam habentis id est in ordine ad operationes in actu secundo respectu quarum est potentia

ut explicat ipse Arist. Lic.

Dico 2. Bona etiam est secunda definitio sub explicatione. Dicitur primo id quo ut explicetur quod Anima sit tale principium et ratio formalis. Dicitur 2do vivimus quia particula comprehenduntur situ operationes primae vegetativae quia alias frustra ponerentur reliquae particulae. Dicitur sentimus ut exprimatur vita sensitiva animalium. Dicitur movemur scilicet motu progressivo. Dicitur ultimo intelligimus ut assignetur ratio Animae propria hominis. Additur primo quod particula ostendit differentiam Animae ab eius potentiis vel habitibus.

Quaeres 1. Qualiter particula et in secunda definitione accipienda sit.

R. hic et non accipi simpliciter coniunctive ita ut sensus fiat quod ubicumque sit Anima debeant esse istae omnes operationes, neque etiam disiunctive quatenus idem sonat quod hic vel. sed accipi debet partim coniunctive partim disiunctive ita ut sensus sit quod ubicumque sint omnes vel aliqua aut aliqua ex his operationibus ibi sit Anima sicuti dixi de particula eadem in definitione naturae.

Quaeres 2. Quomodo prima Animae definitio per secundam probetur, quod docere Toletus Conimbricenses in praesenti et maxime prae aliis recentiores.

R. breviter quod secunda Animae definitio tradita per operationes vitales praecise sumptas tanquam per effectus probat a posteriori et tanquam causa cognoscendi primam definitionem. Ultra dico quod per secundam definitionem aliqualiter etiam a priori probetur prima quatenus operationes considerantur ut formis corporis physici organici? et hoc insinuat Arist. t. 12 dum dicit velle se tradere aliam definitionem continentem causam prioris et addit Unde oportet reddere causam propter quid Anima sit actus corporis organici. Dixi aliqualiter et praeterea corporis organici; nam anima cum sit substantia, et quidem forma nobilissima licet habeat multas operationes per habere sibi et proprias, proprie tamen et primo ac per se non ordinatur ad illas sed ad constituendum compositum animatum

quod deinde ratione suae perfectionis est potens operari; quia tamen intentio auctoris naturae est compositum ad hoc producere, ut operentur possunt dici operationes finis secundarius animae seu finis existentis non autem essentiae Animae

Quaeres 3. Quid significet in definitione ly corporis.

Respondent 1mo aliqui cum Hurtado s 1 quod etiam probabile indicat Soares lib 1 de Anima c 2 et d 15 Metaph. s 10 n 8 nomine corporis intelligi materiam primam affectam quantitate et aliis dispositionibus. 2do alii cum Bandino intelligunt nomine corporis materiam primam cum formis partialibus. 3tio alii dicunt nomine corporis intelligi materiam ut stat sub quodam gradu Metaphysico formae seu quod idem est dicit compositum ex materia et Anima non quatenus anima est sed quatenus dat gradum corporeitatis ratione cuius ponitur in linea recta praedicamentali sub summo genere substantiae; perficitur autem ab eadem Anima secundum inferiorem gradum viventis rationalis etc. Ita fere Soares d 15 citatus s 10 n 15

Mihi magis placet sententia communis quam tuetur S. Thomas q 76 a 4 ad 5. Rubius q 5 Vasquez 3 p. d 186 n 19 Toletus et alii videlicet nomine corporis in praesenti definitione intelligi compositum substantiale vivens prout includit materiam et animam non solum secundum gradus superiores sed etiam ultimos: et hoc est quod communiter dicunt definitionem hanc tradi per causam formalem ita ut sensus sit Anima est actus corporis id est Anima est pars actualis seu forma illius compositi quod ex ipsa Anima et materia constituitur: ad eum modum quo calor definitur esse actus calidi, et ab Aristotele hic t 69 dicitur lumen esse actus perspicui: Ratio est quia in definitione Anima non dicitur qualitercumque esse actus corporis sed esse actus corporis naturalis, materia autem sive cum accidentibus sive etiam cum formis partialibus non est corpus naturale et principium completum motus et quietis. Reijcitur praeterea peculiariter secunda sententia

tum ab argumenta alia in physica contra formas par
tiales tum potissimum quia illae formae cum materia
non faciunt unum Ens completum (alioqui non posset
naturaliter actuari materia ab Anima rationali) Ergo
abeunte Anima non posset materia naturaliter manere
cum solis illis formis; sicuti non potest manere na
turaliter absque ulla proorsus forma ratione suae in
completionis: et tamen equus mortuus aliquandiu
manet et diutissime truncus recisus a radice.
Tertius autem modus Scaves non placet in praesenti
quia vel loquitur de actu et forma prout informante
vel prout constituente. Si secundum non est opus fa
cere praecisiones has et metaphysicationes, sed possumus
physice progredi prout Rubius et alij in sensu reali
loquendo. Si loquitur de actu informante contra est
nam actus informans ab eo quod informat debet distin
gui realiter; sed nec gradus inferior distinguitur
a superiori realiter; nec in ipso gradu superiori una
formalitas ab altera realiter seiungitur. Adde gra
dus superior sicuti abstrahit a toto physico com
posito ita illud praesupponit. Ergo debet praeintelligi anima
ut forma constituens una cum materia corpus physi
cum naturale.

DICES Illud debet intelligi in definitione no
mine corporis cuius Anima est actus. At anima non
est actus compositi sed materiae. Ergo nomine corporis
debet intelligi materia. Pro. ma. Actus dicitur per ordinem
ad potentiam sed sola materia est potentia Ergo
Rx concedendo maiorem distinguendo minorem non
est actus informans compositi Concedo; non est actus
constituens nego et nego consequentiam Ad probationem maioris
nego eam universaliter acceptam quod veritatem solum habet
in actu informante. Quare non nego animam esse
actum informantem materiam, neque etiam nego corpus
et posse contradistingui ab Anima et acceptum contra
distincte importare materiam solam cum dispositionibus
sed dicimus constare ex anima et corpore; sed

ergo in praesenti definitione animam accipi pro actu informante et nomine corporis materiam primam solum, propter particulam limitantem et restringentem nempe naturale.

Sectio 2

Quid sit Corpus Organicum et quae sit eius ratio Constitutiva?

Residuam definitionis particulam breviter supra explicatam hac sectione fusius prosequemur, qua occasione inquiremus quaenam sit ratio formalis dans organisationem sufficientem in materia pro anima. Est autem remota organisatio dissimilitudo quaedam partium non quaecumque sed quae constet pluribus partibus situ fabrica et complexione diversis et quae sufficiat ad varia organa et instrumenta pro variis operationibus construenda. Vide Conimbricenses 1 de generat. c 4 q 22 a 1. Quae quidem organisatio licet principaliter et proprie in viventibus reperiatur invenitur tamen etiam in non viventibus ut patet in cadavere. Item quando foetus adhuc informatus est forma embrionis. Dixi remota nam sicuti organum aliud est remotum aliud proximum; remotum quidem pars corporis variis dispositionibus et conditionibus affecta in ordine ad aliquam peculiarem operationem; proximum illa ipsa pars sed vitali potentia instructa; ita etiam organisatio alia proxima est alia remota. Ista non involvens potentias vitales; illa includens illas. Et ita si nomine organici in definitione intelligas organicum proximum hanc particulam ultimam definitionis idem dicunt licet fortasse expressius et per hoc organicum sufficienter distinguitur vivens corpus ab aliis inanimatis: sin autem hoc organici remotius accipiatur, per illam particulam non sufficienter distinguitur corpus naturale vivum a non vivo his positis. Difficultas est quae sit ratio formalis dans organisationem requisitam pro anima et ad definitionem

salvandam sufficiat organisatio accidentalis id est a sola accidentium et dispositionum varietate causata; in etiam exigatur substantialis quod praecedenti variatione in aliquo substantiali adiungit. Quo quo

DICO 1. Partes animarum materialium saltem in animantibus perfectis sunt heterogeneae heterogeneitate individuali ita Rubius tractatu de modo quo anima informat corpus q. 7 n. 298. Murcia d. 1 q. 3 concl. 3. Probatur pars formae existens in capite petit determinate dispositiones capitis, et illi repugnant dispositiones pedis. Ergo ad minus pars formae in capite debet individualiter differre a parte formae quae est in pede. Consequentia patet nam hac ratione iam invenitur unum praedicatum in una parte formae quod non reperitur in alia quatenus tale temperamentum et organum exigit; contra cuius tamen exigentiam non est additio alicuius qualitatis per accidens non mutans temperamentum et organi dispositionem necessario. Antecedens probatur caput in quantum caput habet et petit ea organa quae tantum differunt ab organo pedis. Ergo est aliquod principium quod determinate petat ea organa in capite; nam accidentia determinata quibus oriuntur ex intrinseco principio petunt aliquod principium determinatum unde oriantur et cui debeantur; sed illud principium in capite non est materia quia haec est de se indifferens ad caput et pedes. Ergo hoc principium determinatum est forma. Ergo forma existens in capite.

DICES 1. Id convenire a tota forma viventis non vero ab ipsa parte in particulari; nam tota forma petit habere dispositiones capitis concedo; singulae vero partes sunt indifferentes ad caput concedo. Sed contra tota forma nihil est aliud quam omnes partes simul. Sed per te omnes partes simul sunt indifferentes ad tales dispositiones capitis. Ergo tota forma est indifferens ad tales dispositiones. Confirmatur per hoc quod consideremus simul non mutant naturam partes aliqui si mutarent naturam

iam non esset indifferens forma Capitis ad aliud organum. Vide Hurtadum subsect. 3. qui fuse hanc et similes responsiones refutat.

Dices 2. Anima rationalis simplex in entitate exigit diversas dispositiones et organa. Ergo etiã Animã sensibiles brutorum etiamsi sint homogeneae penitus. Resp. negando consequentiam. Ratio est quia sicut anima rationalis est tota in toto et tota in qualibet parte, ita optime intelligitur qualiter in Capite alias exigat dispositiones alias in corde. Hinc est quod per suam simplicem entitatem sit determinata ad talem corporis organisationem ita ut non inferatur illi si pereat vel minima parte organisationis ut bene advertit Arriaga qui etiã addit aliquid tribuendum esse Animae propter suam perfectionem quod non concedimus aliis animabus non rationabilibus. At vero formã materiales cum pars quaelibet earum ex se sit indifferens et tam ipsa quae est in capite quam aliae partes in reliquo corpore non exigant dispositiones Capitis ex se, fit ut non possit in ipsam animam materialem homogeneam refundi haec exigentia dispositionum et organorum.

Dices 3. Totã formã petere diversitatem organorum in Capite ratione singularum partium non determinate sed indeterminate et confuse: sicuti species equi est necessaria ad equitandum non tamen ratione huius individui in particulari nec illius. R. Sed contra ut bene Hurtadus si nulla pars formae dicat ordinem determinatum ad organa Capitis ergo nec tota hic forma dicit talem ordinem, patet consequentia quia talis ordo est de essentia formae. Ergo illi convenit determinate ratione alicuius partis. Exemplum autem de equo non est ad rem. Nam quilibet equus habet potentiam ad hoc ut possit equitari, et idem hoc cuilibet ex sua essentia; equitationem autem ipsam passivam nullus equorum nec tota sua collectio exigit. Sicuti hic dicas animam totam exigere dispositiones tales in Capite

Probatur 2da Conclusio non potest reddi ratio cur forma ignis aut solis pro suis diversis effectibus non exigat etiam diversa organa et dispositionem heterogeneam nisi quia partes formae ignis et solis sunt homogeneae et omnem vim ac virtutem quam habet una pars habeat etiam altera. Ergo a contrario cum in animantibus videamus requiri heterogeneitatem dispositionum et organorum pro diversis effectibus eliciendis, oportet dicere animae partes esse heterogeneas.

DICO 2. In viventibus materialibus non potest desumi organisatio ab heterogeneitate specifica partium animae contra Conimbricen. fons Toletus q 5 concl 4 et alii quos sequitur Rubius lib 2 de Anima tractatu de modo quo anima informat q 7 contra Suarez d 15 Meta. s 10 n. 40 et 3 p. tom 3 d 53 s 4 Hurtadum d 2 s 5 et sequentibus. Fevenium lib 6 c 4 et

Probatur Conclusio 2da (hic supponendo animas brutorum esse divisibiles ut ostendam infra) si partes Animae essent heterogeneae heterogeneitate specifica, partiali ut loquitur Suarez, partes illius Animae non possent continuari nec facere unum per se hoc est absurdum Ergo. Probatur sequela partes animae illius non continuarentur ratione materiae quia ut habet Hurtadus, de Anima + 9 non utique corpus continet sed magis contra videtur Anima continere corpus. Ergo ratione corporis non potest continuari: et saltem de potentia absoluta posita extra corpus Anima dissipatur quid esset. Deinde supra vindicavimus posse eandem numero materiam et continuam iuxta diversas partes informari duabus specie diversis et nullo modo continuatis formis. Non ratione sui ipsius quia quae specie differunt continuari non possunt quod principium si semel effringas dix dabis causam cur non possit Anima hominis uniri animae equi. Non ratione alicuius alterius quia istae partes nulli alteri formae subordinantur quemadmodum dici solet de formis partialibus quae in forma totali subordinantur et ab ipsa ubi continentur ita continuantur

DICES Has partes posse uniri etiamsi specie differant quia non differunt specie completa sed incompleta qualiter etiam materia et forma specie incompleta diversa uniuntur et

faciunt unum. Sed contra: Omnia quae faciunt unum aut faciunt unum essentiale aut unum integrale; quae essentialiter faciunt possunt quidem specie incompleta differre sed unum se debet habere ut actus et alterum ut potentia quod in nostro casu non fit ubi partes animae non se habent ad invicem ut actus et potentia neque faciunt unum essentiale; quae autem faciunt unum verum integrale non possunt specie differre ut patet in reliquis. Et propterea etiam ii qui admittunt formas partiales non dicunt eas inter se et per se continuari sed in uno tertio cui subordinantur, quod hic non est reperire.

Dices 2 partes illas sufficienter continuari quatenus una dicat sympathiam ad alteram etiamsi inter illas non intercedat vera unio. Sed contra 1mo quia hac ratione etiam in cadavere formae partiales possent dici continuari et per consequens sicuti ex eo partes cadaveris sunt in via corruptionis et corrumpuntur quia non habent aliud quod illas contineat: ita etiam ego dicam composita materialia esse in via proxima corruptionis. 2do contra est argumentum quo utitur Aristoteles contra Platonem ponentem in uno vivente plures animas; dum dicit animas illas diversas vel minimum casu in uno vivente, vel non, sed ratione alicuius continentis quod non potest assignari; si autem casu, non fiet unum ens per se. Hoc argumentum in sententia adversa nullam habet vim, nam posset dici animas illas habere sympathiam quandam inter se et ita sufficienter continuari.

Prob. 2do conclusio. Si pro diversitate membrorum ponendae animae specie partiali diversae, ergo etiam pro diversitate operationum essentialiter diversarum poni debent animae. Ergo consequenter in uno vivente vel saltem in una parte viventis erunt aliquando plures animae. Ex his habes partes animae divisibilis differre inter se heterogeneitate individuali et habere diversas perfectiones individualiter tantum differentes

Objicies 1. Contra secundam Conclusionem ex Hurtado Forma ossis non est sensitiva, forma nervi est sensitiva sed sensitivum et non sensitivum differunt specie ut patet in planta et bruto. Ergo forma ossis et forma nervi differunt specie. 2do forma cordis requirit dispositiones tam diversas a dispositionibus ossis quam forma equi a dispositionibus leonis; sed ex istis dispositionibus arguimus distinctionem specificam inter equum et leonem. Ergo eadem arguet inter os et cor. Ad primum R. instando Anima rationalis vere est sensitiva ut quo etiam prout est in osse et tamen non elicit ibi sensationem. Deinde in forma nego Antecedens nam vere etiam pars formae existens in osse est sensitiva ex se non sentit tamen ibi ob defectum organi sensus ibi sed tantum vegetat id. Sicuti Anima rationalis licet vere sit rationalis in pede tamen non ratiocinatur quia ibi non exigit nec habet dispositiones pro organo intellectus. Ubi Adverte quod si organum talis formae penitus destruatur, si non sit ex principalibus requisitis ad vitam, fore violentam huic parti destructionem quae tamen remanebit in suo loco: sin autem sit organum requisitum ad vitam quod destruitur, debet et haec et reliquae partes perire. Ad 2dum R. distinguendo maiorem ex diversitate dispositionum arguimus diversitatem specificam si ea reperiantur in uno subiecto continuo nego; si in diversis concedo. Et certe argumentum nimium probat nam in homine diversitas dispositionum in diversis membris non infert specie distinctas formas licet in diversis subiectis bene inferat

Dices sola diversitas individualis partis formae quae est in oculo et partis quae est in aure non sufficit ad tam diversa organa et tam diversas operationes. Ergo. Confirmatur aliquando nec specifica animarum diversitas causat et exigit tantam organorum et operationum diversitatem in diversis subiectis quantam exigit in bove forma oculi et forma auris

R. sola diversitas individualis partis non sufficit praecise ut est

pars heterogenea individualiter concedo ut est pars heterogenea talis formae totius perfectivae, nego: nam etiam in insectis sunt partes heterogeneae et tamen non inferunt tantam organorum diversitatem. Ratio a priori est quia quo perfectior est anima et principium perfectiorum operationum eo etiam habet partes perfectiores quae cum sint continuae ita habent quandam inter se connexionem ratione cuius ita pars formae quae est in oculo bovis exigit ibi quidem tale organum pro elicienda tali operatione visiva ut etiam mediate exigat in aure tales dispositiones et tale organum pro operatione auditiva elicienda non a se sed ab altera comparte quae sibi est unita. Et hoc ideo fit quia est pars totius quaerens et exigens bonum totius

Dices 2. Pars formae ossis non distinguitur nisi individualiter a parte formae carnis. Ergo utraque est sensitiva; hoc non potest dici. Ergo. Probatur maior ex Hurtado § 6 si forma ossis ex natura sua est sensitiva in actu primo. Ergo illi non repugnant dispositiones et organa ad sentiendum etc. Sed repugnant cum non eliciat sensationem in osse saltem ideo quia non habet organa sensus. Respondeo negando minorem. ad probationem nego maiorem. Ratio est quia etiamsi anima tota sit sensitiva quia tamen est principium diversarum operationum quae diversimoda organa et incompossibilia aliquando requirunt debet in aliquibus partibus habere organa pro sola nutritione in alia etiam pro sensu et demum si sit rationalis pro ratiocinatione. Instatur argumentum. Anima rationalis prout in osse est est rationalis. Ergo etiam ibi requireret organum pro ratiocinatione quod est falsum.

Obiicies 2 Contra primam conclusionem. Non sufficit quaelibet diversitas operationum ad colligendam diversitatem etiam individualem principii. Ergo neque diversitas dispositionum. Antecedens patet ab eodem sole lux et calor procedit in quo tamen partes sunt homogeneae; eadem anima rationalis sentit ratiocinatur etc. Respondeo si loquaris de principio indivisibili verum est totum argumentum; si autem sermo sit de principio divisibili et constante partibus

distinguo Antecedens: non sufficit diversitas operationum et effectuum quae requirunt diversa organa nego; quae non requirunt transeat; nam quando sunt tales operationes quae requirunt diversa organa signum est quod a diversis procedant principiis; lumen vero et calor etiamsi sunt diversi effectus quia tamen non requirunt diversa organa ideo non arguunt diversitatem principii sed tantum quod quaelibet pars illius principii habet eandem vim quam habet totum principium

Dices aliquae partes viventis nutriuntur ex aliis Ergo non sunt eiusdem speciei quia nutrimentum non est eiusdem speciei cum eo quod nutritur. Antecedens patet os nutritur medulla. Respondeo distinguendo Antecedens si illae aliae partes sunt vivae nego proprie nutriri alias viventes ex illis si non sunt vivae concedo antecedens. et similiter distinguo Consequens: sic nominatum medulla ossalis quae est nutrimentum ossis animata non est nec continua et potest esse nutrimentum ossis. Dixi proprie nutriri nam cum saltem medullam ossis spinalis animata et continua sit cum osse, si ea nutritur in os debet dici quod fiat aggeneratio quaedam posita alteratione sufficienti pro forma homogenea ossis et productione ibi partis formae omnino similis formae ossis

Dices 2 Ablatis dispositionibus plus differt caput a pede quam duo pedes Ergo. Respondeo negando Antecedens si loquitur de specifica diversitate si autem de aliqua individuali transeat.

Dico 3 Anima in viventibus materialibus non habet partes heterogeneas specie partiali diversas sed tantum individuali. Ita Rubius citatus n 195 contra aliquos. Probatur prima pars quia non est opus confingere maiorem heterogeneitatem in visione quam in anima ipsa Ergo. Deinde convenientius est ut quantum potest fieri sit proportio inter formam et unionem

Dices 1° est fundamentum sententiae contrariae particularius Quintus anima bovis se unit aliqua partem alicuius partis v.g. capiti quam ossi. Ergo datur unio perfectior

Pbt antecedens eo perfectius unitur quo communicat effectum perfectiorem et modum essendi perfectiorem. Sed caput communicat effectum perfectiorem nempe sentire phantasiari etc. autem tantum vegetari. Ergo perfectius unitur illi quam huic. Ergo per unionem perfectiorem. R. 1mo hoc argumentum non inferre necessario partial heterogeneitatem specificam in unione sed individualem. R. 2do cum Rubio negando antecedens qui bene probat falsitatem antecedentis et eius probationis dicendo ab eadem forma provenire esse genericum et specificum ita ut repugnet sub ... subiecto esse genericum quin simul tribuatur esse specificum ut apparet in albedine tribuente esse coloratum et esse album; sed omnes gradus essendi quos anima tribuit corpori habent se tanquam genera et species ut vivens se habet tanquam genus sensitivi et sensitivum tanquam genus hominibus etc. Ergo repugnat generice cum gradum tribui toti corpori vel parti quin simul tribuat specificum. Pbt 2da pars nempe quod partes unionis individualiter differant. Modus unionis debet esse talis qualis est perfectio eiusdem animae et ideo modus unionis quo unitur anima sensitiva corpori perfectior est modo quo unitur eidem corpori anima vegetativa. Confirmatur modus unionis est informatio. Ergo modi partiales diversae perfectionis individualis erunt si partes animae sunt diversae perfectiones individuales. Ultimum in forma ad obiectionem R. eo perfectius unitur etc. quo communicat gradum perfectiorem in actu primo concedo in actu secundo nego. nam actus secundus dependet etiam ab organo et sic negatur consequentia

Dico 4. In homine organisatio corporis naturalis non dominitur ab heterogeneitate unionis atque adeo unio in homine non est heterogenea. Est contra Rubium et alios recentiores quosdam. Qui ad hoc ut etiam in homine salvent organisationem substantialem dicunt unionem esse formaliter heterogeneam. Pbt 1mo Nulla est necessitas aut ratio suadens

heterogeneitatem in unione humana. Ergo non debet dici
dari illam de facto. Probatur 2do Heterogeneitas unionis humanae
tandem ultimo debet refundi in ipsam formam quae est radix
exigens talem heterogeneitatem. Ergo est superflua. Antecedens
patet sicuti ipsa unio est ex se ordinata ultimo ad extre-
et potissimum ad formam; ita etiam heterogeneitas ipsius.
Probatur Consequentia sicuti heterogeneitas unionis atque adeo orga-
nisatio substantialis ex illa consurgens debet et potest
refundi in animam tanquam in radicem etiamsi illa non
sit heterogenea formaliter (intellige rationalis) ita etiam hetero-
geneitas accidentium et organisatio accidentalis immediate
potest in animam refundi quae in se formaliter homogenea
in individuo indivisibilis exigat ad sui introductionem organisa-
tionem accidentalem vide Hurtadum d. 258. Probatur 3tio
unio heterogenea vel ideo admittitur quia per unam partialem
unionem uni parti corporis communicatur gradus sensitivus
qui non communicatur alteri parti cui unitur per minus
perfectam unionem; vel certe quia hac ratione in una parte
corporis potest elicere perfectiorem operationem quam neque
elicere in alia ubi non est tam perfecta unio: sed neutrum
est verum. Ergo. Probatur minor quoad primam partem unio
physica non potest praescindere. Ergo per quamlibet
unionem physicam omnes gradus cuilibet parti communicantur.
Probatur etiam secunda pars sicuti unio non est principium
operationum per se ita nec diversa unio diversarum ope-
rationum principium. Quare qualibet unione uniatur anima
organo bene disposito elicient semper in illo operationem
debitam illi organo. Ergo perfectio unionis vel imperfectio
modo maneat physica unio et altera requisita, non tollit
nec mutat principium operandi et operationis perfectionem
vel imperfectionem.

Dices 1o Non potest explicari quomodo eadem anima
sit cerebro esse sensitivam et ossi solum esse vegetativam
nisi ratione diversae unionis atque adeo cum magis vel minus
perfecte informet diversas partes melius officium formae
exequatur in quibusdam quam in aliis. Respondeo optime

et adaequate posse totum refundi in ipsam Animam rationalem quae sicuti propter sui eminentiam exigit varias dispositiones et organa et quasi antecedenter ad unionem, ita etiam petit non omnes modos expendi in actu secundo seu omnes perfectiones exercere in omnibus partibus, sed in quibusdam solum vegetativam actionem in aliis etiam sensitivam in cerebro tandem ratiocinationem

Dices 2 non repugnat inter eadem extrema dari uniones specie diversas successive. Ergo poterit anima in Capite cum sua materia et anima in hepate cum sua materia uniri per diversas specie partiales uniones. Confirmatur sicuti potest ad eundem numero terminum dari duplex actio successive specie diversa ita multo magis ad duas partes omogeneas uno ad eandem indivisibilem formam terminari uniones diversae speciei. Ergo de facto ita fit. Respondeo posset negando Antecedens et dicendo posse inter eandem materiam et formam intercedere unionem semper quidem diversam numero tamen sed non specie, quia omnem suam rationem specificam unio accipit ab extremis et a nullo alio. Ad Confirmationem posset dici esse disparitatem inter actionem et unionem, quia actio non solum specificatur a termino sed etiam a modo tendendi et proinde potest ad eundem numero terminum diversa specie actio terminari non autem unio diversa specie ad extrema diversa tantum numero vel nullo modo diversa. Sed quidquid sit de antecedenti Respondeo transeat totum excepta ultima consequentia. Ratio est quia nulla est necessitas multiplicandi entia et species.

Dices 3. Unionem specificari non solum ab extremis sed etiam a dispositionibus requisitis ad talem unionem. Ergo iuxta diversitatem notabilem dispositionum requiruntur diversae uniones partiales et sic in Capite alia erit unio specie partialis quam in pede. Respondeo negando Antecedens si loquatur de dispositionibus requisitis in eodem subiecto diversis tamen organis accipiendo etiam specificationem in latiori sensu prout volunt adversarii. Si autem loquatur de dispositionibus diversis pro diversis suppositis tunc distinguo antecedens immediate accidentia specificant nego, mediate transeat. Quatenus nimirum talis

diversa dispositio totalis exigit talem formam, et forma postmodum talem unionem. Quo retorqueo argumentum et probo conclusionem accidentia primo et per se ordinantur ad formam substantialem tanquam ad finem materiae secundae secundario ad unionem tanquam ad medium, per quod acquirit quasi materia secunda formam substantialem. Ergo sicuti diversitas dispositionum et accidentium in diversis partibus eiusdem subiecti non arguit nec requirit heterogeneitatem in anima rationali: ita multo minus arguet in unione quae eodem modo dabit suum effectum formalem si sit homogenea quoad partes

Ex quibus habes organisationem in homine solum formaliter esse accidentalem atque adeo a diversa dispositionum et accidentium combinatione provenientem formaliter et dispersitam in diversis partibus. Patet ex dictis cum enim organisatio in homine non determinatur ab heterogeneitate partium animae rationalis quae indivisibilis est; neque ab unione ut vidimus: restat ut a solis accidentibus quae sunt formaliter diversa et heterogenea determinetur talis organisatio. Dixi formaliter nam radicaliter organisatio provenit ab anima quae cum sit principium et radix multarum et diversarum operationum et quidem in corpore propter sui eminentiam exigit varia ista organa et dispositiones varias in diversis membris ad exercendum in iis operationes suas. In reliquis viventibus organisatio formaliter est substantialis et accidentalis ut patet ex dictis

Dices si anima est principium radicale organorum ergo quandocunque destruitur aliquod organum ut oculus eodem modo manente anima potest et debebit connaturaliter reparari oculus; quod tamen est contra experientiam qua videmus oculum vehementer alteratum nunquam restitui et redire ad pristinas dispositiones. R. distinguendo sequelam si sermo est de organo aliquo essentialiter requisito ut de corde cerebro concedo sequelam atque adeo vel animam debere abire vel debere reparari ad temperamentum aliquod saltem non multum praeternaturale. Si autem sermo sit de organis minus necessario requisitis nego sequelam

ubi enim simpliciter potest esse sine illis ita non exigit omni modo separari illa in praesentia agentium contrariorum aut certe impedimenti alicuius difficile mobilis ubi est pellicula in oculo

Ex dictis itaque colliges nomine organici in definitione animae intelligi vel organisationem accidentalem formaliter et radicaliter substantialem loquendo videlicet de homine vel utramque formaliter ut in ceteris animantibus. Et ita sensus definitionis erit Anima est actus corporis physici nempe constitutivus organisati formaliter aliquando per accidentia et ab ipsa forma substantiali aliquando formaliter per accidentia solum et radicaliter ab ipsa anima constituente corpus physicum per ordinem ad operationes quae sunt in potentia et sunt vita in actu secundo

Quaestio 2

De Multiplicitate Animarum

Varia animarum genera earumque distinctiones prosequemur tum etiam numera ex quibus earum naturae plenius innotescent

Sectio 1

Quot sunt genera Animarum et Animatorum!

Aristoteles a t 37 tria genera distinguit animarum vegetativam quae communis est plantis, sensitivam quae convenit brutis, intellectivam quae est hominis propria. Ex definitione autem 2. supra tradita colligit dari quatuor genera animatorum nempe vegetativum sensitivum locomotivum et intellectuale. Item t 27 numerat quinque potentias vegetativam sensitivam appetitivam locomotivam et scientificam(?): quae licet videantur aliqualiter se destruere nihilominus

Dico 1. Tres tantum esse animas. Ita communiter omnes cum philosopho Conimbricenses secundo de Anima c 3 q 1 Toletus q 6 Rubius tractatu de pluralitate animarum q 1 Suarez de Anima lib. 1 c 7 et alii. S. Thomas 1 p. q 78 a 1 et hic lib 2 l 5. Probatur ratione eiusdem S. Thomae Animae in hoc distinguuntur a ceteris formis substantialibus quod magis quam illae elevantur supra materiam et sit principium

peculiarum operationum vitalium. Ergo tot erunt species seu genera animarum quot sunt diversa genera elevationum supra materiam et diversi modi vitaliter operandi. Atqui sunt tantum tria genera elevationum, et tres modi valde diversi. Ergo. Subj. minor primum patet. Probatur subsumptum. nam 1mo Anima est principium internum vitalis operationis per modum naturae ad vitam conservandam nutritione augendam augmentatione et generatione multiplicandam mediantibus qualitatibus corporeis sed non ad extra sicuti inanimata. et hoc est esse vegetativum et animam vegetativam. 2do Anima est principium operationum cum cognitione imperfecta et sensitiva, et quamvis ad sui conservationem qualitatibus materialibus indigeat, operatur tamen per qualitates minus materiales et magis abstractas uti sunt potentiae sensitivae et species intentionales quibus determinantur potentiae. et hoc est esse sensitivum et animam sensitivam. 3tio Anima est principium vitalium operationum per modum perfectae cognitionis, nec operatur per qualitates corporeas aut organa; sed eius operatio elicitur a potentia spirituali quae per species omnino immateriales ad operandum determinatur. et hoc est esse intellectivum et animam rationalem.

Dico 2 Quatuor sunt genera seu gradus animatorum, non intelligendo proprie genera sub quibus sunt species, cum sub rationali non sint species; sed tantum quod genus idem sonat ac gradus aut classis. Est communis peripateticorum cum philosopho. Probatur Tot sunt genera seu gradus animatorum quot sunt animata diverso vitae genere distincta et inter se realiter separabilia; sed sunt quatuor tantum Ergo. Maior patet quia genus et gradus animatorum ex variis vitae generibus et gradibus inter se separabilibus hic recte cum Arte et interpretibus desumuntur. Minor probatur quia gradus infimus vegetativum separatur a sensitivo locomotivo et rationali ut patet in plantis. 2do in Zoophitis v.g. spongia supposito vegetativo reperitur gradus sensitivus sine locomotivo et rationali 3tio in brutis supposito vegetativo et sensitivo

diversitas animae seu generis a diversitate generis vivendi separabilis

reperitur loco motivus seu progressivus sive rationali
qui tandem in solo homine reperitur praesuppositis caeteris.
Adverte me dixisse loco motivus seu progressivus
ubi etiam Aristoteles 3 Animae t. 44; nam licet Zoophyta
habeant aliquem motum localem nempe dilatationis et contra
ctionis, non tamen habent motum progressivum nec dicuntur
habere potentiam locomotivam. Caeterum diversitas ista
motus in animantibus illis competit propter diversitatem
modi comparandi sibi alimentum. nam quae utuntur nu-
trimento simplici et illud habent paratum ubi sunt non
egent motu progressivo sed ad summum aliqua dilata
tione; alia vero quae egent variis nutrimentorum gene-
ribus, nec ea habent in promptu ubicunque sunt debent habe
re motum progressivum per quem ex uno loco in aliud tendant
et cibum conquirant.

Dico 3 Quinque sunt potentiae prout supra Aristoteles
ita etiam S. Thomas et communiter alii. Probatur Quinque sunt obie-
ctorum genera. Ergo quinque sunt potentiae ad illa. Probatur Antecedens
vel enim obiectum est aliquod corpus et coniunctum cum Anima
vel non. Si primum ad hoc est ordinata potentia vegeta
tiva quae tota est in capiendis et permutandis alimentis;
Si secundum vel est ita separatum ut Anima habeat intra se
simulacra seu species illius vel non; si habet aut species illae
sunt materiales et in organo corporeo et est potentia sensitiva;
Si spirituales et in anima rationali recipiuntur est po
tentia intellectiva. Si non habeat species illius vel inmota
fertur in illud tanquam in finem et est potentia Appetitiva,
vel movetur ad illud et est potentia Locomotiva. A po-
steriori autem optime probatur quia quinque dantur opera
tiones diversae quarum principia sunt istae potentiae

Diversitas po a diverso mo randi

Ex his ergo divisionibus ex diversis capitibus et ra
tionibus desumptis optime combinabis ea et solves quae solent
hic obiici et quae videntur doctrinam hanc reddere perplexam; nam non
ideo sunt quinque animatorum genera quia quinque potentiae
Cum potentiae diversitas desumatur praecise per diversos modos
operandi; at vero divisio animatorum non praecise inde sumitur
sed per ordinem ad distincta subiecta in quibus separata

reperiuntur tot genera seu gradus et classes animatorum: et quia numquam potentia appetitiva reperitur sine cognoscitiva vel sensitiva, fit ut non sint nisi quatuor genera animatorum. Deinde quatuor diatur quatuor sunt genera animatorum. Ergo et quatuor animae vel etiam contra tres sunt Animae. Ergo tantum tria genera animatorum quia animatum est correlatum ad Animam. Resp. negando consequentias nam Animas hic non consideravimus ad distinguendos gradus animatorum in praedicatis essentialibus sed tantum in modo vivendi separabili sive per ordinem ad diversa subiecta. et quia spectando praedicata essentialia non invenimus nisi tria genera animarum, spectando autem modum vivendi separabilem et operationes vitales separabiles quatuor genera reperimus, fit ut non valeant consequentiae. Ita fere Rubius hic n. 18 et Conimbr. cons.

q. 2 a. 2.

Dices modus vivendi vegetativus non separatur a sensitivo nec sensitivus a loco motivo. Ergo male ex diverso modo vivendi separabili in diversis subiectis colligimus quatuor esse genera animatorum. Antecedens patet primo in plantis quibus inest sensus ad dignoscendos succos utiles a noxiis. 2do quia iisdem plantis inest motus localis ad noxia fugienda sic vitis recedit a lauro et brassica pudica planta Brasiliae homine accedente se contrahit quasi pudibunda illo recedente se explicat. Agnus herba Scythiae depascit herbas circa se nascentes iisdemque depastis moritur et similia quae videre est apud Maiolum in Canicularibus colloquio 20 et 21. De hoc autem agno refert Libavius ex Barone Herberstein legato ad Moscos apud ... in Tartaria ex semine crescere illam herbam referentem figuram agni in pedibus ungulis auribus et toto corpore praeterquam cornibus. Obducitur corio tenuissimo et e vulnere quasi sanguis egreditur. Resp. negando Antecedens quamvis enim non intercedat mutua separabilitas in posterioris perfectiones quae gradus esse non possunt sine prioribus qui sunt fundamenta subsequentium; priores tamen gradus et imperfectiones a reliquis separantur et possunt esse,

Ad probationes R. ad 1mum dico plantis non inesse sensus quod patet tum a posteriori et experientia quia constat plantas non refugere ab obiecto dolorem inferente, tum a priori quia complexio plantarum terrea est et inepta ad sensationes; quare cum succos utiles attrahit non autem noxios id non facit ex cognitione sensitiva vel ex affectu elicito sed ex natura potentiarum vegetantium quae ad tales succos attrahendos sunt determinatae sicuti lapis ad descensum deorsum. Ad 2dum dico negando plantas et alia proprie refugere per motum localem ab aliis, sed solum metaphorice vel quatenus iuxta alias plantas positae non conservantur propter humores sibi noxios ab aliis attractos aut etiam defectum, vel quia ab iisdem noxiis vaporibus violenter propelluntur propter naturalem antipathiam.

Sectio 2

An in eodem viuente sint plures Animae?

Sensus quaestionis est an in homine praeter animam rationalem alia dentur animae specie numeroque distinctae vegetativa videlicet et sensitiva; et in bruto praeter sensitivam sit vegetativa distincta; de plantis enim certum est habere eas solum formam vegetativam ut bene ostendit Soares hic lib c 6 n. 4 et D. 13 metaph. S 3 n 12 contra Zabarellam libro de facultatibus Animae c 9 ad 3. Solet autem quaestio tractari in duplici sensu an scilicet simul in homine sint tres Animae an vero successive tantum.

1ma sententia fuit Platonis teste etiam Arist. hic lib 1 t 9 asserentis simul in homine esse plures animas quem secutus est Galenus et Zabarella citatus et aliqui ex medicis quos citatos invenies apud autores qui cum etiam diversos modos explicandi et asserendi hanc sententiam adferunt, quorum etiam fundamenta attingam infra in obiectionibus. 2da sententia est non esse simul in homine neque plures animas licet successive sint in productione plures ita S. Thomas 1 p. q 76 a 3. Soares lib 2 de Anima c 8 n. 4 et citatus etiam supra Fonseca 7 metaph c 12 q 1a S 1 Conimbricenses hic lib 2 c 1 q 4 Rubius hic tract. de modo quo anima informat corpus q 5

Hurtadus d. 3, s. 4. Sanchius et alij. 3ia sententia tenet nec simul nec successive in homine dari plures animas. Ita Valentia 3 p. d. 6 q. 2 puncto 3. et recentiores aliqui.

Dico 3. In uno quolibet viuente esse unam tantum numero animam et non plures actu distinctas. Est communis autorum ut patet ex citatis pro secunda sententia qui hanc late [illegible] in primis probant ex scriptura ubi ait Genesis 2. Ubi Deus inspiravit in faciem eius spiraculum vitae et factus est homo in animam viventem, qui textus in hebraeo legit spiraculum vitarum ad significandum ut inquit Caietanus animam rationalem omnem gradum vitae conferre. Adde ex Conciliis nam in Concilio lateranensi sub Innocentio III dicit naturam humanam esse constitutam ex corpore et spiritu: et in Clementina unica de summa trinitate dicit verbum factum esse hominem per hoc quod assumpserit partes nostrae naturae simul unitas corpus scilicet et animam rationalem: et in symbolo Athanasij dicit sicut anima rationalis et caro unus est homo. Quibus adde sensum SS Patrum et argumentum theologicum nempe in Christo unica tantum fuit anima. Ergo et in alijs hominibus. Consequentia constat quia in partibus essentialibus Christus non differt a nobis. Antecedens probatur alioquin vel tres animae descendissent ad inferos in morte Christi et sic dicitur per miraculum extra subiectum fuisset vel corpus in monumento fuisset adhuc duplici anima animatum. Quae omnia ut dixi fuse deducunt et probant autores citati quorum proinde aliqui dicunt contrariam sententiam esse damnatam et contra fidem alij asserunt ad minus esse temerariam.

Probatur autem Conclusio primo ratione ut omittam Philosophi autoritatem hic lib. 3 textu 66 et 91 si forma sensitiva contradistincta à rationali esset in materia homi- per priorem constitueretur esse animalis per secundam esse hominis: sed hoc non potest dici. Ergo. Maior patet. Minor videtur esse intentum autorum contrariae sententiae in quibus ponatur anima sensitiva. Hoc probatur si vera est sequela maioris non potest fieri haec praedicatio homo est animal. Probatur praedicationes substantiales et non per modum

adiectivi nunquam verificantur nisi praedicatum et subiectum identificentur quod non fit in dicto casu cum per se animal realiter aliud dicat quam homo. Probatur 2do ex Rubio Anima rationalis unita materiae tribuit illi esse substantiale. Ergo vel corporeum vel incorporeum: non secundum quia esse quod materia habet corporeum est: et hinc aut vivens aut non vivens, non secundum quia Anima est principium vitae. Ergo vivens: non insensibile ut patet Ergo sensibile atque adeo rationale. Probatur 3tio a Toleto si Anima intellectiva non esset idem cum sensitiva in substantia separaretur quod non posset esse forma corporis quod est damnatum a Concilio Viennensi in quo et habetur in Clementina Probatur 4ta quia hunc maneret pure intellectiva at pure intellectivum non potest corpori uniri secundum se debet ergo coniungi cum aliquo per se habente ordinem ad corpus Confirmatur Anima operationes intellectivas qua tales potest exercere independenter à corpore ut patet quando est separata. Ergo nulla est necessitas asserendi illam esse formam corporis nisi etiam esset principium sensationum quas non potest extra corpus elicere Adverte autem primum et secundum argumentum aeque probare in brutis et bestiis non dari duas animas distinctas vegetativam unam alteram sensitivam.

Dico 2. probabilius videtur non introduci diversas animas in foetum successive sed in generatione humana i.e. animam qua primo animatur foetus esse animam rationalem ita recentiores aliqui contra Thomistas et autores plerosque qui secuti sunt S. Thomam et medicos nostram tamen sententiam amplexa est Academia Oxoniensis in Anglia quae etiam damnavit sententiam contrariam an- in quo non subscribo Probatur 1mo quia frustra fingitur ista successio nam potest dici Animam rationalem habere vim ex se tribuendi effectus omnium formarum et animarum, eos tamen non semper tribuere quousque disponantur organa Conformantur sicuti eadem anima rationalis in uno membro tribuit tantum effectum vegetandi ut in osse, in aliis etiam sentiendi, ita potest in aliquo tempore tribuere tantum effectus vegetationis, in alio sensationis et tandem ratiocinationis

Probatur 2do ex communi sententia ut videre est apud Hurtadum 2 de generat. S. 8 anima rationalis infunditur 40
vel 42 circiter die post conceptum hinc autem ut in quam-
aliquis foetus adhuc est sicuti manus tam mollis ut nisi po-
natur in aqua frigida videatur planè minus esse magni-
tudine apis aut scarabaei sine omni vestigio sanguinis
Si ergo tunc introducitur anima rationalis quidni quando
fuit introducta Anima sensitiva et qualia organa illa
requisiverit ad introductionem sui quando quidem non
nisi paucissima adhuc appareant organa quando intro-
ducitur anima rationalis. Confirmatur ex Anatomia medicorum
aliquorum qui dicunt experientia constare omnia membra
necessaria incipere formari simul et non prius hepar
deinde cor ac tandem cerebrum. Probatur 3tio si in gene-
ratione successivè tres animae introducuntur ergo etiam
in corruptione vice versa rationali Anima abscedente
poterit advenire sensitiva; et hac abscedente introduci
vegetativa quae tandem ablata introducatur forma cadaveris
sed hoc non potest dici propter multa inconvenientia
tam physica quam moralia quia alias posset dici
quod in agone saepe homo non sit amplius homo etiam
adhuc se moveat et similia plura. Sequela majoris probatur
quia tantum per autores contrarios prius introducitur in
embrionem forma vegetativa quam sensitiva in quantum
non dum sunt dispositiones hinc temporis pro forma sensi-
tiva; et quando introducitur sensitiva non dum sunt
sufficientes dispositiones pro rationali: sed etiam ergo dicam
quando moritur homo corrumpi aliquando tantum dispo-
sitiones pro rationali et non pro forma sensitivâ v. g.
quando destruitur cerebrum vel laeditur &c. Ergo tunc deberet
rationali Animae succedere sensitiva cum pro illa sint
sufficientes dispositiones.

Obijcies 1. Autoritas Philosophi 2 de generat.
animalium c. 3 ubi ait hominem prius vivere vitam stir-
pium deinde vitam Animalis postremo vita hominis; et paulo
ante docet semen et conceptum Animalium indistinctum vi-
vere quam stirpes et subdit haec verba sensualem etiam scilicet ani-
mam ... et rationalem qua ...
qua animal est tempore praecedente recipi et rationalem qua ho-

certum est. R. Arist. in dicto Capite ut patet ex ipso con
textu non velle aliud quam prius apparere operationes ani
mae vegetativae deinde sensitivae tandem rationalis, non ta
men esse prius animam vegetativam etc. Quod ex duplici po
steriori textu declaratur. Imo dum dicat Animam vegetalem
in seminibus et conceptibus non dum separatis habere potentia
non actu: deinde in eodem Capite dicit non simul fit ani-
mal et equus, cuius sensus non potest esse de animabus
diversis sed de operationibus quatenus aliquae sunt actibus ani-
malibus propriae aliae soli equo. Similiter quando
plus diversis in locis videtur distinguere penes diversi
tatem membrorum diversas animas, intelligendus est loquens
vel de diversis gradibus vel certe de diversis operationibus
quae ostendunt diversam et multiplicem animae virtute

Objicies 2 iuxta medicorum aliquorum experientiam
prius formantur organa sufficientia vegetationi et nutritioni
quam sensationi aut ratiocinationi: atqui tunc non est
ratio cur non infundatur interim anima vegetativa. Ergo
R. negando minorem nam contra medici alii dicunt
experientia anatomica constare omnia membra incipere
formari simul et non prius separ. deinde cor etc. ac proinde
aeque cito disponi ad vegetativam sensitivam et rationale
Adde vix posse disponi ad vegetationem quin hoc ipso ad
sensationem disponatur

Objicies 3. Nonnulli medici deprehenderunt foetum
antequam perfecte organisatus sit ad animam rationalem reci
piendam vegetari nutriri sentire quod fieri non possunt
absque anima sensitiva. Ergo. Quod si dicas omnia haec
fieri ab anima matris contra est, inquiunt, quia in abor
tivis foetibus apparet contrarium qui separati a matribus
vere sentiunt si pungantur. R. distinguendo maiorem
antequam perfecte organisatus ad receptionem Animae ratio
nalis nego; ad exercendas functiones animae rationalis
concedo; concedo vegetari sentire etc.: libenter enim admitto
prius functiones aliquas exerceri in corpore etiamsi sit
principium aliarum functionum in eodem corpore, quia ad has
ultimas potius principium requiruntur perfecte disposita organa
maxime ad animam rationalem, cuius organa vix post

brevi mit extra uterum perficiuntur. Addit autem bene Hurtadus citatus Dum est Embrio in utero nullam sensitivam exercere operationem non visam non olfactum non auditum ut patet, non gustum quia recipit cibum tantum per umbilicum; non tactum nam hic in utero exercetur vel in ultima superficie ubi sentiuntur calor frigus duities et vel exercetur in stomacho sentiente famis dolorem. primo modo exerceri non potest tempore embrionum hum quia materia est valde humida quod non patitur impressionem quia hinc nullus fuit tactus; fames autem hinc non sentitur quia non nutritur per stomachum qui famem sentit.

Dices Natura procedit paulatim ab imperfectionibus ad perfectiora. Ergo probabile est etiam in generatione hominis id fieri. Antecedens patet in quibusdam animalibus evidenter quod in primo sunt vermes mox magis indies et accipiunt alas ita ut appareant animalia specie distincta a prioribus v.g. bombyces formicae &c et in Scotiae littoribus nasci dicuntur anates ex fructibus arborum decidentibus in mare. Respondeo distinguendo Antecedens natura incipit ab imperfectioribus ad perfectiora transeundo de anima ad animam immediate nego, mediate et intercedente corruptione vel certe adiungendo partes non tamen essentiales transeat. Et sic ad exempla adducta dico bombicem dum vermis est, et dum habet alas non differre specie; sicuti nec bruchum informicam a formica. de avibus et anatibus Scoticis dico illas ex materia putri pomi iam corrupti gigni.

Objicies 1o Contra primam Conclusionem Passiones genere diversae non possunt promanare ab una numero entitate sed in homine sunt passiones omnium animarum quae sunt genere diversae. Ergo non possunt promanare ab una numero Anima. Respondeo negando maiorem si illa entitas pro sua perfectione continet perfectionem diversarum entitatum hinc enim possunt passiones diversae esse ab illa tanquam a principio radicali quia illi omnes debentur

Objicies 2o Operationes contrariae non

possunt provenire ab eodem principio saltem simul et semel; sed in homine sunt operationes contrariae, iuxta illud caro concupiscit adversus spiritum teste etiam Arte 3. de Anima t. 53 appetitus in quo fiunt contrarii ad invicem. Ergo. R. distinguendo minorem sunt operationes seu actus contrarii simul et semel efficaces nego, unus efficax alter complacentia solum transeat. Deinde nego simpliciter minorem nam appetitus inferior quo volo verbi gratia [illegible] delectabilem et appetitus superior quo illam nolo non sunt contrarii quia non versantur circa idem obiectum formale nam appetitus sensitivus fertur in obiectum materiale sub ratione boni delectabilis. Voluntas autem refugit illud quia repugnat honestati.

Objicies 3 Effectus formales animae vegetativae et sensitivae sunt effectus formae materialis. Ergo non possunt haberi ab anima rationali. R. distinguendo antecedens sunt effectus formae materialis solum nego, illius et aliquando etiam alterius seu immaterialis concedo. quia sicuti continet perfectionem animarum aliarum materialium sine imperfectione ita potest esse principium operationum similium sine sui imperfectione.

Objicies 4 Corruptibile et incorruptibile genere differunt. Sed anima sensitiva hominis et anima sensitiva equi ita se habent ut una sit corruptibilis altera incorruptibilis. Ergo genere differunt. R. distinguendo maiorem quando aliquid ex sua ratione generica et praecisa est tale concedo quando ex ratione inferiori est tale et nego, sensitivum autem ut sic abstrahit a corruptibili et incorruptibili.

Quaeres Quomodo anima rationalis contineat reliquas? et quidem continere aliqua ratione certum est cum praestet illos effectus quos alias praestant illae duae animae separatim in alio supposito. Ad hanc quaestionem respondet Hurtado Sec. 2 S. 4 § 22 Rubius citatus tractatu de pluralitate animarum q. 2 et alii. Pro qua solvenda

Suppono ex dictis de heterogeneitate graduum hunc ordi

unū continere aliud eminenter prout condistinctū a continentia formali, quando nec id quod continet habet omnia prædicata formaliter contenti, nec vice versa contentū prædicata continentis; sed tamen continens potest producere contentum vel etiam præstare aliquos effectus contenti: ita sol continet lucem calorem. Formaliter vero continere id dicitur quod vel est ejusdem penitus rationis cū alio quoad prædicata essentialia et quoad præstandos effectus; ita calor continet calorem formaliter. vel etiamsi sit diversæ rationis id quod dicitur continere formaliter potest tamen præstare omnia quæ præstat aliud contentum, licet præter illa continens adhuc alia possit facere. Alij dicunt quando unū præstat omnes effectus alterius, et præterea aliquid aliud tunc unū continet aliud eminenter formaliter; putant cū hoc ipso quod sit diversæ rationis continens intercedere eminentem continentiam. Hoc posito (juxta primā explicationē) dico animā rationalem continere formaliter tantū animam sensitivā et vegetativā; juxta secundā vero explicationem et formaliter et eminenter simul. Patet quia anima rationalis informando subjectū facit illud esse vivere et formaliter vegetativū et sensitivū et principiū eorundem effectuum quorū est anima sensitiva et vegetativa separatim. Confirmatur homo quilibet est non tantū essentialiter et formaliter rationalis sed etiā animal vivens crescit ac sentit formaliter, non per aliud quam per formam nempe animā rationalem Ergo

Dices 2. Differentia inferior non includit in superiori, ergo nec sensitiva anima in rationali; ita ut sit verū dicere anima rationalis est formaliter sensitiva sicuti nec licet dicere rationale est formaliter sensitivū. R. negando consequentiam disparitas est quia illa propositio rationale est formaliter sensitivū accipitur et debet intelligi reduplicative et secundū prædicationes unde falsa est: altera autem non accipitur reduplicative sed tantū specificative ita ut sensus sit anima quæ est formaliter

rationalis est etiam formaliter sensitiva id est iuncta corpori est principium ut quo tam ratiocinationis quam sensationis. Unde bene Rubius ab eadem forma physica ait posse desumi plures differentias quia includit formaliter plures gradus essendi et est fundamentum a quo intellectus sumat plures conceptus formaliter diversos qui tamen se invicem non includunt; ex quo etiam est quod homo includat animal non tamen rationalitas animalitatem quia iam differentiae istae sunt conceptus simplices desumpti ab eadem forma quae sumpta secundum suam integram rationem includit omnes gradus; si tamen sub conceptu limitato concipiatur, ut includens unum non includit alterum.

Dices 2. Una species non includitur formaliter in altera neque de altera praedicatur formaliter ut homo est leo ergo nec una anima includitur formaliter in alia aut de ea praedicatur. Probatur consequentia quia animalia inter se differunt specie. Respondeo distinguendo antecedens species una atoma non includitur in alia atoma concedo, in altera subalterna nego, et nego etiam consequentiam. Ad probationem dico anima sensitiva differt atoma specie a rationali prout dicit solum esse principium sensationis et negationem rationalitatis concedo, prout abstrahit a solo principio sensationis et a principio sensationis simul et principio ratiocinationis nego; hac enim ratione est species subalterna et quasi genus.

Dices 3. Anima rationalis est formaliter incorporea ergo nec formaliter vegetativa aut sensitiva. Probatur consequentia tam gradus corporis prior est et subordinatur gradui animalis rationalis, quam gradus sensitivus aut vegetativus. Ergo vel omnes gradus formaliter continebit anima rationalis vel nullos. Confirmatur gradus sensitivus et vegetativus sunt formaliter corporei ergo. Respondet Rubius distinguendo antecedens argumenti: Anima rationalis est incorporea ut quod concedo ut quo nego. Cuius ratio quia constituitur aliquid in gradu corporis, sicuti in esse vegetativo aut sensitivo et consequenter tam est formaliter corporea ut quo quam sensitiva aut vegetativa ut quo: neque enim repugnat

ter ex se spiritualis esse id quo constituatur compositum formaliter corporeum. Et sicuti non est corporea ut quod ita neque sensitiva ut quod cum neque ipsa dependeat à materia neque etiam vegetetur aut sentiat.

Sectio 2

An Anima sit in toto corpore an vero in aliqua determinata parte illius?

Cum statuerimus supra in uno corpore nempe hominis non esse plures animas sed unicam rationalem quibusdam ultra. Verum Anima rationalis ita sit in homine ut omnes partes quae sunt et continentur in illo animentur et informentur ab illa adeo ut nulla sit quae distinctam habeat formam pro quo.

Suppono primo in homine esse varia membra varijs dispositionibus affecta prout dixi supra quorum aliqua sunt ita necessaria ut deficientibus ijs aut eorum dispositionibus non stet in illo corpore anima, alia non item. Prioris generis sunt cor hepar cerebrum sanguis etc. Secundi generis manus pes capillus dens etc. nervus etc. Hoc posito.

Sententia fuit Hippocratis et Galeni Platonis et aliorum ut refert Zabarella et Albertus M. 2 de Anima tract. animam non esse in toto corpore sed in una tantum determinata parte. Galenus quidem et Plato quia tres admittebant animas rationalem in cerebro sensitivam in corde in hepate vegetativam constituebant. Plerique autem ex antiquioribus unicam admittentibus unicam animam eam in cerebro locarunt. Albertus cum Philosopho in corde, Diogenes vero in cordis auricula. Contra quos

Dicendum Animam quamlibet viventis partem continuam informare. Ita S. Thomas 2 contra gentes c 72 Jandunus 2 de Anima quaestione 8 parte 2. Conimbricenses 2 de Anima c 1 q 9 Rubius tract. de modo quo Anima informat 9 et alij communiter. Probatur primo in toto corpore sunt operationes vitales quia totum corpus nutritur et augetur ergo in toto corpore est Anima. Consequentia probatur quia operationes vitales non possunt elici nisi ab anima substantialiter praesente et informante debent enim elici immediate a vita

seu a principio vitali et in illo recipi unde non potest agere in distans. Ergo ubi debet esse et informare Anima ubi operatur. Probatur 2do Anima est actus corporis organici Ergo constituens et informans Corpus organicum quod non esset si tantum in una parte resideret. Probatur Consequentia non est forma assistens ut patet ex Concilio Viennensi sub Clemente V et habetur in Clementina de summa Trinitate et in Concilio Lateranensi sub Leone X ergo in formans. Probatur subsumptum quia una pars non est heterogenea in se sed ab alijs

Obiectiones ex autoritate Philosophi hinc alicubi desumptis optime respondet S. Thomas citatus, nam aliud est considerare Animam secundum substantiam et in ratione actus aliud secundum operandi principia et in ratione motricis virtutis. Si primo modo consideretur necesse est illa reperiri in toto corpore et in qualibet parte per animam constitutam in ratione viventis esse. Si secundo modo accipiatur in una solum parte totius corporis principali residet anima unde ceteras partes administret. Et concludit hac occasione a quibusdam philosophis dictum est animam esse in aliqua tantum parte corporis. et revera quando Philosophus 7 cap. lib. de motu animalium ait Animam esse sicut principem in suo regno qui non est ubique praesens; et alibi: loquitur solum de Anima tanquam motrice et administratrice, ut patet ex ipsis textibus et ex ratione Cui tribuat principatum cordi dum scilicet 2 de generat. animalium C 4 dicit ideo cordi tribui principatum quia cor primum vivit et moritur ultimum intellige de vita in actu secundo praesertim de motu palpitationis et quare etiam ego cum Philosopho et ceteris libenter concedo animam in ratione motricis in solo corde residere quod experientia constat quia videmus a cordis influxu et motu pendere motum et operationes totius animalis propter quod cor ex se est omnis vitae expers teste Philosopho 3 de part. animal. cap 4 et ratio est quia in corde est officina spirituum tam animalium quam vitalium, quibus deficientibus non fit operatio vitalis aut animalis. Adde si in corde

est appetitus prout multi volunt tum optimo iure attribuitur illi vegetativa animae tanquam motivae quia appetitus q movet potentiam locomotivam

Ex dictis manet probata pars tituli secunda, prima pars ut melius probetur et intelligatur necesse est de singulis partibus corporis et iis omnibus quae in illo corpore continentur sigillatim inquirere an informentur ab Anima. Sit ergo

Sectio 3

An partes fluidae et humores informentur ab Anima?

Humores et partes fluidae minimeque consistentes aliae sunt congenitae aliae postgenitae. Congenitae sunt illae quae communi vocabulo appellantur humores ut sanguis phlegma seu pituita atra bilis seu melancholia, flava bilis seu cholera. Postgenitae sunt lac, spiritus vitales, spiritus animales, semen et faeces inutiles.

Suppono autem primo ex dictis de augmentatione tam sanguinem quam alteros humores ex chylo generari et habere suas functiones phlegma quidem ut partes corporis humectet maxime iuncturas ne exsiccatae inhabiles sint ad motum et ut nutriantur membra phlegmatica ut oculi cerebrum quae si puro sanguine nutrirentur nimio fortasse calore laederentur prout vagatur una cum sanguine per totum pene corpus, flava vero bilis et atra certis includitur locis ut dixi haec quidem in liene locum habet ubi etiam formatur ex attracto per duas venas crassiore sanguine, illa in hepate a chylo secernitur et transmittitur tanquam in proprium receptaculum ad concavam dextrae partis ubi natura providit bursiculam, hinc est ut sicuti quando meatus obstruuntur qui ab hepate ad lienem melancholiam deferunt humor ille per corpus diffunditur et fiant homines atri coloris ita si meatus obstruuntur qui ab hepate ad bursiculam fellis choleram deferunt

hic humor una cum sanguine per corpus diffunditur
et fiunt homines flavi coloris et aquirunt morbum
regium.

Supono 2do Spiritus vitales fieri ex sanguine in
corde nec aliud sunt quam partes calidiores atque
puriores sanguinis ad purum incocti qui ob subtilita
tem et calorem ita vocantur, isque compressione si-
nuum cordis per motum dilatationis et restrictionis expulsi
in totum corpus per venas et arterias diffunduntur
et pulsum in variis partibus efficiunt ex quo medici sani
tatem explorant, ex his spiritibus vitalibus fiunt ani
males, imo sunt iidem tantum accidentaliter alterati
ut bene Albertus de spiritu et respirat. lib. 1 tract. 3
nam vitales spiritus exeuntes à corde ubi est illorum officina
in cerebri cellulas evolant ac ibi refrigerati à cerebro
dicuntur animales

Supono 3tio etiam lac comprehendi sub sangui
ne et non nisi accidentaliter differre ab illo qui per venas
ad ubera attractus ibique de novo concoctus et a glandosa mammarum
substantia ac [illegible] teste philosopho in albedinem et dul
cedinem alteratur ad conservationem et sustentationem prolis
institutum ideoque lege ordinaria lac foeminis tantum conceditur
quamvis Aristoteles historia de animalibus c 2 concedat fieri posse
lac etiam in maribus sed rarissime, quibus etiam natura non
dedit mamillas ad istum usum sed ad munimentum cordis ut vigent
idem philosophus 4 de part. animal. c 10. Porro quod spectat ad
lactis efformationem concepto iam foetu etenim alio tempore nisi
raro efformatur ideoque in puellis minoribus et in vetulis quae
concipere non possunt non gignitur nec prius quam tertio vel
quarto mense ut docet Hippocrates quia tunc foetus iam efformatus non
indiget multo sanguine quo prius opus erat ad organisationem et
fabricam animalis, cessat autem lactis efformatio concepto foetu de novo
ex Aristotele 4 de generat. animal c 8. quod est apertum indicium eandem
esse materiam ex qua lac et foetus ipse fabricatur nempe sanguinem.

Supono 4to quando dicitur semen esse superfluum alimenti ultimi
non esse sensum quod natura per potentiam suam illud excludat et reiiciat
et

tanquam partem inutilem et feculentiorem alimenti sed accipitur pro ultima parte alimenti quod abundat ex nutritione partium viventis eo quod tales partes non indigeant alimento tanto, quod ideo dicitur excrementum quia est extra crementum et augmentationem seu nutritionem requisitam pro tali parte viventis. Dicitur etiam utile id est purum et defaecatum ad contradistinctionem alterius excrementi inutilis. Latius autem accepitur prout etiam convenit plantis significat ipsos etiam fructus: quare ubi natura de alimento accepit pro se quantum satis est ex reliquo facit semen, et hoc propter finem quem natura intendit nempe conservare se primo in individuo et deinde quia non potest semper se perennare saltem in specie generando aliquid simile sibi. His positis

DICO 1. Sanguinem non esse animatum ita Soares 3 p tom 1 d 15 s 6. Vasquez ibidem d 36 Rubius lib 2 de Anima tractatu de modo quo informat Corpus q 8 et media communiter cum Philosophis recentioribus contra Toletum hic lib 2 q 4 Hurtadum 1 de Anima s 6 Valentiam Caietanum et alios Thomistas. Probatur quia hoc est conformius principiis Aristotelis, principiis fidei et rationi

1mo enim Arist. 3 de historia animalium c 19 et 2 de partibus c 3 docet sanguinem esse ultimum viventis alimentum atque materiam ideoque diffusum per totum corpus ad nutritionem. Ergo per Aristotelem sanguis non est animatus. Probatur consequentia quia idem Philosophus 1 de generat. t 38 et 2 de Anima t 44 docet alimentum esse diversum naturae ab alito unde etiam loco supra citato sanguis inquit et quod sanguini proportionale respondet potentia est corpus et caro. 2do Concilium Tridentinum Sess. 13 cap 3 dicit per verba consecrationis in Eucharistia poni sub speciebus panis Corpus ex vi verborum, sanguinem autem solum per concomitantiam Ergo per Concilium Tridentinum sanguis Christi non est pars animata Corporis humani quemadmodum ossa vel caro alioqui non minus quam ossa vel caro esset sanguis sub speciebus panis ex vi verborum consecrationis. 3tio ratione duplici probatur una a posteriori communi omnium

humoribus quia sanguis nullam habet operationem vitae non sentit ut Aristoteles 3 de historia animalium c. 19 non nutritur neque augetur ab intrinseco sed per solam extrinsecam appositionem sicuti aqua. A priori est sanguis non est continua pars cum reliquis partibus viventis Ergo non informatur eadem Anima. Probatur consequentia ex communi opinione quae tenet non posse unam formam duas materias discontinuas informare naturaliter. Antecedens probatur ex Philosopho 2 de partibus c. 3 ubi habet non enim sanguis continuus carni neque cognatus est sed in corde et venis quasi vasculis continetur

Obijcies 1. Auctoritatem Scripturae et Conciliorum nam Levitici 17 dicitur quod Anima carnis in sanguine est et Deuteronomij 12 Sanguis enim pro anima est. In Concilio Ephesino epistola ad Nestorium definitur Verbum Divinum assumpsisse veram carnem et sanguinem: et ex Tridentino sess. 13 cap. 3 numeratur sanguis inter veras partes corporis Christi. Ergo si sanguis non est animatus sequeretur Verbum non solum humanam naturam et corpus humanum per animam constitutum assumpsisse, sed etiam aliam naturam per aliam formam constitutam. Respondeo ad primum cum D. Augustino dicit q. 18 animam dici esse in sanguine quia Animalis vita maxime pendet a sanguine ratione cuius bene etiam explicatur secundus locus. et universim loquendo quando sanguis dicitur animari ut advertit Suarez citatus et ipse Toletus sensit idem ac converti in animatum nempe in corpus animalis quod est animatum quasi animari sit fieri animatum per conversionem. Ad auctoritatem Conciliorum concedo totum argumentum et dico Verbum non solum assumpsisse partes animatas sed quidquid est de veritate et integritate humanae (naturae seu corporis humani etiamsi per aliam formam sit constitutum, primo quidem et per se animatas partes secundario reliquas connexas quae omnes etiamsi non constituant unam naturam simplicem et partialem constituunt tamen totalem et compositam ex pluribus partialibus. pertinet autem ad integritatem corporis humani sanguis

qui licet non sit pars integralis componens partem essentialem ut sunt partes materiae quae immediate informantur ab anima rationali; est tamen pars integralis requisita ad tale totum et ad conservationem illius, cuius defectu sequitur connaturaliter defectus corporis humani vivi. Ex quo etiam patet quid sit dicendum ad Philosophum quando 2 de partibus c. 2 et alibi sanguinem vocat partem Animalis. Vide Joannem de Lugo professorem N. tomo de incarnatione d. 17 s. 2 ubi fuse et bene probat nostram conclusionem.

Dices 1. Si sanguis est pars corporis modo dicto ergo primo ex vi verborum in Eucharistia sub speciebus panis. R. negando sequelam nam solum primo ex vi verborum corpus consistens ex partibus quae sunt subiectum animae, prout in definitione Animae anima dicitur esse actus corporis organici quae est propria et rigorosa significatio corporis, caeterae partes ponuntur per concomitantiam propter naturalem connexionem cum corpore Christi quae remanserunt non amplius unitae.

Dices 2. Si Deus assumpsit etiam sanguinem habentem aliam formam assumpsit duas naturas completas hoc non potest dici ergo. Maior patet minor probatur hac ratione sicuti homo dicitur Deus ita etiam diceretur sanguis Deus et homo diceretur sanguis per communicationem idiomatum, nam sic homo est Deus, sic sanguis est Deus ergo hic sanguis est homo quae omnia sunt inaudita. R. negando sequelam maioris nam ut advertit S. Thomas 3 p. q. 54 a. sanguis non est alia natura simpliciter ab humana sed aliquid humanae naturae et pars humanitatis quia licet habeat propriam formam subordinatur tamen materiae informatae anima rationali in ordine ad eius munia, et ita in modo loquendi et sensu communi nomine corporis humani intelligimus etiam partes integrales secundarias et non essentiales et hac etiam ratione sufficienter dicitur Christus ex virgine traxisse corpus quatenus ex aliquo eius tempore sanguine formatum est nec propterea Deus dici potest sanguis

uti dici potest Deus est homo nam subsistentia divina
uti propter suam infinitatem soli toti naturae humanae
tribuit rationem personae non autem singulis partibus ita
etiam parti ut parti non tribuit communicationem idiomatum
sed ad summum tribuit rationem subsistentis. vide Vasquez
supra n° 36 et Joannem de Lugo citatum

Objicies 2 Sanguini convenit motus localis pro
prius viventium. Ergo vivit. Probatur Antecedens movetur ad omnes
partes ad faciem in pudore, ad intima in timore etc. Respondeo
negando Antecedens nam sanguis movetur ab extrinseco impellente
scilicet ab anima per suam potentiam expulsivam vel attracti
vam sicuti etiam sudor et alia huiusmodi vel a motu dila
tationis et restrictionis cordis quem systole et diastole
vocant, vel certe simpatia et secreta connexione cum
animi affectibus: unde fit ut quamdiu illam pudeat
et apprehendat vehementer rem aut objectum dedecens etiamsi
nolit sanguis ad faciem currit deserens interiora. Et e con
trario in timore ad cor se recipit, cessante autem passione
rursus more solito dispergitur per corpus. Cuius rei ra
tio forte est quod facta apprehensione vehementi objecti inde
centis imperatur ab appetitu sensitivo cordi motus quidam
compressionis quo sanguis ad faciem propellitur et quamdiu
manet talis apprehensio vehemens etiamsi anima actu inefficaci
velit cessare illam apprehensionem non tamen desinit usque dum
apprehensionem corrigat. Confirmatur quia in timore etiam sudore
puti asseruntur etc. qui tamen certum est non vivere.

Dico 2 Humores tres alios congenitos spiritus vitales
et animales lac non vivere nec forma viventis informari
Est communis sententia auctorum et patet ex praecedenti conclusione
cuius probationes ex auctoritate philosophi et ratione desumptae
huc applicari debent

Dico 3. Semen in plantis vivit. Probatur informatur
anima plantae fructus. Ergo vivit. Probatur Antecedens fructus crescit et
nutritur sicuti planta. Ergo informatur anima plantae. Sed ut
videmus in plantis semen est fructus. Ergo.

Dico 4 In iis qui habent sanguinem semen distin
guitur substantialiter a sanguine iuxta probabilem sententiam
Probatur semen per suam naturam et entitatem radicaliter et per suam

accidentia formaliter habet formalitatem vim organorum requisitorum pro vivente simili illi cuius est semen quod non videtur habere sanguis ergo

Dico ultimo semen non vivit in animantibus sensitivis probatur 3ᵒ ex philosopho 2 de anima t. 10 ubi ait semen esse excrementum et tantum vivere potestate non actu

2ᵒ semen non est continuum cum parte aliqua viventis sed est humor fluidus sicut sanguis et alii humores. Ergo confirmatur non spectat per se ad bonum viventis sed ad bonum prolis ut patet

Sectio 4

An partes siccæ et solidæ sint animatæ?

Aristoteles 2 de part. c 2 siccas inquit et solidas partes sunt os, spina nervus vena et c 9 annumerat ossibus cartilaginem et 2 de generat. animal. c 4 etiam dentes adiungit, de quibus sicuti et de unguibus et cornibus postea; nomine etiam partium solidarum veniunt cutis et membranæ. pro quibus

Nota 1 ex Aristotele 2 de partibus c 9 ossa a natura instituta tanquam firmum carnis sustentaculum quæ ex uno osse continua esse videntur essent: nam si quod os separatum esset accideret inquit ut neque officio fungi posset flectendi et dirigendi et laedere procul dubio posset quasi spina vel speculum carni infixum. principium autem ossium est spina dorsi propter compactionem cum spina et inter se mediantibus nervis vinculis tendonibus et cartilagine fieri declarat iisdem his verbis spina longitudinem ac rectitudinem continet animalis, sed cum corpus inflecti per motus necesse sit ita constat ut et una sit propter continuitatem et multipartita propter vertebrarum distinctionem.

Nota 2 nervos iuxta Hippocratem et Galenum oriri a cerebro et si prius putet a corde sed constat sententia medicorum ex sectionibus in quibus omnes nervi videntur iungi cerebro vel medullæ spinali quæ est propago cerebri: sunt autem nervi illæ partes oblongæ corporis quæ difficulter incidunter et instar funium protenduntur ad nervos autem nervorumque naturam pertinent ligamina seu vincula quibus ossa vel articuli colligantur partes scilicet firmæ ac bene validæ quarum copulationis nexum animal violento motu movetur ossa abinvicem facile seiungeretur. inter nervos vero vincula quasi media natura tendones numerantur et sunt partes nervo duriores vinculo molliores quæ ex fibris compactæ nervorum et vinculorum

ad hoc sunt a natura fabricata ut magna pondera membrorum ossiumque transferant. Demum Cartilago est pars illa Corporis in latum expansa instar chartæ quam ab osse differre solum secundum minorem durities docet Philosophus 2 de part. c. 9 ac propterea valde probabile est non sentire Cartilaginem sicuti nec cuncta quæ accedunt ad naturam ossis.

Nota 3. Probabilius esse venas oriri à Corde ut patet in vena arteriali quia a corde dispergitur omnibus membris materia alimenti et spiritus vitales, sunt autem venæ instar vasculorum et Canalium per quos sanguis decurrit.

Nota 4 Cutis est veluti Corium quo totum animal vestitur in corio autem seu pelle est duplex pars; altera proprie dicta cutis quæ totum animal immediate vestit, altera cuticula ipsam immediate supervestit et dicitur cuticula, pellicula est similis cui ipsæ quæ duæ partes inter se distinguuntur et separantur ut patet, quando ex aliqua adustione nascitur vesicula ubi aliquis humor intercipitur inter utramque. Ex quo colligitur probabile esse cuticulam insensibilem esse non enim sentit dum cuspide ferro aperitur, cutem vero esse maxime sensibilem.

Nota 5 Membranas esse tunicas oculi quæ autem tegit calvariam dicitur pericranium. Meninges autem dicuntur membranæ quæ tegunt cerebrum

Dico 1. Ossa sunt partes animalis informatæ anima viventе. Est communiter cum Philosopho 2 de part. c. 6 ubi docet inesse illis alimentum et addit in ossibus esse teporem sufficientem ad concoquendum sanguinem quamvis proxima eorum materia alimenti censeatur plerumque medulla. Probatur licet enim sentiant ossa crescunt + et augmentantur et non per iuxtapositionem neque ut excrementa. Ergo. Patet Antecedens quoad primam partem solida enim non augentur aliter. Secunda etiam pars probatur quia ossa natura non egerit nec extrudit sed intra se conservat tanquam fulcra. Ergo

Dico 2. Venæ nervi ligamina tendones sunt partes viventis animatæ ita etiam Communiter Doctores Probatur 1mo experientia constat augeri et nutriri per intrinsecam susceptionem alimenti Probatur 2do experientia constat quod sunt unitæ carni et partibus viventibus id est Cordi vel cerebro. Ergo informantur cum illis eadem anima. Ergo vivunt. Confirmatur in nervis potissimum sentimus dolorem iuxta Medicos et experientia

Dico 3 Etiam Cartilago est pars animata Probatur quia per principium non differt ab osse nisi quod sit mollior. Ergo rationes probantes os esse vivum idem probant de cartilagine.

Dico 4 Cutis et membranae sunt partes animatae viventes. Probatur experientia Constat cutem esse valde sensibilem et nutriri per venulas ac per susceptionem alimenti uniformiter augeri; quod idem videre est in membranulis, quare cuticula animata non est cum nullam sensationem nec nutritionem habeat eo quod nulla arteria seu vena transeat per illam et a cuticula omnia vasa sanguinem deferentia finiuntur. Et ideo dici potest cuticulam esse cutis excrementum, unde adverterunt aliqui in foetu non dum perfecto non esse cuticulam sed solum cutim apparere rubram

Sectio 5

An partes quaedam mediae sint Animatae?

Partes mediae quasi naturam participantes inter fluidas et solidas sunt cerebrum medulla, adeps solum caro et pinguedo

Nota 1 Cerebrum in Capite continetur accipiendo Caput late pro omni quod extra collum est, in quo sensu dividitur Caput in faciem et in calvariam quae est testa Capitis, stricte tantum pro sola parte capillata acceptum et prout cerebrum tegit dicitur coronam mediam quae est vertex, cuius pars anterior ad frontem dicitur sinciput posterior ad collum occiput, partes ad latera dicuntur tempora, calvaria autem quae omnia comprehendit hoc ordine primo sunt capilli secundo cuticula cui adhaerent capilli, tertio cutis, quarto panniculus carnosus, quinto alia pellis quae dicitur pericranium, sexto est ipsum os quod dicitur cranium septimo est pellis dura quae dicitur meninx seu dura mater octavo est alia pellis mollior et tenuior quae dicitur pia mater ultimo est ipsum cerebrum quod his meningibus involvitur.
Cerebrum autem dividitur in duas partes in anteriorem et posteriorem quae tamen continuantur in uno. Porro totum cerebrum ut habetur ex dictis et ex Anatomia continuatur cum medulla spinali seu dorso quae continuatio satis est ut cerebrum possit animari Continuatur tamen adhuc cum meningibus, quarum una scilicet exterior cuius suturas egressa continuatur cum pericranio pericranium vero cum reliquis partibus, uno ut adverterunt Anatomici

meninges non solum involvunt cranium seu cerebrum sed etiam in eius sinus ac partes se insinuant. Medulla spinalis ac dorsi quibusdam pelliculis involuta est non dissimilis a dura vel pia matre et cum meninges undequaque cerebrum involvant continuatum cum medulla spinali, opus est ut continuentur utriusque tegumenta ac meninges. Quod si Philosophus 2o de part. c. 7o videtur excludere cerebrum a partibus continuis his verbis nec inter partes continuas numerandum sed sui generis est, nullam enim cum partibus quae sensum obtinent sentiendi continuitatem habere patet dum [illegible] tum maxime quod dum tangitur nullum efficit sensum. Dicendum est non esse mentem Philosophi quod nullo modo continuetur saltem cum spina dorsi, sed quod non continuetur cum aliqua alia parte ita ut ratione continuationis sentiat nam idem Philosophus 1 de historia animal. c. 16 post multa ait continent cerebrum membranae duae altera ossi adhaerens valida, altera ipsum cerebrum attingens infirmior est bipartitum omnium cerebrum postremumque iungit quod cerebellum vocatur.

Difficultas est quomodo cerebrum nutriatur cum enim per Philosophum citatum substantia cerebri careat sanguine ac nullam in eo venam deprehendere sit ac prae ceteris partibus sit frigidum videtur non nutriri. Nihilominus dicendum posse nutriri a pituita, item meninges plenae sunt venulis refertis sanguine ex quibus potest dici nutriri cerebrum quod ipsum concedit Philosophus 2 de partibus c. 7 neque rationes allatae supra convincunt nam etiam ossa non habent venas et tamen nutriuntur. De usu etiam cerebri disputatur inter Philosophum ac Peripateticos et Galenum ac medicos nam Aristoteles inquit adversus cordis calorem cerebrum natura molita est nempe ut aliqualiter illum temperet.

Nota 2 dissensionem esse inter medicos et Philosophos an medulla animalium sit alimentum ossis an vero excrementum. Medici cum Galeno 3 de naturalibus facultatibus cap. ultimo docent medullam esse ossium alimentum. Peripatetici cum Philosopho 2 de part. c. docent medullam esse excrementum verum facile conciliari possunt distinguendo duplicem medullae partem seu medullam a succo, medulla enim est pars crassior, succus vero eiusdem medullae pars tenuis et subtilis, et tali succo dici possunt ossa nutriri quem per poros attrahunt reiectis partibus crassioribus tanquam excrementis. Conveniunt tamen in hoc quod medulla ossalis distinguatur a spinali seu ab ea quae est in spina dorsi. Haec eiusdem naturae cum cerebro est ut dixi, illa similis adipi aut sevo ut patet in animalibus unde etiam medulla in ossibus facile resolvitur ad ignem non item spinalis

Nota 3. ex Pho 2. de part. c. 5. adipem et sebum esse sanguinem concretum et sebum inter se differre ratione maioris siccitatis et terrestreitatis, unde ait quamobrem nullum ex iis quae sanguine carent vel adipem habent vel sebum, quoniam cum sanguis corpulentior est hic sebum potius habent sebum enim terrenum est et animalia quae non utrinque dentata sunt sed cornigera habent sebum, naturam enim cornu refertam esse huiusmodi alimento patet ex eo quod cornua gerant quae omnia natura sunt arida et terrea: at vero genus utrinque dentatum et cornu expers sicce sebum adipem habet qui non cogitur neque siccitate frangitur quoniam eius natura minus terrea est.

Quod spectat ad generationem adipis et sebi placet sententia cuiusdam medici qui ait adipis natura est portio sanguinis pinguis et aerei quae dum per tenues venarum tunicas roris instar exudat et ad frigidas partes ac membranas labitur a debili nativo calore qui mediocris pro frigore est concrescit cogiturque. Idem cum proportione dicendum de sebo, hinc est ut adeps frigidus dici possit in comparatione sanguinis magis calidi et fieri defectu maioris caloris. Hinc enim est ut animalia obesa et pinguia frigidiora sunt. Locus autem ubi generatur adeps non est unus praecipue tamen sub cute circa ventrem et renes tanquam partes frigidiores generatur quae sua densitate ibi sanguinem retinent et refrigerant quare animalia quae habent pelles duriores et crassiores sunt pinguiora ut sues

Dico 1. Cerebrum et medulla spinalis sunt partes animatae. Pbr 1mo quia continuantur cum partibus reliquis viventibus et animantibus ut cum membranis etc. 2do cerebrum et medulla spinalis sunt partes praecipuae in animali unde dicuntur nervi qui sunt instrumenta sensuum ergo informantur ab eadem anima

Dico 2. Medullae ossales non sunt partes animatae. Pbr 1mo per pham non differunt a sanguine: sed sanguis non est animatus ergo nec medullae. Confirmatur medullae ossales sunt proximum alimentum ossis et sanguinei coloris. Ratio a priori est non continuantur cum partibus animatis sed veluti in vasculis pinguedo aliqua continentur.

Dico 3. Adeps et sebum non sunt partes animatae. Pbr per phum non differunt a sanguine nisi accidentaliter ergo. 2do non habent terminum magnitudinis ut animata 3tio sunt partes advenientes animali et augentes

Dices in pinguedine in pinguedine carnis communiter venulae sicuti in reliquis partibus animalis. Rx non esse venulas sed particulas sanguinis non bene concoctas nec adhuc habentes colorem adipis

Dico ultimo. Carnem esse partem animalis animatam Pbr ex pho qui carnem sine prima dicit esse aequivoce carnem 2do experientia qua unusquisque carnem nutriri, augeri sentire 3tio quia caro pertinet ad primam animalis compositionem

Sectio 6

An partes excrementitiae sint animatae?

Communiter partes excrementitiae censentur esse ungues, ungulae, cornua, rostra, dentes. Item pili capilli plumae squamae quae non ita sunt excrementitiae partes ut nullum habeant usum in animali, cum natura adhibuit ungues ungulas ad defensionem pilos ad ornatum etc.

Nota autem 1mo Capillos et pilos et quae in aliis animalibus proportione respondent ita produci antequam cibus decoctus in substantiam aliti convertatur excrementa quaedam secernuntur ex quibus capilli seu pili formantur. Excrementum illud quod secernitur à bono alimento durum cutis et carnis ... per poros expellitur vi ac virtute animae expulsivam reliqua pars sequens partem anteriorem ... et [illegible]. Si ergo sit excrementum tenue ac viscosum et pori non nimis aperti facile ... adhaeret et cuti atque aliquantulum exsiccatum transit in naturam pilorum qui configurationem figurae ... Unde teste Galeno 2 de temperamento crispitudo oritur ex ipsa duritie cutis seu potius ... tortuosa pororum ratione cuius non feruntur recta sed quasi intorquentur, quamvis Aristoteles 2 de generat. animal. c 3 dicat crispari ex certa gradu complexione exhalationis, quae facit ut duplici motu capillus extrudatur et intorqueatur. Crescunt ergo capilli non per veram augmentationem ex ulteriori alimento intus attracto sed ex in ultimi materia ad radices applicata extruduntur in longum. Unde Aristoteles 2 de generat. animal. c ... canities capillorum ex Aristotele de generat. animal. c 4 aut a morbo oritur aut à senio nimium ob inopiam caloris. Materia pilorum humidior requirit concoqui et calore aeris ambientis putrescit. Calvitium eodem Aristotele loco c 3 est amissio seu defluxus pilorum capitis, quae ex inopia humoris calidi et pinguis oritur.

Nota 2 maiorem esse difficultatem de plumis et pennis avium, nam videntur anyum ... ornata eadem semper figura et proportione totius et partium in omnia dimensione et servat eadem dispositionem et picturam colorum, imo si forte contingat has pennas ex parte resecari iterum recuperantur omnia iuxta pristinum, quod non videtur commode explicari posse per additionem et ... positionem materiae reiectaneae et excrementi, aliunde tamen non videtur sufficiens ratio ... quare dici potest plumas et pennas eandem figuram partium colorumque ideo servare et amissa recuperare, quia materia illa reiectanea ex qua fiunt plumae non est eiusdem rationis cum temperie ... partium, unde provenit ut in diversis illius partibus diversae rationis et temperiei etiam diversi color diversaque gravitas levitas dicuntur ex inaequalitate vaporis excrementitii; proinde plumae ex parte saltem recuperat amissam figuram. quia iterum partes excrementitiae eiusdem rationis ... gravitate dicuntur per motum expulsionis facile disgregantur. Sed quanta hic habeant verisimilitudinem dicam infra.

Nota 3 dentis officium esse cibos dividere quod faciunt anteriores qui acuti sunt et ... incisorii; postea sunt medii seu canini tandem molares, nascuntur autem per intervalla et ...

Dico 1 pili capilli ungues singuli non sunt partes animatae. Ita communiter ... Aristoteles ... lib. 3 de histor. animal c 11 docet pilos et ungues crescere etiam in mortuis. Probatur experientia qua constat illos augeri non per intussusceptionem sed per iuxtapositionem, quod maxime inde patet quando in albo ungue ... maculae, ascendunt illae ad summitatem unguis prout sensim fit additio materiae ad radicem ... non quia non crescunt in omnem dimensionem.

Obiicies 1. Datur morbus quidam qui dicitur plica polona quo morbo capilli ita torquentur ... et ad instar avenae rigidi ... quos si pungas dicitur sanguis, si rescindas moritur. Ergo capilli sunt animati. Respondeo admisso antecedenti et experientia de qua etiam libri scripsit ... polonia qui primus dicitur hunc morbum ante paucos annos fatariis curasse, nego consequentiam. Hoc ... sufficiens animi indicium, nam quod ita turgescant et repleantur humore aut sanguine ... videre potest etiamsi non sint animati. Neque mirum est capillos ita tenues atque subtiles cavos habere et poros et sic postea turgescere sicuti turgescunt plumae avium, nam certum est quorundam animalculorum membra ut minus cavum pedes minutissimos esse et tamen habere intra se cavitates poros et organa varia motus et sensus. Quod autem capilli taliter affecti causent dolorem si pungantur aut mortem si rescindantur. Ratio esse potest quia hac ratione ingreditur aer et humor ... partes capitis extremas alias male affectas

Dices pars pilorum quae est prope cutim est alba et substantiae veluti corneae. Ergo ... negando consequentiam. Ratio autem antecedentis est quia adhuc intra cutim non sunt perfectae dispositiones pro colore pili: dolet autem caput aut sentit pellis si extrahantur pili quia ... ratione sui ... et trahi distendunt pellem et venulas aliquas maxime in ...

Obiicies 2. Ad ungues est venula atque arteria quae sunt organa vitae. Ergo ungues sunt animati. Respondeo negando consequentiam nam ad hoc ut aliquid sit animatum non satis est quod eo pertingant hic vitae instrumenta sed etiam debent illi animi vel certe esse ubique disposita et diffusa per ungues quod non fit.

Dices ungues sentiunt secundum radices etiamsi ut ... partes superiores ... sentiant quia cum aliis partibus continuantur sicuti pars ... secari cum parte ... viridis ... ungues non sentire sed partes illis vicinas participant autem partes unguium cum partibus vicinis quibus infiguntur

Dico 2 probabile mihi est plumas esse animatas. Ratio est quia videntur nutriri per intussusceptionem alimenti ut apparet ex eo quod partes plumarum intra carnem primum quidem sunt plenae sanguine postea albo sicco, Confirmatur plumae videntur habere medullam quandam et quasi venulas dispersas sicuti videre est in folijs. Deinde tanta varietas colorum et quae stabiliter dispersa et quae succrescat etiam abscissa pluma, non potest sufficienter explicari per solam extrusionem excrementi.

Dices plumae per se aliquando excidunt ergo signum est quod non sunt continuae. Resp. sicuti aliae partes in homine possunt mori et discontinuari ut apparet in carne mortua in dentibus quando excidunt ita etiam plumae, quod tamen non infert illas prius non fuisse continuas. neque dicas hac ratione etiam pilos fore animatos, nam non militat eadem ratio in pilis qui ex natura sua videntur esse partes excrementitiae et potius ad ornatum aliquem, plumae autem videntur necessariae esse avibus.

Dico 3 probabile est dentes esse animatos ita communiter autores contra Fandinum lib 3 de partibus homogeneis c 4 prob. Dentes augentur per intussusceptionem succi, quod videtur arguere cavitas radicis in qua venulae et nervi terminantur et per quos alimentum submittitur. Ergo nutriuntur. 2do Dentes sunt eiusdem naturae cum osse teste Arist. 2 de generat. animalium c 4

Obijcies 1 Dentes postmodum primo adveniunt Ergo non sunt animati. prob. consequentia nam natura omnes partes animabiles in principio statim producit. Resp. 1mo distinguendo antecedens postmodum adveniunt quoad esse integrum transeat quoad radicem nego. Resp. 2do negando consequentiam ad probationem dico naturam non dare semper omnia, quae debent animari, in principio, patet in plumis. Item in alijs partibus quae per nutritionem adveniunt. Ratio autem specialis de dentibus est quia non sunt usui infantibus statim in principio unde fit ut quaedam animalia quibus statim sunt usui dentes cum ijs nascantur ut hinnuli etc.

Obijcies 2 Dentes nascuntur ex materia

excrementitia quae etiam in cornua abit ut patet in animantibus cornutis. R. negando antecedens et esto animalia cornuta materiam et alimentum dentium protrudant ad cornua, hoc tamen non arguit dentes non nutriri per intussusceptionem, sed tantum quod etiam in cornua abeat pars boni alimenti quod nihil est contra me, cum saepe una cum excrementis etiam bonum alimentum egeratur.

CXXIum Ex dictis collige omnes partes hominis animatas animari anima rationali, in reliquis animalibus anima sensitiva secundum ultimum illius animae gradum, licet operationem illius ultimi gradus non exerceat utrobique ob defectum dispositionum et organorum. Ratio est quia impossibile est ab una forma tribui materiae gradum genericum sine specifico cum uterque consistat in eadem illius formae entitate. Ergo anima non potest tribuere gradum mixti sine gradu viventis, nec gradum viventis sine sensitivo etc. Quod autem in osse anima non sentiat, non obstat quia etiam in aure anima non videt et tamen non ideo diversos gradus tribuit oculo et auri. Oritur ergo hoc ex defectu dispositionum et organorum. Vide hac de re sicuti de tota doctrina auctores in praesenti Sandinum Conimbricenses Rubium Hurtadum etc.

Quaestio 3

De Divisibilitate Animarum

Hac quaestione illud in primis discutiemus quod supra visi sumus supponere nempe animas brutorum divisibiles, occasione cuius examinabimus alteram longe difficiliorem quaestionem ~~[illegible]~~ an anima rationalis divisibilis sit an materialis an demum mortalis vel contra.

Sectio 1

An Animae Brutorum sint divisibiles?

Quaestio haec est de divisibilitate animarum quoad partes integrales; et quidem quod attinet ad animas vegetativas certum videtur et supponitur apud auctores ut videre est apud Rubium

tractatu de modo quo Anima informat Corpus q 2 eas esse
divisibiles et per plures suas partes informare plures partes
subiecti: imo etiam Animas sensitivas animalium imperfectorum
quae insecta dicuntur esse extensas et divisibiles fere supponit
ita ut Hurtadus Sec. § 4 dicat nullum asserere contrarium. Probatur
imprimis authoritate Philosophi tum alibi tum maxime lib. de
longitudine et brevitate vitae c ultimo, ubi expresse hoc docet;
tum experientia quam etiam adducit S. Augustinus lib. de
quantitate Animae c 31 qua vidit bestiolam et multipedem
divisam a se in plures partes quarum quaelibet ita se movebat
et si pungeretur contrahebat, ac si integrum esset animal. In
quo et similibus casibus non potest dici quod a vitalibus spiritibus
fiat iste motus, contractionis ut patet: neque etiam quod facta
divisione duae novae animae indivisibiles in duas a se divisas
partes introducantur, quando quidem nunquam videmus ad corruptionem
unius viventis immediate fieri transitum in aliud compositum
vivens, sed composito vivente corrupto succedere cadaver
quod fit ex divisione viventis: unde stat ipsam animam divisibilem
et per consequens esse divisibilem. Controversia ergo est solum
utrum Animae perfectorum animalium ut est equi bovis etc. sint
divisibiles et extensae. Negativam tenet S. Thomas 1 p. q 76
et Thomistae Conimbricenses hic lib 2 c 1 q 8 a 3 Soares
lib 1 de Anima c 13 de qua posthumi operis executor dicit
quod illam solum ut probabilem propter autoritatem S. Thomae censuit
et contrariam ut probabilissimam, tum d 5 Metaph. § 10 n 32
tum vero hic c 2 n 19.

Dicendum tamen Animas brutorum et animantium
irrationalium etiam perfectorum esse divisibiles. Ita Pererius lib
c 3. Toletus hic lib 2 q 5 Concl. 2. Rubius citatus q 3
Hurtadus Gardinus et alii. Probatur primo Consequentia ex Hurtado ad
hominem contra Thomistas quia ipsi aiunt non posse accidens
mutare subiectum etiam partiale. Ergo non potest forma materialis
mutare subiectum totale: at illud mutaret in eorundem
sententia quia discedente per continuam actionem caloris
naturalis tota illa materia quae disposita fuit in primo instanti
generationis non perit forma sed recipitur in materiam
succedentem. Ergo mutat subiectum totale vel ad minus partiale.
Probatur 2do Omissis aliorum rationibus quae forte eludi possunt

Animae etiam perfectorum animantium pendent a materia-
ut a subiecto. Ergo sunt divisibiles et extensae. Prob. Consequentia
non potest res indivisibilis pendere a subiecto divisibili in
genere causae materialis. Ergo si Animae pendent a mate
ria divisibiles sunt. Antecedens in quo est difficultas tota
prob. si res indivisibilis dependeret a materia divisibili
v.g. palmari, vel dependeret ab omnibus partibus et singulis
quas informat tanquam a causis totalibus totaliter concur
rentibus; vel certe partialiter partialitate causae. Non primum
quia in physicis ostendimus eundem effectum etiam de poten
tia absoluta non posse pendere a duabus causis totalibus; et
saltem iuxta communem sententiam non potest id fieri na
turaliter: non secundum quia ubicumque est aliquis effectus
debet esse eius adaequata causalitas saltem naturaliter
quod verissimum est in causa materiali quae non potest cau
sare effectum nisi sibi intime praesentem et per causalitatem
quae sit sustentatio. Ergo cum forma supponatur tota exi
stens in prima particula materiae ubi debet esse eius adae
quata causalitas- et sic vel reliquae partes materiae causa-
bunt effectum per causalitatem a se distantem, vel certe per
plures causalitates totales et adaequatas: deinde sequeretur
quod in nutritione continue mutaretur tota actio cum
semper aliquid de novo subiecto et materiali causae ad-
veniat quod non debet admitti nisi summa cogente
necessitate

Obijcies Ex Arte lib de iuventute et senectute c.)
Colligi animas animalium perfectorum esse indivisibiles
imperfectorum vero esse divisibiles et confirmatur manifeste
experientia nam cauda lacertulae abscissa vivit, non item
pes equi. R. Aristoteles mentem esse animam in animalibus
perfectis esse indivisibilem in ordine ad effectum vivendi
quia separata pars animalis perfecti ut dixi non vivit
quare si aliquando moveantur iuxta illud Virgilii Caius
in frusta secant verubusque trementia figunt talis motus
refunditur ad spiritus non ad animam nam idem etiam

accidit in homine: at vero insecta ut ibidem dicit habent
se sicuti inanimata quia per divisionem non perdunt for
mas saltem statim

Difficultas est reddere rationem huius diversitatis inter ani
mas insectorum et animalium perfectorum. Hurtadus respondet pri
rationem esse ipsam animantium figuram in perfectis
quia magis dependet a consensione omnium partium, respondet
quo perfectiones sunt formae eo maiorem esse dependentiam
unius partis ab alia propter maiorem consensionem et commu
nicationem spirituum vitalium sanguinis et quae fiunt a prin
cipalibus partibus. Sed meo iudicio non plene reddit ra
tionem. Quare dico insectorum partes etiam divisas ideo
vivere et exercere operationes quia videntur multum
accedere et participare de compositis homogeneis, quorum
partes quaelibet habent rationem totius; contra vero
animalia perfecta multum discedunt ab homogeneis. Deinde
sicuti insecta non habent magnam membrorum et orga
norum diversitatem neque etiam instrumenta sensus pri
sertim tactus pendent a capite, sed sunt diffusa per totum
corpus quasi sine dependentia a capite, fit ut etiam appetitus
et phantasia quae in illis sunt imperfectissima, sunt diffusa
per totum. Proinde separata una parte ab altera adhuc
invenitur sufficiens principium motus et sensationis tactus.
Contra vero animalia perfecta cum habeant magnam orga
norum diversitatem pro quorum varietate anima elicit
diversas operationes subordinatas tamen ita quidem
ut in uno organo hanc, et aliam in alio eliciat ac
proinde dicatur communiter appetitus residere in corde
phantasia in capite, potentia locomotiva principalis
in cerebro et fit ut separato corde a capite nec caput
eliciat motum vel sensum propter absentiam appetitus, nec
cor propter absentiam phantasiae: imo etiam pes amputatus
non movetur vel sentit quia interrupti sunt nervi qui
prout coniuncti cum cerebro accipiunt impulsum ab illo, et
maxime transmittitur dolor ad phantasiam vide Conimbricenses
1 de generat. c 5 q 7 a 3 et 3 de Anima c 13 q 5 a 3
et alios recentiores qui admirantur motum pedis in animal

perfecto non procedere tantum à forma quae est in pede sed etiam à forma quae est in cerebro ubi incipit organum potentiae locomotivae nempe nervi per quos etiam Spiritus animales diffunduntur, et qui si ligentur ut patet experientia non patiuntur inferiores partes moveri. Contrarium inquiunt iidem Conimbricenses 3 de Anima c 2 q 2 a 2 accidit in insectis quorum phantasia et appetitus ut sunt valde imperfecta, ita diffusa sunt per totum corpus cum independentia a capite vel corde

Sectio 2

De Animae Rationalis Indivisibilitate Spiritualitate et Immortalitate

Antequam de Animae rationalis indivisibilitate vel spiritualitate aliquid statuamus, necesse est, ipsum conceptum rei corporeae et spiritualis inquirere. et dare. Quare

Adverte 1 ex sententia Corpus qua tale (non loquendo hic de corpore mathematico quod est tertia species quantitatis) esse substantiam absolutam per se subsistentem compositam integraliter quod sic explicat ut per ly absolutam excludat modos, per ly subsistentem per se reijciat formam, eo quod corpus sit sine dependentia a priori nisi ab efficiente, quod non convenit formae materiali. Per ly compositum integraliter distinguit corpus ab Anima rationali et quavis substantia spirituali. Unde concludit corpus non esse nisi materiam primam et aliorum in sententia eorum qui illud dicunt esse simplex. Clarius meo iudicio definitur corpus dicendo corpus esse substantiam absolutam non existentem in alio et constantem partibus integralibus exigentibus quantitatem et quia apud omnes certum est materiam primam esse talem ideo accipitur pro eodem corpus et materia et consequenter pro eodem corporeum et materiale. Contra vero Spiritus est substantia absoluta per se subsistens id est sine dependentia à priori nisi a Causa efficiente carens integralibus partibus. Quod non potest melius probari

quam à Communi hominum sensu et conceptu qui in spiritu non concipiunt ullam compositionem partium integralium sicuti e contra in corpore omnes concipiunt quod ipse ostendit S. Thomas 1 p. q 3 a 1 et q 8 a 2 ubi probat Deum esse simplicem integraliter quia non est corpus, et universim substantiam incorpoream ut sic volunt esse impertitem compositionis integralis idque probant ab in dictis omnibus spiritibus quos nominimus Deo Angelus Anima rationali. Ex quo

Adverte 2 Absolutum corporeum vel materiale prout opponitur spirituali (non accipiendo hanc particula denominative grammaticaliter qua ratione ipsum quod corpus est vocatur etiam corporeum, sed vere prout est aliquid derivatum à corpore. neque prout est principium ut quo constituens cum altera comparte gradum metaphysicum corporis) non bene explicatur per hoc quod dicat ordinem ad materiam primam vel ad aliquod corpus, nam etiam Anima rationalis habet ordinem ad materiam primam, et ubi Angeli ad ordinem ad spatium quod est corpus vel aliquid saltem corporeum. Quare ut dixi D. de unione corporeum seu materiale erit id quod habet partes extendibiles per quantitatem a qua afficitur intrinsece mediate vel immediate vide quae ibi dixi. Solum hic addo loquendo de rebus absolutis idem significare materiale est quod habet partes extendibiles per quantitatem ac quando dicitur materiale seu corporeum est quod pendet a materia seu corpore in conservari concurrente materia seu corpore in genere causae materialis ut melius dicam infra. Et e contra spirituale est quod non habet partes vel non afficitur a quantitate quod idem est quod non dependeat a materia vel corpore in conservari. Dixi loquendo de absolutis nam si de modis sit sermo dicimus illum modum esse materialem qui aut materiae aut rei materialis modus est sive adaequate sive inadaequate. ita ubicationes albedinis quantitatis etiam separabiles sunt materiales ita creatio albedinis materialis est et unio inter formam rationalem et materiam.

Quae omnia mihi magis placent quam ea quae ponit Hurtadus subsect. 5 ubi docet omnis res corporea aut est composita ex partibus integrantibus aut pertinet intrinsece ad eam compositionem: rem vero spiritualem dicit ut sic esse quae caret compositione integranti. Hinc Cura cum Vasques 1 p. tom. 2 d. 188 reijcit ubicationem Angelicam divisibilem. Nam posset dici contra in sententia illius potest creari modus Ergo etiam indivisibile quantitatis; in quo casu actio creativa nec habet partes integrales nec pertinet intrinsece. ad compositionem: quod idem dici potest de duratione et ubicatione talis indivisibilis. Adde positam illius definitionem de corporeo et spirituali sicuti destruit sententias probabiles autorum gravium Soares et aliorum ita facile negari posse. His positis

DICO 1 Anima rationalis est indivisibilis. Ita Rubius citatus q. 1 qui multos SS Patres et autores citat contra aliquos contrarium tenentes, quod ad minimum periculosum in fide esse dicit. Probatur 1mo Si Anima rationalis esset divisibilis abscindatur pes Petri existentis in peccato mortali iam pars animae damnabitur, deinde Petrus remanens in vita confiteatur et conteratur et ita ut gratia Dei abscedat e vivis; iam reliqua pars animae Petri salvabitur. Ergo iam idem Petrus erit damnatus et salvus quae ut sunt ridicula ita falsa et erronea. Aliae sunt probationes aliorum autorum ut pote quod sequitur evidenter animam esse mortalem esse materialem ut bene observavit Rubius; a quibus argumentis consulto abstineo ne committam circulum. Dum ex spiritualitate et immortalitate animae rationalis probo indivisibilitatem et vicissim ex indivisibilitate spiritualitatem et immortalitatem. Probatur 2do vel ponis animas brutorum divisibiles vel indivisibiles si indivisibiles anima rationalis non debet esse deterioris conditionis: si divisibiles id dicitur propter earum imperfectionem Ergo cum Anima rationalis sit perfectior debebit illi attribui indivisibilitas. Confirmatur Conclusio communi sensu omnium qui animam rationalem ut apprehendunt alterius perfectionem ita indivisibilem et totam in toto

et totā in qualibet parte.

DICO 2 Anima rationalis est substantia spiritualis. Ita Soares Dē lib. 1, c 9 apud quem vide autores alios qui rem fuse etiā probat et definit. Et quoad primam partem res est evidens, nomine enim substantiæ hic intelligimus principiū operationū et passionū saltem radicaliter et ut quo; constat autem animā rationalem sicuti alteras omnes formas substantiales esse principiū suarū operationū et passionū. 2da pars probatur tam iuxta principia fidei quam rationis. Nam 1mo ex Scriptura genesis, 2 et 2 ubi describitur formatio hominis colligunt hanc veritatem Sancti patres apud Soares; Item ex illo S. pauli 1 Corint. 2 nisi Spiritus hominis qui in ipso est: et c 5 iudicavi tradere huiusmodi Satanæ in interitū carnis ut Spiritus salvus fiat, et ex aliis locis ubi vocatur Anima rationalis Spiritus. Deinde ex doctrina SS patrū et Ecclesiæ ut est ex Concilio Lateranensi sub Innocentio III in Cap. firmiter de summa trinitate ubi dicitur omnipotenti nomine condiderunt creaturā humanā quasi communem ex spiritu et corpore quod postmodū aliud Concilium sub Leone X ses. 8 confirmavit docens non minus certū esse animā rationalem esse incorpoream quam esse immortalem et a corpore independentem at hoc esse de fide certū ut ostendā postea; Ergo. Vide Soares fuse hic prosequitur sicuti et testimonia SS Patrum.

Ratione probatur 1mo possibilis est talis creatura quæ constet anima spirituali. Ergo ea de facto datur. Antecedens patet quia nulla ostenditur implicantia. Consequentia probatur de perfectione universi est talis gradus viventis. Ergo possibilis est de facto. probatur 2do Operatio propria animæ rationalis id est intellectio est spiritualis in se Ergo et principiū eius formale et radicale quod vocamus animā rationalem. probatur Consequentia quia operatio non potest esse altioris ordinis quam principiū cui talis operatio est connaturalis; unde est illud Axioma quod modus operandi sequitur modū essendi. Antecedens probatur Operationes illæ tendunt in obiecta etiā spiritualia ut in Deū Angelos etc quæ non sunt obiecta actuū aut potentiæ materialis

sed extra latitudinem et spiritualitatem earum. Confirmatur
1mo Deus et Angeli qui vere sunt spirituales non habent
alias operationes quam intelligere et velle. Ergo hae ope
rationes sunt in se spirituales. Confirmatur 2do obiectum
adaequatum intellectus est Ens in quantum Ens aut in quan
tum verum. Ergo signum est intellectum esse potentiam altio
ris ordinis supra omnes sensus ac proinde esse potentiam
spiritualem. Ergo etiam Animam quae vel non distinguitur
ab illo vel est radix illius. Ultimo. Anima est substan
tia per se subsistens indivisibilis. Ergo est Spiritus. Antecedens
patet ex praecedenti Conclusione et ex secundo argumento
praesentis conclusionis nam anima rationalis habet spiri
tuales operationes et potest illas elicere independenter a ma
teria ex natura sua loquendo. Ergo etiam natura sua est
independens ab illa. Ergo per se subsistens. Consequentia patet
quia per hoc distinguitur spiritus a Corpore.

Dico 3. Anima Rationalis est immortalis et
incorruptibilis accipiendo immortale et incorruptibile non qua
tenus omnem possibilitatem et capacitatem pereundi esse
excludit; nam hac ratione nihil est incorruptibile cum
Deus omnia possit annihilare et destruere illorum esse
per subtractionem sui concursus: sed quatenus petit ex
principiis intrinsecis manere in rerum natura etiam
sine consortio alterius uti Angeli. Quo sensu Animae
brutorum sunt corruptibiles quia sine consortio materiae nec
operari possunt nec esse naturaliter. Haec conclusio religionis
nostrae et totius humanae vitae firmissimum pont praesidium
quare accuratissime tractata est tam a Philosophis Ethnicis
quam a Patribus praesertim a S. Augustino lib. unico de immortali
tate Animae quam ab autoribus aliis ut Conimbricensibus de Anima
separata D. Valentia 1 p. d 6 q 1 Soares citato c. 10 qui
etiam plures rationes adducunt ad convincendam contra
riam sententiam non tum rei veritate tum praecepto Con
cilii Lateranensis sub Leone X ab praecipitur professoribus
Philosophiae ut argumenta oppositae sententiae diluere refellant
Prob. igitur 1mo autoritate Scripturae nam Ecclesiastici ultimo
Donec revertatur pulvis in terram suam unde erat et spiritus
redeat ad Deum qui dedit illum. Ubi optime indicatur utriusque
partis naturalis Consortio quam unaquaeque habet ab origine sua

Sapientiae 3. Justorum Animae in manu Dei sunt et non tanget illos tormentum mortis. visi sunt oculis insipientium mori illi autem sunt in pace. Et Sapientiae 5 Justi in perpetuum vivent. Mathei 10 Nolite timere eos qui occidunt corpus animam autem non possunt occidere. Ex quibus testimoniis et aliis pluribus non solum colligitur de facto animas non extingui vel mori (nam hoc est evidenter de fide) sed etiam non esse mortales. Quod confirmatur et declaratur ex concilio Lateranensi sub Leone X s. 8 ubi sic habetur Cum diebus nostris nonnulli ausi sunt dicere de natura Animae rationalis, quod mortalis sit et aliqui temere philosophantes secundum saltem philosophiam verum esse asseruerint, sacro approbante Concilio damnamus ac reprobamus omnes asserentes animam intellectivam mortalem esse. Ubi ut advertit Soares non solum damnantur qui putant animam in morte interire sed etiam eos qui dicunt illam esse mortalem aliqua natura sua seu secundum philosophiam. Quod declarant amplius verba sequentia Concilii cum illa non solum vere per se et essentialiter humani corporis forma existat, verum immortalis. Omitto hic SS Patrum et etiam philosophorum antiquorum sensum et consensum quos videre est apud auctores citatos praesertim Soares. Ratione autem [struck] Anima est spiritualis substantia seu spiritus Ergo est immortalis. Antecedens patet ex dictis Phs Consequentia probatur. Corruptibile dicitur illud quod pendet a materia ita ut facta separatione a materia non debeatur illi existentia in rerum natura nec subsistentia completa. Sed illud quod est spiritus non pendet a materia. Ergo quod est spiritus non est corruptibile sed incorruptibile. Ergo si Anima est spiritus est immortalis et incorruptibilis. Hoc argumenti patet ex dictis quia quod pendet a materia natura sua corporeum est non spiritus. Unde bene Soares ait propositionem illam notam esse per se

Adverte autem 1mo ex toto discursu de Anima rationali. Si velimus procedere in argumentis ex auctoritate desumptis, ita esse procedendum. De fide est Animam rationalem esse immortalem substantiam. Ergo spiritualem cum esse immortalem ut patet ex formis tantum sit non pendere a materia quod idem sonat ac esse spiritualem. Deinde quia Concilium superius citatum dicat atque esse incorporeum

quā immortale. Rursus si spiritualis et immortalis est substantia seu spiritus ergo indivisibilis. Prob. consequentia si enim Anima esset divisibilis corpus esset. Ergo si spiritus est indivisibilis est. Consequentia patet. Antecedens prob. quia nomine corporis intelligitur substantia absoluta per se existens integraliter composita; hoc solum haberet Anima si esset divisibilis. Ergo esset corpus et non spiritus. Si autem velis procedere per rationem contraria via id est faciendo nempe Anima rationalis est substantia indivisibilis per se subsistens ergo spiritualis seu spiritus; si spiritualis seu spiritus ergo immortalis quia quod spiritus est vel spirituale independens est à materia atque adeo natura sua non corruptibile.

Adverte 2. per hoc Animas brutorum sufficienter convinci esse materiales et corruptibiles quia petunt pendere a materia esto dependentiam actualem a materia Deus possit impedire creando illas; et ex eodem principio sufficienter demonstratur ut dixi quod anima rationalis non sit materialis nec mortalis aut corruptibilis; quia non petit pendere a materia nec de facto pendet, quidquid sit an de potentia absoluta posset pendere

Sectio 3
Solvuntur difficultates aliquae circa Conclusiones positas

1ma difficultas est si Anima rationalis est indivisibilis et spiritualis quomodo potest esse forma corporis divisibilis et materialis? Resp. in re ipsa non posse esse dubium quod Anima rationalis sit vera forma corporis informans, quod imprimis est definitum in Concilio Viennensi sub Clemente V et habetur in Clementina ultima de Summa Trinitate et in Concilio Lateranensi sub Leone X; et ratio est quia Anima rationalis eadem est realiter cum sensitiva. Ergo sicuti Anima sensitiva vere unitur et est forma corporis ita etiam Anima rationalis. Deinde corpus habet organa sensationibus apta. Ergo corpus habet aliquam formam cui illa organa sunt debita et administra. Patet consequentia quia ea organa non possunt ministrare nisi formae corpori unitae; nam ad formam assistentem se haberent per accidens. Plures alias adducunt rationes Bandinus Valentia Suarez

hîc lib. 3 c. 12 Conimbricenses 2 de Anima c. 1 q. 6 a.
Rubius ibidem c. 2. Hurtadus d. 3 § 3. Quibus adde Phil.
varijs locis, ut 2 de Anima, t. 25. Amplius, Anima ratio-
nalis etiam secundum gradum intellectivum est forma informans
ut bene ostendit Hurtadus citatus § 5 tum quia hoc est
conformius decretis Pontificum. nam in Clementina ultima
de summa Trinitate damnantur asserentes aut mittentes
in dubium substantiam Animae rationalis non esse vere per se
humani corporis formam: at forma corporis humani
ut humanum est non est Anima sensitiva sed rationalis
et intellectiva. Ergo. tum quia unio quae intercedit inter
corpus et animam rationalem non habet unde praescindendo
ita ut solum secundum gradum sensitivum et vegetativum
uniat Animam corpori sed debet secundum omnes gradus
unire eo quod omnes identificentur: Quodsi dicas ratio-
nale ut rationale posse intelligi non per ordinem ad
ipsam unionem sed ad nostrum intellectum quo concipimus
animam rationalem non tribuentem composito denomi-
nationem rationalis: sicuti Anima etiamsi sit sensitiva
non tribuit ossi denominationem sensitivi quia in illo non
exercet sensationes. Si inquam hoc dicis non satisfacis nam
Anima rationalis communicatur corpori ut sensitiva
quia in aliqua parte corporis eo utitur ad sentiendum
et ab eo dependet in exercitio sensationis; sed etiam anima
rationalis utitur corpore ad intelligendum et in exercitio in-
tellectionis dependet a corpore dum est illi unita Anima
Ergo Anima rationalis ut rationalis informat corpus
et est forma corporis. Hoc probatur quia Anima rationalis in
solo cerebro exercet operationes rationales et intellectiones
in quorum exercitio dum est in corpore dependet a cerebro
dispositionibus et actibus phantasiae. Ergo Anima rationalis
utitur corpore ad intelligendum. Ergo ut rationalis utitur
cerebro sicuti utitur nervo ut sensibilis. Ad ipsam
autem difficultatem propositam DICO nullam esse difficultatem
nam Anima rationalis est ita in corpore ut sit tota in toto
et tota in qualibet parte quasi per quandam replicationem
et sic non est in unum quod illa unica indivisibilis posset id
praestare quod reliquae Animae ratione partium suarum diver-

quae stant.

2da Difficultas est: Si Anima rationalis est spiritualis et independens a Corpore poterit existere separata ab illo; tum sic vel ille status est connaturalis Animae vel violentus; neutrum dici potest. Ergo. Non 1mum quia Anima ex natura sua est forma Corporis et ordinata ad Corpus; et si ille status est connaturalis semper peteret illum. Non 2dum quia deberet desinere Anima et sic non esset natura sua immortalis vel certe non esset forma Corporis. Ad praesentem difficultatem et ad quaestionem de statu Animae separatae de qua fuse Conimbricenses peculiari tractatu qui existimant statum coniunctionis esse naturalem Animae separationis vero non esse violentum quia cum Vasquez tom. 1 in 1ma 2dae d. 5 c. 2 putant resistentiam aut inferendum in definitione violenti debere esse per vim activam.

R. inquam probabilius videri non solum potentiam activam circa privationem alicuius effectus pati violentiam sed etiam potentiam passivam atque adeo si materia spoliaretur omni forma substantiali ei fore violentum; sicuti etiam si aqua privetur omni frigore cuius tamen in sententia probabili supra posita aqua non est principium activum sed tantum exigitivum. Addo tamen non quamcumque potentiam passivam sufficere ut dicatur per privationem alicuius rei quam potens est habere pati violentiam; nam si sit principium inadaequatum effectus ad hoc ut sit illi violenta negatio actus, debet talis Causa exigere consortium alterius concausae ad illum effectum atque adeo debetur illi complementum potentiae ad talem effectum: sic lapidi si detineretur in Aere esset violentum non descendere quia est Causa inadaequata descensus petens concursum Causae primae et ablationem impedimenti. Sic lumini gloriae esset violentum non Causare visionem beatam quia illi debetur concursus obiecti loco speciei impressae. Contra vero habitui non est violentum non producere actum quia cum sit subordinatus potentiae non debetur illi concursus illius. Item potentiae visivae non est violentum non videre equum quia non debetur illi species impressa equi. Generatim ergo in genere Causae efficientis causa adaequata patitur violentiam si impediretur a producendo effectum.

vel si sit Causa inadaequata hinc pateretur violentiam
quando exigeret concausam ad producendum effectum qui illi
negatur, si autem concausam non exigeret, non pateretur
violentiam in hoc.

Hoc posito Anima rationalis in statu separationis non patitur
violentiam in genere efficientis nam operationes spirituales
potest elicere per se in statu separationis quarum potest
esse principium independenter à corpore sicut potentia sine
habitu: respectu autem operationum sensibilium etiam non patitur
violentiam; esto enim eas in statu separationis non possit
elicere, propter defectum corporis tanquam concausae, quia
tamen Anima non petit Corpus tanquam Concausam atque
adeo simpliciter non petit operationes sensibiles elicere nisi
prout coniuncta cum corpore, fit ut ex privatione illarum
non patiatur violentiam; sicuti habitus quia ex se non petit
potentiam ut concausam atque adeo non petit elicere actum
nisi prout in consortio et coniunctione cum potentia,
fit ut privatio actus non sit habitui violenta. Quod etiam in
genere causae materialis non patiatur violentiam patet quia
nihil fit contra ipsius inclinationem.

Dices Anima rationalis appetitu innato cupit uniri
Corpori tanquam compars incompleta ex se. Ergo separatio et
status talis erit illi violentus. et ut aiunt Conimbricenses si sapit
Anima etiam appetitu elicito optare deberet uniri Corpori
etiamsi deinde moratura esset apud inferos. Resp. distin-
guendo Antecedens appetit uniri corpori appetitu connaturali
per ordinem ad operationes spirituales vel etiam sensibiles
nego; per ordinem ad constituendum compositum concedo et nego
Consequentiam: nam ad hoc ut aliquid dicatur violentum alicui debet
nullo modo illi esse naturale cum violentum sit tanquam
terminus negativus qui distributive accipitur. Ad Coni-
bricensium sententiam dico Animam si vere sapiat debere
contrarium appetere et praeferre felicem et angelis parem statum
miserrimae vitae et statui infelicissimo

Ex quibus Collige Animam rationalem habere duos fi-
nes principaliter a natura intentos in productione illius
namque ut sit constitutiva totius hominis, alter ut sit princi-
pium operationum tam sensibilium quam spiritualium: nam
etiam anima producta est ut operetur et acquirat sapi[entiam]

entia quod perfectissime obtinet in statu separationis. Respectu secundi finis ergo saltem quoad operationes spirituales status separatus Animae est naturalis, ideo etiam respectu primi finis non potest dici illi simpliciter violentus, sed ad summum praeternaturalis id est non iuxta finem principaliter intentum a natura. Cuius rei ratio a priori est quia status coniunctionis debetur potius ex necessitate materiae quae absque omni forma frustranea prorsus esset et consequenter in statu violento.

2da Difficultas est quid senserit Aristoteles de Animae immortalitate qua de re Suarez citatus c. 11 et novissime in libello nuper edito Eminentissimus Cardinalis Augustinus Oregius tract. 4 c. 6 qui cum aliis plerisque censent Philosophum admisisse Animae immortalitatem, et adducunt multa loca praesertim 2 de generat. c. 3 ubi postquam dixisset alias animas non posse extrinsecus advenire, addit ut sola mens extrinsecus accedat. Loca autem contraria et argumentationes ex illis deductas vide soluta apud auctores praedictos.

Sectio 4
An Animae Rationales individualiter differant et sint perfectiores individualiter?

Difficultas est an Animae rationales numero multiplicentur et si multiplicantur an in ipsa ratione individuali penitus conveniant. Prima pars quidem est de fide. Ita enim Concilium Lateranense tentum sub Leone X ait damnamus et reprobamus omnes asserentes Animam intellectivam mortalem esse et unicam in cunctis hominibus. De altera parte controversia est apud auctores Conimbricenses 2 de Anima c. 1 q. 5 Molina 1 p. de Opere sex dierum d. 33 tenent Animas esse omnino aequales. Fundamentum est quia si unum individuum addit aliquam perfectionem supra aliud, cum ille excessus non sit solum penes accidentia, sed penes ipsa substantiam, sequitur unum individuum substantialiter esse perfectius altero; quid ergo deest illi ut specie differat? Contraria sententia est probabilior quam sequitur Valentia 1 p.

d 6 q 6 punct.) Soares 2 tomo in 3 p. d 50 s 5
d 2 concedit. Et probari solet autoritate Scripturae Sap. 8
Puer eram ingeniosus et sortitus sum Animam bonam. Et multo
utate patet 2 de generat. c 3 ubi ait perfectiores animas
praeparare sibi corpus perfectius. Omnibus autem aliis ratio
nibus patet a posteriori. quia visiones quibus beati in patria
vident Deum sunt omnes eiusdem speciei atomae et tamen
non heterogeneae in ratione individui. Ergo non repugnat
quominus etiam una substantia possit intra speciem eandem
esse perfectior altera. Antecedens patet licet enim de visio
nibus quibus Angeli et homines Deum vident dubitent aliqui
an specie differant visiones, reperiuntur tamen communiter
et saltem visiones beatorum hominum non facile aliquis
dicet differre specie. Vide Salas tom. 1 in 1 2dae. tract
d 3 s 9 n 34 et tamen certum est visionem unius
perfectiorem esse visione alterius pro quantitate scilicet
mentorum et gradui

DICES inaequalitas illa visionum provenit ex maiori
vel minori intensione. Sed contra quia etiamsi actus sint
aeque intensi tamen qui plures creaturas videt in verbo
videt etiam perfectius et distinctius quam qui pauciores
ut supponit Salas s 2. porro posse videre plures crea
turas cum aequali intensione etiam ex eo constat quod
gradus intensionis non requiruntur circa diversa obiecta
sed circa idem simplicissimum obiectum potest intendi eadem
cognitio. Ergo si ab eo qui plura videt in Deo per actum
intensum ut octo auferat Deus quatuor gradus intensionis
cum aliis quatuor qui reliqui sunt potest videre omnia
quae antea videbat. Confirmatur visio qua quis videt
duos gradus albedinis et qua unum solum gradum videt,
non differunt specie et tamen vere est aliqua diversitas
inter illas visiones. Confirmatur 2do unio Animae Petri
cum sua materia non potest unire Animam Pauli cum
materia. Ergo habet aliquod praedicatum quod non habet
unio inter formam et materiam Pauli Ergo individualiter
differunt et non specie alioqui petrus et Paulus differrent
specie. patet a priori Conclusio quia ratio individui

dualis licet vulgo appelletur accidentalis, tamen reipsa est substantialis et quoddam praedicatum quidditativum et proprium huius individui. Quid ergo obstat quominus sicut in praedicato quidditativo specifico invenitur inaequalitas, licet in praedicato generico sit perfecta aequalitas: sic etiam in specifico sit aequalitas, in individuali sit inaequalitas. Unde quando Hurtadus dicit species praedicari in quid complete quare continet totam perfectionem individuorum et sic non relinquitur diversitas in ullo praedicato intrinseco; distinguendum est, praedicari in quid complete id est includendo omnia praedicata nego, praedicata nobis nota ratione quorum dicuntur ista similia in specie concedo.

Ad fundamentum contrariae sententiae et ad assignandum discrimen inter specificam et individualem distinctionem **Adverte** illam non esse ita positam in indivisibili ut non habeat aliquam latitudinem et postulet arbitrium prudentis viri. Possunt itaque convenire aliqua duo et potest non esse ratio specifica illa in qua conveniunt, et e contra possunt differre in ratione communi pluribus et tamen non differre specie. Sic actus visionis repraesentans Petrum convenit cum alio actu repraesentante eundem Petrum et tamen per illam rationem convenientiae non differt specie ab actu quo repraesentatur Paulus. Item actus temperantiae quo propter bonum temperantiae volo abstinere a carnibus, non differt specie ab actu quo propter bonum temperantiae volo abstinere a vino. Quare ad distinctionem specificam notabilis requiritur diversitas in praedicatis et penes maiorem vel minorem dissimilitudinem pensanda est specifica vel numerica differentia: pro qua tamen quia non potest aliqua certa regula proponi, fit frequenter ut dubitetur an aliqua specie vel numero differant.

Ex quibus collige quid sibi velint vulgares illae locutiones: differentia numerica est accidentalis, est materialis, de individuis non datur scientia etc. non enim significatur

differentiam numericam esse extra substantiam rei cum potius sit propria rei substantia, et tam de illius essentia sicuti ratio specifica, cum itaque non possit concipi substantia rei sine hac quam sine illa. solum ergo significatur differentiam numericam esse extra essentiam rei in ordine ad humanam scientiam quae parum attendit ad entitates numericas et earum proprietates, tum quia sunt pene infinitae tum quia nimis occultae.

Obijcies 3uo maior vel minor perfectio essentialis sumitur in ordine ad operationes magis vel minus perfectas sed nulla operatio potest fieri ab uno individuo quam vel aliam similem non possit facere quodlibet aliud individuum eiusdem speciei. Ergo. R. distinguendo minorem potest quodlibet individuum producere operationes similes in specie transeat similes in perfectione individuali nego. R. 2do distinguo item minorem. potest producere operationes itaque perfectas transeat pro nunc potest producere illas eodem modo nego potest enim unum individuum operari magis celeriter fa[...]

Disputatio 2
De Vita et Potentiis Animae in Communi

Antequam ad Animas sigillatim et in particulari ad earum potentias descendamus oportet quaedam prius mittere communia omnibus animabus, de vita nempe ratione cuius et potentiae et operationes ipsae denominantur vitales in viventibus, deinde de potentiarum vitalium inter se et ab Anima seu vita radicali distinctione

Quaestio 1
De vita in Comuni
Sectio
Quid sit vita et quibus illa conveniat

Non loquor hic de vita prout opposita est morti tanquam privationi quam vitam Phil. lib. de iuvent. et senect. c. 1 dicit esse mansionem animae nutritivae in corpore cum calido quae definitio partim involvit rationem formalem vitae nempe animam in corpore, partim conditionem requisitam scilicet calorem. Sed loquor de vita prout est ratio quaedam communis omnibus viventibus et prout per illa a non viventibus discrepant. Pro qua

Dico 1. Ratio communis omnibus et solis viventibus est movere seipsum seu moveri per se ab intrinseco. Est S. Thomae tum alibi tum 1 p. q. 18 a. 1 in corpore, est communis theologorum et probatur et colligitur ex Phil. citato q. ultima § de Elementis. Conclusio haec non potest melius probari nisi quod per hanc unicam rationem sufficienter et adaequate viventia a non viventibus distinguantur.

Adverte ante primam radicem discriminis inter viventia et non viventia esse diversitatem entium, quorum unum genus est ut in primo instanti suae productionis sit aptum natum habere omnem perfectionem requisitam ad suum esse; aliud vero non sed quod paulatim processu temporis perficiatur donec perveniat ad connaturalitatem et perfectionem sibi debitam: et primum vocamus genus non viventium secundum viventium. Rursus cum ad idem pertineat dare esse et dare consequentia ad esse. Adverte intelligendum id esse de iis consequentiis quas res in primo instanti requirit ad connaturalem sui statum non autem quas postmodum successu temporis acquirit: unde fit ut perfectiones rei quae in primo instanti est apta nata habere omnia requisita pro suo connaturali statu producantur a generante extrinseco, et illi attribuantur; ac proinde productio talium perfectionum non est vitalis: perfectiones vero illae quae conveniunt enti talis generis quod non habeat omnia requisita ad connaturalem sui statum vel saltem perfectum in primo instanti non debentur generanti nec attribuuntur illi multo minus producuntur ab illo; quia generans sufficienter

providit dando efficiem illa omnia requisita ad conaturalem statum rei in primo instanti. quod si in eo non possit esse perfecta, relinquit illi in sua potestate ut se paulatim perficiat. et ita productio talium perfectionum erit vitalis. Exemplum clarum est in igne qui in primo instanti habet omnem perfectionem iuxta suam naturam, non item planta equus aut homo.

Obiicies Sunt quaedam quae movent se ab intrinseco et tamen non vivunt. Ergo Antecedens patet Essentiae enim quae non viventium producunt sibi suas passiones. Item gravia et levia movent se ab intrinseco localiter. R. negando Antecedens ad primam partem probationis dico propterea me negasse in Physicis essentia efficienter producere sibi suas passiones ad hoc ut assignarem evidentius discrimen inter viventia et non viventia. Ad secundam partem iam respondi supra in lib. 2 element. q. ultima § in fine

Hoc posito Quaerit quibus conveniat ratio vitalis et primo quidem certum est quod conveniat Animae quae est principium substantiale radicale operationis in seipso: quod attinet ad potentias si eae sunt realiter ab anima distinctae est maior difficultas an illis conveniat ratio vitae intelligendo de vita in actu primo (nam suppono non convenire illis vitam in actu secundo cum neque sint exercitium vitae neque procedant ab intrinseco sed ab extrinseco id est generante iuxta dicta ante) ratio difficultatis est quia vocantur vitales potentiae et ut dixi non ideo quia vitaliter ab anima procedunt Ergo quia vitaliter operantur et in seipsa sunt principia operationum in eodem supposito in quo sunt ipsae; aliunde si potentiae sunt vita et vivunt, etiam species habitus et similia dicentur esse vita et vitalia et vivere quod tamen non facile conceditur.

Quare.

Dico 2. Potentiae si sunt distinctae realiter ab Anima sunt vita in actu primo et sunt vitales. Probatur prima pars per vitam in actu primo nihil aliud intelligimus quam principium formale conaturale quo aliquid se movet et perficit ab intrinseco acquirendo perfectionem aliqua

non pro primo instanti debitam etc. Sed potentiae vere sunt tale principium. Ergo. Hoc est clara, nam Anima quae est formaliter vita et radix totius vitae, habet hoc ut vel seipsa vel per subordinata sibi et debita instrumenta acquirat perfectiones residuas quas illi generans non dedit in primo instanti: ex quo fit ut sicuti instrumenta illa sunt comprincipia subordinata motus intrinseci et ab intrinseco; ita etiam sint acta subordinata seu vitae formalis proxima in actu primo talia, autem instrumenta sunt potentiae. Ergo. Unde etiam haec potest per hoc sufficienter distinguuntur potentiae viventium a potentiis non viventium Ergo hae non erunt vitales, et illae vitales et quidem per hoc non autem quasi vitaliter procedant ab Anima ut dixi. Ex quo habes potentia esse vitalem esse ta denominationem intrinsecam et etiam involvat denominationem extrinsecam atque adeo partim intrinsecam partim extrinsecam: intrinsecam quidem prout est vere principium effectivum operationes et perfectiones non debitas pro statu connaturali rei in primo instanti in eodem supposito et subiecto saltem in quo est potentia: extrinsecam quatenus est connaturale et subordinatum principium illi quod est radicaliter vita id est Animae

Obijcies 1. Hac ratione species intentionales etiam erunt vitae in actu primo quod tamen communiter non admittitur. Cum species non operentur vitaliter alias etiam obiectum ipsum esset vita et vitaliter concurreret. Ergo. Probatur species vere sunt comprincipia effectiva operationum in eodem supposito vel subiecto in quo sunt. Ergo. Respondeo negando maiorem. Ad probationem illius concedo Antecedens, nego Consequentiam. Ratio est quia non sunt comprincipia et subordinata instrumenta atque connaturalia Animae, sed tenent se ex parte obiecti extrinseci quod cum non possit ingredi ob suam materialitatem in intellectum mittit species vicarias quae sine materialitate tanta obiecti funguntur absentis officio Ut ergo obiectum non est principium intrinsecum actuum vitalium, ita neque eius vicaria species: quod intelli

gendū per se id est qd obiectū per se loquendo sit principiū extrinsecum; nam per accidens potest aliquando contingere ut obiectū sit intrinsecū cum scilicet quis intelligit seipsū: sed tunc vel non indigebit specie ut docent Theologi de Angelis intelligentibus seipsos per suā essentiam; vel si indigebit quia species sunt aptae natae solum concurrere per modum vicarij et eadem species qua quis intelligit seipsum posset poni in alio saltem quantum ex ratione specifica est quod concurreret effective ad cognitionem illius cuius est species; ideo per se loquendo est principiū effectivum non vitale quia eius concursus per se loquendo est quid debitū principio extrinseco. Eadem doctrina valet de habitibus naturalibus si non differunt a speciebus

Obijcies 2 Ex doctrina posita poterunt habitus supernaturales esse vitales et vita in actu primo ut patet sed hoc non admittitur quia habitus supernaturales non sunt principia et instrumenta connaturalia pro acquirenda perfectione naturali. Hoc probatur Habitus supernaturales sunt ratio effectiva per modum principij intrinseci et tenentis se non ex parte obiecti. Ergo. R. negando maiorem. Ad probationem nego consequentiam nam ad hoc ut sit potentia vitalis opus est ut sit instrumentū connaturale et subordinatū Animae in operando circa ea quae sibi debentur tanquā perfectiones naturales, qualia non sunt habitus supernaturales, Hinc est quod habitus supernaturales semper debeant habere aliud comprincipiū ut potentiam a qua desumatur vitalitas et non ab ipso habitu, cuius rei evidens signū est quod concursus habitus supernaturalis possit suppleri per auxilium extrinsecum quod de principio vitali non potest dici.

Dices Actus supernaturalis vitalis est solū per hoc quod exigat animā vel potentia vitalem essentialiter ut causam saltem partialem licet non exigatur ab Anima vel potentia Ergo etiam habitus supernaturales etiamsi non exigantur ab Anima ut proprietates quia tamen habitus tales exigunt Animam ut subiectū et comprincipiū, vitales erunt R. negando consequentiam et paritatem disparitas autem oritur ex diversa vitalitate quae reperitur in re vitali per modum

actus primi et per modum actus secundi; ad rationem enim vitalis in actu secundo requiritur ut videbimus ut procedat a principio intrinseco et sit perfectio aliqua non necessario debita rei in primo ~~suo~~ instanti sui productionis pro statu connaturali ut dixi supra: ad rationem vero vitalis per modum actus primi hoc non requiritur cum illud quod est vitale tali modo possit esse ab extrinseco ut si potentia a generante vel à supplente officium ~~gener~~ generantis producantur. Quare cum habitus supernaturales hoc non habeant id est nec fiant ab forma nec ab eadem exigantur ut instrumenta naturalia subordinata, non erunt vitales per modum actus secundi nec per modum actus primi.

Ex quo habes nec de potentia absoluta posse dari aliquam potentiam vel habitum aut qualitatem supernaturalem vitalem quia hoc ipso quod vitalis esset connaturalis esse deberet et hoc ipso quod supernaturalis non naturalis ergo

DICO 3. Vita in actu secundo seu operatio vitalis consistit in hoc quod illa essentialiter sit motus a principio intrinseco effectivo quod est vita in actu primo. Nam per hoc distinguitur sufficienter actio vitalis ab omni alia actione et exercitio cuiuscumque alterius agentis.

Ex hoc collige 1mo actionem nutritivam esse vitalem saltem illam qua forma si materialis est educitur e parte materiae quae fuit alimenti et qua producitur unio inter partem formae et materiae illius, et inter partem formae cum forma praecedenti: si autem indivisibilis sit forma et spiritualis saltem actio qua producitur unio inter formam et partem materiae adiunctae vitalis erit quia vere recipitur in eodem continuo subiecto illa actio in quo est motus nutritiva. An vero productio unionis inter partem materiae viventis et alimenti sit vitalis et a quo fiat dubium maius est. Ad quod dico si illa unio non afficiat intrinsece nisi partem alimenti dicendo tantum ordinem transcendentalem ad viventis materiam prout dixi de unione inter partes quantitatis, hunc sine difficultate potest dici quod forma viventis illam producat unionem et tamen

hinc non agat vitaliter. Si autem recipiat vere intrinsece in viventis parte saltem tanquam in subiecto inadaequato, tunc dices eum illa producere, vel certe si producat forma agere hinc vitaliter. Confirmatur ex communi conceptu.

Collige 2do Sensationes et omnes actus cognoscendi et volendi esse vitales cum vere participent vitam in actu secundo cuius essentia consistit in hoc, ut dixi, ut sit operatio intrinseca ita ut à nullo extrinseco effici possit: quod ex communi conceptu vitis optime confirmatur quid dicat aliquid operari ex se iuxta Philosophum 3. de Anima t. 28 et 29 ubi ait delectari aut dolere est agere. Quod totum melius infra probabimus ubi ostendemus actiones vitales esse indistinctas à termino.

Collige 3tio non satisfacere quorundam recentiorum sententiae qui dicunt actum vitalem praecise esse acquisitionem perfectionis non debitae rei pro primo instanti; acquisitionem vero perfectionis debitae pro primo instanti etiamsi fiat à principio intrinseco non esse vitalem: ita passiones possunt produci effective ab essentia et tamen non vitaliter: ita grave potest producere in se motum et tamen non vivere. Hoc inquam satisfacit nam etsi perfectio debita et non debita in primo instanti sit radix inveniendi distinctionem inter potentiam vitalem et non vitalem; non tamen inter actum vitalem et non vitalem quod sic probo. Angelus in primo instanti suae productionis non potest non intelligere seipsum eo quod habeat seipsum per modum obiecti sufficienter applicatum et tamen intellectio vitalis est. Ergo falsa regula quod illa operatio non sit vitalis per modum actus. secundi quia exigitur a re ad connaturalem statum eiusdem in primo instanti suae productionis.

Collige 4to ubi seu terminum potentiae motivae non esse vitalem. Ratio est quia est eiusdem rationis cum eo quod haberet suppositum si moveretur ab alio extrinseco: unde idem posset habere ubi numero si motum fuisset ab extrinseco. Idem potes dicere de quocumque termino per actionem distinctam producto: ipsa vero actio qua vivens producit suum ubi est vitalis et consequenter potentia locomotiva est principium vitale iuxta communem sensum ut videre est apud Suarez. d. 18 s 7

n. 35 qui inter operationes vitales numerat motum localem. Et sane videtur esse eadem ratio de motu locali quae est de nutritione cum in eodem supposito a quo procedit efficienter subiectetur licet in diversa parte eiusdem suppositi. Quod tamen intelligendum est de actione productiva ubicationis non in primo instanti [illegible]. Haec enim vitalis non est cum fiat à generante ad quod pertinet producere rem existentem in loco determinato et dare quidquid pro primo instanti requiritur inter quae est ubicatio: deinde vero cum per motum localem possit sibi animal acquirere aliquas perfectiones uti est fugere pluviam quaerere cibum etc. fit ut ille motus fiat ab ipso animali et sit progressivus vitalis

Collige 5to doctrinam hanc coincidere vel non multum discrepare cum doctrina Vasquez qui 1 p. q. 57 ad art. 3 et d. 182 c. 2 et alibi distinguit duplex genus actuum vitalium alterum eorum qui sunt communes omnibus viventibus et multis agentibus quibus accedunt illi qui fiunt per motum localem ut ambulatio comestio: Alterum genus est eorum qui proprie vocantur immanentes ut sunt sensationes intellectio volitio etc. De prioribus docet posse fieri etiam ab alia causa v.g. a prima loquendo quoad substantiam non tamen quoad modum id est non retinebunt denominationem vitalis nec dicentur vitaliter procedere: posteriores autem neque quoad substantiam neque quoad modum possunt sine vita produci. Ratio prioris est quia substantia illorum actuum consistat in alteratione vel motu locali alicuius corporis quae a Deo sine creaturae cooperatione fieri possunt: modus autem actuum vitalium in eo consistit quod fiant à potentiis certis et determinatis ex natura sua ad illos efficiendos. Dixi videtur coincidere nam non plane sentio cum illo, eo quod distinguat terminum ab actione in actibus vitalibus

Collige 6to Nomine motus in praesenti intelligi tum motum physicum tum intentionalem: ille est quo acquiritur aliquid quod realiter distinguitur a principio productivo licet recipiatur in eodem supposito in quo est tale principium; intentionalis motus est tendentia ad obiectum per modum

Unionis cum eadem vi Cognitio volitio est: quod autem sit motus patet quia vere principium illorum excitativum per illos vel ad habendum directum ad se vel inclinando ad illud

Obijcies 1. Actio specificatur à termino. Sed vbicatio quae est terminus motus localis, non est vitalis. Ergo neque ipsa actio productiva eiusdem. R. distinguendo maiorem solum à termino materialiter accepto specificatur, nego; à modo etiam tendendi concedo; sic circa eandem rem potest esse actio creativa et eductiva: et ratione eiusmodi tendendi potest reperiri aliqua perfectio in actione quae non reperitur in ipso termino, licet aliud plures perfectiones sint in termino

Obijcies 2. Productio specierum intentionalium est essentialiter à principio intrinseco saltem loquendo de speciebus intellectus. Ergo est vitalis. R. negando Consequentiam quia illa operatio non est à principio intrinseco per se quod est vita in actu primo. Nam vel producuntur ab forma species vel a potentia vel ab actibus: si ab forma etiamsi sit vita radicalis illa tamen hunc non operatur vitaliter quia operatur ut vicaria obiecti et loco obiecti producit species, quod sicuti est extrinsecum ita omne illud quod loco ipsius operatur censetur extrinsece operari etiamsi in reipsa sit principium intrinsecum idem dicendum si producantur a potentia aliqua: si autem fiant ab actibus quae sui speciem relinquunt in mente, hunc etiam actio productiva speciem non est vitalis quia non procedit ab actu tanquam ab instrumento conservativo animi sed tanquam ab obiecto quod sui imaginem relinquit in mente ad hoc ut mens possit se reflectere recordari et cognoscere illum actum ut quod quod est formaliter esse obiectum.

Obijcies 3. Quod vitalis operatio fiat a principio effectivo essentialiter non habet ex ratione vitalitatis sed ex eo quia est actio quae ex sua ratione individuali habet hoc ut eadem numero non possit procedere à diversis agentibus. Ergo R. verum esse quod habet Antecedens. Caeterum ipsa ratio vitalitatis in actu secundo dicit talem actionem ita essentialiter a suo principio procedentem et simul quod recipiatur in eodem supposito, et quod tale principium sit vita in actu primo vel certe vita radicalis;

Unde fit ut vita in actu secundo sit denominatio partim
intrinseca partim extrinseca, extrinseca quatenus procedit
a tali principio, intrinseca quatenus essentialiter habet non
procedere ab alio principio.

Obijcies 4 Ita augmentatur planta vel animal
sicuti ignis cum depascitur aliquod corpus quod fuit conti
nuum Ergo vel augmentatio vitalis non erit vel actio ignis
erit vitalis. Prob. Antecedens quia tam ignis quam vivens pro
ducunt aliquid in parte materiae distincta à se unita
tamen. Ergo est paritas R. negando Antecedens ad pro
bationem distinguo Antecedens Ignis producit aliquid in
parte materiae unita sibi per se et ex vi suae actionis nego,
per accidens concedo quatenus vel invenit subiectum antece
denter continuum, vel autor naturae videns omnimodam
homogeneitatem inter partem unam subiecti inflammati et
alteram producat unionem inter illas et continuat illas:
Alterum ignis ex se non magis exigit agere in partem
continuam quam contiguam nec curat illa per se sibi conti
nuari: ac proinde actio ignis cum fuerit eadem sive
ageret in subiectum continuum sive contiguum, signum est non
esse vitalem de cuius ratione est essentialiter pendere
a vita et à tali principio quod est effectivum et receptivum
suae actionis. Et ideo dixi in conclusione 1a vita est mo
veri per se ab intrinseco

Hoc argumentum Suarez d. 3 s. 1 subs. 3 et postea saepius
repetit et quo invictus videtur omnes sibi sententias im
pugnare maxime vero nostra qui negamus passiones
per emanationem efficientem procedere et motum a gravi
tate efficienter. et tandem subs. 5 ait illa esse actionem
immanentem cuius terminus est natura sua immanens
et illam esse transeuntem ex conceptu specifico cuius
terminus est transiens id est cuius terminus
§ 52 potest produci ab extrinseco agente: quod explicat
erit quod est principium termini immanentis. Unde vita
Suarez deducit accretionem ignis non esse actionem vitalem
quia terminus per illam productus est transiens; at vero
nutritio plantae est immanens quia terminus illius est immanens

et a sola planta et Deo potest prodire. 3tio ex hoc admittit nostri localem animalium non esse vitalem. Sed contra Hurtadum est terminus in nutritione est vel pars formalis compositi cum sua unione, vel unio inter partes viventis et partem materiae quae fuit alimenti; sed omnes hi termini possunt creari à solo Deo ergo erunt termini transeuntes. Ergo actio nutritiva quae est productiva illorum non erit vitalis. Ergo Anima vegetativa non erit vitae: aut si dicat non posse creari a Deo, dicam ego nec ubicationem quam acquiro dum me moveo, posse fieri ab alio. 2do contra est si illa actio est tam sensibilis et propria viventium est motus localis et propterea a Philosopho inter gradus viventium constituitur Ergo illa est vitalis. 3tio debet admittere Hurtadus nullam actionem esse vitalem nisi illam quae identificatur cum suo termino quae omnia ostendunt non esse multum probabilem opinionem Hurtadi.

Quaestio 2

De distinctione Potentiarum ab Anima et earum Specificatione

Sectio 1

Quomodo distinguantur Potentiae a Substantia Animae?

1ma sententia distinguit realiter omnes potentias ab Anima. Ita Conimbricenses hic c 3 q 4 Rubius tract. de potent. in genere q 1 Soares lib 2 de Anima c 5 et disp. 18 Metaph. s 3. Valentia Fonseca Molina et Thomistae in S Thoma 1 p. q 77 art 2.

2da distinguit potentias Animae vegetativae sola ratione caeterarum vero animarum realiter ita Fernandus in 1 dist 3 p 2 q 12

3tia sententia identificat omnes potentias cum Anima et sola ratione distinguit ita Nominales et Scotistae et ex recentioribus Lessius lib 2 de summo bono c 8. Baudinus lib 2 de Anima disp. 14 Hurtadus d 4 s 4 et quidem haec sententia quantum

ad potentiam nutritivam et generativam certum videtur esse ex doctrina quam dedi in physica d. de causa efficiente 4 § 2 ubi ostendi accidens non attingere per se formaliter effectum substantialem et ipsam substantiam esse operativam per se quare quoad hanc partem secunda sententia habet suam veritatem. Quaestio ergo est de aliis potentiis de quibus

DICO) probabilius est omnes potentias esse identificatas animae. Similiter ex Augustino qui posuit in libro de spiritu et anima. Animus inquit dicitur anima dum vegetat spiritus dum contemplatur, sensus dum sentit cum intelligit mens dum recordatur memoria. Probatur primo argumento tito (sed bono) Non sunt multiplicanda entia sine necessitate. Sed ut videbimus ex solutione argumentorum nulla est necessitas distinguendi potentias realiter. Ergo. Probatur 2do nisi aliunde constet distinctio regula dignoscendi distinctionem est separatio. Sed nullum est signum separationis potentiarum ab anima et aliunde non constat distinctio. Ergo nulla intercedit. Maior quoad primam partem patet nam voluntas separata posset haud dubie operari et quidem si bene vellet beatificaretur, si mala vellet puniretur et damnaretur et similia quae sunt absurda. Probatur 3tio Nulla potentia potest operari sine concursu animae immediato. Ergo potentiae frustra distinguuntur ab anima. Probatur consequentia tum quia si semel admittatur immediatus influxus animae in operationes vitales argumenta adversariorum quae probant distinctionem potentiarum non habent vim illam ut videbimus; tum quia posito semel immediato influxu animae in operationes nulla est ratio cur illi negetur influxus adaequatus et sufficiens qui se teneat ex parte principii intrinseci. Dixi intrinseci quia species cum sint vicariae obiecti tenent se ex parte principii extrinseci. Confirmatur sicuti dicis animam esse principium intrinsecum adaequatum producens potentias ita etiam concedere debes posse esse principium adaequatum actuum. Probatur 4to ex argumento supra insinuato si voluntas sola operaretur et non anima operatio facta a voluntate quae esset peccatum non imputaretur animae. Ergo si nunc imputatur illi et damnatur propter illud anima debet illa

illud peccatum elicere. Probatur consequentia Anima propter hoc quod
sustentet et conservet potentias non potest accipere ullam
imputationem nec damnari. Ergo si damnatur fit inde
quia vere per se operatur operationem malam. Antecedens probatur
Concursus quo Anima sustentat potentias est indifferens ad
bene vel male operandum. Ergo non potest illi aliquid propter
hoc imputari sicuti nec Deo qui offert concursum indifferentem
Confirmatur Quod libere operatur debet esse principium activum
talis operationis seu volitionis liberae immediate. Sed Anima
est quae libere operatur. Ergo ipsa debet esse principium
effectivum immediatum talis operationis. Hoc est Concilii
Tridentini Ses. 6 Can. 4 ubi asserit nostrum liberum arbi-
trium non se habere uti instrumentum et mere passive
quod idem probatur ex definitione liberi arbitrii quod est in
ordine ad operationem. Hoc probatur ex dictis quia illud
libere operatur cui attribuitur laus vel vituperatio, damnum vel
commodum quod soli animae fit. Probatur 2do idem Antecedens
ab Hurtado Idem debet esse principium amans et cognoscens
formaliter. Sed si anima non immediate concurreret ad
actus amoris et cognitionis non esset principium idem amans
et cognoscens. Ergo probatur maior Non potest fervi aliquid
immediate in incognitum. Sed si voluntas sola immediate eliceret
actum amoris ferretur in incognitum Ergo. Probatur maior ex communi
principio nihil volitum nisi praecognitum. Hoc probatur Intelle-
ctio non alio modo determinat et movet principium vo-
lendi nisi ut Hurtadus quam per immediatam unionem simul
cum principio volendi. Ergo intellectio immediate recipitur
in principio volendi Probat Antecedens movere formaliter
est movere per suam entitatem. Ergo est unirii et recipi
sicuti esse formaliter album est albedinem uniri subiecto
quantumcumque ergo intellectus subordinet voluntati non potest
tamen intelligi quomodo determinet voluntas per repraes-
entationem nisi aut in voluntate dicas recipi intellectione
quae concurrat immediate ad volitionem. Ex hoc eodem infert Hurtadus 3 idem
in anima quod concurrat immediate ad volitionem. Ex hoc eodem infert Hurtadus 3 idem
esse principium quod appetit et sentit. 3tio probatur quoad reliquas potentias subordinatas ad
aliter voluntati non potest intelligi dependentia et determinatio quam habent et accipiunt
quid potentiae ab appetitu aut voluntate nisi intelligatur ipsa anima et recipere in se immediate
nem aut actum appetitus, et elicere motum in locatem aut visionem Ergo. probatur Antecedens
a actus vitalis qualis est volitio non determinata formaliter nisi illud in quo recipitur Ergo
nisi recipiatur in Anima et nisi Anima operetur et sit

principium motus localis, non potest formaliter ab actu appetitus determinari potentia locomotiva. Sed neque potest terminare efficienter quia actus voluntatis non concurrunt efficienter ad motum localem, ex quibus manet universim probata Conclusio etiam de reliquis potentijs. Itemque quod ad quemlibet actum illarum concurrat immediate Anima, et quod illae potentiae non distinguantur ab Anima.

Dices ex eo quod utraque potentia recipiatur in Anima per modum simpathiae ad positionem actus intellectus excitatur voluntas ad ponendum etiam suum actum, et e contra ad positionem actus appetitus operatur potentia locomotiva. Sed contra esto detur in alijs simpatia non potest tamen dari inter intellectum et voluntatem, nam simpathia est ex eo quod Deus intelligens concurrat ad producendum aliquem effectum ad positionem alicuius quod se habeat per modum conditionis aut dispositionis, quod non potest dici de voluntate, in qua Deus videtur intelligi producere solus nec esse agens determinatum sed vere indifferens expectans determinationem ipsius voluntatis quae hunc vel illum speciei actum. Unde illam seipsam determinat ad amandum electa a bono proposito quia repraesentatio vero recipiatur in ipsa voluntate non potest intelligi ut dixi quomodo illam alliciat. Quoad reliquas etiam potentias non potest intelligi simpatia ut vidimus in tertia probatione et quia hoc ipso quod potentiae sint principia intrinseca suorum actuum immanentium non possunt intelligi agere ex simpatia quae supponit Deum solum agere vel certe producere de novo aliquid tanquam principium, determinans in ipsa potentia quae dicitur agere ex simpatia quod non videmus fieri in nostris potentijs

Objicies 1. Amentes amittunt virtutem discurrendi aliqui virtutem motivam et eius tales potentiae distinguuntur ab Anima. Respondeo distinguendo Antecedens amittunt talem virtutem in actu primo nego quoad actum secundum concedo quatenus ratione impedimenti intercurrentis in

organo non potest dici actus talis potentiae

Obijcies 2. Aliquae potentiae Animae sunt materiales Ergo non sunt identificatae Animae rationali. Probatur Antecedens aliquae potentiae sunt organicae ut visiva auditiva nimirum quae in suo esse et operari dependent ab organo, neque recipi unde in Anima separata, Anima autem rationalis neque in esse neque in operari pendet ab Organo. Hinc Prius 1 de Anima t 66 distinguit bene inter eas potentias dum dicit speculari non marcescit per se cum ipsum sit impossibile, sed solum per Accidens alio quodam interius corrupto, dantur ergo aliquae potentiae dependentes in esse et operari ab Organo. Ergo materiales Ergo distinctae ab Anima Spirituali. R. negando Antecedens ad probationem dico eandem Animam vocari potentiam organicam respectu illius actus qui naturalis est et indiget subiecto materiali qualis est visio auditio etc. respectu autem actus intellectus qui adaequate in Anima recipitur dici potentia inorganica. Solum hic advertendo quando auctores etiam nostri sententiae dicunt sensum distingui ab Anima nomine sensus intelligere et potentiam et organum conjunctum.

Obijcies 3 Anima est indifferens ad cognoscendum et appetendum. Ergo indiget alio determinativo accidentali Ergo potentiis. R. retorquendo argumentum Anima etiamsi haberet potentias distinctas adhuc esset indifferens ad operandum per hanc vel per illa. Ergo indiget alio super addito. R. 2do Animam ad hanc operationem exercendam determinari a speciebus et aliis dispositionibus

Obijcies 4 Ex Vasquez 12dae d. 34 c 2 potentia locomotiva defatigatur et nimio motu languescit idem dic de aliis potentiis sensitivis. Ergo distinguuntur ab Anima quae non fatigatur. R. negando consequentiam non eadem ratione defatigatur anima nempe ex dolore causato in organo propter nimium motum et propter

defectu spirituum Animalium qui consumuntur etiam in elicitione actuum spiritualium

Objicies 5 Si potentiae identificarentur Animae Ergo sicuti Anima rationalis est in toto corpore ita et potentiae Ergo in pede est potentia visiva, Ergo videt in pede R. concedendo totum praeter ultimam Consequentiam nam ad eliciendam visionem in pede non sufficit esse ibi potentiam, sed etiam organum a quo visio dependet imo etiam intellectio tantum in Capite elicitur quia dependet aliqualiter ab imaginatione quae solum habet locum in capite et hoc saltem in Animantibus perfectis

Objicies 6 potentiae elementorum et aliarum substantiarum [illegible] sunt realiter distinctae ab ipsis, Ergo etiam potentiae Animae patet Consequentia a paritate et Antecedens inductione calor enim ab igne gravitas a terra distinguitur. R. concedendo Antecedens nego Consequentiam. Disparitas et [illegible] quia in elementis et similibus habemus indicium distinguendi virtutes a forma substantiali eorum ut patet in aqua et terra a quibus separatur gravitas et etiam frigus propter quam unicam rationem distinguimus has virtutes a formis substantialibus 2do quia non est necesse dicere ut dixi in physica formas substantiales elementorum effective concurrere ad calorem vel frigus in alieno subiecto sed solum calorem in igne vel frigus in aqua Ergo etiam cessat ratio identificandi illas virtutes cum formis substantialibus.

Objicies 7 aliqua axiomata Thomistarum ex S. Thoma ut dicunt desumpta videlicet actus et potentia sunt in eodem genere, substantia per se non est operativa et similia. verum haec Axiomata universaliter vera non sunt ut vidimus alibi et si primum universaliter esset verum conuinceret nullo modo animam ad actum concurrere. vide Hurtadum citatum S. 1 qui fuse affert argumenta Thomistarum et solvit

Objicies ultimo argumentum Theologicum sicuti datur gratia et tres habitus supernaturales distincti fides spes charitas qui se habent respectu gratiae tanquam potentiae nempe ad simpliciter et non ad facile posse, et gratia respectu illorum ut radix et natura: ita oportet in ipso homine admittere aliquid quod sit radix seu principium radicale, et aliud quod sit potentia seu principium formale proximum et quidem distinctum. Et sane parum consequenter videntur loqui in Theologia ij qui loquuntur de gratia et habitibus cum proportione ad Animam et potentias et alioquin in physica negant distinctionem earum. Respondeo negando paritatem; disparitas sumitur ex eo quia in gratia et habitibus supernaturalibus distinctionem persuadet fides et autoritas Concilij Tridentini quod gratiam a donis supernaturalibus id est habitu fidei spei et charitatis disjungit, quod non habet locum in naturalibus. Ratio etiam disparitatis est quia hoc ipso quod gratia non influat physico influxu in actus fidei et spei, debet dari aliud principium illorum condistinctum a gratia: at vero cum habeamus ipsam Animam immediato influxu influere in actus vitales naturales, nulla nos cogit ratio admittendi condistinctum principium effectivum talium actuum. Neque tamen per hoc negantes in homine distinctas potentias loquuntur autores inconsequenter in Theologia; nam possunt procedere proportionaliter ad alias entitates quae habent potentias distinctas ut elementa etiamsi non procedant

cum proportione ad conuenientia: vel certe cum proportione ad conuenientia etiam quae in sententia multorum habent distinctas potentias, licet ipsi hoc negent propter peculiarem rationem.

Solet hic quaeri a quo specificantur potentiae? pro quo suppono doctrinam traditam in physica d. 355 de specificatione. cui pro meliori intelligentia addo specificari proprie (nam improprie specificari est idem ac rem aliquam habere essentiam talis perfectionis per quam notabiliter seu specie differat ab alia) dicit hoc esse factum talis naturae per ordinem essentialem ad aliquid ut ad terminum formalem et primarium. Patet. 1ma pars quia ut dixi in physica hoc idem est ac dicere ordinem ad aliud distinctum tanquam specificativum et cum quo connectatur. 2nda etiam pars probatur specificari enim supra dicere ordinem importat esse factum seu habere suam essentiam acceptam ab aliquo in ordine ad aliud: quod ipsum videtur colligi ex vi nominis specificari enim sonat accipere speciem species autem est idem ac essentia natura seu entitas rei, accipere vero sonat aliud dantem, accipere autem esse ab alio dante est esse factum ab illo. Ergo specificari dicit esse factum; et sic specificari importat semper veram dependentiam ab eo scilicet a quo res specificatur seu accipit esse, non autem importat dependentiam veram ab eo in ordine ad quod est factum: nam cum saepe res specificentur per ordinem ad terminum possibilem, nequit fieri ut ab illo dependeat proprie, cum dependere proprie a priori dicatur de effectu in ordine ad causam existentem, sequitur nec dependentiam nec prioritatem naturae fundatam in dependentia posse esse inter terminos nisi actu existentes. Sic materia specificatur a forma possibili et tamen non dependet ab illa; Deus autem etiamsi sit connexus cum creatura non tamen specificatur nec dependet quia non est in ordine ad creaturam. 3tia etiam pars. patet ex dictis in physica: solum addo terminum

formalem qui quasi informat materialem esse positivum aliquando negativum: negativus est qui ita respicit ut non ordinetur ad aliud, neque tamen aliud ad illum ordinatur; positivus est ad quem aliud ordinatur. Ex quibus omnibus collige si sint duae entitates essentialiter ordinatae ad duos terminos formaliter diversos et qui varios, tales entitates fore relativas relatione formaliter et specie diversa; si vero non sint non fore diversas specie. Item si sint plures termini subordinati, hinc non dabitur nisi unus specie ordo.

Nunc respondeo ad quaesitum breviter non ita specificari potentiam ab actu ut non possint ab eadem potentia oriri actus specie diversi, quia potentia est causa aequivoca et universalis quod maxime verum est de illa quae multarum operationum specie diversarum est principium sed dicimus potentias specificari ab actibus et esse diversas specie saltem reduplicative quatenus actus unius potentiae in modo tendendi circa suum obiectum notabiliter differunt ab actibus alterius potentiae et sic actus qui in modo tendendi conveniunt dicimus specificare et constituere unam potentiam. Actus vero ipsi specificantur ab obiecto formali, cum obiectum formale sit finis et id in ordine ad quod fit actus: sic omnes actus fidei quia sunt eiusdem speciei quia sunt circa idem obiectum formale sic etiam omnes dicimus ab uno habitu et principio supernaturali quia in modo tendendi notabiliter differunt ab aliis actibus aliarum potentiarum et exigunt aliquid quod non exigunt alii actus: sic etiam visio et auditio hominis differunt specie propter diversitatem obiecti formalis imo et materialis, cum unius sit color alterius sonus; et quia in modo tendendi notabiliter differunt actus potentiae auditivae ut auditivae differt illa potentia specie a visiva.

Disputatio 3

De Anima Rationali in Particulari et ad eam spectantibus

Quatuor sunt quae Animae rationali qua talis est convenire videntur, nimirum species impressae, habitus, actus intellectus et actus voluntatis, quae omnia animae etiam separatae conveniunt ac proinde qua Anima rationalis est

Quaestio 1

De Speciebus impressis in Communi et earum natura

Intentum principale huius quaestionis est naturam specierum impressarum intellectualium examinare, quia tamen etiam species sensuum exteriorum in plerisque fere conveniunt et habent magnam connexionem cum speciebus intellectus, simul earum naturam examinabimus

Sectio 1

An dentur species impressae et in quibus potentijs

Nomine speciei impressae prout opponitur speciei expressae seu cognitioni, intelligitur qualitas aliqua vel ab obiecto vel ab aliquo loco obiecti impressa quae compleat principium in ordine ad operationem, et de hac quaeritur an dentur et in quibus potentijs.

Dico 1. Dantur species impressae potentiae visivae, quas visivas vel visuales vocant ita communiter Hurtadus d. 125, Conimbricenses 2 de Anima c 6 q 2 et lib 3 c 5 q 6, Toletus 2 de Anima q 35, Rubius 2 de Anima tract. de obiectis atque speciebus sensibilibus q 3 qui sententiam vocat communem et pro ea multos autores adducit. Soares 3 de Anima c 1 § 2 primo ex Arist. hîc t 121 ubi ait sensus est id quod est susceptivum formarum sine materia et t 138 expresse habet

dari species et describit naturam illarum: vivens lic t 37
et 57 ait sensum alterari et pati quodammodo, quam passio-
nem docet t 59 fieri ab extrinseco. Probatur 2do si intra obiectum
et oculos ponatur corpus opacum, obiectum non videtur. Ergo
obiectum transmittit aliquid in oculum a quo iuvatur oculus
ad causandam visionem, et hoc nos appellamus speciem
Probatur 3tio quia nisi obiectum mitteret speciem in oculum
atque posset oculus illud videre cum obstaculo ac sine i[llo]
Ergo. Confirmatur 1mo aversis oculis non videtur obiectum
quod solum per lineam rectam mittit speciem; auditur au[tem]
sonus auribus aversis quia species soni non diriguntur
per lineam rectam. Ergo oculi aliquid accipiunt
ab obiecto. Confirmatur 2do obiectum a tergo non possumus
inspicere quod si oculis proponatur speculum poterimus
illud intueri quia species per lineam rectam tendentes ad
speculum e speculo refranguntur in oculos. Confirmatur 3tio
positis duobus speculis ex adverso imago repraesentata
in uno ter aut quater repraesentatur in alio pro distantia
et magnitudine speculorum. Confirmatur 4to Ex varia
dispositione medii quod est inter oculum et obiectum oritur
mutatio circa visionem obiecti ut si medium sit coloratum
obiectum apparet coloratum; si medium moveatur praesertim
[illegible] uti est aqua etiam obiectum videtur moveri ut
lapillus in fundo fluvii. Ratio a priori est potentia
visiva ex se est indifferens ad videndum obiectum tale vel
tale tali vel tali modo nisi habeat aliquod determi-
nativum intrinsecum, quod nos speciem vocamus.

Dices Ad determinandum sufficit praesentia obiecti
Sed contra quia sic non esset ratio cur in qualibet distantia
non perciperetur obiectum et cur non videretur oculis clausis
vel positum a tergo requiritur ergo aliquid intrinsecum
ratione cuius determinetur intrinsece potentia et ratione
cuius coniungatur obiectum potentiae

Dico 2 probabilius est dari species intentionales

seu impressas soni in auditu ita Hurtadus citatus et
alii. Probatur experientia prima est sono distante auribus
percipitur ex qua parte sit sonus; sed hoc non haberetur
propter ipsam soni entitatem ergo provenit hoc a speciebus
Hoc probatur nam etsi sonus veniat ad aures, tamen ex hoc
non dum possumus scire unde veniat praecise; sicuti quando
odor venit ad nares nescimus unde veniat nisi per
discursum vel sequendo odorem. Secunda est de Echo
quod non potest salvari bene nisi per transmissionem spe-
cierum ex una concavitate in aliam sicut in speculis
fit transmissio specierum visualium. Tertia quando quis
leviter pulsat trabem ex una parte longissimam etiam ex par-
te si applicemus auriculam percipiemus idem, quod vix est con-
ceptibile quomodo possit refundi in sonum qui una cum
aere deferatur: amplius in summo silentio noctis applicata
auricula ad terram in campo plano procul valde auditur
equitatus; et infixo in crassum etiam parietem clavo praelongo
per dentes arcte percipies minimum idem aut strepitum
ex adversa parte parietis

Dices) Flante vento in aliam partem ab
ea in qua est audiens minus auditur sonus. Sed non alia
ratione nisi quia defertur alio sonus ergo entitas ipsius
est quae pervenit ad aures. 2do prius videtur coruscatio
fulminis quam audiatur eius sonus. Ergo sonus ipse est
qui pervenit ad aures et non eius species. Probatur consequentia
quia si essent species simul audiretur sonus et videretur
coruscatio. 3tio vehemens sonus laedit sensorium; sed si
sonus mitteret speciem non laederet ut patet cum nec
oculos laedat. Ergo.

R. ad 1mum concedendo totum nam saepe perve-
nit ad aures ipse sonus; et semper necesse est ut in
certa et proportionata distantia distet ab organo
auditus ad hoc ut sui speciem producat in aure.
Ad 2dum R. distinguendo consequens aliquando sonus ipse
pervenerit ad aures transeat, semper nego: alterum
prima ratio disparitatis inter species auditivas et visivas

omn ut dicat Hurtadus ex eo quod cum sonus fiat ex Aeris diverberatione quae fit per motum localem (non enim editur sonus nisi per motum linguae ad pectus vel alterius corporis alteri ad aliud) consequenter non statim percipitur sonus sicut lux quia lux non fit à principio pendente à motu et adeo proportionaliter etiam species lucis citius veniunt ad potentiam quam species soni 2da est quia cum sonus producat species ultra sphaeram limitatam ut producat in maiori sphaera debet ipse sonus realis per motum accedere versus potentiam longius distantem quae omnia requirunt aliquam moram temporis unde fit ut quando sonus parum distat a potentia existente ultra sphaeram proportionatam illius, simul percipitur non et auditur obiectum usque motus labrorum et loquela.

Ad 3tium R. non esse contra me quia laesio in sensorio non fit nisi quando sonus est prope atque adeo intrat una cum speciebus in aures: praeterea ut bene Conimbricenses laesio hinc fit quando fit vehemens aeris collisio quia sonus qua sonus ipse veritur et una cum Aere impingit vehementius in organum auditus

Dices 2 Ex dictis sequitur quando a longe audimus voces eas bis audiendas primo per species quae statim perveniunt ad aures, 2do si magis accedat ad nos ipse sonus qui accessus cum fiat in tempore causabit aliam speciem vel sensationem. Hac ratione aliqui putant fieri Echo. R. negando sequelam ratio discriminis est quia in Echo secundum species veniunt postquam prima vox desiit audiri et sic cum interrimpatur auditus apparet vox duplicata: at vero quando venit ipse sonus adhuc durant prius species directae vel saltem auditio quae nondum fuit interrupta sed continuata per ... sentiam et accessum soni conservatur. Caeterum an quando sonus est praesens producat speciem impressam

vel certe seipso moveat potentia ad auditionem ut debimus infra.

Dico 3. Probabilius est olfactum non habere species sed immediate odores pervenire ad nares ita [illegible] citatus et recentiores alii plures 1mo ratione quia species datae sunt a natura ut suppleant vices obiecti distantis vel improportionem eiusdem; at odor semper est praesens naribus quibus sentitur et est maxime proportionatus ergo. Confirmatur 1mo manet odor et eius sensatio aliquando etiam ablato illo quod primum spaverit odorem. Ergo signum est non esse species quia ablato principio effectivo immediate pereunt vel saltem paulo post. 2do multa non redolent nisi si calore expirent quemadmodum habetur ut thus et in aestate flores lilia et 3tio involucris conservatur odor qui alioquin dissiparetur; imo adhaerescit odor ipsis involucris et manibus. Secundo patet experientia Conclusio non cognoscimus ex qua parte proveniat odor nisi per discursum. Tertio alia experientia est quia nisi attrahamus aerem non sentimus odorem etiamsi sit maxime propinquus at si odor mitteret species sentiretur uti sentitur sonus etiamsi auris non attrahat aerem. Neque dicas id fieri propterea quia non possunt ingredi species, nam contra est etiamsi aperiam operacula narium, si tamen odor sit distans aut sit constrictus frigore non percipitur. Ergo signum est per apertionem operculorum dari locum exhalationi odoriferae.

Objicies 1. Vultures olfaciunt ad magnam distantiam sed ad magnam distantiam non diffunduntur exhalationes odoriferae. Ergo mittunt species. Respondeo olfactum vulturum esse perfectissimum et ita percipere exhalationes odoriferas etiam tenuissimas diffusas per aerem, quae aestate potissimum facile diffunduntur et a vento in longum deferuntur spatium sicuti et aliud res uti vidimus de cineribus montis vesuvij qui usque Ragusam fuerunt deuecti

Obijcies 2 Sequeretur quod res odoriferae cito consumerentur si odores essent exhalationes ex ea provenientes. R. hanc experientiam esse pro nobis hoc ipso enim evenit ut res odoriferae evanescant vel citius vel serius prout plures vel pauciores vehementiores vel debiliores exhalationes expirant

Obijcies 3 Canes sentiunt odorem leporis distantis ex una potius parte quam alia. Ergo odor leporis emittit species. R. negando antecedens nesciunt enim canes ex qua parte proveniat odor et ita vertunt se huc illuc olfaciendo; et quia attrahendo aerem per nares ex una parte non sentiunt odorem leporis sentiunt vero ex alia; fit ut per unam potius semitam currant quam per aliam.

Dico 4 Gustus non habet species ita Hurtadus citatus et recentiores aliqui contra Soares Rubium Conimbricenses probatur species requiruntur ut vicaria obiecti et ut suppleat ad illius absentiam vel improportionem cum potentia; sed obiectum huius sensus neque ab illo distat neque est improportionatum. Ergo non indiget specie. Mai. patet ex natura speciei Min. probatur experientia nihil enim gustamus quin illud physice contingamus. Ergo

Dices 1. Obiectum esse praesens physice non vero intentionaliter. Sed contra quia esse intentionaliter praesens est esse proportionatum ad sensationes intentionales. Sed obiectum physice praesens et proportionatum cum potentia in gradu esse et alteris circumstantiis est aptum ad sensationes intentionales Ergo est intentionaliter praesens

Dices 2 obiectum esse nimis crassum atque adeo improportionatum et ideo indigere speciebus quae sunt formae quasi immateriales prout supra ex pro. Sed contra sapor non videtur esse crassior quam organum gustus ut s. palatus lingua sicuti nec odor est crassior quam membranula in naribus vel cerebrum seu quod est organum odoratus.

Dico 5 Tactus non habet species ita etiam Hurtadus citatus cum recentioribus Toletus lib 3 q 2 concl. 4. probatur rationibus supra posita pro quarta concl. Confirmatur si applicentur

manus frigidas igni non statim sentimus calorem. Ergo extrinsecus ignis non agit per species quae in instanti producantur et eodem instanti causant sensationem

Pro solutione obiectionum Adverte obiectum tactus imo esse primas qualitates. Item secundas raritatem densitatem mollitiem duritiem, 2do gravitatem et levitatem (3tio impulsum ab extrinseco impellente ut omittam dolorem et voluptatem de quo forte alibi. Hoc posito quod spectat ad primas qualitates dubium est an qualitates extrinsecae sentiantur an vero qualitates quae producuntur in nobis ab extrinsecis. Ratio difficultatis est quia ut dixi si aplicemus frigidas manus igni, non statim sentimus calorem sed sensim. Ergo non est calor extrinsecus qui sentitur; nam si ille esset statim sentiretur cum sit sufficienter aplicatus potentiae; quod autem non sentiatur statim oritur ex eo quia calor extrinsecus non potest tam cito calorem in manu producere propter frigus resistens; Aliunde magna difficultas est ut videbimus infra si dicamus calorem in manu productum sentiri; quod tamen mihi probabilius est. Quod spectat ad reliqua omnia suppono a corpore tacto causari impulsum in tangente; sic a corpore gravi quod gravitat producitur impulsus in humeris vel manu prout dixi in qu. ultima S. ultima de elementis in 2. difficultate; cum contra nitendo subiectum necesse est ut patiatur partium compressionem quae plus nimio addensatum contra suam exigentiam patitur dolorem. Item blandum et asperum percipiuntur ratione diversi impulsus; nam asperum propter inaequalitatem partium causat impulsus inaequales non item blandum Rursus durum causat impulsum fortem; molle vero causat impulsum tenuem et non multum comprimentem manum; sed potius manus resistit impulsui causato a corpore blando ac molli sicuti e contra a duro causatur impulsus in manu cui manus non potest resistere. Quare impulsus ab his obiectis intime penetrat et producitur intime

C

in tactus organo per [illegible] cum quem tangit conatur corpus tangens penetrare cum tacto corpore et quia corpus tangens est quantum et consequenter impenetrabile, ideo semper aliqualiter resistit et fit ut corpus tactum impellat partes extimas tangentis usque cutim cogitque illam retrocedere et aliqualiter addensari. Ex quo habetur quod quo cutis fuerit mollior et blandior caro digiti, melius indicare possit ex tactu et sit aptior pro dignoscendis pulsibus

Dices 1°. Ad hoc ut fiat operatio vitalis sensationis debet intime coniungi obiectum cum potentia ad integrandum unum principium; sed sapor non producitur in ipso organo realiter. Ergo debet intime coniungi cum potentia per speciem intentionalem. Respondeo posset 1mo negando maiorem et dicendo sufficienter constitui principium sensationis per hoc quod sapor vel etiam calor attingat superficiem organi et sufficere contactum secundum superficiem.

Respondeo 2do negando minorem nam semper in parte interiori organi subintrat aliquid de sapore quia una cum succo defertur per poros et introit, ac propterea organum gustus est spongiosum: similiter dic de odore qui in poros organi una cum aere attracto subintrat. De tactu autem patet quod semper aliquid in ipso organo producatur quod sit principium sensationis

Dices 2. Calor qui est in manu usque non sentitur sed qui est extra manum: atqui calor extrinsecus non potest sentiri nisi sui speciem mittat in manum. Ergo calor simpliciter non sentitur a manu nisi per speciem: Probatur secunda si calor productus in manu sentiretur essemus in continuo actu secundo sensationis omnium qualitatum quas in nobis habemus quod repugnat experientiae. Nec probatur Obiectum sensus debet esse aliquo modo praesens; sed calor extrinsecus non potest aliter esse praesens nisi per sui speciem. Ergo ita est praesens.

Haec obiectio non bene tangit difficultatem ut insinuavi supra, de qua Suarez c 26 n 5 Conimbricenses q 3 a 3

Rubius q 3 Murcia 2 de Anima d. 10 q. qui omnium
pene nomine dicit tactum non posse percipere qualitates in
trinsece inhaerentes in organo. Imo quia calor receptus
in organo tactus nunquam est tantus ac calor ignis
quem sentimus per tactum esse vehementissimum. Confirmatur
experientia si prope fornacem accedas senties calorem
adeo vehementem ut vix possis illum ferre, si tamen subito
occludatur fornax statim non senties tantum calorem. sed
impossibile est calorem in organo tactus productum
in tam brevissimo tempore fuisse corruptum, Ergo signum
est vehementem illum calorem esse extrinsecum et percipi
per speciem intentionalem caloris illius extrinseci. 2do
quia alias semper tactus esset in continua sensatione
ut supra in obiectione etiam diximus. Ratio autem
cur non sentiantur tales qualitates est nequit quod sicuti
nulla alia ratione colligimus calorem esse calefactivum
nisi a posteriori, ita quia experimur internas qualitates
organi tactus non percipi a nobis, inde a posteriori
colligimus calorem non esse productivum speciei intentio
nalis et sensationis per cuiusque in subiecto in quo est
vel secundo nequit potest reddi ratio optima huius rei
nam ad productionem speciei intentionalis primarum quali
tatum tangibilium debet praecedere realis et physica alte
ratio, quia ergo calor nequit agere actione physica
circa subiectum in quo est, ita neque potest intentiona
liter mutare organum in quo est, quod etiam probat
calorem extrinsecum eiusdem intensionis non percipi

Sed contra hanc communem doctrinam est Imo quia
huius prius quidem ratio cur calor extrinsecus non producat
sui speciem in organo nisi quando potest producere rea
liter aliquem calorem in illo: cum enim calor extrinsecus
sit agens necessarium et subiectum non habeat species illius
cur non potest in illo illas producere? 2do huius ipsius
rei quaerimus causam cur calor in organo non producat
speciem sui et per cuiusque sensationem. Alio cum longe
maiorem manus aplicata igni sentiat calorem quam

in se recipiat ut ipse fatetur Arriaga, quibus cum species tantae intensionis ut producta sit, debeat se accommodare alterationi physicae. Ultimo absente calore omni aut frigore extrinseco adhuc fit sensatio ergo Item manus frigida etiamsi aer circumstans sit calidus adhuc tamen in se sentit frigus: Item in loco frigido saepe a sanguine manus bene calefit, aut facies et quem calorem bene percipimus. Propter quae cogor aliqua quibus intelligo plane hac in parte dicam.

Quare vides non posse negari quin sentiatur qualitas recepta intrinsece in organo ut apparet quando frigidas habet manus in cubiculo etiam existens sentio frigus. Alterum dico in simili casu quando per excessum illum caloris aut frigoris sentiri solum mediate quatenus frigus productum in manu ultra temperamentum debitum tali parti causat qualitatem quandam quae vocatur dolor qua posita elicit anima cum illa qualitate sensationem circa illam; vel si non placet quod cum illa saltem sine illa circa illam: et quia illud frigus sensim minuitur, et sensim alius et minor producitur dolor et alia etiam sensatio, fit ut videamur nobis sentire calorem accedentem et diminutionem frigoris. Per hoc tamen non nego quin etiam extrinsecum frigus vel calor producat hanc qualitatem dolorificam in manu, ita quidem ut una cum calore producto in manu calor ignis v.g. extrinsecus producat dolorem in eadem sed majoris intensionis proportionaliter quam sit ipse calor productus in manu, qui prorsus vide ad subtractionem ignis et caloris extrinseci minuitur. quod optime confirmat experientia qua videmus quod applicata manu ad ignem intensissimum sentiamus dolorem et extracta manu ab igne statim dolorem minui experiamur, et tamen probabile non est calorem productum in manu qui est nativa sua qualitas permanens, potuisse ita in momento deficere. Ergo signum est illum dolorem non solum fuisse causatum a calore recepto in manu sed etiam

ab ipso calore extrinseco ad cuius absentia desinit et perit dolor et producitur alius a solo calore recepto in manu. Deinde dico quando sentitur calor immediate tunc non sentitur ille qui est extra manum sed ille qui est productus et receptus in manu. Ratio est prima quia si calor externus et per species intentionales sentiretur, posset calor absque contactu physico in distantia sentiri (species enim diffundi possunt quod tamen est falsum) 2da ratio est quia vere ipse calor est proportionatus natura sua pro sensu tactus et alioquin est intrinsecus et conjunctus primum intrinsecum cum potentia tactus si ergo nulla obstat ratio oportet dicere illum ipsum per se causare sensationem. Confirmatur a pari sicuti a plerisque conceditur animam in statu separato seipsa et accidentia sua cognoscere sine specie superaddita eo quod sit sibi intime praesens cur non etiam dicam ego quando calor est intime praesens sensus potentiae illum percipi sine specie. Ad rationem in contrarium et confirmationem dico experientiam illam non cogere me ut dicam extrinsecum calorem sentiri immediate sed tantum dolorem ab illo productum. Ad 2dam dico concedendo vere calorem frigus humiditatem et siccitatem in manu producere sui sensationem quando anima non nimium est abrepta et affixa aliis objectis sed nos non discernere tales sensationes et ita insensibiliter quasi elici hunc propter consuetudinem vel propter aequalem et non notabilem qualitatis unius supra alteram excessum. Instantia optima est non potest tangi aliquod corpus quin eliciatur sensatio consequenter circa indusium quo induimur semper fit sensatio nocte et die et tamen non advertimus et quasi insensibiliter elicimus sensationes et si tu dicas dum dormimus debere nos sentire calorem receptum in manu dicam ego debere nos sentire indusium dum dormimus. Vides quomodo haec instantia cogat adversarios aliam quaerere solutionem et quas illi assignabunt pro solutione huius difficultatis facile illam poteris applicare

ex quo etiã habes quomodo respondendũ sit in forma
et ad obiectionem positam.

Dico 6 In phantasia seu in sensu interno dantur species. Est communis. Probatur 1mo quia experimur in absentia obiecti cognoscere nos per actũ interiorẽ id quod semel per sensus externos percepimus, imo dormientibus nobis formantur imagines earundem et aliarũ rerũ. 2do Ad actũ sensuũ externorũ requiruntur obiecta non extrinseca solũ terminando sed intime etiã terminando ipsã potentiã vel per se vel per species vicarias. Ergo etiã in sensu interno deberi aliquã determinationẽ dari cũ non sit minus indeterminatus quã sensus externi.

Dico Ultimo. In intellectu dantur species spirituales ita Aristoteles cũ communi Probatur intellectus ex se est indeterminatus ad hoc vel illud cognoscendũ. Ergo indiget specie impressa determinatrice proportionata sibi et spirituali

Dices 1 Ad determinandũ intellectũ sufficit praevia operatio phantasmatis. Sed contra Intellectus debet determinari ab aliquo principio prout aliquis actus. Sed actus phantasmatis non est comprincipiũ. Ergo ab illo non debet determinari determinatione intrinseca. Assumptum probatur quia communiter admittitur actũ unius non esse principium proximum et activum alterius sed ad summũ alicuius speciei quam relinquit post se 2do intellectus est spiritualis. Ergo debet determinari ab aliquo spirituali intrinseco sicuti voluntas quia spiritualis est exigit determinari a cognitione intellectiva spirituali 3tio Anima separata operatur ut principiũ inadaequatũ indigens speciebus per modũ concausae. Ergo etiã iuncta corpori exiget tale comprincipiũ intrinsecũ. Tandem multa intellectus intelligit quae non percipiuntur à sensu. Ergo sensus non potest ad illa intellectũ determinare. Probatur Antecedens Intellectus reflectit se supra suos actus et meminit actuũ praeteritorum cognoscit actus voluntatis quos habuit

Dices 2 Intellectus necessario pendet a phantasmatibus iuxta Philosophum intelligentem oportet phantasmata speculari

Ergo ideo ut determinetur a phantasmate. R. concedendo antecedens distinguendo consequens. Ad hoc ut determinetur a phantasmate intrinsece et proxime nego, ad hoc ut determinetur extrinsece et remote concedo. Ratio est ergo connexionis inter phantasmata et intellectum quia cum intellectus positis etiam speciebus impressis adhuc sit indeterminatus ut hac vel illa specie utatur nec possit sufficienter determinari a voluntate semper ad eliciendam hanc vel illam cognitionem, eo quod operationes voluntatis natura sua supponant operantem intellectum debet dari determinativum aliquod quod est operatio sensus interni. ipse autem sensus internus determinatur a suis speciebus excitatus vel ab operatione sensus externi vel ab aliquo humore praedominante, vel denique quod ab uno obiecto excitentur species alterius obiecti cum quibus habet connexionem vel suggestione alicuius extrinseci obiecti nigri vel albi. prout explicabimus inferius.

Dices 3. hoc ad summum probat non posse intellectum operari nisi operante phantasia quando intellectus non habet unde magis determinetur ad hoc obiectum cognoscendum quam aliud: sed potest contingere quod intellectus aliunde determinetur et excitetur ad cognoscendum aliud obiectum nempe discurrendo ab uno in aliud vel etiam cum cognito uno obiecto ex hac cognitione oritur actus voluntatis a quo determinatur intellectus ad cognoscendum aliud obiectum. Ergo tunc non requiret consortium phantasiae. R. in praedictis casibus adhuc dependere intellectum a consortio phantasiae: eo ipso enim quod intellectus licet speciebus instructus indigeat saepe alio determinativo a quo excitetur ad operandum, necesse etiam fuit ut circa omnia obiecta quorum sunt species in intellectu dentur etiam species in phantasia, si non propriae eorum obiectorum saltem similes vel obiectorum materialium aliqua ratione similium, ut puta speciei quae datur in intellectu de Angelo respondet in phantasia species iuvenis speciosi et sic possit phantasia excitare intellectum ad operandum circa talia obiecta quorum alioqui species essent frustra. Hinc ergo fit-

quod quando intellectus etiam determinatur a voluntate vel a praemissis ad cognoscendum de novo aliquod obiectum cuius speciem a phantasia non accepit, debet etiam operari phantasia circa illud vel aliud simile ut maneat ex hoc species in phantasia quae deinceps possit excitare speciem in intellectu.

Dices 4. Satis erit si hoc fiat quando primum intellectus circa illud obiectum operatur; deinceps vero non apparet quare sit necesse quotiescumque intellectus circa idem obiectum operatur, determinatus sive a voluntate sive ab aliis actibus, quod operetur etiam phantasia quae neque ad acquirendas species illorum obiectorum quas iam habet, neque ad excitandum intellectum qui aliunde excitatus supponitur debeat operari. R. adhuc in dictis casibus operaturam phantasiam quia species quam habet adeo est connexa cum specie et cognitione intellectiva, ut non possit naturaliter dari species et cognitio intellectualis sine eo quod excitetur species in phantasia et operetur quod plerique refundunt in sympathiam potentiarum; nos autem in radicationem illarum in eadem Anima.

Dices ultimo. Angelus et Anima separata habent species et illas excitantur sine determinatione phantasiae. Ergo superflua est ista determinatio phantasiae. Omissis aliorum responsis R. eo Angelum seipsum posse determinare ad intellectionem huius vel illius obiecti quatenus cognoscendo se et species suas omnes quas habet potest et vult uti specie huius obiecti et non alterius. Quod autem sit semper in cognitione sui et suorum accidentium nisi voluntas impediat, probatur communiter quia intellectus angeli est potentia necessaria et natura sua sufficiens ad operandum sine actuali motione voluntatis cum sit prior in operando quam voluntas; praeterea eius substantia et accidentia sunt intime praesentia intellectui angelico et proportionata illi. Ergo nisi voluntas Angeli impediat intellectus semper illa cognoscit et intelligit;

illa enim propter ultimam praesentiam proportionatam et connexionem naturalem efficacius movent quam alia obiecta.

Sectio 2
De Causis Specierum

Dico, Loquendo de Causa efficiente specierum, Species sensuum externorum fieri ab obiectis in genere Causae efficientis adaequatae. Est communis. Probatur Obiectum requiritur ad productionem speciei non ut conditio. Ergo ut Causa. Antecedens patet quia ablato obiecto desinunt species talis. Probatur minor si obiectum esset conditio deberet se habere in genere Causae formalis seu ut determinans formaliter potentiam ad productionem speciei. Sed hoc non potest facere Ergo. Minor videtur clara sic enim se solent habere conditiones in Causationibus physicis. Nor probatur obiectum est saepe distans sed non potest aliquid distans habere se ut ratio formalis determinans proxime rem aliquam creatam ad Causandum aliquid quod alias ex se non potuisset Causare ut patet inductione omnium conditionum saltem in sententia plurimorum. Confirmatur quemadmodum lumen producitur a Sole ita species ab obiecto quae influxu et actuali illius egent praesentia. Ratio a priori est quia species est imago obiecti et vicaria illius. Ergo nisi aliquid peculiare obstet oportet activitatem attribuere ipsi obiecto: at hic nihil obstat. Cur obiectum non possit esse Causa aequivoca speciei materialis producendo illa per totum medium et in ipso organo. Nam quod dicunt aliqui species esse perfectiones eo quod sint quasi minus materiales negandum est, quia illa ut ita dicam minor materialitas potius arguit exiguitatem et exilitatem totius entis.

Dices Ergo si obiectum sit praesens organo potentiae hinc potentia in organo residens producere sibi speciem posito et approximato obiecto tanquam conditione, et sic posset oculus in se ipsius speciem producere et per consequens

videre se R. negando sequelam hoc ipso enim quod semel sciamus obiectum ex se esse sufficiens principium effectivum speciem, debemus dicere in omni casu nisi nos alia ratio conuincat obiectum causare speciem. Utrum autem obiectum praesens organo possit producere in illo sui speciem; et an omne obiectum respectu omnis potentiae aut certe non omne nec respectu omnis potentiae et cur id possit facere, pendet ex consideratione singulorum sensuum et obiectorum, de quo forte aliquid infra.

DICO 2 Species sensuum internorum de iis obiectis quae percipiuntur à sensibus externis, mediate saltem effici a sensibus externis. Est communis. Probatur non potest alio modo explicari qua ratione externa sensatio determinet sensum internum ad operandum nisi effective concurrat ad productionem speciei illius. Ergo. Probatur antecedens quia sensus externus et eius organum a sensu interno distat quod maxime verum est in brutis in quibus alia est pars animae eliciens sensationem internam, alia externam. Ergo non potest determinare aliter sensatio externa nisi producendo speciem in toto nervo ad organum usque sensus interni et quidem in instanti ut experientia monstrat. Ad eam vero quod sensus externus non percipit determinat prima vice ab aliis actibus deinceps a specie relicta ex primo actu.

DICES 1 Ablata sensatione sensus externi species impressa interni remanet. Ergo signum est eam non pendere in fieri à sensatione externa: sicuti contra quia ablato obiecto species impressa sensus externi perit, signum dicimus esse obiectum esse illius causam. Confirmatur difficile est quomodo sensatio producta in pede possit producere speciem per totum nervum usque ad cerebrum. R. negando consequentiam et paritatem est enim magna disparitas inter speciem sensus interni et sensus externi, et hoc propter diversum finem et naturam earum: unde cum species sensus externi posita in potentia vel organo

(nisi nimium anima abripiatur) vna cum potentia semper eliciat sensationem, sequeretur ut si ablato obiecto adhuc perseveraret species semper eandem rem vna cum plurimis rebus perciperet organum externum: at vero cum posita adhuc specie sensus interni in ipso non dum sufficiens sit et ultimum principium positum ad eliciendam sensationem internam sit ut possit illa manere absque ullo inconvenienti. Ratio à priori videtur esse quod species sensuum externorum sunt intuitivae et exigentes praesentiam obiecti; non item species sensus interni quae plerumque sunt abstractivae non exigentes obiecti praesentiam et per consequens species sensus interni possunt iuvare potentiam ad cognitionem rerum praeteritarum. Ad confirmationem Respondeo non esse ullam difficultatem quomodo sensatio tactus in pede per totum nervum ad cerebrum usque producat speciem impressam similem illi quam producit in cerebro et cum qua existente in cerebro sensus interior eliciat sensationem.

Dices 2 Soares lib 3 c 9 posset optime dici animam ipsam posita sensatione sensus externi producere sibi speciem internam quia nullum videtur esse inconveniens et aliunde intellectum ita philosophamur. Sed contra ut ostendam infra anima nunquam est principium adaequatum suarum specierum etiam spiritualium 2° ut dixi sensatio externa non potest esse tanquam conditio determinans in genere causae formalis cum desit. 3° etiam ut dixi quantum fieri potest oportet tribuere obiecto activitatem speciei saltem mediate.

Dices 3. Ergo melius dicetur ipsas species impressas sensus externi causare species impressas sensus interni. Respondeo negando sequelam. Ratio est quia sequeretur quod quotiescunque sensus externus reciperet speciem, toties etiam sensus internus; sed hoc est falsum. Ergo. Probatur minor in aliquo qui tactus apoplexia habet oculos apertos nam in eius oculo procul dubio producuntur species pueri stantis ante oculos et tamen ubi redit ad se non recordatur pueri; quod est signum illum

non habuisse speciem Coeli in phantasia licet fuerit producta in oculo.

Dico 3 probabile est species intelligibiles obiectorum quae a sensibus etiam percipiuntur produci a sensatione interna et ab intellectu agente ita communiter Conimbricenses 3 de Anima c 5 q 2 et q 3 et q 6 a 2. Secundam partem pro nunc suppono cum communi prima pars probatur quia quando sine aperto inconvenienti fieri potest oportet obiecto tribuere aliquam efficientiam mediatam vel immediatam in actu cognitionis et multo magis in species; ut sic verum sit vulgare Axioma desumptum ex S. Augustino quod ab obiecto et potentia paritur notitia: non est autem inconveniens phantasma producere speciem impressam spiritualem, et aliunde hac ratione optime intelligitur influxus obiecti in notitiam Ergo hoc ita fieri dicendum est

Dices 1 non potest causa materialis producere rem spiritualem. Ergo neque phantasma concurrere efficienter ad productionem speciei impressae. Antecedens patet spirituale enim est quod non pendet a materiali. Resp. distinguendo Antecedens causa materialis non potest efficienter tanquam causa partialis producere effectum spiritualem nego; causa materialis materialiter et tanquam subiectum concedo Nam hoc ipso quod materiale aliquod causet effectum in genere causae materialis effectus petit esse unitus et eiusdem rationis cum materia id est petit sustentari ab illa et per huiusmodi dependere; qui est formalissimus conceptus rei materialis: at vero quod ab efficiente materiali causatur potest non esse eiusdem rationis nec petit ab illo conservari et in suo conservari non pendet ab illo, ideo etiamsi fiat ab illo non tamen erit materialis effectus. Confirmatur nam concurrens per modum (causae materialis in se omnino illam perfectionem quam debet in effectu producere; sicuti species non vitalis concurrit effective ad causandum actum vitalem et lumen gloriae habitus supernaturalis ad actum supernaturalem vitalem

conformatur modo totus discursus. Potest de potentia absoluta elevari per plerosque aqua ad productionem gratiae vel ad creandum Angelum; et tamen communis sententia negat posse ad productionem rei spiritualis concurrere in ratione subiecti rem materialem

Dices 2. Ergo etiam causa efficiens materialis potest esse causa adaequata effectus spiritualis. R. negando sequelam quia res materialis cum nullam habeat proportionem cum re spirituali, non potest esse causa adaequata rei spiritualis, cum inter causam efficientem adaequatam et effectum requiratur proportio et continentia saltem eminentialis quod sonat ad minus aequalem perfectionem in causa.

Caeterum si tibi difficile visum fuerit quomodo res materialis efficienter ut causa etiam partialis causet effectum spiritualem maxime cum S. Augustinus 12 super genesim ad literam c. 16 dicat non esse putandum aliquid agere corpus in spiritum, et postea theologi quasi certo supponant hanc doctrinam ideoque magnam faciunt difficultatem quomodo ignis inferni materialis possit agere in spiritus: potes dicere et satis probabiliter posita sensatione sensus interni tanquam conditione et quidem intrinseca Deum ut autorem naturae in animam producere speciem impressam. Neque hoc debet mirum videri nam si multi theologi cum Suarez 2 de Angelis c 2 negant Angelo virtutem sibi producendi species, quare non negabimus hoc animae rationali quae etiam separata non videtur esse melioris conditionis quam Angelus, multominus coniuncta corpori. Ratio autem inter caeteras cur Angelus non producat sibi species potest esse haec, cuiusmodi species nullum habent terminum in perfectione eo quod sicuti Deus potest creare substantias saltem spirituales perfectiones et perfectiones in infinitum quae essent ab Angelo naturaliter cognoscibiles cum sint intra ordinem rerum naturalium

ita Angeli Substantia contineret eorundem rerum in se
Species et per hasque haberet perfectionem sine rerum
quod repugnaret naturae limitatae quae est determina-
ta in omni sua actione. Deinde si Species intelligi-
biles manarent e Substantia Angeli saeque Angeli
de facto haberent Species infinitarum rerum natura-
lium possibilium et consequenter Species numero infinitas
quod a plerisque negatur.

Dico Ultimo. Species intelligibiles eorum
obiectorum quae a sensibus non percipiuntur sed habentur
per discursum vel cognitionem aliorum obiectorum producuntur
efficienter a prima cognitione talis obiecti quod cogno-
scitur. Probatur quia ad primam cognitionem talis obiecti
conclusionis sufficienter determinant praemissae;
quia cognitio illa est imago de novo cogniti obiecti ita potest
producere speciem sui obiecti: hac eadem cognitio sui
speciem relinquit in mente ad hoc ut possit reflexe per-
cipi etiam quando desiit

Quaeres 1. Quodnam sit subiectum specierum?

R. 1mo cum Conimbricensibus 2 de Anima c. 6 q. 1 a. 2
Species sensuum externorum recipi in organis corporeis et
non partialiter etiam in Anima. Ratio est Accidentia ma-
terialia nisi sit peculiaris necessitas debent recipi in sola
materia: sed hic nulla est necessitas. Ergo. Minor probatur
Species concurrunt solum effective ad cognitionem loco
obiecti. Ergo sicuti obiectum non est necesse ut recipiatur in Anima;
ita non erit necesse ut vicaria illius Species recipiatur
in Anima. 2do Species sensus interioris sufficienter eodem
modo recipiuntur in organo corporeo sive illud sit cerebrum
sive aliquid aliud. 3tio Species intellectuales subiectantur
in sola Anima cum etiam a sola Anima producantur

Quaeres 2. Qualiter Species sensuum externorum

in productione dependeant ab obiectis? Huius quaestionis sensus est
an Species sensus externi talem habeant dependentiam

ab obiecto ut amoto illo quam primum desinant. Conimbricenses hic c 6 q 2 a 3 Rubius tract. de obiectis q 13 Soares hic lib 3 c 12 et communiter alij tenent affirmativam. Ratio eorum est quia si per aliquod breve tempus possent species sine obiecto conservari, nulla esset ratio cur non etiam diutius conservari possent quod tamen foret contra experientiam.

Vasques 1 p. d 38 Cum aliquibus recentioribus negat semper amoto obiecto statim perituram speciem et visionem: ducitur experientijs aliquot 1ma est si ad rubrum colorem multo tempore aspiciamus ut rubrum vel viridem etiam ablato colore adhuc experimur nos videre ruborem vel virorem per aliquantulum tempus 2da si cancellos luce perfusos diu et intense aspiciamus etiam clausis oculis adhuc aliquantulum durat visio. Sed responderi posset cum Conimbricensibus Soares et alijs experimenta illa solum probare quod detur in oculo aliqua alteratio et motio propter quam imaginamur nobis videre id quod revera non videmus; alteratur enim organum visus a vehementi luce per hoc quod nimium incalescat et rarefiat quo fit ut imaginatio sibi apprehendat illud obiectum a quo sensorium illam passionem accepit. Confirmatur nam etiam alias cum aliquando oculos comprimimus et fricamus videmur nobis videre colores

Ego adhuc existimo Deum 1mo de potentia absoluta posse manere sensationem et speciem absente etiam obiecto quia nulla est implicantia cur Deus speciem quam lapis in oculum impressit amoto lapide supplendo illius Causalitatem non possit conservare in oculo, quae species cum lapidem eodem modo quo antea referat, adhuc eum tanquam praesentem repraesentabit aspectui. Confirmatur ex ijs quae in mysterio Eucharistiae aliquando comparent nonnunquam enim Caro puer Sanguis Christi et alia oculis repraesentantur nempe per species talium rerum etiamsi huiusmodi res praesentes non sint ut docet S. Thomas 3 p. q 73 a 8 Et in hoc puncto conveniunt Conimbricenses Soares Rubius et alij communiter 2do dico probabile mihi esse aliquando speciem impressam etiam in absentia obiecti aliquantulum permanere in sensorio: quod imprimis docet Aristoteles lib. de Somnijs c 2

et probatur experientia duplici. Prima quando quis nobis ob oculos virgam in summitate ignitam circumagit, videmus circulum quendam ignitum atque adeo ignem in eo loco ubi revera non est pro tunc. 2da in aqua videmus remum fractum et habemus speciem illius et tamen non est ita. In quibus experientiis non potest dici quod sola phantasia operetur propter vehementem impressionem factam oculorum quia in primis vehemens impressio non fit in dictis casibus, deinde si virga ignita tarde circumagatur non videtur esse circulus ignitus. Ergo signum est causam illius apparitionis esse celeritatem qua obiectum celerrime redit ad eundem locum et denuo novam speciem producat antequam penitus praecedens producta evanescat. Item saepius fit vehemens impressio in sensorium et tamen non semper videmur nobis videre illud obiectum in absentia illius. Ergo sola impressio vehemens non causat actum phantasiae. Adverte tamen me secundae experientiae non nimium inniti ad rationem contrariam dico speciem natura sua aliquantulum tantum durare posse et hoc propter bonum organi et videntis cui multum obesset si species permaneret semper: simile quid dixi de impetu qui natura sua est quidem deperdibilis sed non statim ac productus est. Ad responsionem contra experientias utrasque dico esto aliquando posset contingere solum actum phantasiae operari in simili aliqua experientia propter vehementem impressionem aut etiam alia de causa ut fit quando pugno oculus percutitur aut suscipitur, tunc enim videmur nobis videre lumen aut stellas ex oculis scintillare: quamquam hoc posset refundi in lumen aliquod intra organum existens proveniens a copia spirituum animalium qui ad visionem vehementer confluxerunt aut certe commotione vehementi accurrerunt: hoc tamen non redarguit universaliter, cum neque semper ubi est impressio vehemens fiat talis phantasia, neque etiam absente tali forti impressione desinat actus phantasiae, quod proinde ostendit vere hic operari sensum externum ...

ad cuius sensationem in phantasia correspondens produ
citur actus

QUAERES 3 Cum dicas etiam specie intellectuali po
sita in intellectu non esse sufficiens principium ad hoc ut
in actu secundo prodeat cognitio nisi species illa appli
cetur et nisi accedat determinatio phantasiae aut alte
rius. Item in phantasia etiamsi ponantur species nihilo
minus non comprincipiant sensationem internam nisi
eae species excitentur, quid nigra haec significant?
Quoad 1mum communiter dicunt ut supra dixi intellectum
cum multas habeat rerum species esse indifferentem ad co
gnitionem huius vel illius ac proinde opus esse ut de
terminetur ab aliquo ad operandum cum hac et non cum
illa specie. Sed ut vides res adhuc est obscura et clarius
ulterior petitur ratio. Quare dico intellectum hoc ipso
quod pro obiecto habeat tam universale obiectum id est fere
in praesentia praeterita futura, reflectere se supra actus
suos et aliarum potentiarum, et hoc non possit perficere se
sua substantia, debentur illi species permanentes talium
rerum quo fit ut sit simul et semel capax multarum
specierum. Hoc posito si species esset illa quae ultimo
in actu primo proxime compleret intellectum ad intellectionem
necesse esset intellectum omnia illa simul et semel co
gnoscere quod nec experientia neque limitatio intellectus
concedit. Ergo signum est requiri aliquid aliud quod de actu
primo proximo compleat intellectum ad hoc ut exeat in actum secun
dum, et hoc in anima dum est coniuncta corpori esse phanta
siam, dum est separata esse voluntatem et reflexionem
supra species probabile est, quae duo dicimus esse ratio
nes formales determinantes eo quod videns deus in phan
tasia sensationem dat concursum suum intellectui qua cum
tali specie ad actum eliciendum sine quo concursu non est
potens proxime intellectus operari. Sicuti quando dicis
intellectionem requiri tanquam rationem formalem et
conditionem ad actum voluntatis potest esse sensus posita
tali cognitione in anima deum offerre suum concursum
ad hanc volitionem f. eliciendam. Sed forte adhuc
conaturalior cuius rei potest reddi ratio in nostris

principijs minimum. Cum eadem sit Anima quae intellectiones et sensationes internas et in uno et externas, fit ut si semel per sensationem aliquam obiectum aliquod percipiat naturali propensione illud ipsum conatur perfectionj modo percipere et cognoscere cognitione praestantionj. atque adeo illa eadem anima cum subordinata sibi specie intellectuali circa idem obiectum eliciat actum spiritualem et perfectiorem, in quo casu aliqualiter se habet species, sicuti se habet habitus vel naturales vel supranaturales qui quidem sunt comprincipia sed subordinata potentiis. De 2da parte quaestionis infra S. 6 dicam

Sectio 3
De Essentia et Activitate Specierum

Cum species impressa sit qualitas vicaria obiecti communiter dicatur quod sit similitudo obiecti, ex quo fit quaestio an sit vera physica obiecti similitudo vel saltem an sit intentionalis formalis aut certe virtualis. Et quidem Suarez in 2. dist. 39 q 6 n 11 putat esse species eiusdem naturae cum obiecto eo quod expanso velo rubro transmisso lumine paries adversus appareat etiam ruber. Verum hoc argumentum non habet multum roboris, nam eo casu species rubri panni non conspiciuntur in pariete, sed colores apparentes qui vel non distinguuntur a lumine, vel certe una cum lumine producuntur sui speciem vide Conimbr. 2 de Anima c 7 q 2 et 3

Dico 1 Species sunt diversae naturae ab obiecto Est communis cum S. Thoma 7 metaph. lect. 6. Probatur quia species non sunt contrariae sicuti obiecta a quibus producuntur ut species albedinis in summo et species nigredinis in summo Cum species possint produci in eodem subiecto non vero albedo et nigredo. 2do probatur Species saltem intelligibiles etiam substantiam repraesentant. Ergo erunt substantiae ex quo multa possis deducere absurda

Dico 2. Species impressa non est similitudo

formalis obiecti sed tantum virtualis. Ita communiter
cum Suarez d. 6 metaph. s. 6 et 3 de Anima c. 2 -
Probatur similitudo formalis duplex tantum potest esse natu
ralis scilicet et intentionalis, sed nullam ex his habet spe
cies impressa cum obiecto. Ergo. Antecedens quoad primam
partem patet nam similitudo naturalis imaginis fun
datur in unitate naturae cum obiecto primo et per se
repraesentato quod species non habet; et praeterea imago
naturalis non ducit in obiecti cognitionem nisi prius
cognita quod ostendam infra - nec speciei expressae
nec impressae convenire. Quoad secundam partem
probatur quia similitudo formalis intentionalis obiecti infor
mans animam reddit ipsam formaliter cognoscentem -
sicuti albedo informans subiectum reddit formaliter album
hoc autem non facit species impressa quia habemus mul
tarum rerum species quas tamen actu non scimus. Ergo
2o probatur quia formalis imago intentionalis actualiter
assimilat potentiam obiecto, sed assimilare potentiam actu
aliter obiecto est reddere formaliter cognoscentem. Ergo
formalis imago reddit formaliter et actu potentiam cogno
scentem. Quare restat speciem impressam esse imaginem
virtualem quatenus per ipsam tanquam per virtutem vicariam
obiecti ipsum videmus obiectum et per ipsam elicitur formalis
et actualis visio seu cognitio obiecti. Hinc deduco
posse animam pro suo velle uti specie adaequate vel
inadaequate ita ut eliciat cognitionem repraesentantem
totum cuius semen est species impressa; vel solum
partem; qua ratione per speciem hominis inadaequate
usurpatam cognoscimus et praescindimus animal a rationali.
Hinc multae aliae fiunt combinationes ex eo quia plu
ribus simul utimur speciebus sed non iuxta totam
virtutem earum

DICO 3 species impressas ad cognitionem concur
rere in genere causae efficientis. Ita communiter contra
paucos aliquos recentiores. Probatur primo species pendet solum

ut suppleat vicem obiecti seu ut faciat id quod faceret obiectum si adesset; sed obiectum sufficienter praesens et applicatum concurreret efficienter. Ergo eodem modo concurrit species supplens vicem illius. Patet maior. 3º probatur Deus qui immediate concurrit cum intellectu beati ad visionem sui, non potest concurrere formaliter sed effective. Ergo obiectum concurrit ut effective. Probatur 2do Actus vitalis habet perfectionem repraesentationis talis obiecti, sed hoc non habet a potentia cum ipsa sit natura sua indifferens principium ad causandam repraesentationem huius vel alterius obiecti. Ergo a specie quae ad hoc determinat potentiam. Ergo species non est mera conditio sed causa: nam alia quae concurrunt ut merae conditiones non habent aliquid (ut ita dicam) sui in ipsa entitate effectus, ut accidentia requisita ad productionem substantiae per modum dispositionis et conditionis non habent partem in substantia producta: at vero in entitate cognitionis habet partem sui species determinatam scilicet repraesentationem talis obiecti cuius ipsa est vicaria. Ergo. ita Adverte me non dicere solum illud concurrere in genere causae efficientis ad aliquid in quo aliquid sui invenit; nam contra hoc non desunt instantiae: sed solum dico quod quandocunque aliquod requisitum principium invenit aliquid sui in effectu, tunc illud principium efficienter concurrit. Adverte item speciem non esse causam instrumentalem respectu potentiae et effectus, cum non operetur per virtutem acceptam a potentia, ac proinde erit causa principalis partialis, de cuius essentia (si est aequivoca) non est continere in se totum effectum. Ratio a priori videtur esse conclusionis quia potentia cognoscitiva est essentialiter incompleta in genere principii operativi. Ergo requirit in eodem genere comprincipium et complementum.

Sectio 4

De Specierum Divisibilitate

Quaestio non est an species sensuum externorum et phantasiae sint divisibiles divisibilitate extensiva et tenente se ex parte subiecti; quia cum subiectum earum sit divisibile in quo et cum quo extenduntur, pariter erunt divisibiles et extensae. Altera divisibilitas est de qua potissimum controvertitur, nimirum an species sint divisibiles etiam in repraesentando et obiective quatenus una pars speciei repraesentat unam partem obiecti a qua etiam producitur, et altera pars speciei alteram partem obiecti: vel certe sint indivisibiles obiective ita ut quaelibet pars speciei repraesentet totum obiectum divisibile secundum omnes suas partes et a quibus omnibus simul producta sit quaelibet particula speciei. Est tamen adhuc et tertia divisibilitas quasi extensiva ratione partium intensionis ipsius obiecti; nam octo gradus coloris v.g. qui faciunt intensionem ut 8 in subiecto colorato, causant speciem habentem octo partes quae cum non sint repraesentativae eiusdem plane partis obiecti, non faciunt proprie intensionem in specie sed quasi extensionem. Denique quantam potest habere divisibilitatem species ratione intensionis sicuti ceterae qualitates eo quod idem penitus obiectum et idem gradus repraesentetur intensius per illam v.g. idem album ut 4 in maiori distantia producit species remissiores, in minori vero intensiores, id est habentes plures vel pauciores gradus repraesentativos eiusdem partis obiecti. Sed et his duabus ultimis modo omissis difficultatem de secunda divisibilitate excutiemus

Toletus 2 de Anima q 39 Conimbr. 2 de Anima c 2 q 2 a 2 et aliqui pauci dicunt species obiective et in repraesentando esse indivisibiles. Probant 1mo ignis et cetera activa ita operantur ut quaelibet pars ignis producat tamquam causa partialis totum effectum et totus ignis tamquam causa adaequata Ergo etiam quaelibet pars obiecti totam producit speciem

partialiter et totū obiectū totam speciem tanquā causa adaequata ergo repraesentabit etiā quaelibet pars speciei totum obiectum. Probant 2do in qualibet parte medij videtur totū obiectum ergo omnes partes obiecti pro-ducunt speciem suā simul in omnibus partibus singulatim et diversim simplicis. Probant 3tio quia alioquin daretur infinitū actu in speciebus. Probatur sequela si quaelibet pars obiecti habet suā speciem in quacumque parte medij tot erunt partes actu distinctae quot sunt partes pro-portionales obiecti. Sed hae sunt infinitae. Ergo species in eadem parte subiecti sunt infinitae. Probant 4to ex-perientia granū tritici v.g. non videtur in magna distantia et tamen videntur multa grana tritici simul posita. Ergo signum est grana illa tritici se iuvare ad produ-cendam unā speciem intensam. Probatur consequentia alias non potest reddi ratio cur unū separatū granū a toto cumulo non videatur cum etiā unū sui peculiarem mittat speciem.

DICO 1 species impressas materiales esse divisi-biles divisibilitate etiam obiectiva et in repraesentando. Ita Rubius citatus q 8. Hurtadus Soares lib 3 de Anima c 2 d 12 s 5. Omissis aliorum rationibus probatur. Quando dicis omnes partes obiecti partialitate causae etiam producere quamlibet partem speciei vel intelligis quod omnia illa obiecta quae ego video in linea ita concurrant ad productionem speciei ut quamlibet illius particulam omnia obiecta simul producant et omnia item totam speciem: vel intelligis quod ~~[illegible]~~ partes eiusdē rationis unius conti-nui obiecti ita producant speciem v.g. omnes partes unius lapidis eodem modo colorati. Sed neutrū dici potest ergo. Probatur maior quoad primā partem, non enim est conce-ptibile quomodo montes consitus arboribus viridibus concurrant ad productionem speciei repraesentantis album; aut quomodo color niger producat speciem albi et sit causa aequivoca speciei repraesentantis albedinem. Quoad 2dam etiam probatur vix potest esse corpus aliquod ita homogeneum ut per omnes partes sit sibi simile et non sit notabilis aliqua

diversitas in aliqua parte quod non sit in alia; Sed non
potest unum obiectum producere speciem repraesentantem aliud
a se diversum rationis. Ergo. Et esto per omnia in ali
quo subiecto esset similitudo quoad figuram colorem etc
adhuc quaelibet pars habet suam ubicationem condistinctam
ab ubicatione alterius partis et facientem suam partem esse
in tali distantia et situ et non in alio; quod ubicationes ut
vidimus in physica sunt etiam obiectum sensus externi:
atqui quandocumque inter obiecta est diversitas notabilis
debent dari diversae species et divisibiles in repraesentando.
Ergo. Ratio a priori conclusionis videtur desumi ex pe
culiari natura speciei quae cum sit vicaria obiecti et
semen atque adeo imago vitalis illius, non potest esse
nisi unius obiecti repraesentatio sicuti non potest esse
nisi unius obiecti vicaria.

Nunc respondeo ad argumenta contrariae sententiae
Ad 1mum nego consequentiam Ratio disparitatis desumitur ex
natura speciei quae cum sit imago debet unius rei esse ima
go, et cum non sit imago nisi illius a quo procedit
debet ab uno tantum procedere: quae ratio non militat
in aliis agentibus respectu suorum effectuum
Ad 2dum concedendo antecedens nego consequentiam nam aliud est
in qualibet parte medii reperiri speciem repraesentativam
totius obiecti, et aliud quod quaelibet pars speciei sit re
praesentativa totius obiecti: sicuti aliud est dicere in
subiecto lucido quod in qualibet parte sit lumen ut octo,
et aliud quod quaelibet pars luminis sit ut octo. Dixi con
cedendo antecedens quia in qualibet parte medii liberi ab
impedimento et intra sphaeram activitatis obiecti reperiuntur
species totius obiecti et cuiuslibet partis: quod intelli
gendum de quacumque parte medii linea aliqua recta
obiectum respiciente; unde fit ut in quacumque parte
medii totum obiectum et omnes illius partes conspi
ciantur; et in qualibet parte fere potest fieri sensatio
vero in 2 partibus unius oculi quia si pilum interponas
in medio pupillae apparebit tibi obiectum quasi duplex:
Item si demissis palpebris adhibeas ex subtiliori tela

aliquid et apponas oculo ac per parva illius foramina candelam accensam inspicias, tunc si valde parva fuerint foramina novem quo unicā videbis candelā et quod mirere si plus quam unā vides novem vides nec ordinarius oculus potest plus quam novem nec minus quam novem videre. Cuius rei ratio a Mathematicis petenda est quam aliqui desumunt ex pupilla rotunda et ratione numeri quadrati ordinariaque mensura pupillae humanae. Quod omnia signa sunt in qualibet parte medii et pupillae omnium obiectorum species commenire

Hic autem bene advertit Rubius et Hurtadus aliquot uniones inter partes speciei unius vel lapidis intercedere. 1ma est extensiva qua partes speciei existentes in diversis partibus medii repraesentantes eandem plane partem obiecti uniuntur. 2da est intensiva qua plures gradus et partes speciei eandem plane partem obiecti repraesentantes in eadem parte medii receptae coniunguntur. 3tia est qua pars speciei repraesentans unā partem obiecti et posita in tali parte medii cum parte speciei repraesentante vicinā partem obiecti, coniungitur et recipitur in proximo et vicino subiecto. 4ta est qua pars speciei producta ab una parte obiecti unitur cum alia parte speciei producta ab alio obiecto partiali utraque tamen recepta in eadem parte medii; quod ita intelligendum est ut si partes obiecti vere inter se uniantur etiam istis species non solum ratione unius subiecti in quo sunt, sed etiam ratione sui et per se uniantur: sin autem obiecta ipsa non continuantur inter se, etiam species eorum recepta in suo subiecto non uniuntur aliter quam ratione subiecti. Hec mihi placet quod habet Hurtadus species etiam obiectorum inter se discontinuatorum uniri per se inter se nam licet duo illa obiecta discontinua possunt uniri inter se, tunc autem cur non videantur eadem utraque specie continua? Cui videtur favere experientia qua constat duo obiecta etiam longe inter se dissita videri tanquam unum, ut cum a longe

videt cacumen montis unius supra alterum demissiorem per modum unius montis. Non inquam placet; nam per nos non solum repraesentantur obiecta sed etiam ubicationes obiectorum; quare sicuti non possunt ubicationes illae coniungi sic nec earum species. Deinde sufficienter minuitur talium rerum species quae recipiantur in eadem parte subiecti. Ad experientiam duo non video illa duo obiecta videri simul quia species illorum mere per se minuuntur inter se; sed ex eo quod in remotiori statio ita proiiciant isti duo montes suam speciem ut coincidant in eandem lineam rectam; quare posito ibi oculo, in oculo producitur species quae causat visionem non distinguentem distantiam illorum montium; propius autem accedendo ponitur oculus in tali situ ubi non fuit illa coincidentia specierum per modum unius lineae, sed ad situm per intersectionem; et ita potest oculus optime distinguere et percipere illa obiecta esse duo distincta et distantia.

Ad 3um nego sequelam. Ratio est quia sicuti ipsae partes obiecti licet sint infinitae sunt tamen proportionales et communicantes non facientes actu infinitum: ita etiam partes speciei repraesentantes illa obiecta.

Ad aliud argumentum quod non leve continet difficultatem diversi varie respondent. Aliqui dicunt plura corpuscula iuvant se mutuo ad hoc ut distincte videantur per accidens quatenus dum singula producunt suam speciem in oculo potentia fortius simul ab omnibus movetur quam moveretur a singulis et ideo potest circa omnia et singula elicere actum, quem propter improportionem circa singula seorsim non potest. Sed contra quid est potentia fortius moveri? non video quid possit dici nisi quod plures producantur species in illa; sed per hoc quod plures producantur plurium rerum species, non propterea producitur perfectior species unius partialis obiecti modo quam antea: sine perfectiori autem specie non percipitur melius obiectum. Ergo. aut si perfectior producitur species a quavis una coniuncta cum aliis, detur ratio. Alii dicunt

ideo melius videri granum coniunctum cum aliis quam separatum quia magnitudo quae necessario requiritur ex parte obiecti ad producendam speciem aliquo modo iuvat tanquam conditio ad obiectum videndum magis distincte, quia tunc visus non ita divertit ad alia obiecta. Sed contra hoc ipsum est quod quidlibet quare magnitudo sit conditio ad distinctiorem cognitionem, et quare pars in aliquo magno corpore distinctius videatur alteris partibus quam in aliquo parvo. Hic ergo omissis.

Ego ergo in primis cum Rubio argumentum hoc omnibus adversariis esse solvendum; nam non solum videtur in maiori distantia obiectum maius constans obiectis parvis eiusdem rationis seu coloris ut in exemplo posito, sed etiam obiecta parvis diversorum colorum quod eadem experientia convincit. Ergo vel debes dicere quod color albus concurrat ad speciem coloris nigri, vel debes dare aliam rationem quae universim solvat obiectionem. Quare dico ideo per adiunctionem plurium granorum unum granum distinctius et melius videri quia per accessum illorum illud granum A produxit suam speciem intensiorem quatenus positis pluribus rationibus formalibus determinantibus granum A ut extendat suam speciem, actioni talis, ita etiam uniformiter difformiter loquendo intensiorem producat speciem: quae ratio etiam salvat quomodo partes diversi coloris se iuvent absque influxu unius coloris in speciem alterius: in quo conformiter loquor ad ea quae dixi de lumine lib. 2 de generat.

Dices granum A aeque perfectam suam speciem producit separatim ac producit post coniunctionem cum aliis. Ergo nulla solutio. Respondeo accedens oculus perspicacior alterius animalis v.g. vel etiam hominis potuit illud granum separatum distinctius videre, sicuti alius debilior oculus videt illud granum dum est coniunctum cum aliis. Ergo signum est in specie nullam accessisse perfectionem aut intensionem

R. negando Antecedens ad probationem concedo quod oculus perspicacior separatum granum tam distincte videbit quam alias debilior oculus idem granum coniunctum cum aliis granis; ex hoc tamen non infertur quod maneat species grani eodem modo perfecta, sed tantum quod oculus perspicacior cum specie minus perfecta possit videre tam distincte obiectum quam oculus debilior cum specie perfectiori et intensiori. Quo accipio argumentum pro me experientia constat quod oculus perspicax videns distincte granum separatum si eidem grano adiungantur alia, videat adhuc illud distinctius. Ergo signum est quod crevent in perfectione species.

Collige ex dictis multum esse absurdum plura accidentia eiusdem rationis in materia praesenti esse in eodem subiecto ut quando plura obiecta producunt plures species in eadem parte medii. Ratio cur hoc admittatur in speciebus et non in aliis accidentibus potest esse quia cum species sint essentialiter institutae ad repraesentanda obiecta quorum sunt species, debent multiplicari pro numero obiectorum a quibus fiunt; proinde etiam nulla species idem penitus munus exercet quod alia vide Suarez d. 5 metaph. s 8 n 4

Sectio 5

An et quomodo species corrumpantur?

Difficultas in praesenti est de speciebus sensus interni et etiam de speciebus intellectualibus an et quomodo corrumpantur.

Suarez d. 44 metaph. s 12 Vasquez in 1 p. d. 8) cum aliis recentioribus dicunt species intellectuales nunquam perire, materiales vero sensus interni nonnunquam defectu dispositionum materiarum deficiunt, atque ex hoc capite provenire oblivionem, et ex eo etiam quod species praeexistentes adveniente aliarum quae de novo inducuntur obruantur et impediantur ab operatione. Probant primam partem suae sententiae quia ea quae aliquando a solo Deo pendent non possunt naturaliter corrumpi nisi de novo desit dispositio aliqua

requisita a subiecto: quod si sine exigentia dispositionum
conservatur ut Angelus nunquam potest naturaliter perire quia
Causa efficiens a qua sola dependet nempe Deus nunquam
deficit. Cum ergo species aliquandiu saltem conserventur
a Deo in intellectu independenter a praesentia obiecti vel cogni
tionis poterunt etiam perpetuo conservari. Vide Suarez.
Sed meo et aliorum iudicio hoc argumentum non est satis effi
cax quia calor productus in aqua conservatur aliquandiu
a solo Deo. Item impetus impressus lapidi. Sonus et ta
men non perpetuo durat. Neque dicas impetum corrumpi pro
pter gravitatem quae est illi contraria similiter calorem
propter exigentiam qua aqua petit redire ad pristinum
frigus. Nam quoad primum iam dixi supra gravitatem
non esse contrariam impetui: deinde quoad idem et
quoad secundum dici potest ex hoc ipso sumi argumentum
quia in praesentia Causae secundae nec lapis nec aqua
per propriam activitate et resistentia exigitiva poterant
corrumpere impetum vel calorem acceptum, et tamen postquam
cepit uterque a solo Deo conservari paulatim expellunt [?]
et defecerunt signum ergo est Deum non conservare illas
qualitates in absentia Causae secundae tam efficaci
concursu ac antea conservabat: quod idem posses dicere
de speciebus. Neque dicas esse disparitatem inter species
et impetum eo quod hic sit qualitas natura sua transiens
illa natura sua permanens: nam ubi per est quod contra
retulerim [?] si per hoc permanens intelligas quod non potest
desolvi nisi per contrarium.

Contra alteram partem asserti est quia neque Vasquez
neque Suarez explicat quid sit illa dispositio ex cuius
defectu species sonus interim pereat, multo minus quid
sit unam speciem per adventum alterius obiecti: non enim
a supervenientium unde obiectum praeexistentes et esto
sint materiales tamen cum sint accidentia facile se pene
trant et recipiuntur in eadem parte subiecti.

Quod si dicas cum Vasquez n 14 provenire hoc ex eo quod species materiales quae sunt in potentia materiali impediantur vel deleantur ab aliqua dispositione quae provenit ab exercitatione potentiae in aliis materiis. Hoc etiam nisi melius explicetur non sufficit primo quia ipse Vasquez fatetur se nescire explicare qualis sit illa dispositio ab aliis actibus genita et speciebus succedentibus contraria per quam corrumpantur vel impediantur succedentes species de quocumque sint obiecto. Deinde contra est saepe recordamur alicuius rei quam ante multos annos commisimus et non recordamur rei ante annum factae cum tamen multo plures intercesserint operationes quae potuissent causasse dispositionem ad corrumpendam vel impediendam illam speciem veterem quam ad corrumpendam vel impediendam speciem unius anni. Adde nec species inter se esse contrarias cum ut bene Suarez d 45 §3 n 2 species albi et nigri ut 8 possint esse in eadem parte medii et in eadem potentia. Item neque actus causatus ab una specie est contrarius speciei quae fovet causa alterius actus etiam contrarii quia actus non repugnant nisi inter se non autem cum principiis actuum. Quare plerique hoc esse mysterium naturae dicunt, neque sufficienter posse explicari et dari causam universalem oblivionis et corruptionis specierum quin multis instantiis possit infringi. Videbimus ut in re difficili aliquid tentemus

Dico 3 Species impressas sensus interni corrumpi tum ob defectum subiecti, tum ex natura sua, tum denique ex intemperie qualitatum afficientium cerebrum. Conclusio habet tres partes probandas singulatim. Quod spectat ad primam suppono tam in brutis quam in homine species tales recipi in cerebro quod est in occipite ita quidem ut non quaelibet species per totum illud cerebrum diffundatur, sed iuxta intensionem suam maiorem vel minorem particulam informet uniformiter difformiter peragendo versus profunditatem cerebri id est versus cranium, ita ut si species sit intensior plus intro procedat, sin minus intensa in extimis tantum partibus illis particulam recipiatur

Quo supposito si omnes illae partes quae subiectabant speciem
deperdant formam cerebri et accipiant formam putridi aut pu
tredinis tunc tota species evanescit et perit, quia illa re
quirit tanquam conditionem sine qua non talem partem
formae unitam tali subiecto et videtur esse essentialiter ordinat
ad informandum hoc compositum nempe hanc partem materiae
cum hac numero et particula formae cerebri. Sicuti dicunt Tho
mistae de omnibus accidentibus scilicet quod dissoluto compo
sito in quo fuerunt pereant. Quod etiam in homine acci
dit quando anima rationalis desinit informare illam particul
quam antea informabat et cum qua complebat cerebri
partem. Si autem tantum frustulum aliquod illius partis
cerebri in quo recipiebatur species propter intemperiem
dissolvitur et putrescit et accipit aliam formam et hoc si
sit proximius concavitati id est recedendo a cranio
tunc species desinit non simpliciter esse sed secundum
intensionem et extensionem aliquam perit, et viceversa
si illud frustulum arctius cranio sit putrefactum et dimi
nutum, tunc damnum fit tantum in extensione non autem in
intensione. Sicuti si calor sit diffusus uniformiter difformiter
per sex palmos, auferendo septimum palmum auferes de caloris
extensione, non autem intensione quia censetur in reliquis
palmis adhuc esse tanta intensio uno maior, fit tamen
damnum in extensione quia vere tam procul non exten
ditur calor sicut antea. Et sicuti in decretione frustu
parvum facile alteratur et disponitur pro alia forma substan
tiali non item magna pars: ita species etiam intensa si
sit in parvo et exiguo subiecto facilius evanescet propter
defectum minimi subiecti quam aliae species hae vel etiam
minus intensae, extensive tamen maiores propter maius
sui subiectum. Hinc fit ut alterius partis species aut
prior citius obliteretur quam recentior eiusdem intensionis
quia scilicet subiectum prioris diuturnitate temporis fuit in
tantum successive alteratum ut disponeretur et reciperet aliam
formam. Hinc aliquando fit sed raro contrarium

ut Species antiquior etiã non renovata diutius maneat et consequenter meminerimus illius obiecti, et non maneat etiam Species intensa alterius rei non tam antiquæ nec meminerimus illius; quia potest una pars cerebri corrumpi non corrupta aliã quæ fuit subiectũ antiquioris speciei. Hinc 2do fit ut aliquando rei multũ præteritæ bene recordemur etiamsi longo tempore nunquã speciem illius renovaverimus, tam bene interdum quã rei ante annũ cognitæ cuius habuimus speciem; quia minimũ subiectũ speciei antiquæ passũ est quidem corruptionẽ aliquã sed tantũ incipiendo a parte vicina cranio non autem vicina concavitati cerebri.

2da pars Conclusionis est affirmatum ex parte existimantiũ species et per se diminui et otio circa propriã operationem, ita quidem ut non statim absente obiecto aut Causa secunda earũ productiva intereant, sed conservari aliquandiu possint a Causa prima; postea tamen si per sequentes operationes non renoventur paulatim fluere sicuti impulsus impressus lapidi non quidem statim ac exit e manu corrumpitur sed conservatur aliquandiu a Causa prima, et nisi iteretur deficit paulatim. Quare dico Species ex natura sua habere quod sint corruptibiles, ita tamen ut non cũ eadem proportione corrumpantur qua fuerunt productæ; sunt enĩ productæ in instanti non tamen desinunt in instanti; sed vel per partes diminutionesque discretas, ita ut interposito spatio temporis pars post partem corrumpatur, ac proinde si non sit intensa facile moriatur, manente adhuc altera antiquiore sed quæ fuit intensior. verũ quia gratis et sine ullo fundamento ut inquit Soares dicit et asseritur pro libitu et nullum habemus exemplum in alia qualitate dicere potes consequenter ad somnum et impetũ species per partes successivas et successive sed valde lente et per parvulas partes intensionis perire ac deficere subtrahente Deo paulatim concursum suum. Hinc fit sicuti etiam ex priori capite ut senex eorũ quæ in pueritia fecit vel vidit vix recordaretur

aut ne vix nisi intermedio tempore eliciendo actus memoriæ ex vi speciei in pueritia receptæ renovaret illam eandem speciem et denuo intenderet. Confirmatur ex Philosopho 2 Ethic. c 3 affirmante universaliter habitus perire cessantibus actibus; idem in particulari de habitu amicitiæ tradit 8 Ethic c 5 adducens illud commune dictum taciturnitate amicitias dissolvi. Confirmatur 2do experientia nam constat peritos alicuius artis opificij vel lusus defectu exercitij ita amittere facilitatem priorem ut si postea regredi velint ad opus difficultatem sentiant, cum tamen non exercuerint actus contrarios quibus generaretur aliquis oppositus habitus. Quorum rationem optime reddo suposita doctrina.

Secunda demum Conclusionis pars patet; nam sicuti pro tali temperamento cerebri facilius in illo producuntur species intensæ uti quotidie videmus nos citius rerum mandare memoriæ quam alias, et eundem in pueritia facilius diuturnius quam dum venerit ad istam ætatem quando cerebrum eius est iam siccius. Ita vicenversa ad conservationem diuturniorem speciem requiritur certum aliquod temperamentum. Hinc fit ut aliqui difficulter addiscant aliquid sed bene memoria illud teneant (quamvis hoc posset refundi in ipsam frequentationem actuum et consequenter in speciei intensionem) alij facile discant et facile obliviscantur. Alij facile discant et diu retineant alij difficulter discant et facile obliviscantur. Quæ omnia debent refundi in temperamentum; quod si inspissatum et plane ad pondus fuerit, disponet ita subiectum ut facile intensam in se recipiat speciem vel receptam non facile deperdat; et e contra si deffectus sit in alterutram partem vel difficile recipiet vel facile perdet speciem. Cæterum in particulari loquendo cerebrum plus humidum et calidum aptius est cæteris paribus pro receptione specierum non item plus frigidum et humidum; patet in senibus et ebrijs posterius, prius in pueris. Deinde cerebrum siccum moderate cum debito calore est tenax specierum ut apparet in viris qui melius retinent

quæ dixerunt.

Ex dictis potest colligi quomodo memoria lædatur aut diminuatur, contingit autem aliquando memoriam non quidem quoad substantiam sed quoad usum et functionem penitus deleri, sæpius circa aliqua objecta tantum non item circa alia diminui; quandoque universim circa pleraque objecta debilitari, ut experientia constat in senibus quibusdam et aliis qui immediate obliviscuntur eorum quæ non longe ante fecerunt vel scripserunt, sicuti et alii tenaciter retinent historias et res ad scientias pertinentes, sunt tamen in rebus agibilibus et quotidianis summe obliviosi: demum pro confirmatione primi modi memini me audivisse quendam in morbi decremento omnem penitus perdidisse memoriam ita quidem ut nec nominis nec literas meminisset. Quorum omnium rationem refundunt medici in intemperiem humorum capitis et cerebri ut videre est apud Herculem Saxoniam practicæ medicinæ lib. 1 c. 6 qui etsi putet ex omni fere intemperie et excessu cujuscumque humoris in debili cerebro posse causari oblivionem probabilius tamen et saltem frequentissime putat oriri teste Galeno in lib. de morbo sacro ex intemperie frigida et humida et bene: quare in casu quo plena est oblivio rerum, puto defectum oriri ex intemperie nimia in qua prædominatur nimium frigus et humiditas; quemadmodum etiam cum debilitatur universim memoria circa pleraque objecta, opus est intemperiem nasci ex frigore excedente et humiditate plus vel minus prout major vel minor est oblivio: et propterea senes ut dixi quia habent cerebrum frigidum et humidum plus solito, facile obliviscuntur rerum et vix meminerunt nisi aliquarum quas frequenter recolunt narrando vel cogitando. Confirmatur ex Aristotele libro de memoria qui loquendo de receptione specierum putat hebeti ingenio esse minores quorum cerebrum ita sit crassum ut non permittat infigi imagines, cujus causam ulteriorem referunt medici in auram vel in cibos aut etiam in aquas, imo et in quasdam herbas ex quibus etiam potest confici venenum ad inducendam oblivionem

Ad retentionem vero Specierum respiciens dicit Cerebrum nimis humidum nihil retinere instar aquarum Cum impetu fluentium Porro Causam oblivionis circa aliqua tantum obiecta et non circa reliqua refundere oportet in impedimenta et obstructiones spirituum animalium poterit melius infra aut certe quia animus nimium occupatus circa aliqua non meminit ationum

Dico 2. Species intellectuales non sunt Corruptibiles natura sua. Ratio quae me movet est quia alias Anima separata a Corpore connaturaliter non meminisset omnium eorum quae gessit in vita, quod tamen communiter dici asseritur deinde Est species natura sua sunt spirituales. Ergo nisi sit ratio aliqua debemus dicere illas esse permanentes

Ergo Dices 1 Species intellectuales dependent a phantasmate id est a Speciebus sensus interni saltem mediate Ergo debent se illis accommodare Respondeo negando Consequentiam minimum quod in corruptibilitate debeant se illis accommodare nam si phantasma dicis esse Causam partialem, non est opus dicere effectum debere se per omnia accommodare partiali Causae, imo in Causis aequivocis non est opus ut effectus sit similis quoad esse vel perseverantia Causae ut patet in impetu, in ipsa Specie impressa quae a sensatione externi sensus producitur. Si autem dicas phantasma non esse nisi rationem formalem determinantem saltem mediate ad fieri esse Causam adaequatam Speciei intellectualis, hinc minime requiritur ut Species intellectualis accommodet se in sui constantia speciei internae sicut non est opus ut Species Angeli accommodet se in hoc ipsi obiecto ad Cuius positionem Deus in Angelo producit illius Speciem

Dices 2 Quomodo ergo fit quod aliquarum rerum non meminerimus imo etiamsi recurrentes nobis non recordemur nos eas Cognovisse, quod fieri non posset si species earum rerum haberemus in intellectu. Respondeo hoc fieri ideo quia in phantasia sunt amotae penitus illius rei species ac proinde sicuti ipsa phantasia non potest actu reminisci

tis circa illud dicere ita nec intellectus qui in sua operatione habet connexionem cum phantasia tanquam cum principio determinante

Obijcies Cognitio intellectus et idem est de actu phantasiae circa albedinem quam oculus videt semper diversae rationis est nec eadem continuatione. Ergo etiam species impressa causa illius. Ergo natura sua statim corrumpitur Consequentia 2ma videtur clara quia varietas non oritur in cognitione nisi ex varietate aut speciei aut alicuius alterius principij quod hic non intervenit. Antecedens probatur Cognitio intellectus in principio repraesentat albedinem in pariete postea vero stante etiam adhuc albedine repraesentat albedinem in pariete tanto tempore visam atque adeo cognoscit visionem circa parietem album versatam tanto tempore. Ergo iam aliud repraesentat quam initio repraesentabat. Idem dic de actu phantasiae Ergo signum est aliam speciem fuisse productam quae et repraesentabat albedinem praesentem et tantum durasse seu durationem actus visionis tantum durasse circa illam. Ergo praecedens species statim tota quanta evanuit. Respondeo imprimis idem argumentum fieri posse de sensatione externa quam tamen non est dubium si obiectum per se maneret praesens posse eandem in aevo saltem continuatione perseverare: quare debemus dicere huiusmodi sensationem externam et eius speciem cognoscere solum obiectum praesens et coexistens sibi, non vero quod coexistat in hoc determinato tempore ac proinde non repraesentat durationem. Ex quo Respondeo ad 2m in forma negando Antecedens ad probationem item nego Antecedens nam actus in phantasia (idem dic proportionaliter de specie intellectus) et species impressa causata a sensatione externa non repraesentat nisi solum obiectum id est albedinem praescindendo a tempore; posito autem actu phantasiae quo cognovit albedinem ipse actus sui speciem aliam in phantasiam imprimit et simul suae durationis: hinc fit ut per alium actum possimus cognoscere actum praecedentem diu vel parum durasse immediate: mediate autem cognoscimus obiectum parum vel diu durasse in ratione obiecti. An autem hoc etiam in phantasia

bitorum sit concedendum forte infra videbimus. Hinc fit ut cum heri viderim Petrum hodie recordor me heri vidisse Petrum, quod fit ex specie repraesentante durationem quae intercessit inter talem cognitionem et actum quem habeo nunc ejusdem Petri

Sectio 6

Quid sit et quomodo fiat excitatio specierum in phantasia.

Suppono 1mo species pro sui diversitate diversum ex natura sua requirere temperamentum qualitatum tum primarum tum etiam secundarum ut raritatis densitatis etc. sicuti enim sapor in pomo et odor in balsamo aliique virtutes in mixtis ut virtus tractiva in magnete requirunt certam qualitatum combinationem, ita etiam verisimile est speciem aliquam requirere tale temperamentum aliam talem etc. Confirmatur sicuti dixi supra ad receptionem speciei intensionis plurimum juvat temperies cerebri et ad conservationem pariter, ita quidem ut mane ordinarie simus capaciores pro addiscendo quam post prandium propter intemperiem nempe humorem ascendentium ex stomacho post prandium qui turbant cerebrum. Haec universa dari tam diversa temperamenta nam tot quot sunt species rerum metaphysice tot sunt diversa temperamenta uno tot quot sunt individua in rerum natura, sicuti ergo humanitas Petri habet et exigit diversum temperamentum a temperamento Pauli, ita etiam una species exiget ex natura sua tale temperamentum et alia species aliud.

Suppono 2do temperamentum requisitum pro aliqua forma esse in duplici quasi differentia, unum quod est in latissimum et perfectissime competens tali formae et dicitur temperamentum ad pondus, aliud aliqualiter declinans sed non valde notabiliter: quare sicuti aliae virtutes ut est virtus attractiva magnetis et odor in rosa vel balsamo aliquando habent temperamentum qualitatum ad pondus, aliquando in

dica declinatione iuxta cuiusque natura, neque tamen propterea actus magnetis aut odor evanescat, si tamen nimium mutetur temperamentum penitus actus emoritur. Ita etiam species habet temperamentum ad pondus et propterea potest habere temperamentum aliquo modo sed non nimis declinans; quod si vero nimium declinat penitus abolletur species quae tamquam conditionem in subiecto requirit ut certum temperamentum in aliqua tamen latitudine sicuti formae substantiales et alterae aliquae qualitates ut dixi. Et sicuti odor balsami plus diffunditur et meliorem causat in naribus sensationem, et magnes maiorem in ferro imprimit impetum si habeat temperamentum suum ad pondus aut si propius accedens. ita dicendum est speciem esse magis activam et magis vivacem quo melius et conservatius sibi temperamentum ponitur in illa parte subiecti in qua est. Et sicuti anima Petri etiamsi in multorum sententia non sit perfectior individualiter quam anima Pauli, tamen perfectius operatur in Petro propter perfectius temperamentum, ita etiam dicendum est de specie quod ex temperamento accedat illi ratio quaedam perfectior agendi

Suppono 3tio Communiter dici ex aliquot causis excitari species 1mo ex praedominio humoris alicuius 2do ex suggestione mali vel boni spiritus 3tio ex amore et affectibus 4to in somno ex eo quod interdiu saepe cogitaverimus de illa re 5to ex operatione sensus externi 6to ex affinitate specierum. Quorum omnium oportet rationem reddere et modum, in quo plerique desperabundi aut rem silentio praeterierunt aut certe cum frustrato sincere fatentur hoc esse naturae mysterium ignotum. At tamen curioso ingenio aliqualiter satisfaciam

DICO 1 Ex praedominio humoris alicuius ita excitantur species in sensu interno, praedominans humor ut melancholia effundens se aut haerens circa partes quae habent consensum cum cerebro ut dicunt medici

transmittit eo aliquas exhalationes quasi terreas, quo fit ut saepius aliqua particula cerebri accipiat temperamentum tale quod est ad pondus vel quasi pondus pro specie aliqua rei melancholicae ut mortis timoris spectrorum etc. et quia ordinarie species melancholicae sunt valde intensae propter temperamentum quod cum abundat melancholia, fere adeo capacissimum pro recipiendis speciebus intensis fit ut vehementem ordinarie habeamus phantasiae operationem quando melancholia praedominatur. Et contra quando sanguis levis sed in abundantia cor occupat transmittit ad cerebrum exhalationes quasi aereas, quae receptae in aliqua particula cerebri in qua alias sunt species hortorum conviviorum et rerum iucundarum, inducunt temperamentum ad pondus vel quasi pondus pro talibus speciebus, quo fit ut posita hac temperie tamquam conditione et alioquin phantasia non nimium occupata in cogitatione aliarum rerum, hae species agant. Hoc eodem modo Angeli excitant species (nisi forte illis concedas vim producendi species) cum enim illi sciant in qua particula cerebri sunt species talis rei, et quale temperamentum ex se requirat tales species, producunt in illa particula cerebri tale temperamentum applicando activa passivis quo posito ponuntur omnia quae requiruntur in actu primo ad operationem phantasiae, nisi Deus peculiariter subtrahat concursum suum ex peculiari providentia.

DICO 2. Ex diurna frequenti cogitatione excitantur eius rei species nocte potius quam alterius quia per illos actus diurnos valde fiunt intensae species et recens; species autem intensa et recens ceteris paribus determinat facilius animam ut secum agat et producat actum quam remissior: inde etiam fit ut quae multum amamus de iis somniemus quia nimirum interdiu multum de iis cogitamus.

DICO 3. a sensu externo ita excitantur species phantasiae quando sensus externus operatur semper illa sensa

aliquid producat de specie repraesentante suum obiectum et si iam invenit antea aliquid productum de illa superaddit augmentum: quo posito cum idem sit principium elicitivum operationis externae et internae, fit ut operans in organo externo operetur etiam in organo interno cum specie recenter impressa; eo quod de ratione cuiusque rei naturalis sit tendere in perfectius et in modum operandi perfectiorem; sed perfectius est percipere obiectum per sensationem internam quam per externam solum ergo. Neque dicas hoc bene valere in Anima rationali quae ut indivisibilis est idem principium in oculo et in phantasia; in animabus vero brutorum cum sint divisibiles non potest utriusque organi idem esse principium. Respondetur enim hoc ipso quod pars Animae quae est in oculo est talis ut petat esse unita parti animae quae est in cerebro et viceversa iam habetur hoc ut operante parte animae quae est in oculo altera etiam quae est in cerebro operetur circa idem obiectum sed perfectiori operatione: et hoc ideo quia omnes partes Animae ut sunt unitae et subordinatae ita faciunt unam animam quae natura sua tendat in perfectissimum modum operandi quo potest operari.

DICO 4 Species ex affinitate unius cum alia excitantur facilius ex duplici potissimum capite primo ex eo quia species alicuius historiae vel discursus rerum similium saepe sunt inductae cum dependentia, ac proinde non mirum quod excitentur una dependenter ab alia: postea talium rerum species non multum dissimile requirunt temperamentum et sic posito temperamento pro una specie facile subsequitur pro alia.

Sed QUAERES I. unde proveniat tam varia specierum combinatio qua in uno actu phantasiae coniungimus aurum cum monte vestes nimis Hispanicas applicando alteri etc. Item unde proveniat quod tam disparata cogitemus et uno verbo semper varijs distrahamur phantasijs? R. primo primum ex eo fieri quia contingat eodem tempore quo introducitur temperamentum pro una specie introduci etiam in alia particula cerebri temperamentum pro alia, et sic utrasque posito proprio temperamento tanquam conditione concurrit cum phantasia

ad eliciendam sensationem internam repraesentantem et conbinantem utriusque speciei obiecta. Alterius ratio est abundantia et continuus motus spirituum animalium qui emissi a corde versus cerebrum deserviunt nunc pro hac specie nunc pro illa inducunt temperamentum; et quia spiritus sunt satis subtiles et non possunt animum vers- stare, facile etiam refrangitur activitas illorum et sic dissip- temperamentum praecedens succedente alio pro alia specie; et quia denuo cor superaddat spiritus fit ut semper pro aliis et aliis speciebus fiat contemperatio et consequenter variae et variae phantasiae operationes, quod est distrahi. Quod non modicum confirmatur ex eo quod homines sanguinei naturae sunt natura sua magis obnoxii multis distractionibus, et praeterea leves et inconstantes quia cerebri facilibus ubi non sunt apprehensivi ita non admittunt valde intensam speciem, multominus diu eas retinent adiuvante ad hoc non parum tali temperamento quod cerebri facilibus facile dissolvitur: ita etiam species receptae in subiecto sic attemperato et quae exigunt tale temperamentum facile una cum temperamento evanescunt. Adverte autem pro his communiter dici species excitari pro diversa copia humorum quae est in cerebro et non male ita enim Phus c. 3 de insomniis aut sicuti in aqua quiescente apparent exacte simulacra quae si moveatur aut non apparent aut confusa et turbata: ita si pauci quieti humores sunt in cerebro somnia fient quieta, si autem multi somnia fient multa et turbulenta

Quaeres 2. unde fit quod possimus cohibere distractiones? R. ex eo fieri quod anima applicando se serio et attente circa rem quamtumcunque aliae species sunt paratae ad operandum in actu secundo, non potest propter limitationem suae naturae et virtutis pluribus intendere et circa plures speciebus operari. Dixi serio nam potest anima pluribus esse intenta negligenter maxime si habeat species utriusque vel cuiusvis rei intensas ubi apparet in organista qui confabulando adhuc ludit in organo

QUAERES 3 unde fit ut species alicuius orationis quam didici memoriter frequenter repetendo, ita ordinate excitentur ut non prius occurrat media linea quam prima deinde secunda tertia quarta et reliquae suo ordine. R. rationem huius rei esse introductionem et productionem ordinatam harum specierum quae sicut cum subordinatione sunt introductae ~~et~~ quidem valde intensae propter frequentem repetitionem actum: ita etiam excitata prima reliquae propter connexionem excitantur. Ad quod multum conducit si species fuerint tales quae non solum referant et repraesentent verba sed etiam locationem et situm illorum quem tenent in charta; sic enim species primi verbi usque repraesentans ubicationem non distantem sed proximam et coniunctam cum ubicatione alterius verbi facit ut Anima ex sympathia naturali cum specie alterius proximi verbi operetur et repraesentet illud in phantasia ac tandem eloquatur: quando vero per ordinem ad aliqua quae habent stabilem situm et nobis ob oculos versantur alligamus periodos vel etiam ipsa verba, tunc etiam facile nobis occurrunt verba vel periodi; quia cum earum species accepimus non quomodocumque sed ut connexas cum iis rebus directis quae sunt ante oculos, fit ut aspiciendo illa directa excitemus in nobis primo rei aspectae speciem et per sympathiam periodi aut verbi. Et hic vocatur memoria localis cuius artificium prosequi non est huius loci

QUAERES 4 unde proveniat quod aliquam rem etiam materialem obscure cognoscamus et minus perfecte nobis imaginemur. R. ex eo quod non habeamus illius rei speciem nisi valde imperfectam: et ita fit ut rem aliquam videntes melius postea nobis illam imaginemur quam si tantum per narrationem accepissemus; quia nimirum species interna eiusdem rei producta à visione caeteris paribus est perfectior et principium perfectionis cognitionis quam species interna causata à sensatione auditiva

et sic iuxta perfectionem sensationis externae ordi-
nariae species interna perfectio vel imperfectio producitur

Sectio 7

Quid sit Stultitia et quae eius Causa?

Suppositis iis quae dixi duabus praecedentibus sectionibus Suppono item animalia non posse exercere ullam sensationem vel operationem sensus absque adminiculo spirituum animalium ut patet ex communi consensu medicorum et physicorum: quo fit ut si ad aliquem sensum intercludatur via spiritibus illuc commeandis, nulla in illo organo eliciatur sensatio quod manifeste apparet in illis qui integros et sanos oculos habentes nihil tamen vident, apertis oculis propter obstructionem nervi optici per quem descendunt spiritus animales. Suppono 2do Omissis aliis divisionibus de quibus medici ut videre est apud Saxoniam citatum c. 15 stultitia alia est essentialis seu per essentiam, alia per consensum: illa est quando defectus est in ipso cerebro inhaerens ac propterea vix est curabilis; per consensum autem facta stultitia curari potest quia non fit nisi ab exhalationibus acutis quas partes inferiores et humores in illis residentes in caput expirant. Rursus alia est stultitia plena seu defectus ratiocinationis fere circa omnia obiecta ut videre est in stultis a iuventute qui vix unquam bene ratiocinantur aut combinant species: alia est stultitia ex parte et circa aliquod obiectum tantum. Ita vidimus nostro tempore multos delirare circa amorem alicuius personae v.g. et in aliis sapientissime discurrere, alios dignitatem aliquam stulte appetendo stultescere et in reliquis sapere et similia quae videre maxime est Romae in domo Lazzarettorum ut taceam genus illud stultitiae quod stoliditas et stupor appellatur; nam in quibusdam Regionibus aut propter victum et potum aut propter tonitrua vehementia et frequentia homines quasi ita redduntur stupidi et stolidi, ut pulchre quam quod sint

multi et huiusmodi vix aliquid de humano prae se ferunt. et potius in brutum declinant vide Saxoniam citatum qui sic habet aliquos esse rudes et semistupidos qui nullas fere inferunt consequentias; alios vero qui inferunt consequentias sed ex falsis praemissis; imaginantur enim res falsas et illis falsis tanquam veris suppositis optimas inferunt consequentias.

Suppono 3tio ex dictis cerebrum habere duas partes anteriorem et posteriorem et totum inclusum et distinctum quibusdam cellulis quas ventriculos appellant medici: in anteriori parte cerebri communiter dicuntur residere imaginativa potentia in posteriori memoriam; ac proinde species recipi in posteriori parte. Quod non leviter indicat nobis communis modus quo si volumus meminisse alicuius rei fricamus occiput, et dum cogitare aut speculari volumus frequenter digitum apponimus ad frontem.

Suppono 4to stultitiam esse imbecillitatem facultatis ratiocinatricis ex laesione memoriae et imaginationis, mens enim ipsa aeterna et immortalis defectum non patitur sed ministrae illius facultates imaginationis nimirum et memoria obiecta convenienter non suppeditant. His positis oportet inquirere causas stultitiae et talis defectus. Quare

DICO 1 stultitiam quae non est per consensum sed per essentiam provenire ex eo quod ipsa substantia cerebri sit male affecta humore aliquo nimium praedominante et residente in illo: ut si praedominante humiditate et calore in putredinem declinet aut si praedominante siccitate nimium exsiccetur. Et ita si totum fere cerebrum taliter sit affectum ex toto facit stultos et fere circa omnia obiecta; sin ex parte solum tunc tantum circa aliqua obiecta. Quod medicis attestantibus constat ex anatomia cerebri, dum in stultis cranio aperto reperierunt vel totum cerebrum exsiccatum vel nimia humiditate quasi defluxisse et putruisse, vel etiam partem aliquam cerebri putrefactam reliquis bene constitutis.

DICO 2 stultitiam per consensum solum oriri ex acutis vaporibus et exhalationibus ascendentibus ad cerebrum: contingit enim residentibus humoribus quibusdam acrioribus in ventriculo

et alijs partibus vicinis sive ex atra sive ex flava bile
sive ex utraque conflatis et tenaciter affixis; exhalationes acutas
et quasi sulphureas et nitreacas caput et cerebrum petant
quibus etsi substantia cerebri non corrumpant, cum non recipi-
antur in cerebro sed tantum extrinsece illud afficiant vel saltem
non notabiliter mutent impediunt tamen functiones ima-
ginativae et phantasiae quatenus exhalationes astis spiritus
animales in ventriculis cerebri detentos et necessarios
pro sensationibus eliciendis inficiunt et corrumpunt,
et novis spiritibus qui possent succedere intercludunt
viam ne ad sedem phantasiae aut imaginativae potentiae
evolent; quo fit ut anima non possit ordinate phantasiari
et ordinare phantasias

Dices dicta hic in duabus conclusionibus bene argumentum
imaginationem debere penitus cessare ab operatione, quia
destructo organo aut deficientibus spiritibus animalibus
non datur sensatio, non tamen redditur ratio cur ita
inordinate phantasietur et ita temerarie absque combinatione
Resp. me non dixisse organum imaginativae in stultis penitus
destrui et spiritus animales penitus deficere nam tunc
nullam posset exercere operationem ut bene infert objectio;
sed tantum dixi aliqualiter corrumpi substantiam cerebri vel
potius alterari nimium praedominante humore aut spiritus
animales corrumpi et infici et non relinqui penitus
liberum aditum recentioribus et incorruptis spiritibus. Sic etiam
oculus aliquando penitus destruitur et fit incapax organum
visionis, aliquando tantum propter superfluum humorem
redditur minus aptus ad eliciendam distinctam et claram
visionem. Cur autem posito isto defectu stultus non combinet
nec ordinate phantasietur sed quasi tumultuarie nunc
hoc nunc illud sibi imaginetur sane difficile est rationem
reddere.

Salas tomo 1 in 1. 2ae tract. 1 disp. 4 S 1 n 8 cum
multis alijs quos citat docet in pueris amentibus et somni-
antibus ligatam esse facultatem discurrendi et per consequens
eligendi unde non sunt liberi: et infra n 14 dicit

pueros et amentes nullum habere discursum sed ex memoria vel disciplina operari cum quadam umbra et imagine discursus et cum quadam naturali sagacitate et instinctu, nec posse rationem reddere eorum quae faciunt maxime si causam ipsa discursu indigent. aut si eas reddunt tunc eas reddere et tenere vel ex memoria eorum quae ex amentia amentes noverunt, vel pueri aut amentes etiam in amentia audierunt; et saepe eas reddunt sine iudicio ex sola apprehensione &c sed hoc non satisfacit nam quaero quid sit facultatem discursivam ligari in pueris et amentibus; cum enim in illis operetur phantasia proponendo varia obiecta, non ligatur in illis phantasia quae est praedroma intellectionis; multo minus ipse intellectus in se est ligatus quia ille est spiritualis nec potest ipsius ligatum concipi.

Quaere ergo aliam quaerere viam ratiocinandi hac in parte. Et in primis suppono tumultuariam specierum excitationem, licet semper sit coniuncta cum stultitia non tamen esse causam adaequatam cur impediatur discursus et cur stultus non combinet et coordinet species; nam experimur etiam in nobis si permittamus frenum liberius phantasiae excitationem hanc tumultuariam specierum, nec tamen experimur in nobis stultitiam aut defectum prudentiae. Ratio ergo cur pueri et amentes non combinent ordinate species atque adeo cur non discurrant nisi valde imperfecte et insufficienter pro libertate, haec potest assignari. Suppositis exhalationibus adustionibus densioribus et frequentioribus quod videre est in pueris et in stultis; cui accedit quod in pueris cerebrum non omnino sit defecatum a sordibus, in stultis vero nimium siccum; clauduntur meatus et viae per quas debeant spiritus animales ascendere in sua receptacula vel saltem libere vagari cum advocati fuerint a sensu interno pro sua operatione et functione. Supposito item quod iudicium sufficiens pro libertate sit talis cognitio quae non solum proponat rationem boni delectabilis sed etiam rationem honestatis et convenientiae cum natura intellectuali, quae ratio honestatis frequenter non apparet ex ipsis terminis sed per dedu

ctionem et discursum. talis autem propositio clara ho-
nestatis et convenientiae includit semper aliquam reflexionem
et cognitionem actuum seu naturae rationalis ut rationalis
est. cui cum proportione in phantasia respondeat aliquis
actus multum abstrahens à materia et circa obiectum etsi sensi-
bile, subtilius tamen quam sint alia quae per sensus et pro-
prias species percipiuntur: fit ut tale iudicium et talis
phantasia indigeat etiam spiritibus valde subtilibus et defecatis
quo enim cognitio seu operatio potentiae est elevatior
et circa obiectum subtilius, eo indiget maiori conatu
et spiritibus animalibus purioribus quos intellectu consu-
muntur ita in maiori copia pro similibus operationibus
debent suppeditari quod bene confirmatur ab experientia
qua experimur dum res subtiliores et absconsas et a
sensibus remotas speculamur quod indigeamus spiritibus
et iis quidem bene purificatis et propterea quod facile defa-
tigetur caput propter defectum talium spirituum: unde fit
ut cibi crassiores non prosint ad speculandum quia ex
illis non generantur spiritus subtiles. Atqui ut suppono
in pueris et amentibus intercluditur via spiritibus ani-
malibus defecatioribus et purioribus aut saltem propter
indebitam positionem cerebri incrassantur nimium, qui tamen
sunt necessarii pro cognitione perfecta honestatis et
convenientiae cum natura rationali ut talis est; item pro
deducenda conclusione ex praemissis in rebus maxime mo-
ralibus et aliis quae non per sensus innotescunt. Hinc fit
ut in pueris et amentibus non dari tales perfectas notitias
iudicia et discursus quae sufficiant ad libertatem in genere
morum. Ex his facile colligitur quid sit dicendum de somni-
antibus nam etiam in iis humor ille qui conciliat somnum et ligat
sensus externos, obstruit meatus et vias spiritibus talibus pu-
rioribus qui sunt necessarii ad perfectum iudicium et discursum
Confirmatur experientia qua semisomnes si non volumus

applicare ad cognoscendum plene aliquam rem movemus caput et excutimus constipatos humores ex meatibus et receptaculis spirituum animalium. et ex alia experientia qua experimur dum cerebrum est siccius nos non posse bene dormire.

Ex dictis aperitur via reddendi rationem cur aliqui circa unum obiectum et in uno genere sint stulti et sapientes circa aliud dicendo stultitiam hanc in uno genere vel provenire ex eo ut dixi supra quod illa pars cerebri in qua resident species talis obiecti (et ea quidem intensissime propter frequentem actum et repetitionem circa tale obiectum) sit corrupta aut infecta vel certe quod exhalationes evaporantes ad illam partem commeantes spiritus animales aut in ventriculo illo inclusos pro speciebus inserviturus, infecerint et corruperint; et aliunde recentibus spiritibus viam non facile intercluserint. Quibus positis circa illud obiectum valde inordinate excitantur species et per consequens inordinate operatur phantasia: aliunde cum iuxta illud commune axioma ad partem male affectam citius humores noxii accurrant etiam ad hanc partem cerebri laesam ultro ascendentes humores ex partibus inferioribus corporis derivantur, et sic continuant stultitiam. potissima tamen ratio esse videtur saltem plerumque intensio nimia talis speciei quae tum propter frequentationem actuum tum propter subiecti capacitatem quae ordinarie melancholia abundat, ut videre est in similibus stultis ita evadit intensa et per consequens ita excitatur frequenter et importune ut non possit amplius reprimi a voluntate volente excitare phantasiam eo quod ~~propter~~ respondentem intellectum illi obiecto etiam affixerit vehementer, et ratione illius affixionis dederit illi causam erroris id est non cogitandi de contrario aut non nisi subobscure quae omnia minuunt libertatem.

His omnibus placet adiungere doctrinam Saxonii itali
c 15 ex qua non leviter aliqua a nobis dicta confirmantur qui existimat ad discursum ordinatum non tantum opus esse temperaturam cerebri convenientem sed etiam spiritibus animalibus transmissis a ventriculis cerebri ad ipsam substantiam cerebri per proprios canales a natura institutos; qui si

aliquando interci piantur, hinc species cogit mutare locum cum mutat locum mutatur operatio. Et addit ultra Hic autem angustia potest fieri ex nimia sollicitudine amore et timore nimio; nam ex his spiritus animales distrahitur nisi in modum a quo prius fecis, et post diutina distractione illi loci possunt expleri aliqua materia vel melancholica vel pituitosa ne dentur vacuum. ubi repleti sunt loci, spiritus non potest regredi et sic vagatur per alia loca cerebri et facit imaginationes varias. Hic ille et nos pro brevitate temporis de tota hac materia

Quaestio 2 de Habitibus

Nomen habitus varie sumitur apud philosophos tum apud theologos usurpatur nam primo significat omne quod aliquo modo habere possumus. deinde significat formam aliquam oppositam privationi in hoc sensu a privatione ad habitum non datur regressus. Ut omittam alias plures huius vocis significationes de quibus autores. In praesenti autem quaestione nomine habitus intelligimus facilitatem quandam usu et exercitio comparatam quam alio nomine possumus consuetudinem vocare, atque adeo habitus prout in praesenti disputamus de illo est qualitas quaedam permanens in principio vitali residens ipsum adiuvans seu facilitans ad id quod ipsum quidem sine habitu licet non ita facile simpliciter tamen praestare posset.

Sectio 1

De Natura Habitus et quaenam Potentiae sint capaces Habitus?

Dari habitus unica experientia ab autoribus probatur quia videmus assuetudine ipsa et frequenti exercitio faciliores nos reddi ad ea ad quae ante difficiliores nos experiebamur, ita ut communiter dicatur consuetudinem esse alteram naturam. Nec facile aliam rationem quod autores inveniens qua veritas huius asserti comprobetur. Hoc posito ut melius natura habitus penetretur investigare oportet primo definitionem habitus; deinde quaenam sint subiecta seu potentiae capaces

habitus. ex quibus duobus penitus natura habitus innotescet
Philosophus 7 phys. t. 17 dicit habitum esse dispositionem perfecti ad optimum. Idem 5 metaph. t. 25 dicit habitum esse dispositionem qua bene vel male disponimur in ordine ad nos vel in ordine ad alios. Ut omittam alias definitiones in libris Ethicorum traditas, quia definitiones aut plerumque subobscurae visae sunt vel certe non nisi habitibus moralibus videbantur convenire, factum est ut quisque pene auctorum peculiarem sibi habitus fecerit definitionem ut videre est apud recentiores. Mac Sotus in superiori dist. 42 q. 4 habitum dicit esse quo quis potest uti cum voluerit. Gabriel in tertium dist. 23 q. 1 a. 1 dicit habitum acquisitum esse qualitatem absolutam difficulter mobilem ex actu vel actibus genitam ad similium actuum productionem inclinativam. Joannes disp. 44 § 1 n. 6 dicit habitum esse qualitatem permanentem per se primo ordinatam ad operationem non tribuens primam facultatem operandi sed adiuvans et facilitans illam. Quibus omnibus omissis vel quia obscurae sunt definitiones vel certe quia involvunt particula aliqua ad stabiliendam sententiam suam peculiarem
Dico 1. Habitus est qualitas permanens ex actu vel actibus genita potentiam vitalem in sua operatione facilitans et adiuvans. Dicitur qualitas quia per philosophum et omnes habitus ponuntur in praedicamento qualitatis. Dicitur permanens nam ut bene Joannes citatus n. 2 experimur nos usu et consuetudine actuum acquirere subtilitatem in operando quae etiam transactis actibus in nobis permanet. Dicitur ex actu vel actibus genita ut ostendatur causa efficiens habituum de qua infra. Dicitur potentiam vitalem, nam in aliis potentiis ut videbimus non dantur habitus. Dicitur in sua in sua operatione facilitans etc. ut ostendatur finis habitus qui est facilitare potentiam tollendo aliquod impedimentum vel supplendo conatum.
Maior difficultas est quae potentia sit capax habituum. Omnes communiter dicunt in lapide et aliis non sentientibus nullos dari habitus: in sensibus item externis visu auditu tactu vix ullus habitus concedit; in voluntate fere omnes consueverunt concedendos esse etsi Ocam asserat id non posse facile persuaderi: in intellectu

negarunt nonnulli quos refert Soares citatus S 4 n 2
In potentia motiva secundum locum concedunt habitus Scotus
et Nominales relati a Vasquez 1 2 d 73 C 4 n 28: in sensu
interno hominis et in eius appetitu materiali alij concedunt
alij negant: in cogitativa vero et appetitu brutorum plurimi
negant: denique in Angelis dari habitus tum in intellectu tum
in voluntate concedunt aliqui quos sequitur Valentia tomo 2
d. 4 q 2 punct. 3 negat vero Vasquez citatus C 4. Et ex hac
opinionum varietate satis colligi potest difficultatem non esse
levem de subiecto habituum.

Ceterum Soares n 5 Fonseca et plerique recentiores co
nantur assignare regulam generalem dignoscendi quænam po
tentia sit capax subiectum habitus, dum dicunt omnem et solam
illam potentiam esse capacem habitus quæ est indeterminata
et quæ omnimodam habet determinationem esse incapacem
habitus: quam doctrinam desumunt ex Philosopho 1 meteor. c 1 ubi ait
ad illa dari habitum ad quæ sumus indeterminati et quæ pos
sunt bene vel male fieri et 2 Ethic c 1 docet in rebus
quæ sunt determinatæ ad unum non dari habitum. Ubi

Adverte indeterminationem ad bene vel male exigere
in voluntate habitum cuius est bene vel male moraliter operari
aut certe ad summum in intellectu habitum artis et scientiæ
qui inclinant ad actus iuxta præcepta et sic non exiguntur
universim habitus. Quare explicant hoc aliqui et aiunt
quando dicitur potentia esse indeterminatam non est sensus tantum
quod positis omnibus requisitis ad agendum possit agere et non
agere, nam hac ratione solum in voluntate darentur habitus;
sed sensus est quod potentia talis ex natura sua non debeat
esse determinata ad unum aliquod sed ut possit exercere vel
interne moveri intendendo circa unum oppositorum alias circa aliud
et sæpe diutius circa unum versari quam circa aliud.
Alij recentiores dicunt quando potentia est determinata subie
ctive et obiective tunc est incapax habitus, est autem capax
modo non sit determinata obiective; esse autem determinatam
potentiam subiective et obiective non modo tollit omnem indiffe
rentiam ex parte subiecti, sed etiam adstringit illud ad unum

talis modi operandi, nunquam ei tantummodo obiectum seu terminum assignat circa quem versetur, et sic gravia sunt determinata ad descensum deorsum et levia ad ascensum; determinatio vero subiective tantum tollit quidem indifferentiam ex parte subiecti quia non habet illam libertatem seu vim seipsum cohibendi aut determinandi ad actum quam totam ab obiecto et quoad exercitium et quoad specificationem petit, adeo ut illo intra se sufficienter posito, non sit in eius potestate actum suspendere aut in oppositum niti; relinquit tamen eam obiective indifferentem quia ad unius determinationis non adstringitur uni tantum obiecto aut uni modo tendendi cum possit circa plura etiam per oppositos actus versari ut patet in appetitu materiali et phantasia quae per aliqualem assensum et dissensum prosecutionem et fugam circa obiecta sibi propositas versari potest. Deinde ipse Joannes hoc explicans ait quia minimum potentia ex se potens est et indifferens ad varios actus et intendum etiam ad repugnantes vel ob aliquam imperfectionem non habet totam determinationem et propensionem quam habere potest ad aliquem actum quia ergo natura optimum intendit modum operandi iuxta uniuscuiusque rei capacitatem, et hae potentiae non possunt ex natura sua habere innatam totam promptitudinem necessariam ad operandum cum tota promptitudine et facilitate ideo etc.

Sed licet libenter concedam ubi est omnimoda determinatio quod non debeat locus habitui, contra regulam tamen et modos explicandi illius est. Primo indeterminatio explicata non tollit quominus positis omnibus requisitis necessario in actu primo ad operandum potentia debeat operari (excipe voluntatem). Ergo indeterminatio explicata non sufficit ad reddendam capacem potentiam pro susceptione habitus. Antecedens patet et admittitur. Probatur consequentia: positis omnibus requisitis in actu primo potentia intellectiva ex. gr. debet operari et quidem talem actum et tali modo tendendi. Ergo non relinquitur ullus ut possit facile vel difficile operari. Probatur haec consequentia in lapide et sensibus externis qui propterea non sunt capaces habitus. Et revera non potest esse maior

vel minor facilitas ubi est omnimoda necessitas. 2do
etiam in sensibus externis et in lapide est indeterminatio
obiectiva et tamen ab auctoribus negantur habitus in ijs.
Ergo antecedens probatur. Oculus est indifferens ex se ad per-
cipiendum colorem album vel nigrum ad eliciendam visionem
confusam et minus claram repraesentantem obiectum et ad visionem
claram et distinctam repraesentantem: lapis potest ab extrin-
seco accipere impulsum ut sursum feratur vel celerius deorsum
Ergo in illis est indeterminatio obiectiva.

Dices sensus externi non habent diversum modum tendendi in sua obiecta sed semper eodem modo tendunt nec ita sensus internus aut intellectus qui vel per accessum vel per recessum tendunt in obiectum. Sed contra per multos phantasia eodem modo habet unicum tantum modum tendendi in suum obiectum nempe repraesentando illud: similiter etiam intellectus quantum ad primam apprehensionem; recessus enim et accessus ad obiectum non convenit intellectui nisi in quantum potest elicere secundam mentis operationem affirmativam vel negativam. Vides ergo quod auctores citati nomine indeterminationis velint libertatem solam tunc fore voluntatem capacem habitus; si autem aliquid aliud significent illo nomine etiam sensus externos et aliqua inanimata fore capacia habitus quod tamen ipsi in communi negant.

Ego regulam hanc assigno primo in ijs potentijs cognoscitivis dantur habitus quae natura sua possunt se reflectere supra suos actus aut certe reminisci obiecti ante cogniti et quae in plura obiecta per plures actus possunt simul tendere. Loquendo vero quoad potentias appetitivas illa dicatur esse capax habitus in se recepti quae habet indeterminationem et libertatem ad actus suos positis omnibus requisitis in actu primo ad operandum sed de hoc infra. Modo ut ostendam et declarem primam partem asserti praesuppono facilitatem quam experimur in artibus et scientijs post frequentationem actuum non semper provenire ab illa qualitate superaddita speciebus

quam communiter admittunt auctores et vocant habitum (imo infra ostendam non posse ab illa provenire facilitatem) unde Suarez citatus S. 11 n 42 fatetur maiorem facilitatem quam quis experitur potius circa unum obiectum quam circa aliud non provenire ab habitu sed ex diversis speciebus vel ex aliis capitibus assignandis. Imo ipse Vasquez, qui 1 2 disp 80 c 4 n 22 acriter probare conatur omnem facilitatem provenire ab habitu, et ideo pro quolibet obiecto materiali dari novam habitus extensionem; fatetur tamen d. 79 c 10 n 47 in actibus supernaturalibus maiorem facilitatem quam experimur circa illos non reduci ad habitus sed ad vim specierum ad quas tandem fere omnes reducuntur. Quod ut melius explicetur Dico 1o hanc facilitatem non oriri semper ex una eademque causa; aliquando enim oritur ex eo quod prima vice ad habendam cognitionem circa aliquod obiectum opus erat longo discursu et attento examine praemississam, post frequentationem vero talium actuum discursus nascitur species quae licet minus explicite breviusque tamen et quasi compendio repraesentat vim illarum rationum et quod iam fuerint saepe ab intellectu examinatae et approbatae, ac proinde quod intellectus sine novo examine possit illis assentiri. Deinde oriri potest haec facilitas maior ab experientia non formali et exercita sed cognita obiectiva et signata id est non quod tales actus experientiales pepererint habitum circa tale obiectum, sed quod actus experimentales reliquerint speciem sui quae per modum obiecti determinet intellectum ad assentiendum obiecto repraesentato per talem speciem; ex eo enim quod saepius assensum praebui fideli testimonio et semper expertus sum eius fidem, facilius nunc ei assentior, quia experientia ipsa praeteritae veracitatis est novum motivum ut facilius et libentius ei nunc assentiar quam antea. Hinc oritur etiam tertia ratio quae nascitur a voluntate, habet enim voluntas vim inclinandi intellectum ut assentiatur uni potius quam alteri obiecto quod per

rentur habet evidentes rationes, et hinc si voluntas alias amet potius unum objectum aut ex alijs motivis capitibus imperat actum circa unum objectum. Denique oriri potest talis facilitas ex intensione specierum quatenus per plures actus aucta magis quoad intensionem species facilius excitatur quam altera remissior; unde fit ut in magnis etiam distractionibus et attendente intellectu ad alia et occupato adhuc eliciat circa hoc objectum cognitionem: sic musicus sine ulla fere attentione pulsat citharam et orationem dominicam etiam in maxima distractione possumus recitare. Ex quibus omnibus vides non posse facilitatem potentiae alicujus cognoscitivam nisi quod possit reminisci suorum actuum aut saltem objectorum ante cognitorum per species relictas ab actibus praecedentibus: quod etiam verum est quando facilitas oritur a voluntate inclinante nam etiam hinc opus est ut excogitentur nova motiva quae proponantur voluntati ut imperet actum circa unum potius objectum quam circa aliud quod non potest fieri sine aliqua reflexione et sine propositione intellectus proponentis bonum esse voluntatem inclinare intellectum in hanc partem ut patet in fide. Vel certe quod possit elicere plures actus simul, quo fit ut habens speciem remissam alicujus rei vix possit ad aliud objectum attendere, habens autem intensam possit advertere et attendere ad alia eo quod species intensa suppleat conatum et virtutem potentiae cognoscitivae, quam proinde potest alijs impendere concurrendo cum alijs speciebus ad aliorum objectorum cognitionem.

Hinc

DICO 2. Cum communi potentiae quae non sunt cognoscitivae aut appetitivae ex cognitione non sunt capaces habitus patet conclusio ex dictis, et communi sensu Philosophorum qui rebus inanimis negant habitum, in quibus dicunt sicuti omnimoda reperitur necessitas ita nulla reperitur indifferentia minoris aut majoris facilitatis.

DICO 3. In potentia motrice secundum locum non dantur habitus quibus facilitetur ad hos vel illos modos. Ita Suarez aliique

Dico 2 et 3 cum Communi contra aliquos recentiores.
Prob. primo ex principio posito. Prob. 2do a priori quia illa
potentia est omnino necessaria et subordinata potentiae
appetitivae ita ut despotice gubernetur ab appetitu et stante
appetitione non possit non operari, sine illa non possit operari.
Ergo frustra superadderetur habitus ut facilius operetur.
3tio prob. a Valentia q 2 punct. 7 quia si alicui satis perito
artis scribendi absinderentur manus et ei divinitus resti-
tuerentur nova manus eiusdem omnino formae et cum
eadem dispositione naturali quam habebat manus amissa,
non dubium quin aeque bene scriberet ac antea. Ergo habi-
tus bene scribendi non in manu sed in mente recipitur.

Dices Experientia docet exercitio ipso comparari
facilitatem scribendi, pulsandi cytharam saltandi et
etiamsi in speculatione cogitatum nullus progressus
fiat. Ergo non solum in mente sed etiam in membris
ipsis generatur habitus. Resp. exercitio ipso comparari
habitum internum per omnes actus internos quos necesse est
fieri quandocumque externe operamur, habilitari etiam ipsa
membra exercitio ablato humore aliquo quo manus
vel pes antea torpescebat.

Dico 4 In sensibus externis non dari habitus. Ita
communiter auctores. Prob. primo ex dictis quia sensus externi
neque natura sua feruntur in obiecta praeterita reminiscendo
illa, neque possunt se ullo modo reflectere neque datur in illis
excitatio specierum, nec plures actus simul eliciunt, ac pro-
inde neque oculus usque cum specie intensa unius obiecti
eliciat etiam visionem aliorum obiectorum, non eliciturus illam
visionem si species non fuisset tam intensa. Prob. 2do
in sensibus externis nihil aliquorum permanens quod non sit
simpliciter necessarium ad simpliciter posse, et aliunde
sunt simpliciter necessaria potentiae. Ergo.

Dico 5 In phantasia tum hominis tum bruti
dantur habitus. Ita communiter. Prob. ex posito principio
nam phantasia vere potest reminisci obiectorum antea
cognitorum. Ergo potest in illa dari facilitas maior vel minor.
Patet consequentia ex dictis antecedens etiam prob. hac ratione quia
manent species obiectorum praeteritorum in phantasia

quae ideo natura sua sunt permanentes et non sicuti sensuum exteriorum transeuntes: hinc experientia quia videmus canem aliquem saepe exceptum in culina culinam timere et equum agitatione magis redigi in ordinem quod indicat canem et equum meminisse praeteritorum verberum. Ideo patet experientia videmus enim non solum nostram phantasiam ad multa assuefieri sed etiam brutorum aliqui loqui vel blaterare psittacos. Ursos saltare, lepores et cervos ludere in tympano, canes arare, et hoc quidem ita ut non nisi post longum exercitium eo adducantur

Dico ultimo. In intellectu humano dantur habitus ista cum Scotistis communiter auctores et si qui videntur contrarium docere ut Hurtadus S 2 et alii non faciunt id quasi simpliciter negent habitus sed tandem contradistinctos a speciebus patet primo ex fundamento posito quia vere intellectus humanus potest se reflectere non solum supra obiecta praeterita et reminisci eorum sed etiam supra suos actus: item vere in intellectu dum operatur circa aliqua obiecta potest species intensior excitari cum qua etiam potest elicere operationem absque eo quod remittat aliquid de attentione circa alia obiecta vel saltem non multum: et denique in intellectu potest accidere ut propositis utrimque motivis insufficientibus pro alterutra parte ad convincendum intellectum ut assentiatur, potest voluntas imperio suo inclinare illum in hanc potius partem quam in aliam. Ergo intellectus humanus est capax facilitatis maioris vel minoris. Patet ideo a posteriori experimur nos circa unum obiectum post usum et exercitium longum facile ratiocinari cum antea difficulter valde et non nisi magno conatu id faceremus.

Quaeres unde fit hoc ut intellectus occupatus circa alia et elicens cognitiones circa alia obiecta, si habeat speciem valde intensam cuius obiecti, illa ceteris paribus facile excitetur non excitatis aliis minus intensis: deinde illa excitata operetur intellectus sine dispendio vel saltem valde exiguo cognitionum circa alia obiecta simul concurrenta ut patet experientia in organista qui si excellens sit ludet artificiose in organo et tamen confabulabitur, et in

nobis qui recitamus orationem dominicam saepe distractis
accidit propter curiositatem? Hoc quaesitum difficillimum
ab auctoribus communiter assentitur; sed illius rationem a priori
qui redderent vidi neminem. Ego quantum divinare
possum puto ideo caeteris paribus excitari speciem intensam
citius in intellectu quam remissam quia etiam citius exci
tatur in phantasia. Ratio autem cur in phantasia
et consequenter in intellectu excitetur videtur esse haec quod caeteris
paribus agenti fortiori debeatur potius concursus causae
primae quam agenti debiliori quando utrique simul po
stulat et non potest dari utrique simul sed alteri tantum:
quare cum in casu posito intellectus superaretur speciebus
aliis pro cognoscendis aliis obiectis, et propter suam limita
tionem non posse admittere nisi unam tantum cogitatio
nem circa disparatum obiectum et unius speciei
stantibus communi cogitationibus circa alia obiecta et
uni aequali vel paulo minori speciem eorundem obiectorum
fit ut potius excitetur haec species id est ut causa
prima offerat et det concursum intellectui operandi
cum hac specie intensa potius quam cum remissa. Sicuti
si ad videndum spectaculum locus pro unico tantum esset
residuus intromitti potius deberet honoratior quam minus
honoratus; ita etiam si limitatio potentiae patitur
excitationem et exercitium adhuc unius speciei, debet
potius excitari et admitti species intensior quam re
missior ac proinde potiori iure debet dari concursus
intellectui ad operandum cum illa specie quam cum alia.
Caeterum licet hoc verum sit frequentissime tamen ideo
species excitatur quia occasione data id est pulsu
campanae aut aspectu rosarii vel libelli et similium
volumus orare pater noster, et organista a magistro
capellae monetur ut ludat quia voluntate posita anima
utitur specie sibi subordinata sicuti habitu.
Altera pars difficilior est cur excitata et operante specie
intensa non est opus ut intellectus aliquid vel saltem
multum remittat de cognitionibus vel operatione circa alia obiecta

si tamen excitaretur species remissa alicuius obiecti
opus foret ut remitteret intellectus multum de cogni-
tione circa alia obiecta et attentionem magnam ex parte
sua conferret. Cuius rationem puto esse hanc quia
potentia ut limitata est ita etiam naturaliter petit
limitatum concursum causae primae; sic cum intellectus sit
limitatus in essendo et in operando ita ut non possit
meus intellectus nisi tres actus cognitionis magis intensos
ut quatuor elicere simul; ita etiam non potest natu-
raliter habere nisi concursum causae proportio-
natum tali activitati; alioquin quando coniunguntur
duae causae partiales et offertur utrique simul concursus
unus a causa prima non est opus ut semper in
concausa in tali casu detur concursus iuxta totam lati-
tudinem virtutis (quando minimum producit effectus
qui per se potest procedere et procedit alias ab sua
concausa) sed datur hunc minor et proportionaliter lo-
quendo quo causa partialis accedens est fortior eo etiam
concursus oblatus debet esse maior et plus se tenere ex
parte concausae accedentis, minor vero ex parte alterius
causae praeexistentis. et sic solemus dicere in accessu
causae partialis fortioris minus causam praecedentem
exercere de sua virtute et plus debuisset exercuisse
si accedens causa partialis non fuisset tam potens
et non fuisset inter effectum et illa proportio integrali-
tatis tam notabilis. Exemplo res patet nam cum
equus unus trahit currum onustum lapide, accedente
altero equo valde forti non tantum exerceret primus de
suis viribus quantum opus esset ut exerceret si illi debilior
fuisset adiunctus. Ex quo fit ut accedente specie valde
intensa intellectui et illi speciei offeratur concursus a Deo
talis qui non solum non adaequet virtutem intellectus,
sed etiam respectu illius sit parvus; similiter etiam non
adaequet virtutem speciei; proportionaliter tamen loquendo
sicuti species ipsa ex se est agens valde intensum

ita etiam concursus ex parte illius et ratione formalita tis qua se tenet ex parte illius est maior. Et sic manet multum de activitate et virtute intellectus et multum etiam est verendum de concursu qui potest dari intellectui ut ab illo alias eliciat operationes et versetur circa alia obiecta. Contra vero quando species est remissa concursus qui offertur intelle ctui etiamsi non sit adaequatus, est tamen satis magnus et multum accedit ad virtutis limitem proinde non po test operari tantum circa alia obiecta nec tantam virtutem exercere in cognoscendo alia

Dices. Ex dictis sequi quod intellectus non posset facere et extendere se ad tam multa nisi haberet talem speciem. Ergo species ad talem latitudinem operandi est simpliciter necessaria. Ergo non est habitus quia non dat facile simpliciter posse. Resp. distinguendo sequela non posset simpli citer intellectus extendere se ad talem latitudinem operandi nego; non extendet se de facto transeat et sic nego primam consequentiam. Ratio est nam licet minoris intensionis species vere sufficeret si Deus daret concursum adaequatum pro specie et tenentem se etiam potius ex parte speciei: attamen cum de facto sicut in aliis causis non dat concursum iuxta adaequatam virtutem speciei multum conducit ad ta lem operandi latitudinem speciei intensio. Quod si in hoc adhuc invenis difficultatem, dic speciem non habere rationem habitus et facilitantis nisi in quantum facilius excitatur ad actum etiam talem pro quo sufficeret minoris intensionis species

Sectio 2
An in potentiis cognoscitivis habitus sit qualitas condistincta a speciebus?

Duplex est hoc in re celebris sententia prima dicentium habitum in potentia cognoscitiva esse qualitatem permanentem a speciebus impressis distinctam ita plurimi Suarez citatus S4 Moldus Q 3 prooem. Rubius in fine posteriorum tract. de habitibus q 2 et tract 2 q1. Vasques prima sed. Disp. 78 C4 et 1. part. D 9 Bartholomeus Amicus in lib. post tract 27

de Scientia d. 4 de scientia habituali q. 2 Molina Fonseca
et alij qui multos afferunt. 2da sententia est negantium
talem qualitatem ita S. Thomas q. 24 de veritate a. 4
et alibi quem sequuntur Soncinas 5 metaph. q. 9 Caietanus
1a 2ae q. 54 a. 4 Hurtadus d. 16 de anima § 2 qui
ostendit S. Thomam omnino ex parte fuisse pro hac sententia
et alij multi recentiores qui fere omnes tamen variant
in explicatione huius sententiae.

Suppono autem ad habitum maxime scientiae praesupponi
coordinationem specierum, cum enim scientia sit actus conclusionis
deductus ex praemissis, quare etiam est ut species conclusionis
habeant aliquam subordinationem cum praemissarum speciebus
vel saltem aliquam coordinationem: in hac autem coordi-
natione specierum non potest tamen versari habitus
tum quia aliquando habemus species coordinatas et tamen
non experimur facilitatem quam experimur post frequen-
tationem actuum; tum quia eliciendo primum actum conclu-
sionis habemus species coordinatas nec tamen propterea
dicimur habere habitum. His positis

Dico 1o in potentijs cognoscitivis habitus non est
qualitas distincta a speciebus ipsorum actuum. Ita autores citati
pro secunda sententia saltem ex parte. Probatur 1mo nulla
est necessitas adstruendi habitum seu qualitatem distinctam
a speciebus. Ergo non datur. Antecedens patet ex dictis § praeced.
ubi ostendi quomodo possit facilitari intellectus et desumi
facilitas ex multis capitibus absque interventu talis quali-
tatis distinctae quae sit qualitas superaddita. Probatur 2do
intellectus et aliae potentiae cognoscitivae non sunt magis
formaliter liberae sed aeque necessariae ac potentiae externae
Ergo non sunt capaces huiusmodi habitus superadditi. Antecedens
probatur quia positis requisitis sufficienter in actu primo intellectus
aeque necessitatur ad specificationem atque ad exercitium
sicut oculus positis requisitis in actu primo necessitatur
ad visionem. Ergo non magis potentia cognoscitiva interna
est libera quam externa. Probatur consequentia argumenti quia vel
dempto illo habitu potest potentia naturalis positis reliquis
omnibus operari vel non. Si non potest Ergo nec cum

habitu poterit quia habitus naturalis non dat simpliciter posse sed solum facilius: si autem sine illo habitu potest. Ergo etiam sine illo necessario operabitur quia in Causis necessariis idem est posse et debere necessario operari. Ergo frustra superadditur habitus ut facilius possit, cum enim maior esse facilitas esse possit quam necessitas. Confirmatur positis praemissis cum cognitione de bonitate illationis vel memoria illarum intellectus etiam quoad exercitium determinatur, imo etiamsi non sint actu praemissae, si sint species praemissarum et conclusionis vel illae sunt evidentes vel non: si primum ergo intellectus non potest illis non assentiri: si secundum ergo nec cum habitu quia habitus ut species non supplet impotentiam; impotens est autem intellectus assentiri obiecto obscuro non posito imperio voluntatis quod necessitat intellectum ad assentiendum, eo quod ex intrinseca sua natura intellectus sit debet aptus ad obediendum voluntati circa tale obiectum. Cum autem dicit habitus tollere indifferentiam verum id est sed hoc convenit speciebus quae tollunt indifferentiam universalem quam habet potentia ad plura obiecta, a speciebus vero habet ut determinetur potius ad ista quam alia obiecta cognoscenda.

Obijcies 1 ex Arriaga citato a 2 cond. Species actus producitur per unum actum, habitus producitur per multos actus. Ergo habitus non est species actus. Patet consequentia quia habitus idem debet suscipere intensionem per multiplicationem actuum. Antecedens probatur prima species cuiusque ad primum actum debet repraesentare primum illum actum, secunda species secundum et sic deinceps idque essentialiter, eo quod sit ordinata ex natura sua ad talem numero actum ut suum obiectum repraesentandum et non aliud: unde species secundi actus non potest repraesentare primum actum. Sed hoc posito species primi actus non est capax intensionis vel extensionis. Ergo probatur subsumptum non intensionis quia cum secunda species non repraesentet nisi secundum actum non potest intendere repraesentationem primi actus; intensio enim est in ordine

ad idem unde supra dixi de divisibilitate specierum.
partem speciei repraesentantem primum gradum coloris,
et alteram partem repraesentantem secundum etiamsi gradus
coloris sint aeque intensive, non tamen sunt intensive
partes speciei quia non sunt repraesentationes eiusdem
partis obiecti. Hoc extensionis nam species repraesentativa
una unius obiecti determinati non potest extendi ad
repraesentanda plura cum indivisibiliter species una obiecti
unius repraesentativa sit et in casu nostro species repraes-
sentativa actus illius solum est a quo fuit producta

Pro solutione difficultatis Adverte rem in speciebus
producendis sic se habere, operante sensu externo per sensa-
tionem illius producitur in phantasia species impressa et
ista quidem intuitiva seu quae causet notitiam repraesen-
tantem rem et tendentem in rem ut praesentem, posito
autem actu tali phantasiae causatur in intellectu species
impressa respondens speciei in phantasia et similiter
causativa cognitionis intuitivae est. Hoc posito actus
phantasiae ita relinquit speciem sui ut simul etiam relinquat
novam obiecti speciem, quia sicut obiectum per sensatio-
nem externam sui impressit speciem in phantasiam
ita etiam videtur posse mediante cognitione phantasiae posse
imprimere speciem sui denuo, utraque autem species per-
manens est tam actus scilicet quam obiecti pereunte
tamen prima specie impressa quam sensatio externa
produxerat: Cuius interitus ratio esse videtur haec
quod cum illa species prima sit intuitiva et exigat
praesentiam obiecti ex se, sublato obiecto non debet illi
connaturaliter concursus ut existat et permaneat,
reliquae vero species impressae tum obiecti tum cognitionis
abstrahunt ab existentia et praesentia et ideo possunt
esse permanentes: Similiter cum proportione loquendum
de speciebus intellectualibus. Ex quo fit ut intellectus
deinde possit reflectendo se cognoscere praecedentem

cognitionem quam habuit circa obiectum et ipsum etiam
obiectum immediate percipere eliciendo aliam cognitionem
qua per se tendat in illud cum habeat directa illius species
qua secunda cognitione posita rursus duplex manet
species impressa una repraesentans nominaliter ipsam
secundam cognitionem, alia repraesentans ipsum obiectum,
quae posterior obiecti species est eiusdem penitus rationis
cum specie praecedenti repraesentante idem obiectum.
In phantasia vero si non potest (saltem brutorum) per
unum actum phantasiae tendere in alium praecedentem refle
ctendo se proprie saltem tunc potest fieri in aliquid
simile. Doctrinam hanc confirmo mea experientia qua
ita nos reflectimus ad praeterita ut aliquando advertamus
nos scivisse et tamen non sciamus qualis sit res et
quomodo noscetur talis homo, quod signum est relictam
esse in intellectu duplicem speciem cum quarum una eliciat
cognitionem repraesentantem confuse tamen actum et cogni
tionem praecedentem quam habuit circa obiectum, altera spe
cie ipsius obiecti non concurrente

Adverte 1 autem me dixisse species relictas ab
actu cognitionis esse abstractivas id est non petentes et non
causantes cognitionem quae exigat praesentiam rei et conse
quenter non perire ablata cognitione.

Adverte 2 species actus praeteriti non
solum quidem excitare potentiam ad actum reflexum supra actum
praecedentem et obiectum illius a quo actu fuerunt productae -
possunt tamen etiam per modum motivi excitare potentiam
ad cognitionem et assensum alterius obiecti connexi; ex eo
enim quod habeam species aliquorum terminorum movetur po
tentia ad eliciendum assensum circa connexionem et iden
titatem illorum; quae facilitas ad assensum magis proprie
sortitur rationem habitus eo quod determinet potentiam
et moveat et habeat rationem scientiae et alia quae
communiter tribuuntur habitibus.

Hinc R. in forma ad argumentum species producitur
per unum actum accipiendo speciem qua speciem concedo
et quoad denominationem speciei id est quatenus est

principium omnino necessarium ad eliciendum actum. Species producitur per primum actum accipiendo speciem qua habitus est et ut sortiatur nomen illius ordinarie saltem nego; nam ad hanc denominationem requiritur ut species habeat intensionem aliquam notabilem quae sufficiat ad sui excitationem faciliorem, quam ordinarie per primum actum non acquirit. Ad probationem antecedentis distinguo antecedens: species eiusque ad primum actum debet repraesentare primum actum et secunda secundum, illa species quae est repraesentativa actus concedo; species repraesentativa obiecti ab eodem actu relicta et nego: et cum a secundo actu eiusdem penitus rationis species obiecti relinquatur, poterunt uniri inter se per modum intensionis. Sic quando cognosco Petrum relinquitur species cognitionis et alia species Petri; cognoscendo secundo eundem relinquitur species secundae cognitionis et alia species Petri, quae species Petri cum prima specie Petri est eiusdem rationis in repraesentando cum penitus idem repraesentet quod alia; et consequenter potest ex illis consurgere intensio non autem ex speciebus cognitionum. Et sic habetur quomodo intendi possint species et eadem intensa inservire ad eliciendos alios actus qui versentur circa idem obiectum.

Dices 2. Quantae intensionis debet esse species ut accipiat nomen habitus? R. si facultas tota ex sola intensione unius speciei oritur tunc ad dandam denominationem habitus illa sufficit intensio quae sufficit ut distracto animo ad alia obiecta alterius partibus citius excitetur; et cum per primum actum pene numquam naturaliter tantae intensionis producatur species quae excitetur in talibus circumstantiis, fit ut habitus non dicatur productus nisi ex multiplicatione actuum.

Dices 2. Species cuiuscumque intensionis est simpliciter necessaria ad actum saltem tantae intensionis. Ergo non est habitus de cuius conceptu est non dare esse simpliciter sed facile. Respondent aliqui negando antecedens atque adeo dicunt posse cum remissa specie intensum actum elici

sed quidquid sit de hoc pro nunc R. 2do spectando
speciem in quantum est principium effectivum sui actus saltem
alicuius transeat. spectando passivam habilitatem
qua potentia invel debetur illi concursus causae primae
et excitatio et nego antecedens; quod excitatio facilior
etiam in distractione non debetur speciei praecise
qua species sed speciei quae intensa est maxime si
dicas speciem impressam non sortiri nomen habitus
quando iuxta totam suam latitudinem operatur et
causat actum eiusdem et sibi paris intensionis; sed tunc tan
tum quando causat actum aliquem remissiorem et obscurio
rem uti contingit cum in distractionibus oramus pater noster
vel quando organista ludens confabulatur cum socio; tunc
enim ut patet experientia remissos valde elicimus actus
ac proinde nostra oratio non est multum meritoria

Obiicies 2 species se tenet ex parte obiecti cuius
est vicaria et habitus se tenet ex parte potentiae. Ergo
species non potest esse habitus. R. concedendo primam
partem antecedentis negando secundam; licet enim habitus
sit dispositio potentiae non est tamen opus ut teneat se ex
parte potentiae. et hoc ipsum est quod dicimus et in quo
controvertitur inter autores dum alii dicunt facilitatem
oriri ex qualitate aliqua tenente se ex parte potentiae
alii nobiscum hoc negant

Obiicies 3 species actus relicta pertinet ad po
tentiam intellectivam ut est rememorativa formaliter
sui actus praecedentis, non ad producendos novos actus
similes praecedentibus; sed habitus ponitur ad huiusmodi
actus similes producendos. Ergo species non sunt habitus
R. distinguendo maiorem species actus relicta ~~[illegible]~~
praesentativa solius actus concedo species ab actu relicta
et repraesentativa obiecti est rememorativa actus
et non iuvat ad producendos similes actus nego

Dices primus actus productus a prima specie
dum vidi v.g. album fuit actus intuitivus, sequentes actus
quibus fero circa albedinem absentem sunt tantum abstractivi
Ergo nequit species obiecti iuvare ad similes producendos actus
R. distinguendo cuiusque non sunt similes in esse repraesentato

sive non idem repraesentant nego, non sunt similes;
id est in aliquo eorum est reperire aliquod praedicatum
quod non est reperire in alio transeat. deinde esto
cum primo actu caeteri non sint similes excepto tamen
illo reliqui habent similitudinem.

Objicies 4 Quando intellectus non habet ulla convincentia ad assentiendum sed tantum ex probabilibus procedit rationibus, posset dici quod debuit habitus condistinctus a speciebus qui faciliter potentiam istam ponderans ad unam potius partem quam ad aliam. Ergo

R. in similibus casibus ubi evidentia non cogit intellectum ad assensum, voluntatem inclinare in hanc potius partem quam illam; si assensus sit absolute minus facilis. si enim fiat conditionate dicendo probabile est hoc ita se habere, hunc nec voluntas nec aliud facilitat sed necessitatur intellectus ad hunc assensum per se.

Quaeres 1 Species relictae ex actu cognitionis in intellectu an inserviant mediate postea ad eliciendam solam primam apprehensionem, an etiam ad iudicium et assensum v.g. dum videns parietem esse album apprehendi illum esse album et ita etiam iudicavi. R. hoc in negotio rem ita se habere posita prima apprehensione albedinis produci species primae apprehensionis et simul etiam obiecti illius; deinde subsequens iudicium relinquit etiam sui speciem non est tamen opus ut relinquat sui obiecti speciem. Ratio est quia cum idem sit obiectum primae apprehensionis et iudicii non est opus ut actus iudicii qui naturali sequela subsequitur primam apprehensionem generet sui obiecti aliam speciem. vel certe si relinquit etiam sui obiecti speciem debes dicere ex specie obiecti relicta a prima apprehensione et a iudicio fieri unam. Hoc posito quando excitatur species obiecti illa primo omnium movet ad primam apprehensionem quae natura sua praecedit assensum, sicuti cognitio volitionem; posita autem apprehensione potest naturaliter sequi iudicium sicuti secutum fuit quando primum apprehendimus obiectum

quando autem excitatur per se species relicta in
dicti hunc fit actus reflexus qui sit prima operatio reflexa
supra iudicium praeteritum, qua operatione posita
potest intellectus quasi manu ductus iterum elicere assen
sum circa obiectum ut recordor me habuisse talem
assensum circa tale obiectum sed talis assensus fuit verus
ergo obiectum est verum. Dixi in intellectu verum ita se
habere nam pro nunc abstraho utrum in phantasia
detur iudicium imperfectum vel non.

Quaeres 2. An de potentia absoluta in po
tentiis cognoscitivis possit dari habitus qui sit qualitas
distincta a speciebus?

Ad hoc respondeo quod habet nullum de nomine sed cu
distinctione si nomine habitus (intellige naturalis) signi
ficatur qualitas facilitans potentiam ita ut per hoc pro
dicatur distinguatur ab aliis qualitatibus, dico non posse
dari illa etiam de potentia absoluta in potentia cogno
scitiva. Ratio nam illa qualitas vel habendo se obiective
vel formaliter aut etiam causaliter facilitaret potentiam
sed neutro modo posset facilitare ergo. Minor patet
non probatur quoad primam partem quantumcumque illa quali
tas cognosceretur et obiceretur alicui actui non videtur
magis posse facilitare ad cognitionem et assensum albe
dinis in pariete quam si aliud obiectum disparatum co
gnosceretur. Quoad secundam etiam partem probatur facilitare
formaliter seu causaliter meo verbo non obiective nihil
aliud est quam ita iuvare potentiam ut non tantum exerat
de sua virtute non autem ut alius operetur quia in
instantaneis non datur alius, atque adeo possit etiam attendere
ad alia et pluribus esse intenta, sed illa qualitas condistin
cta a speciebus quantumcumque ponatur, non facit ut intelle
ctus plures eliciat actus ita distinctos iuxta suam et speciei li
mitatam virtutem, ergo non facilitat. Hoc probatur qualitas illa adiun
cta non iuvat ut intellectus feratur in novum aliquod obiectum
in quod alias non ferretur, nam hoc est munus speciei quae
sicuti est semen et virtus determinata sui obiecti ita excitat

intellectum et iuvat tanquam comprincipium ad cognitionem talis obiecti. Sed neque potest supplere intensionem speciei nam si talem speciem remissam et confusam habeam albedinis, quantumcumque adiungatur talis qualitas, nunquam faciet ut eliciam cognitionem intensam et claram circa tale obiectum, vel saltem intensiorem quam alias possem elicere cum tali specie.

Dices, verum est quod non suppleret intensionem, facilitaret tamen intellectum quatenus intellectus operans cum specie intensa ut octo si exerceret cognitionem intensam ut octo, non esset opus ut tantum adhiberet conatum praesente hac qualitate quantum adhibiturus erat in absentia illius. Sed contra ut vidimus facilitare et iuvare ne tantum conatum adhibeat nihil est aliud quam facere ut potentia possit extendere se ad plura obiecta ex vi adiuncti; Sed ut dixi ex vi istius qualitatis adiuncti intellectus non posset se plus extendere et pluribus esse attentus quam alias ex natura sua et ex vi speciei potest. Ergo ex vi istius qualitatis non facilitaretur. Ratio ulterior huius veri est quia illa qualitas adiuncta quod ita concurreret effective et faceret ne potentia tantum adhiberet conatum aliqualiter contineret talem effectum Ergo iam esset principium debitum et necessarium ad dandum simpliciter esse. Ergo non solum ad facilitandum. Consequentia prima patet nam in aliis causis quando aliquid partialiter tantum continet effectum semper debet adesse et complere alterum principium partiale nec facile infringetur haec propositio aliqua instantia in contrarium data. Si autem ista qualitas non nisi formaliter se habeat, non est conceptibile quomodo possit minuere conatum potentiae, conatus enim est ipse concursus in actu secundo, ut procedens a causa quem sibi taxat ipse effectus Ergo quantumcumque adiungatur qualitas vel non adiungatur

non poterit minui. Dices in tantum forma liter se habendo habitus minuit conatum in quantum ad praesentiam illius Deus dat ampliorem concursum et sic ut minus de suo det potentia, ac proinde possit se extendere ad alia sicuti dixi de duobus luminibus quorum unum determinat formaliter aliud. Sed contra posito habitu tali vel Deus dat concursum talem ultra limitationem potentiae vel certe iuxta capacitatem potentiae? Primum dici non potest ut patet: secundum non satis facit nam posita specie intensa obiecti illius eundem concursum Dei exigebat potentia ad hoc ut simul illius speciei obiecto et aliis attenderet atque adeo totum illud praestat species intensa, quod ista qualitas. Ergo ista qualitas est iustitia essentialiter. Ergo repugnat hoc ipso cum nullum munus habeat in rerum natura. Quare si intellectus esset occupatus circa obiecta alia si non esset species intensa albi v.g. nunquam intellectus posito etiam habitu qualicumque posset in tanta occupatione tam facile advertere et cogitare de albedine.

Dixi si nomine habitus naturalis intelligas qualitatem aliquam condistinctam a speciebus et quae essentialiter hoc habeat facilitare tantum: nam non dicere repugnantiam cur non possit dari qualitas quae ultra speciem concurrens etiam effectivo una cum potentia concurreret ad productionem actus simpliciter sicuti de facto dicitur de habitibus supernaturalibus qui sunt necessarii ad simpliciter et non ad facile posse. An autem illa qualitas secunda esset habitus est quaestio de nomine et pendet ex eo quid intelligas nomine habitus, certe meo iudicio non posset vocari habitus naturalis quia non exigeretur à natura quae non capit superflua

Sectio 3

An in potentiis Apetitivis detur Habitus et qualis?

Dico 1 probabilius est dari habitus in volun
tate qui sunt qualitates intrinsecae voluntati et condistinctae
a speciebus intellectualibus. Ita communiter autores adeo
ut Hurtad. s. 3 dicat esse communissimam autorum nemine
excepto. vacillarunt tamen in veritate huius conclusionis
Gabriel et Occam relati et reprehensi à Vasquez 1a 2ae d. 77
c 4 n 26 Aureolus etiam apud Capreolum in 3um dist. 27
q 1 a 2. Durandus in 3 dist. 23 q 4 n 8 et alio recentiores
docti. Probatur 1mo Conclusio Omissis pluribus argumentis autoritatis
autoritate. Probatur quam sequuntur Philosophi et Theologi admittentes
morales virtutes in voluntate: quare nisi evidens et valde convin
cens ratio sit in oppositum, non oportet recedere à communi omnium
autorum sensu qui hac in re unanimiter conspirarunt. Probatur 2do
actus intellectus progignunt aliquid pro modo seminis à se relicti
id est speciem impressam. Ergo etiam actus voluntatis habebunt aliquid
sim aliquid producendi et relinquendi in voluntate quod sit per
manens. Probatur Consequentia à paritate: sed hoc non est species
impressa cum in voluntate nulla detur Ergo alia qualitas
permanens quid sit habitus. Probatur 3tio Voluntas est libera et
indeterminata. Ergo est capax habitus Consequentia Probatur nulli
ideo excludunt ab aliis potentiis habitus quia aliae potentiae
sunt determinatae et nos supra superius id diximus. Ergo
Probatur 4to ab Hurtado potest temperantia v.g. amitti stan
tibus speciebus intensis circa illius obiectum et adeo stante
etiam facilitate obiectiva. quia expertus est Gelvus se saepe
temperanter vixisse Ergo temperantia non consistit in speciebus.

Adverte tamen me his rationibus non niti sed autoritati
quare etiam non teneor solvere obiectiones contra hanc Conclusionem

Dico In apetitu sensitivo tam hominis quam bruti

non daretur ullus habitus. Prob. 2do Appetitus sensitivus est omnimode potentia necessaria. Ergo in illa non videtur quibus locus pro habitu qui sit distinctum quid a speciebus phantasiae habet; antecedens et consequentia ex dictis

Dices Experientia docet equum assuetudine currere etiam nemine docente, et passiones appetitus debilitari assuetudine et alia id generis. Resp. haec et similia provenire partim ex efficacia intensionis speciei qua obiectum repraesentatur clarius et facilius excitatur species; partim ex eo quod experimenta aliorum capitum obiectum moveant ad amandum illud hoc obiectum quod iam alias sive inconvenienti amatum est ex quo. Prob. 3tio Omnis facilitas quam experimur in appetitu sensitivo potest optime refundi in species et in talem repraesentationem Ergo non est opus ponere alium superadditum habitum. Prob. 4to facilitatem quae esset in appetitu sensitivo et quam experimur post frequentatos actus facilitatem in quam illa vel sentimus antequam operemur vel dum operamur id est vel in actu primo vel in actu secundo: non in actu primo nam cum talis inclinatio et facilitas proveniret ab habitu in genere causae formalis, sequeretur quod semper ac habemus habitum sentiremus eandem facilitatem nam forma informans subiectum semper tribuit eundem effectum formalem atque adeo etiamsi non adsit occasio operandi sentiretur facilitas praesente forma denominante id est habitu; praeterea non possumus aliquid advertere nisi cognoscendo ac proinde si habitum advertere deberemus, deberet is obiective repraesentari. Ergo talis habitus non moveret solum formaliter sed etiam obiective. Non in actu secundo quia ex operatione non possumus colligere facilitatem vel difficultatem nam vel difficultas cognoscitur ex maiori tarditate qua fit operatio, vel ex maiori conatu potentiae: non ex primo capite quia actus potentiae appetitivae fit in instanti: Ergo non potest esse una operatio tardior altera cum non possit aliqua esse velocior quam instantanea: non ex secundo capite quia conatus potentiae cum sit ipse concursus non potest cognosci a nobis an magis ab habitu vel a potentia

procedat, alioqui cognosceremus quando sola potentia operaretur et quando cum illa operatur habitus quae sunt falsa. Dices forte dicas in tantum nos experiri facilitatem in quantum reflectendo nos advertimus quod simul et semel appetitus in plura diversa feratur. Sed contra, talis ratio appetitus in plura fertur et sic saltem extra hunc casum non sentimus facilitatem: deinde hoc ipso quod appetitus habeat vim tantam ut possit simul in plura tendere plura appetendo, non possumus advertere an id solus faciat et ex sua virtute an vero adiutus ab aliquo comprincipio, quia tunc possemus etiam scire an actum supernaturalem eliciamus, nempe sciendo quod concurrat potentia circa tale obiectum una cum habitu supernaturali.

Dices hoc argumentum aeque probat in voluntate non dari habitum condistinctum a speciebus intellectualibus. R. posse aliquam disparitatem assignari dicendo in voluntate facilitatem vel difficultatem sentiri ex eo quia vel tardius vel citius operatur voluntas proposito sibi sufficienter obiecto, nam proposito etiam sufficienter obiecto et motivo cum voluntas sit libera potest suspendere suum actum quo velit efficaciter unam vel alteram partem, et quasi haerere, et hoc potissimum dum caret habitu. Si autem habeat habitum ab illo inclinatur ut citius se resolvat amplectens illam partem ad quam inclinat habitus, hoc tamen ita ut simpliciter possit contrarium amplecti si voluerit. At vero cum appetitus materialis sit omnimode necessaria potentia non potest ita suspendere actum et quasi dubia solvere sed proposito sibi sufficienter obiecto in instanti fertur in illud vel si non sufficienter proponatur nullo modo fertur usque dum accedat aliud determinans novum.

Quaeres quodnam sit subiectum habituum. R. cum distinctione et incipiendo ab ultimo habitus voluntatis recipitur immediate et adaequate in sola voluntate id est in anima rationali. Habitus intellectus recipitur etiam adaequate et immediate in intellectu id est in anima rationali. Habitus vero phantasiae debet dici subiectari conformiter ad ea quae dixi de speciebus sensus interni.

Sectio 4

De Causa Efficiente Habituum et eorum intensione

Dico 1 Habitus sive sint species sive qualitates

a speciebus distinctis produci effective ab actibus est communis Soares citati S. 8 Vasques 1 2dae d 79 c 9. et aliorum. Prob. breviter prima pars; species effective pendent ab obiectis saltem mediate ergo debent produci ab actibus cum non possit obiectum seipso immediate producere species internas. Et ratio ulterior est nam cum obiectum vel absens sit vel improportionatum ad productionem speciei superioris ordinis debet substitui aliquod aliud quod producat talem speciem obiecti quod multo convenientius esse dicatur ipse actus quo cognoscitur obiectum quam potentia et eo quod ut dixi speciei oportet tribuere dependentiam quantam commode possumus a suo obiecto mediatam vel immediatam magis autem per se dependet species ab obiecto si fiat ab actu quam a potentia sola quia magis se habet cognitio ex parte obiecti et magis pendet ab illo quam potentia. Prob. 2da pars Habitus etiamsi sint qualitates sunt tamen relictae per modum seminis et instrumenti pro actibus subsequentibus eliciendis ergo habitus per se dependent ab actibus in genere causae efficientis sicuti semen dependet efficienter a vivente

Dico 2 Habitus sive sint species sive qualitates conditionatae intendi possunt ab actibus aeque intensis imo etiam a remissis est contra Soares citatum S. 10 et alios. Prob. experientia evidenti qua videmus in ultimo exercitio actuum etiam remissorum nos reddi in dies promptiores ad operandum et res efficacius apprehendere et species facilius excitari et cum maiori delectatione nos operari et quae omnia indicant crevisse habitum. Item quia videmus eundem actum diutius continuatum intensiorem habitum producere quam si cito transeat ergo actus subsequens saltem aeque intensus poterit intendere habitum productum

Dices 1 Omnis actio est a principio proportione maioris inaequalitatis sed hic non principio cederet taliter actio. Ergo. Resp. patet ex dictis 1 de generat. ubi vidimus

in convenientia, si qualitas remissa in intensā vel
etiā simile ageret in simile. Hoc probatur. Actus vg est ut
duo habitus autem supponitur intensus ut 4 Ergo.
R. distinguendo maiorem Omnis actio procedit a pro
portione maioris inaequalitatis iuxta intensionem gra
duum in univocis concedo, in aequivocis causis nego
potest enim causa aequivoca producere effectum intensiorem
se sic lux ut quatuor potest producere calorem ut sex

Dices 2. Ex hoc sequi habitum remissiorem posse
producere actum intensiorem. Probatur sequela a paritate rationis
Nam enim minus habitus est causa aequivoca actus quam
actus sit causa aequivoca habitus. R. concedendo
sequelam ratio est quia quando aliquid concurrit ut causa
partialis aequivoca cum concausa perfectiora effectum pro
ducendo potest producere effectum perfectiorem quam sit
ipsa causa partialis. Sed habitus concurrit ut cau
sa partialis cum intellectu ad producendum actum qui est
potentia perfectior. Ergo potest habitus producere effe
ctum perfectiorem se. Confirmatur primo sicuti enim
habitus in entitate sua imperfectior potest ut causa parti
alis attingere actum ita potest etiam attingere intensionem
maiorem illius etiamsi habitus non habeat in se tantum gra
duum intensionum Confirmatur secundo cum speciebus aeque
intensis et cum eodem lumine robustior potentia visiva me
lius percipit obiectum quam alia debilior

Dices 3. Ponamus quod actus intensus ut duo
produxerit habitum intensum ut duo quo posito alius actus in
tensus ut duo elicitus postea non potest augere habitum
ad tertium vel 3 gradum. Probatur sequela non fuit minoris virtutis
actus primo elicitus quam secundo loco. Ergo si primus
non habuit virtutem producendi habitum intensum ut tria
secundus actus non habebit hanc virtutem

Quid difficultas

Quae difficultas peculiariter urget sententiam admittentem gradus heterogeneos. Ad hanc difficultatem respondent recentiores aliqui primum actum non producere habitum ut 3a non ideo quasi non esset tantae virtutis sed quia non exerit totam virtutem. Sed contra primus actus est agens necessarium. Ergo si ex se habet virtutem producendi habitum ut 3a debebit illum producere atque adeo debebit producere tantum de habitu quantum potest produci ab omnibus actibus eiusdem rationis. Confirmatur primus actus non invenit maius impedimentum pro sua qualitate producenda quam inveniat secundus. Ergo debebit iuxta suam virtutem et latitudinem producere quod potest. Haec video quid possit dici ab his autoribus aut quae afferri solutio nisi forte aliqua quam in alia materia nempe de lumine a me data acriter rejecerunt.

Propter hanc difficultatem Suares d. 24 citata § 20 Ponsius in disputationibus selectis d. 8 c 8 et plerique alii docent habitum non augeri nisi per actus intensiores primis, qui etiam hanc difficultatem sic proponunt. Si habitus augeri posset actibus minus vel aeque intensis, sequeretur actionem intensivam non debere necessario procedere a proportione inaequalitatis, quod est contra communem sensum. Probatur consequentia, simile agere in simile, multo minus minus in maius. Sequela patet, nam actus intensus ut quatuor est agens necessarium atque adeo quando existit hic producere tantum de habitu quantum potest seu quantum habet virtutis et eousque assimilat virtuti suae productivum effectum. Ergo actus superveniens minus vel aeque intensus non potest augere habitum productum a praecedente actu, alias effectus superabit virtutem agentis et actio non erit a proportione maioris inaequalitatis et simile aget in simile.

Reinaldus de virtutibus lib. 1 c. 2 n. 252 tradit solutionem quae placuit etiam aliis recentioribus. Pro qua observat naturam actus immanentis in ordine ad producendum habitum esse non statim cum primo existit totam suam vim et activitatem exercere sed paulatim quamvis in subiecto nulla supponatur forma resistens; hac enim deficiente

adhuc experimur eundem actum diutius continuatum
majorem in subiecto facilitatem parere quam si cito
transeat: et ita quamvis concedamus alia agentia
absque mora producere quantum possunt quando nulla
est in subiecto forma contraria ut in lumine; nihilominus
propter istam experientiam dicendum est actum immanentem
non servare normam aliorum agentium quoad istum modum
producendi suum effectum. Quod idem concedunt multi de im-
petu impresso quod et nos admisimus, quem dicunt successi-
ve produci et successive causare motum localem majorem:
idem dicunt plerique de sono. Ex hoc facile solvitur argumen-
tum 2um quia actus immanens non statim producit quantum
potest de habitu, et aliunde cito transit actus ideo relinquit
locum ut actus subsequens aeque intensus vel etiam remissus
augeat habitum relictum ab anteriori et perfectiori: unde non
sequitur actionem esse a proportione majoris inaequalitatis in
habitus producendi; nam actus praecedens intensior vel
aeque intensus non producit latitudinem istam formalem habitus
ad quam se extendit virtualis intensio actus subsequentis
licet minus intensi formaliter. Quod si contingat actibus
praecedentibus tantam intensionem habitus fuisse produ-
ctam ut nullus actus subsequens remissior illa non
attingat, tunc habitus praecedens non augebitur tali actu.
Huic solutioni quae mihi non displicet adhuc aliquid addendum
iudico ne videatur solutio excogitata ad fugiendam difficul-
tatem; quaerenda enim est ratio aliqua a priori cur
dicamus actum primum et parum durantem non exercere
totam suam activitatem in producendo habitu. Ego hanc assi-
gno supposito quod actus immanens sit actio indistincta a termino
et essentialiter successiva prout saepe insinuavi atque adeo
nulla sit actio immanens tam parva in qua non detur
alia pars prior et prior in infinitum sicut in motu;
consequenter nulla erit assignabilis pars actus vitalis et immanentis
quae sit causa adaequata productiva habitus iuxta totam latitu-
dinem virtutis quam habet actus; nam illa eadem pars

habet in se duas de quarum priori idem potest dici
cum non sit minoris intensionis; et rursus illa aliam
priorem in se de qua potest idem dici. Hinc fit ut
per anteriorem partem actus minor intensio in habitum pro
ducatur et per adhuc anteriorem adhuc minor. et sicuti
in ipso actu manente rursus principium non est assigna
bile adaequatum principium vel prima pars; ita in defectu
intensionis non est assignabilis ullus terminus. Confir
matur haec doctrina ex eo quod dixi q. de productione in subiectis
per naturam sua successive producatur saltem quoad inten
sionem. Alterum quod addo est cum habitus phanta
siae id est species natura sua sint defectibiles et pereant
sensim, fit ut per adventum alicuius actus etiam minus intensi
quam fuerit praecedens possit augeri et reddi habitus;
ex quo fit ut vix eliciatur actus qui non aliquid pro
ducat de habitu in phantasia

Ex quo etiam habes quid sit dicendum ad illam quaestionem
an per primum actum producatur habitus? In qua plerique
tenent negativam. Ego dico primus actus diu duraret utique
productivum in habitum quia vere produceretur species notabilis
intensionis; sed cum ordinarie loquendo primus actus maxi
me si sit intensus non diu duret fit ut non producat notabilis
intensionis qualitatem, quae proinde vocatur a philosopho
dispositio facile mobilis quia facile corrumpitur ut dixi

Quaeres quomodo habitus intereant? Illi qui habitum con
tradistinguunt a speciebus fere dicunt habitum perire ex vi ali
cuius contrarii nempe vel actus vel habitus circa obiectum
contrarium versantis. Alii communiter etiam dicunt habitus perire
otio. Ego loquendo in sententia mea de habitibus phanta
siae iam dixi quomodo intereant. Solum hic addo habitum
phantasiae id est species quod idem convenit speciebus in
tellectus obrui aliqualiter et sopiri per accessum novarum
specierum intensarum aliorum obiectorum: nam intellectus seu
phantasia attingit obiectum suum secundum quod movetur ab
illo; species autem recentior et intensior magis movet in
tellectum ac per consequens non relinquit ut se impendat tantum
obiectis aliarum specierum propter suam limitatam virtutem

quo fit ut succedentes species quasi obruantur et sopiantur ut minus potentiam moveant quam antea: sicuti major lux obscurat quasi minorem ita ut oculi non possint vel saltem non distinctam; sic major sonus minorem obruit.
De speciebus seu habitibus intellectus dixi etiam eos non interire quoad suum esse sed tantum quoad exercitium, cum enim dependeant habitus intellectus ab arm et exercitio phantasmatum, si in phantasia corruptae vel obrutae sunt species, opus est omne exercitium earum specierum in intellectu cessare. Ex quo deducitur consequentia quomodo in voluntate habitus intereat quoad exercitium etiamsi quoad substantiam perseveret: quia nimirum cum voluntas necessario subordinetur intellectui ita ut non possit operari nisi operante prius intellectu, si intellectus cesset ab exercitio sui ius objecti, opus etiam est cessare voluntatem. Imo si praeter species in intellectu darentur habitus qui essent qualitates eodem modo illi perirent quoad usum, nam cum etiam illae qualitates in exercitio pendeant ab intellectu et consequenter a speciebus, cessantibus his opus esset etiam qualitates cessare in sua operatione

Sectio 5

Quomodo Habitus concurrant ad Actus?

Nota ista duo esse valde diversa in quo genere causae habitus determinet et facilitet potentiam, et in quo genere causae attingat actum ejusdem potentiae, nam concursum habitus ad actum non sentimus sicuti sentimus determinationem et facilitatem quam praestat habitus potentiae ut patet experientia: imo etiam quando non operamur sentimus facilitatem vel difficultatem quam communicat habitus potentiae ut patet in eo qui assuetus operari circa aliquod objectum cum difficultate se retrahat

Dico 1. Habitus respectu potentiae se habet ut causa formalis et in genere causae formalis. Probatur Habitus recipitur in potentia eamque determinat, facilitat et complet

aliqua ratione. Ergo respectu illius habet munus causae formalis.

DICES: si habitus solum informando potentiam facilitat illam atque adeo inclinat, ergo semper dum habemus habitum experiremur in nobis facilitatem illam et inclinationem. Sed hoc est contra experientiam. Ergo. Hoc probatur: solum enim tunc sentimus difficultatem vel facilitatem quando est occasio operandi. R. negando sequelam maioris. Nam loquendo de speciebus illae non facilitant nec determinant potentiam ad operandum nisi moveant etiam potentiam per modum obiecti vel potius nisi obiecta earum cognoscantur atque adeo nisi interveniat actus aliquis tendens in ipsam speciem saltem confuse et mediate. Haec autem tendentia non semper est in intellectu sed tantum quando offertur occasio reflectendi se supra priorem actum qui fuit causa talis speciei, vel supra obiectum cuius semen est etiam talis species. Quo fit ut licet species semper sit coniuncta potentiae cognoscitivae non tamen semper facilitet nec semper determinet potentiam ad operandum. Loquendo autem de habitu voluntatis ille etiam non facilitat semper dum informat potentiam sed quando intellectus excitatis speciebus proponit illius habitus obiectum, quod fit propter subordinationem quam habet voluntas cum intellectu, quia sicuti nisi intellectus illi repraesentet obiectum non potest ullo modo ferri in illud ita nec facilitatem vel difficultatem experiri circa illud vel in exercitio circa illud. Ceterum excitatis speciebus in intellectu et posita cognitione voluntas primo elicit simplicem complacentiam: quare dicunt aliqui nisi reflectat se anima supra illam complacentiam non sentiet facilitatem habitus inclinantis in hanc partem. Nec obstat quod actus efficax causaverit habitum nam hoc ipso quod in actibus voluntatis sit subordinatio ita ut prius sit complacentiae actus postea absolutus seu efficax, ita habitus debet prius causare unum postea alterum.

DICO 2. Habitus ad actus illius potentiae in qua est inhaesive concurrit effective. Est sententia S. Thomae et aliorum quos citat Soares S. 5 n. 6 contra aliquos quos citat n. 3 et contra Hurtadum S. 7. Probatur 1mo: Species concurrunt effective ad actus

Sed habitus saltem potentiæ cognoscitivæ sunt species. Ergo habitus saltem potentiæ cognoscitivæ concurrunt effective. Prob. 2do minor si in habitus tantum ad sublevandam potentiam et ne tantam violentiam exerceat cum habitu quantam sine illo et per consequens ut possit in plures actus. Ergo habitus concurrit efficienter. Prob. consequentia nequaquam enim potest facile intelligi sublevatio in concursu ab aliquo quod non concurrit.

Dices 1. cum Hurtado potentia volitiva est causa adæquata actus sine habitu. Ergo habitus non concurrit cum illa consequentia patet quia positiva causa adæquata non potest cum illa alia concurrere in eodem genere alioqui advenerunt sine fine in causis inutiliter multiplicandis

R. in primis instando unus equus sufficienter trahit currum ergo inutile est illi adiungere alterum et unus ignis producit calorem ergo secundus adiunctus est impertinens

R. 2do negando consequentiam ratio est nam si detur habitus perficiens in voluntate ipse non potest aliter iuvare nisi concurrendo effective et non formaliter aut obiective ut melius infra ostendam et vero argumentum Hurtadi probat in vero non dari habitum peculiarem in voluntate

Dices 2. habitus sentitur quia sentitur facilitas et difficultas in actu primo. Ergo habitus concurrit in genere causæ formalis solum determinando potentiam R. negando consequentiam ex antecedenti enim non sequitur aliud nisi quod respectu potentiæ se habeat ut causa formalis cum quo bene stat ut respectu actus se habeat ut efficiens

Quæres concurritne habitus ad substantiam actus vel solum ad modum aliquem qui dicitur facilitas eiusdem ut tenet Vasquez citatus d. 85. c. 2

R. habitum concurrere ad substantiam actus ita Suarez et communiter alii Hurtadus citatus S. 7. Prob. quia si sententia Vasquez esset vera, cum in actu esset aliquid quod produci non posset à sola potentia contra rationem habitus acquisiti quem qui ponunt, volunt non dare simpliciter posse sed faciliter tantum. 2do quia facilitas est extrinseca denominatio in actu à potentia taliter disposita

modo dicto. Illo quia non potest explicari quid sit ista facilitas. Unde ipsemet Vasques in hac cap. 2 fatetur se ponere talem modum quia non invenit aliam rationem explicandi facilitatem.

Sectio 6

Refert sententia recentiorum circa aliquam difficultatem habituum

Pro complemento doctrinae placuit hic referre cuiusdam recentioris sententia qui circa habitus naturales ita philosophatur. Imo sufficienter suaderi dari in voluntate habitum condistinctum a speciebus intellectus dictus experientia quia videmus multos circa materias aliquarum virtutum prompte et expedite discurrere ac proinde perfectas habere de illis obiectis species impressas qui tamen difficillime exercent actus illarum virtutum ut temperantiae iustitiae patientiae etc. Ergo habitus temperantiae qui acquiritur frequentatione actuum et transactis actibus permanet in potentia distinguitur à speciebus intellectus. Confirmatur potest aliquis etiam actus practicos exercere circa obiecta virtutum et per consequens habere species practicas et tamen difficultatem in exercitio virtutis sentire. Ergo. Patet antecedens nam actus practicus est qui natura sua dirigit ad praxim cuius est regulativus id est qui dictat modum rei faciendae ut actus qui dictat bonum est hic et nunc abstinere ab hac voluptate bonum est hic et nunc esse patientem. Deinde probat etiam in intellectu dari habitum distinctum à speciebus nam speciebus indiget potentia ad operandum simpliciter, habitibus vero ad operandum facile et quia etiam in intellectu reperitur ad aliquos actus sufficiens indifferentia fit ut actuum frequentatione acquirat facilitatem. Potior tamen illius ratio est quia si habitus non distinguantur à speciebus non potest intelligi contrarietas habituum inter se.

2do docet habitum naturalem non aliter facilitare potentiam nisi formaliter quatenus inclinat potentiam sua informatione in obiectum actuum praecedentium et consequenter habitum naturalem exercere suam causalitatem informando potentiam et instar ponderis eam inclinando in obiectum

non q[uo]d vere graviter habitus sed quia potentia propter
habitu[m] magis inclinat in objectu[m] actus vel actum a quibus
habitus relictus est veluti eoru[m] vestigium, quam si non
haberet habitu[m]; quamvis etiam sine habitu in illud inclinet
objectu[m] licet [...] minus. Confirmat[ur] ex modo quo omnes
explicare debent qua ratione intentio finis moveat ad
electionem mediorum; neq[ue] enim id praestat efficienter
id est causando actum electionis vel aliquid in volun
tate ut eligat: nam utrumq[ue] diceretur sine fundamento;
sed quia illa intentio est saltem confuse amor medij,
ad hunc modu[m] habitus qui est veluti semen actus sua
informatione inclinat in actus similes. Tandem hu[n]c modum
causandi seu inclinandi potentiam nullam involvat repu
gnantiam non est cur illum in praesenti negemus. Hunc
autem modu[m] facilitandi potentiam docet Coninq de ha
bitibus supernaturalibus d 7 n 27 Hurtad. citatus d 1[?] S 7 n 13

Secundo dicet inter virtutes acquisitas et vitia (et idem est
de habitibus alijs qui videntur habere oppositionem) vera et sufficiens
oppositio est ex natura rei et quidem immediata et formalis
ratione cuius unus habitus immediate et formaliter expellit
sibi oppositum: experimur enim citius longe evanescere facili
tatem acquisitam actibus bonis si exerceantur actus contrarij,
quam si pure se non excolatur vitus. Ergo signum est
hos habitus inter se pugnare et in gradibus intensis se
mutuo expellere. Ex quo patet praeter species dari
habitus nam species etiam intensissimae non sunt sibi
contrariae ut apparet ex speciebus sensuum externorum.

His non obstantibus [...] Dico non esse adhuc
rationem efficacem astruendi in voluntate habitu[m] peculiarem
illam experientiam qua videmus quod habens species
intensas circa honestatem temperantiae vel patientiae &c
adhuc tamen magnam difficultatem in exercitio actuum
talium experiatur: nam ad hoc ut ego sentiam facilitatem
in exercitio temperantiae vel patientiae non est satis ut habeam
intensas species repraesentantes clare mihi honestatem
temperantiae vel patientiae atq[ue] h[a]ec et nunc quod bene
infert argumentum; sed praeterea opus est ut habeam
alias species repraesentantes mihi clare non esse tam

magnum dolorem et tam magna difficultate quam putabam in exercitio istius actus temperantiae vel patientiae vel in omissione alicuius voluptatis; atque adeo opus est ut experientiam habeam obiectivam non esse tam difficile superare se in hoc actu temperantiae vel patientiae quam forte ante apprehendebam. Quibus positis etiamsi illam qualitatem superadditam in voluntate tollas adhuc forte facile exercebis actum temperantiae vel patientiae. Ergo talis qualitas superaddita in voluntate non convincitur esse necessaria vel non esse superflua. Ex quo etiam infertur in intellectu praeter species non dari habitum aliquem naturalem; nam ad illud quod dicit potentia indiget speciebus ad operandum simpliciter, habitus vero est ad operandum facile, iam respondi supra ubi dixi speciem intensam (ut taceam de speciebus repraesentantibus experientiam obiectivam) secundum excessum intensionis non esse simpliciter necessariam sed tantum ad facile posse, maxime si species intensionem illam prout conducit ad excitationem intellectus vel sui; similiter quod addit de indifferentia intellectus iam supra sufficienter respiciam illam regulam. Quoad 3um ex oppositione deinde in plus infra respondebo

DICO 2 ad 2dum punctum si habitus non aliter facilitat potentiam nisi formaliter quatenus inclinat potentiam sua informatione in obiectum, sequitur quod dum habitus est in subiecto semper facilitet illud; nam posita forma in subiecto non potest ullo modo impediri effectus formalis illius, si ergo habitus formaliter per suam informationem facilitat, numquam potest informare potentiam quin eam facilitet et inclinet. Hoc tamen dici non potest nam si esset tale pondus aliquod et inclinatio oporteret sentire illa et experiri alias unde scis dari illud pondus; sed neque sentimus; (vel si sentimus illud pondus tunc habitus et eius inclinatio) non se habet formaliter sed obiective; si autem obiective tunc cognitio istius qualitatis est plane impertinens non minus quam cognitio lapidis ad electionem actus voluntatis circa patientia

et si vere non dissimulas cognitio habitus tam parum serviet
ad eliciendum actum voluntatis circa obiectum habitualis quam
cognitio cuiuscumque rei disparatae

DICES illos non sentire pondus et inclinationem habitus
nisi quando est occasio operandi, alteram semper est in nobis
illud pondus et inclinatio dum habitus informat potentiam. Sed
contra non magis inclinat habitus quando est occasio operandi
quam quando non est. Cum occasio operandi se habeat extrinsece
et non inquiratur intrinsece hunc effectum formalem quem dat
habitus. Ergo non magis debet sentire hoc pondus dum est occasio
operandi quam dum non est. Deinde potentia eodem modo se habet
sine habitu sicuti se habet cum habitu ut patet antequam adveniat
occasio operandi. Ergo potentia antequam adveniat occasio
operandi non inclinatur ab habitu ad similes actus. Ergo
non inclinat per suam informationem. Adde vero quod dixi
supra in § 3.

Ad Confirmationem R. me non invenire difficultatem quod
aliquid possit determinare formaliter aliquam potentiam ad
operationem: ita enim intellectio formaliter determinat volun-
tatem ad eliciendam volitionem: ita bonum repraesentatum determi-
nat et trahit voluntatem ad sui amorem non causando physice
illum amorem. Sed nego in praesenti habitum tantum determi-
nare potentiam ad facilitatem usum et elicitionem actuum cum non possit
intelligi quomodo facilitet si tantum formaliter se habeat. Ad illud
quod addit idem hunc modum causandi seu inclinandi potentiam
non implicare etc. R. primo esto ita esset hoc tamen non est
sufficiens fundamentum. Adstruendi de facto ita se rem habere
maxime cum aliunde ostendatur per species totum illud salvari
quod iste auctor conatur salvare per habitum. Deinde ut supra
in fine sectionis 2 ostendi probabile esse implicantiam
huius qualitatis

DICO 3 quantum ad oppositionem habituum et defectu-
um per contradictionem alterius pertinet et quantum ad experi-
entiam quae est unica ratio adstruendi hanc formalem oppo-
sitionem habituum dico nunquam me omnia haec posse salvare
in speciebus: nam etsi species intensissimae temperantiae
vg in cibo et intemperantiae circa idem obiectum non se
formaliter destruant nec sibi formaliter opponantur: alterum
cum primo habeo speciem intensam et experientias obiectivas
temperantiae circa cibum, fit ut manentibus iisdem speciebus

si species valde intensa intemperantiae et experientiae obie-
cti vel plurium actuum intemperantiae gignatur in mente
redditur animus segnior in exercitio actus temperantiae
speciebus et experientiis intemperantiae suadentibus semper con-
trarium et retrahentibus sua repraesentatione mentem in obiectum in-
temperantiae; et sic videmur nobis perdidisse habitum temperan-
tiae. Accedit quod senium species obiecti temperantiae et servien-
tes ad temperantiam obliterentur ac deficiant saltem eae quae sunt
in phantasia, et aliunde per repetitionem actus species servi-
entes intemperantiae ..escant et intendantur; et sic non est mi-
rum quod videamur nobis omnem pene habitum perdidisse

CXLIV Quaeritur I. De Extensione Habitus

an unus numero habitus possit se extendere ad plura obiecta?
Ad quod breviter R. Si sermo sit de habitibus intellectus certa est
pars negativa nam sicuti non potest species unius rei extendi
ad aliam rem repraesentandam, ita nec habitus. Si autem ser-
mo sit de habitibus voluntatis probabilius est quod habitus volun-
tatis possit se extendere sic habitus iustitiae potest se extendere ad
obiecta materialia peculiaria. Ita Joannes citatus S. 11 n. 27.
Ratio est experientia quia experimur eum qui habet habitum dan-
di panem duobus mendicis ex solo motivo misericordiae quod
facile inclinetur ad dandum panem tertio mendico; et ideo etiam
communiter suadetur ut qui se vult vincere in magnis debeat as-
suefieri in minimis. Et si experimur aliquando difficultatem in
aliquo particulari obiecto, id oritur ex peculiari adiuncta difficul-
tate et ratione pertinente ad contrariam virtutem vel diversa
virtutem atque posset aliquis habere facilitatem in abstinen-
do furto seu pecunia aliena non tamen in abstinendo ab
uxore alterius, et hoc propter peculiarem difficultatem quam debet
superare ex virtute castitatis. Contingit autem et oritur haec
facilitas in extensione ex eo quod per discursum ex praemissa
circa obiectum formale commune circa quod est habitus de-
ducat consequentia circa obiectum materiale particulare, et sic ha-
bitum extendendo ad obiecta materialia mediate format
hunc syllogismum quotiescumque homo laborat aliqua miseria
sublevandus est iuxta posse et divitias meas. Sed Petrus
vel Paulus est homo et laborat fame et ego pro posse meo
possum illum sublevare. Ergo volo illum sublevare in fame

quo posito facile formabo in alia occasione istud systema quodcumque homo laborat sibi et ego possum sublevare sublevandus est: sed ego possum et ille laborat sibi. Ergo ego volo sublevare illum dando aquam etc.

Quaeres 2 per quid distinguuntur habitus supernaturales à naturalibus? R. breviter illorum munus esse elevare potentiam in ordine ad actus supernaturales et ultra vires potentiae, unde tales habitus habent potius rationem potentiae quia dant simpliciter posse vide vasquez 1 2 disp. 83 c. 7 ubi ait habitus supernaturales non dare facilitatem tum primo quia parvuli in baptismo recipiunt habitus supernaturales et quando veniunt ad usum rationis non sentiunt ullam facilitatem: tum 2do quia aucta gratia in nobis semper augentur reliqui habitus supernaturales et tamen in exercitio solitum non ideo sentimus maiorem facilitatem, habitus autem naturales dant facile posse. Ceterum quomodo in exercitio actuum supernaturalium acquiratur facilitas vide theologos.

Quaestio
De Intellectu et eius Actibus

Supposita identificatione intellectus cum anima dubium non est eandem animam sortiri nunc denominationem intellectus agentis nunc passibilis vel possibilis, solum quidquid in ordine ad quod munus nunc hanc nunc illam sortiatur denominationem. Item suppositis iis quae dixi in libris perihermenias de tribus operationibus intellectus et earum distinctione abinvicem solum hic prosequemur rationem quandam communem omnibus actibus.

Sectio 1
Quid sit Intellectus Agens quid passibilis et quarum rerum habeat species?

Duplex est controversia in hac materia una de nomine altera de re. De nomine est quid intelligatur per intellectum agentem quid per possibilem vel passibilem S. Thom. 1 p. q 76 a 2 et aliis locis citatis ab Hurtado d. 5 de Anima s. 7 et plerique cum S. Thoma nomine intellectus agentis volunt significari virtutem effectivam specierum impressarum spiritualium abstractarum a rebus sensibilibus. Alii cum quibus sentire videtur Hurtadus nomine intellectus agentis volunt significari virtutem effectivam cognitionum seu specierum expressarum. Nomine intellectus possibilis intelligit S. Thomas et aliqui alii cum eo ut videre est apud Conimbricenses 3 de Anima c 8 q 7 intellectum quatenus cognoscat obiecta etiamsi non existant actu quomodo solet dici intellectus possibilium. Dicitur vero passibilis vel patiens comparatione intellectionis quod cum sit actus imanens debet intrinsece recipi in suo principio. Alii vero recentiores maxime dicunt intellectum possibilem vel etiam passibilem ex eo dici quod recipiat species impressas ab intellectu agente productas cui secundum hanc rationem opponitur: et ratio est quia ut intellectus producat intellectionem debet aliquomodo reduci de potesta-te ad actum ut compleatur in ratione principii quod fit per productionem speciei impressae: quo etiam sensu dicimus intellectus possibilis pura potentia non quidem ut Thomistae volunt quasi careret propria existentia, vel quasi careret omni actu cum ipse sit actus, sed quatenus nullas habet species sibi congenitas iuxta Aristotelem 3 de Anima t 14 ubi docet intellectum ex se esse quasi tabula rasam in qua nihil sit depictum. Cuius etiam rei ratio est quod si species essent congenitae essent datae independenter a corpore et saltem prius natura quam intelligatur Anima immergi Corpori. Ergo etiam posset intellectus illis uti independenter a corpore quod tamen non admittitur a peripateticis

Quaestio de re est an species impressae producantur efficienter à Deo an ab Anima, et si ab anima an solum ab Anima an simul una cum phantasmate? pro quo iam dixi supra de speciebus S. 2 probabilius esse species impressas produci efficienter ab anima et a phantasmate tanquam duabus causis partialibus: dixi etiam probabile esse quod producantur à solo Deo quam sententiam ut probabilem amplectitur Hurtadus. Restat ergo ut tertium loquendi modum rejiciamus.

Dicendum ergo Animam seu intellectum non esse causam adaequatam speciei impressam. Ita multi contra Suares lib 4 de Anima c 2 et alios sequaces. Probatur 1mo argumento supra facto quantum sine inconvenienti fieri potest oportet objecto tribuere aliquam efficientiam mediatam vel immediatam in species; sed si sola Anima concurrit nulla tribuitur efficientia objecto in speciem; et si solus Deus vel Anima una cum phantasmate concurrat, tribuitur aliquis influxus objecto; nam phantasma est aliquid objecti Deus etiam est (alias in multis supplens defectum causae secundae). Ergo 2do ut supra non conceditur (Angelis a multis autoribus) virtus adaequata productiva speciei. Ergo neque Animae. Antecedens patet ex dictis. 3tio probat Hurtadus species pertinent ad objectum cuius sunt vicariae et semen quod objectum mediate vel immediate pro species concurrit ad cognitionem. Ergo concursus speciem et productio illarum non pertinet ad intellectum sed vel ad objectum vel ad causam supplentem vicem objecti. Confirmatur in omnibus aliis potentiis producuntur species ab objecto vel ab aliquo supplente vices objecti. Ergo etiam hic.

Dices sicuti phantasma potest attingere productionem speciei impressae quae spiritualis est: ita etiam posset phantasma attingere immediate productionem speciei expressae. Probatur consequentia a paritate non minus species impressa est spiritualis quam species expressa. Ergo neque dicas potentiam esse principium incompletum et vide-

terminatū intrinsece ac proinde indigere aliquo complemento et determinatiuo intrinseco quod est species impressa. Nam contra est

Sectio 2
De dependentia voluntatis ab intellectu

Supono 1mo ad omnem actum voluntatis praerequiri necessario actum intellectus ita ut neque per divinam potentiam possit esse volitio sine intellectione prout fusius probavi in physica d. de fine q1 s3.

Supono item ex dictis ibidem ex natura sua simplicem apprehensionem sufficere ad actum voluntatis nec valet quod obijcit Salas hac ratione posse ipsam beatitudinem odio haberi cum possit esse apprehensio quod illa sit mala, cui respondet Vasquez non posse apprehendi beatitudinem ut malam et consequenter nec odio haberi cum beatitudo sit cumulus omnium bonorum aut si ex errore apprehendo in beatitudine aliquid malum potero ex eodem errore id etiam iudicare. His positis in praesenti potissimum quaerimus an actus intellectus efficienter influat in actum voluntatis sequentem an vero solum sic in aliter se habendo sit conditio requisita illius

Dicendum probabilius esse voluntatem esse principium adaequatum suorum actuum absque eo quod efficienter concurrat cognitio ita communiter Vasquez 1.2. d. 36 c 2. Hurtad d 14 s5. Probatur 1mo quia nisi sit aliqua peculiaris ratio non debet tribui actui ulla alia efficientia nisi specierum quas relinquunt post se sed illa nulla est peculiaris ratio ut videbimus Ergo. Confirmatur alias posset dici primam operationem cum semper praecedat iudicium efficienter influere in iudicium quod tamen communiter reijcitur. Probatur 2do ab Hurtado Actus supernaturalis non potest esse physica causa peccati; sed esset si cognitio efficienter concurreret ad actum voluntatis Ergo. Hoc patet tum ex communi sensu tum ex eo quod ipsum peccatum esset actus supernaturalis nam effectus ad quem concurrit principium supernaturale est supernaturalis. Nec probatur potest Deus homini infundere

scientiam supernaturalem per quam cognoscat bonitatem et malitiam alicuius obiecti ut honestum esse favere inimicis et delectabile ulcisci inimicas sed per hanc cognitionem homo adhuc relinquitur indifferens ad amplectendum vel detestandum bonum propositum. Ergo potest voluntas elicere actum malum quo velit ulcisci. Confirmatur posito actu fidei supernaturali quo dico mors est obeunda potius quam Deus negandus, potest sequi volitio negandi Deum. Ergo in casu dicto volitio habet quod est peccatum causatur ab actu fidei. Ratio a priori est causalitas intellectus in voluntatem sufficienter explicatur et salvatur per hoc quod proponat obiectum voluntati etiamsi non intelligatur ullus alius influxus nam sublato omni physico influxu modo intelligatur obiectum seu ratio boni sufficienter applicata et proposita voluntati sufficienter intelligimus voluntatem ultimo dispositam ad actum secundum

Obijcies 1. Variata cognitione variatur volitio Ergo signum est quod efficienter influat in volitionem R. 1mo posse ad diversas cognitiones sequi eundem actum voluntatis. Deinde dico transeat antecedens nego consequentiam Ratio est nam etiam iuxta diversitatem applicationis saepe variatur effectus.

Obijcies 2 Si cognitio est tantum conditio posset de potentia absoluta dari actus voluntatis sine cognitione quod tamen omnes negant R. 1mo retorquendo argumentum physicus influxus causae efficientis potest suppleri a Deo Ergo posset Deus loco cognitionis causare volitionem quod tamen nullus admittit R. 2do negando sequelam Ratio est sunt enim aliquae conditiones quae neque de potentia absoluta possunt tolli et hoc ex peculiari natura illarum et eorum quorum sunt conditiones

sic intima præsentia quam requirunt materia et forma
ad constituendum unum est conditio et tamen non potest
sine illa dari effectus: sic ut finis seu bonum causet
finaliter et actus efficax finis causet electionem mediorum
requiritur cognitio tanquam conditio quæ tamen nec de
potentia absoluta potest abesse ab ista causalitate

Objicies 3. Si voluntas est causa adæqua
ta efficiens suorum actuum sequitur illa esse potentiam infi
nitam sed hoc non admittitur ergo. probatur maior illa
est potentia infinita quæ actu habet virtute adæ
quatam productivam infinitorum effectuum perfectiorum et
perfectiorum: atqui voluntas habet actu virtutem
adæquatam volitionum perfectiorum et perfectiorum
ergo si voluntas est causa adæquata efficiens suorum
actuum erit potentia infinita. R. negando sequelam
maioris ad probationem eiusdem respondere potest
primo cum distinctione. Illa potentia est infinita quæ
est causa adæquata effectuum perfectiorum et perfe
ctiorum in omni genere concedo, solum in aliquo et
nego; sic quia Deus potest facere omne illud quod
non implicat atque adeo perfectius et perfectius
in omni genere ideo est infinite potens. sed quia
etiam illa potentia quæ potest operari per se perfe
ctius et perfectius in uno genere absque ullo limite,
videtur participare aliquam infinitatem, ideo R. 2do
distinguendo maiorem probationis illa est potentia
infinita quæ est causa adæquata effectuum perfectiorum et
perfectiorum accipiendo nomine causæ adæquatæ tam prin
cipia influentia quam determinantia concedo, solum influentia
et nego: et in hoc sensu nego minorem licet enim
voluntas sit adæquatum principium influens in suos actus
requirit tamen necessario principium determinans co
gnitionem nempe iuxta cuius etiam perfectionem alterus

partibus perfectiorem elicit volitionem. Et hoc satis est ut voluntas intelligatur limitata potentia et per consequens non posse causare per se effectum perfectiorem et perfectionem sed iuxta cognitionis perfectionem.

Obijcies voluntas intellectus non est causa adaequata efficiens sui actum. Ergo neque voluntas. Respondeo negando consequentiam disparitas est quia cum intellectio sit imago formalis intentionalis obiecti debet ipsi attribui obiecto efficientia illius mediata vel immediata quae ratio cessat in volitione: et cum volitio non sit aliud quam prosecutio boni et tendentia in bonum propositum ergo non habet ut ab ipsa propositione boni causetur efficienter sicuti videre est in alijs applicationibus ubi applicatio emplastri non sanat sed unguenta applicata.

Sectio 3
De Actibus Voluntatis

Praemissis ijs quae in physica d. de causa finali q. 2 s. 2 et q. 3 s. 3 dixi. Suppono primo actus voluntatis dividi in simplicem complacentiam seu displicentiam et in efficacem volitionem seu nolitionem ad similitudinem intellectus in quo datur simplex apprehensio et iudicium. Porro simplex complacentia est quidam affectus simplex quo bene voluntas afficitur circa obiectum ex quo tamen illius non movetur ad prosecutionem sed relinquitur adhuc quasi suspensa: sic se habet in intellectu simplex apprehensio quae non determinat in hanc potius partem quam in illam intellectum sed relinquit in aequilibrio usque dum per supervenientem actum iudicij in hanc potius dicatur partem obiecti quam aliam. Actus efficax est quo voluntas bonum amplectitur et illi adhaeret vinciendo se illi affectione sicuti intellectus per iudicium approbat unam partem et illi adhaeret: aut certe quo voluntas recedit et renuit obiectum instar dissensus in intellectu: ex quo fit ut actus efficax

immediate vel mediate saltem sit sufficiens natura sua causare electionem mediorum. Dixi natura sua nam licet gaudium efficax non causet electionem mediorum quia iam supponitur possessio obiecti per illud tamen ostendit se voluntas promptam ad electionem mediorum si foret necessarium et sic dicitur natura sua esse sufficiens ad elaborandam media si opus foret et ad imperandum potentiis externis ut moveantur et exerceant functiones suas necessarias pro tali bono assequendo vel retinendo.

Suppono tertio quod etsi amor late sumptus complectatur omnes actus voluntatis prosecutivos et tendentes in bonum sicuti e contra odium late sumptum complectitur omnes actus voluntatis fugae et recessus qui habent aversativam rationem mali in obiecto: stricte tamen loquendo actus prosecutionis dividuntur in amorem stricte sumptum, in gaudium in desiderium et in spem: et actus fugae in odium stricte sumptum in tristitiam in timorem in desperationem de quorum discrimine autores cum S. Thoma 1 2 q 27 et 28 agunt et non parum altercantur. Quare omissa doctrina illorum

DICO amorem stricte sumptum differre a gaudio in eo quod gaudium est quies voluntatis in obiecto amato praesenti; amor autem licet tendat ad idem obiectum non tamen per modum quietis in ipso sed est affectus quidam magis simplex qui magis explicatur per negationem quam per affirmationem; quatenus per illum nec desideramus nec quiescimus nec speramus sed afficimur erga obiectum per modum cuiusdam amplexus quo animus amplectitur affective illud obiectum et per modum approbationis, approbat enim affective illam bonitatem sicut intellectus veritatem propositam, et per modum unionis unit se affective cum illa. Et sicuti e contra odium qui est primus actus circa malum est quaedam fuga reprobatio et horror voluntatis ab illo malo antecedens ad timorem ad tristitiam et desiderium vitandi illud: sic etiam amor est primus actus circa bonum et ex hoc affectu et

unione affectiva voluntatis cuius status in desiderio
quo volumus procurare illud bonum vel gaudium quo
gaudemus de illius existentia. Et ideo dicitur amor pre-
scindere a praesentia vel absentia obiecti, non quia
non possit esse aliquis amor rei praesentis et cogniti
ut praesentis, sed quia ex suo modo tendendi nec
exigit praesentiam rei nec absentiam: non enim tendit
per modum quietis sicuti gaudium qui modus omnino
exigit praesentiam boni, nec tendit per modum procu-
rationis sicuti desiderium qui modus omnino exigit
absentiam, sed tendit solum affective uniendo se obiecto
atque adeo ex modo tendendi non exigit praesentiam
vel absentiam et in hoc sensu dicitur praescindere ab
utraque. A spe autem differt quatenus spes praesupponit
quidem desiderium rei bonae et amabilitatem in
obiecto pro directo tamen suo obiecto non habet amabili-
tatem obiecti sed possibilitatem, nam posita amabilitate
et bonitate obiecti si obiectum ipsum ratione difficultatis non
repellat ut ita dicam voluntatem, sed consensum quasi suum
ostendat et aditum ad se obtinendum, hinc iam voluntas erigit
se et confirmat contra affectum desperationis qui ex diffi-
cultate potest exurgere. et hoc correctio ut dixi pro intimo
formali directo non habet pulchritudinem obiecti sed po-
tius eius consensum qui fundatur in probabili vel certa
fruitione obiecti. Ex dictis facile erit discur-
rere de actibus contrariis amori, unus qui opponitur amori
directo est odium quod est reiectio et exclusio obiecti ratione
mali quod in illo esse intellectus ostendit. alius oppositus
desiderio est timor quo malum absens fugimus et quaerimus
media ad illud avertendum. alius oppositus gaudio est tristitia
de praesenti malo. alius oppositus spei est desperatio quae
est quaedam fuga ab obiecto magis passiva quam activa
et non propter malitiam in obiecto sed propter repulsam et
dissensum illius eo quod obiectum difficile se exhibeat et repellat
quasi a se voluntatem. Vide theologos in materia de
spe.

Dices primo stricte simplex in hac explicatione non erit efficax atque adeo erit complacentia simplex ergo adhuc posse distingui amorem stricte simplicem a complacentia licet saepe pro eodem sumatur ab autoribus. nam per complacentiam simplicem voluntas contentatur solum et se habet quasi passive tantum et indifferenter; per actum vero amoris stricte etiam simplicis voluntas est iam determinata et determinate amplectitur bonum ac propterea unit se illi unive affective. Ex quo fit ut non possit voluntas ferri per amorem stricte simplicem in bonum quin se gratulatur gaudium aut desiderium efficax; potest vero poni simplex complacentia boni delectabilis v.g. et tamen voluntas illud respuere desiderando contrarium. Fit etiam ut complacentia de aliquo obiecto secundum se et displicentia de eodem in ordine ad aliud non opponantur et possint stare simul sic bonum secundum se placet quatenus vero exponit periculo salutis displicet actus vero amoris etiam stricte simplicis non stat cum actu odii de eodem obiecto etiam sub diversa formalitate. Ratio est quia cum voluntas per actum amoris iam intelligatur determinata in unam partem et amplexa fuisse unam rationem boni cui se affective coniunxit non potest intelligi actus odii pro eodem tempore per quem voluntas concipitur respuere illam partem et illam rationem boni conijciendo se in contrarium. Verum quidem est quod habet Hurtadus actus complacentiae et displicentiae de eodem obiecto sub eadem ratione formali ita opponi ut nec per divinam potentiam coniungi possint. Ratio est nam sicut non potest idem obiectum sub eadem formalitate esse bonum et malum ita non potest esse obiectum complacentiae et displicentiae

Dices 2. et est doctrina Hurtadi § 2 actus efficaces

de eodem obiecto etiam sub diversa formalitate si
sint oppositi, non possunt esse simul, licet actus sim
plicis complacentiae et displicentiae possint esse simul:
et hoc ideo quia actus efficaces feruntur in existentiam
obiecti ponendo illam, ex quo sequeretur duo contradictoria
nam per unum actum vult existere obiectum, per alium non
vult: at vero actus simplicis complacentiae et displi
centiae feruntur circa obiectum non ponendo illud sed
supponendo. Hinc fit quod possim complacere de
morte patris quatenus est causa haereditatis quae
ad me devolvetur, absolute autem non possum velle
mortem patris propter haereditatem, quia talis actus
poneret ad ponendam existentiam mortis patris. Subsumo
atqui amor stricte simplex ex se non ponit obiectum
suum sed abstrahit a praesentia illius. Ergo amor
stricte simplex etiamsi sit efficax potest stare cum
actu odii circa idem obiectum saltem sub diversa
formalitate, quod tamen non facile admittitur nec potest
dici sine inconvenienti in rebus moralibus. R. 3tio
doctrinam Hurtadi licet quoad multa usquequaque tamen
mihi non placere, nam licet bene distinguat desi
derium efficax a desiderio inefficaci, gaudium tamen
efficax non distinguit sufficienter per hoc a gaudio
inefficaci, utrumque enim supponit obiectum et sic si
vera esset doctrina Hurtadi posset aliquis efficaciter
gaudere de morte inimici et simul efficaciter de eadem
morte dolere: sicuti potest complacere sibi simpliciter
~~[illegible]~~ inefficaciter in morte inimici et habere etiam
actum displicentiae sub alia formalitate. R. ideo in forma
distinguendo subsumptum. Amor stricte simplex efficax

non ponit obiectum suum saltem mediate nego: immediate transeat: nam licet amor hic efficax ut amor praecise praescindat ut dixi formaliter ab existentia est tamen talis ut posito illo necessario sequatur actus desiderii efficacis qui tendat directe et efficaciter in positionem et existentiam boni amati vel gaudium efficax quod etiam directe tendit in existentiam et positionem obiecti vel potius conservationem eo modo quo supra dixi.

Ceterum ut bene Suarez cum communi tom. 1 in 3 p. d. 38 s. 3 et d. 45 metaph. s. 4 actus amoris et odii efficaces accipiendo amorem pro desiderio de eodem obiecto non possunt esse simul. Probatur non potest voluntas efficaciter velle quod intellectus iudicat esse impossibile ut probant theologi 1 p. q. 25 a. 3 eo quod vellet duo contradictoria. Ergo non potest simul odisse et amare efficaciter idem obiectum. Probatur consequentia. Amare est velle alicui bonum, odisse est velle ut non eveniat illi bonum. Ergo est velle quod existeret tale bonum et non existeret et consequenter vellet duo contradictoria. Item velle efficaciter est velle facere quantum potest ut ponatur talis res; nolle efficaciter est removere omnia quae possunt ut non ponatur eadem res. Ergo vellet quod existerent illa quae conducunt ad finem et vellet quod non existerent.

Pro complemento placet addere doctrinam Hurtadi s. 3 de actibus voluntatis conditionatis ubi cum § 6 sibi obiecisset habere nos aliquos actus velleitatis ut cum nauta proiicit merces ut effugiat tempestatem vellet non proiicere si posset, et cum optamus res quas videmus non posse obtineri solemus explicare hoc termino vellem si possem habere. Respondet huiusmodi actus non esse conditionatos ex parte subiecti sed absolutos et de praesenti; ex parte autem obiecti habent conditionem non ad ipsos terminandos sed ad alios absolutos quos haberemus si conditio poneretur: nauta enim modo afficitur ad merces

et modo displicet illi porrectio ac propterea hic porrectio habet aliquam rationem involuntarij admixtam: nam proximus cum displicentia, et hanc solemus explicare per ly vellem. Idem contingit cum optamus rem quam non possumus assequi: dicimus enim vellem adire Romam id est quantum est ex me volo et habeo simplicem complacentiam adeundi sed impedior aliunde. Ex quo concludit quod semper habeamus actum de praesenti, complacentiae vel displicentiae saltem, et per consequens verum est illud quod supposuerat. § 4 ex Vasques d. 42 n. 9 nullum esse actum in voluntate qui non possit explicari hoc termino volo significando per ly volo etiam actum inefficacem. Ceterum in his actibus conditionatis significamus si conditio poneretur, quod habituri essemus et simus prompti posita conditione elicere actum efficacem circa illud bonum.

Disputatio De Anima Sensitiua

Non pauca pertinentia ad Animam Sensitivam diximus supra agentes de Anima in Communi et de speciebus reliqua hic ex professo examinabimus ad plenam doctrinam de Anima sensitiva

Quaestio 1 De Sensibus internis eorumque obiectis

Sectio 1 Quotuplex sit Sensus Internus

Suppono cum communi dari sensus internos quod fusius probant Soares hic lib 3 c 30. Conimbricenses lib 3 c 2 q 2 Rubius tract. de Sensibus internis q 1 Hurtad. d. 17 s 6 et alij. Difficultas est quotuplex sit sensus internus; in quo puncto multum inter se dissident autores.

Imo cum aliqui apud Conimbricenses (3 q 1 a 1)
ponunt quinque potentias sensitivas internas, sensum com-
munem qui operatur circa obiecta praesentia sensata
ab externis potentijs; phantasiam quae conservet species
et per illas operetur circa absentia; aestimativam quae
producat species insensatas vel rerum quae sensibus exter-
nis non sunt perceptae et ijs utitur, sic ovis cognoscit
lupum sibi esse inimicum et canem amicum atque adeo cogno-
scit amicitiam et convenientiam ac disconvenientiam
obiecti. Memoriam quae conservet species rerum
insensatarum et per illas operetur in absentia obiecti;
ultimo imaginationem quae ex diversis rebus sensatis
componat unam tertiam sic ex specie montis et auri
aureum imaginatur montem. 2do apud Rubium
citatus S. Thomas 1 p. q 78 a 4 et alij Thomistae
ponunt quatuor sensus internos phantasiam et ima-
ginationem coniungentes; aestimativam etiam in homi-
ne ut volunt esse perfectiorem ita vocant cogita-
tivam et memoriam reminiscentiam. 3tio apud
eundem Rubium n 47 et apud Conimbricenses citatos.
Galenus et Toletus lib 3 de Anima q 6 ponunt tres
tantum potentias. Galenus coniungit sensum communem phantasiam
et imaginativam; Toletus vero coniungit phantasiam ima-
ginativam et aestimativam. 4to Fonseca 5 Meta. c 28
q 7 s 4 Conimbricenses citati a 3 duos ponunt scilicet
sensum communem et phantasiam cui alteras omnes coniun-
gunt. 5to Rubius citatus n 50 Joannes Hurtad. s 8
unum tantum agnoscunt sensum communem qui pro varijs
actibus varia sortiatur nomina. Fundamentum autem
autorum qui multiplicant potentias triplex assignant.
Conimbricenses a 1 cum dicunt quosdam ex cerebri ventri-
culis ubi sentiendi officinas locatas putant colligere nume-
rum potentiarum, sunt autem ventriculi tres aut quatuor.
Alij e quorum numero est Galenus plures sensus interiores
ex loci distinctos ideo fecere quia videmus laesi

nonnunquam sensus internos quoad unam operationem non quoad alia: quod non videtur aliunde evenire, nisi quia ij inter se distinguuntur et in diversa cerebri parte resident. Si enim dissoluto in una parte organi temperamento idem incolumnes in alia integrum manet proinde facultas quae partem integram occupat suo munere fungitur quae vero partem laesam non item.
Hi demum pleriq; sensuum internorum differentias et distinctionem adstruunt ex diversitate munerum ac operationum tam varia: neq; enim potest intelligi quomodo una potentia habeat tam diversum operandi modum ut est ferri in praesentia, in praeterita, in sensata, in insensata etc. His positis ut iuxta nostra principia aliquid certi statuamus
DICO I. In homine sensus interni non sunt potentiae distinctae inter se. Probatur Nulla potentia in homine est distincta ab Anima rationali. Ergo neq; inter se; ac proinde eadem anima prout residens in cerebro exercet has omnes functiones et sicuti dum ratiocinatur vocatur mens dum meminit memoria dum vult voluntas et ita dum percipit obiecta praesentia et percepta a sensibus externis vocatur sensus communis, dum absentia phantasia dum combinat Imaginatio. Confirmatur idem intellectus apprehendit iudicat discurrit. Ergo etiam eadem Anima phantasiatur meminit aestimat et eliciendo materiales operationes circa obiecta sensibilia praesentia vel absentia
DICO 2. In Brutis unicum est principium harum omnium functionum identificatum cum parte Animae quae est in cerebro. Probatur potest eadem pars Animae esse principium sensationis et principium vegetationis ut fit in nervo. Ergo eadem pars Animae potest esse principium memorandi et percipiendi obiecta absentia et praesentia. Probatur 2do nulla est necessitas multiplicandi istas potentias. Ergo. Confirmatur 3tio particulariter quoad phantasiam et imaginativam imaginativa non potest componere nisi apprehendat simplicia, sed apprehendere simplicia est munus phantasiae. Ergo imaginatio

exercet munus phantasiae. Ergo est phantasia.
Confirmatur 2do aut sensus communis et phantasia aut imaginativa et memoria sunt in eadem parte cerebri aut in diversa: si in diversa tunc nec imaginativa nec sensus communis potest uti speciebus tamquam cum principio effectivo sensationis receptis ibi ubi imaginatio et sensus communis residet quia species resident ubi memoria aut phantasia est atque adeo localiter distant, vide Rubium et Hurtadum.
Respondeo ad fundamenta sententiarum contrariarum. Ad primum dico nullum ex diversitate ventriculorum desumi argumentum rarum potest dici cum Conimbricensibus hos ventriculos in alios usus deservire vel pro spiritibus animalibus vel etiam pro excrementis cerebri recipiendis. Ad 2dum dico. Ex eo quod impediatur aliqua functio sensus interni non arguit bene potentiam esse laesam sed tantum organum unde bene dicunt Conimbricenses posse in eadem cerebri parte laedi temperamentum pro una functione et operatione non autem pro altera. Sic cadendo retrorsum potest laedi memoria non autem imaginatio: sic successu temporis in homine decrescat memoria et augetur prudentia nempe propter temperamentum. Quamquam frequenter accidat ut laeso temperamento pro una functione notabiliter laedatur etiam pro altera. Ratio autem ulterior responsionis potest reddi ex eo quod talem casum in occiput concutiantur nervi et cerebrum et obstruantur meatus non pauci pro spiritibus qui sunt necessarii ad hoc ut alterum pereat subiectum et uno nervo ut excitentur; non tamen ponitur ullum impedimentum cur excitati non possint inservire imaginationi.
Ad 3tium Respondeo non bene colligi ex diversitate operationum circa praesentia ad praeterita diversitatem potentiarum. Sicuti nec in intellectu est diversa potentia quae apprehendit et quae iudicat vel discurrit circa praesentia vel futura et

Sectio 2
De Subiecto et Obiecto Sens. Interni

Communis sententia in animalibus perfectis sensum commu-
nem in cerebro locat contra Aristotelem qui 2 de part. c 7
et c 3 de somno et vigilia eum in corde ponit. Probatur ante
communis sententia auctoritate medicorum qui ex anatomia
deprehenderunt omnes nervos sensorios a sensibus externis
ad cerebrum tendere ibique terminari. Experimur etiam
in cogitationibus in capite fieri ac proinde imaginando
defatigamur et laeso sensorio in capite fit &c. Vide Suares
lib 3 c 31 Conimbricenses lib 3 c 2 Rubium citatum q 7
Hurtadum S 9 qui bene advertit probabilius esse etiam
appetitum sensitivum residere in cerebro et non in corde
prout voluit Aristoteles. Ratio per illud est quia idem debet
esse principium intelligens et volens seu cognoscens et
appetens. Dixi in animalibus perfectis nam in insectis
ut supra dixi sensus communis diffusus est per totum corpus.
Ceterum animantia iuxta suam perfectionem de sensu
interno participant et sunt principia plurium vel pauciorum
operationum prout sunt perfecta vel imperfecta.

Quod pertinet ad obiectum sensus interni difficultas
non est de eo quod per sensus externos percipitur,
sed non levis controversia est an sensus internus cogno-
scat actus seu sensationes sensuum externorum et an cogno-
scat proprios suos actus. Pro quo

DICO 1 Sensus internus hominis percipit sensa-
tiones externas saltem confuse. Est communis Suares citati
lib 3 c 13 Rubij q 3 Toleti 3 de Anima q 3 Conim-
bricensium hic c 2 q 1 et aliorum quos citant. Probatur 1mo
auctoritate Philosophi qui c 2 de somno et vigilia id videtur expresse
docere teste Rubio. Probatur 2do Homo advertit et experitur
se hoc obiectum percepisse visu et non auditu. Ergo cognoscit
distinctionem inter visionem et auditionem. Nec dicas hoc
facere opera intellectus: nam ut supra dixi quotiescumque
intellectus versatur circa aliquod obiectum semper ei proportione
respondet illi actus aliquis in phantasia

tendens circa illud obiectum ac proinde et in praesenti debet dici quod phantasia attingat aliqualiter visionem et auditionem vel saltem imaginem sibi aliquid contradistinctum ab obiecto et quod sit assimilatum actui.

Dices 3 non potest assignari species per quam percipiat a phantasia sensatio externa nam vel dices cum Toleto 3 de Anima q. 8 sensationem externam percipi per speciem obiecti vel per speciem obiecti simul et sensationis quod unum sit utriusque ut volunt Conimbricenses vel per speciem obiecti ut modificatam a sensatione externa ut vult Rubius et Soares: sed nullum horum satisfacit. Ergo. Probatur quoad primam partem minor tum quia sicuti obiectum non est sensatio ita species ipsius et ab illo solum producta non potest esse species sensationis externae. tum quia vel species illa producitur ab obiecto ipso vel a sensatione externa: non ab obiecto ut patet in phreneticis cum apertis oculis obiectum propositum producit species visuales et non in phantasia ut patet ex eo quod rediens ad se non advertit vel meminit ipsius obiecti. Ergo signum est non habere vim producendi speciem in phantasia: non a sensatione quia sicuti illa est productiva speciei ita illa species est illius repraesentativa saltem partialiter et non solius obiecti. Ergo. Probatur quoad 2dam partem nam si species est sensationis et obiecti atque adeo repraesentativa utriusque non possumus sensu interno unquam cognoscere obiectum nisi simul cognosceremus sensationem externam qua illud percepimus, nec unquam cognoscere sensationem quin cognosceremus obiectum illius: atqui hoc est contra experientiam saepe enim recordamur obiecti alias cogniti quin aliquid de cognitione praeterita meminerimus; et in somno percipimus obiecta nihil attendendo ad sensationes praehabitas quod bene notavit Vasquez 1 p. d. 108 n. 19: et e contra saepe etiam distincte meminimus nos elicuisse sensationem circa aliquod obiectum cuius distincte meminisse non possumus. Ergo. Probatur tandem quoad tertiam partem

praecisa illa modificatione et modo species impressa
obiecti vel repraesentaret obiectum tantum vel etiam sensa
tionem externam; si hoc secundum, ergo frustranea est
modificatio; si primum, ergo illa modificatio vel modus
habebit formalitatem rationem speciei. Ex quo patet illa
modificatione posita fit repraesentatio sensationis externae
quod ante non fiebat. Ergo illa modificatio habet rationem
speciei. Quare ad obiectionem Resp. dari quidem speciem
peculiarem visionis non in phantasia sed propriam ac
propterea valde confusam: explicatur autem hac ratione,
supposito quod oculus videat albedinem, intellectus per discursum
et eo quod albedinem sciat esse tantum obiectum visus
percipit visionem obscure sicuti percipit substantiam cognitam
per discursum ex accidentibus; posito autem tali actu
intellectus qui repraesentet visionem, propter connexionem
etiam phantasia elicit aliquem actum, qui repraesentat
sibi visionem ad instar alicuius rei corporeae ac propte
rea confusum: et sicuti dum cognoscitur ab intellectu
visio, actus cognoscens relinquit sui obiecti speciem: ita
etiam actus phantasiae qui pro obiecto habuit visionem
relinquit illius speciem confusam quidem sicuti confuse
cognovit visionem.

Dices 2. Non potest assignari species sensationis
et consequenter actus phantasiae terminetur directe in sensa
tionem, supposito quod phantasia cognoscat etiam obiectum in sensa
tione, quia hic modus cognoscendi multum altior est ele
vatior et proprius intellectui. Ergo sequela antecedentis patet,
non potest cognosci in se imago et repraesentatio alicuius
rei quin cognoscatur repraesentatum in illa; sed sensatio
est imago obiecti. Ergo. Resp. potest negando
sequelam maioris et ad probationem dico cum distinctione
si repraesentatio clare et distincte percipiatur transeat
sive confuse et negative: et sic cum sensatio externa confuse
percipiatur a phantasia non est opus ut in illa percipiat
obiectum, ac propterea fit quando quis meminerit
sensationis seu visionis et non meminerit quid viderit

R.o 2do negando minorem atq adeo dici potest etiã
sensu interno hominis confuse et imperfecte posse co
gnoscere cum in alio sed potius unum directe aliud in-
directe. Dico 2. Sensus internus hominis percipit etiã
sensationes suas internas. Confirmo pbz argumentis pri
mæ Conclusionis nam experimur etiam nos phantasiam
et habuisse phantasmata et somniasse &.

Obijcies. Phantasia est potentia materialis et
sensitiva. Ergo nihil cognoscit nisi acceptum a sensibus
atqui sensatio externa vel saltem interna non devenit
illi per sensus cum non sit objectum illorum. Ergo neque phantasiæ
R.o negando primam consequentiam nam phantasia non ideo
est potentia materialis quasi nihil posset cognoscere nisi
quod cognoverit sensus externus, sed vocatur et est ma
terialis quia non potest rem spiritualem per se et proprias
species cognoscere sed semper per species rerum materialium
et tanquam rem materialem. et talis etiã est species
actus præcedentis, nempe repræsentans actum præcedentem
ad similitudinem alicuius qualitatis temporis. Adde posse esse
aliquod objectum sensibile respectu unius potentiæ et non respe
ctu alterius et sic sensatio externa et interna phantasiæ
potest esse objectum sensibile sufficienter pro sensu interno
non tamen pro externo

Dices. Si phantasia potest cognoscere suos actus
etiam poterit cognoscere suas species quas habet et multo
magis organum in quo est quod tamen non experimur
R.o nos posse etiam confuse cognoscere illa si intellectus
prius ea cognoscat per discursum manu ductus ex aliqua re
sensibili et propterea imaginamur nobis species instar
imaginum particularium sed adhuc confusam speciem ante
expressam instar imaginis claræ et lucidæ. Dixi in
utraque Conclusione sensus internus hominis nam in brutis
probabilius negatur cognitio sensationis externæ et internæ
Ratio est quia ex una parte non scimus quid brutis incidat

et ex altera sensus internus eam est imperfectior
Accedit quod non videatur quid possit Causare speciem
impressam requisitam autem sensationem externam vel internam
cum non habeant intellectum et discursum: propterea pro
babilius dicendum illa non cognoscere per se actus externos
vel internos.

Dices etiam bruta meminerunt prioris temporis nam
Canis meminit cibi in qua accepit bonum bolum
atque adeo sensationis gustus circa talem cibum.
Item brutum facto strepitu erigit aures et non oculos
Ergo discernit inter auditionem et visionem. R. ex his
non arguitur quod meminerit brutum suae sensationis, sed
tantum quod meminit voluptatis in his circumstantiis; quo fit
ut rursus quaerat et appetat similem bolum canis. Ex
secundo etiam non arguitur quod brutum discernat inter
auditionem et visionem quando erigit aures ad perci
piendum melius strepitum et unde veniat; sed ideo erigit
aures quia distinguit inter sonum et inter colorem et
advertit quod applicando unam partem corporis nempe
aures non percipiat albedinem quam antea percipiebat;
vel applicando oculos non tam bene percipiet sonum
quam antea cum aures applicaret; Hinc fit ut audito
postea sono ex usu applicet aures et non oculos.
Alterum ordinarie audito strepitu timet brutum ac proinde
totum se applicat ad percipiendum obiectum illud quod est Causa
timoris

Quaeres 1 An sensus internus percipiat obiecta
insensata? Nomine obiecti insensati non intelligit
actus sensationis externum nec internum sed aliquod
aliud obiectum quod non fuit in sensibus nec perceptum
per illos: ita dicunt inimicitiam inter lupum et ovem et amicitiam
inter ovem et Canem esse obiectum insensatum. Rubius
citatus q. ultima affirmat ita quidem ut velit dari pro
piam speciem talis obiecti formatam a sensu interno quae
resideat in memoria. Alii negant. Ego dico

phantasia non cognoscere inimicitiam vel amicitiam for-
maliter ut talia sunt quia hæc sunt quædam rationes mo-
rales et obiecta solius intellectus percipientis esse morale
verum. Æstimativa phantasia brutis potest percipere verum ut
convenientem et bonum sibi quod est rationem et disconveni-
entem et consequenter appetere vel fugere talia obiecta.
Hoc autem brutis ex instinctu seu ex specie indita ab
autore naturæ brutis cum enim non habeat discursum sed
agatur vero et feratur impetu quodam oportebat infundere
speciem aliquam qua posito tali obiecto ad oculos et causa-
ret actus phantasiæ proponentis hoc obiectum disconveniens
vide plura quæ dixi d. de fine q 1 s 6

Quæres 2. An in brutis et sensu etiam interno
hominis detur iudicium. Ro cum distinctione si nomi-
ne iudicij intelligas cognitionem duarum rerum et quod una
non sit altera non tamen conferendo unam cum altera
neque cognoscendo proportionem inter duo concedo dari
iudicium et sensum internum esse iudicativum imo et exter-
num nam venerea phantasia et oculus videt albedinem
esse distinctam a nigredine et non esse nigredinem. Et in
hoc sensu intelligendi sunt autores concedentes phanta-
siam iudicare. Si autem nomine iudicij intelligas actio-
nem qua unum obiectum confertur cum altero et unum cum altero
comparatur et affirmatur de altero propter proportionem
et inexistentiam aut negatur propter improportionem
et seiunctionem, hunc negamus in phantasia dari iudi-
cium. Ex quo fit ut multo minus detur verus discursus
in phantasia nam ad verum quam maxime requiritur
nosse proportionem.

Dices. Intellectus existens in corpore nihil
potest cognoscere nisi dependenter a phantasmate et
operante illo. Ergo non potest iudicare et discurrere nisi
iudicante et discurrente phantasia una cum illo, nec
cognoscere aliquid insensatum nisi idem cognoscat phantasia

Ro concedendo antecedens negando consequentiam satis enim est quod phantasia comitetur intellectum cognoscendo illa obiecta circa quae fit discursus et iudicium atque adeo discurrit in rate [?] vel aliter.

Non tamen oportet ut discurrat formaliter et ipsam connexionem ac proportionem obiectorum cognoscat. sicuti dixi etiam quod cognoscat media quae sunt utilia ad finem et affectat illa sed non ut media. similiter etiam non cognoscit phantasia universale praescindendo a differentijs sed dum intellectus ita praescindit phantasia fertur in aliquod obiectum habens aliquam remotam similitudinem cum universali et natura praecisa

Quaeres 3. An sensibile commune sit obiectum sensus interni? Ro affirmative nomine autem sensibilis communis intelligitur obiectum quod a pluribus sensibus externis percipitur; assignantur autem quinque sensibilia communia motus, quies, numerus, figura, magnitudo ad quae reducuntur alia ut asperum, lene [?] ... verum si rigorose velimus loqui sola quantitas et extensio localis est sensibile commune eo quod reliqua omnia ad ista reduci possunt cum figura per nos non sit nisi ubi, numerus vero motus et quies cognoscantur per talia ubi. vide hac de re auctores

Quaestio 2
De Sensu visus eius Obiecto et Operatione
Sectio 1
In qua parte Oculi fiat Visio

In organo visus quatuor sunt partes Musculi nervi humores et tunicae. Musculi qui sunt quasi quaedam ligamina quibus detinetur oculus numerantur septem unus detinet oculum suspensum reliqui sex movent in diversas partes. Nervi sunt duo qui vocantur optici qui ducti a cerebro usque ad oculum in modum crucis in fronte uniuntur per quos nervos spiritus animales necessarij ad visionem

Derivantur ad oculum et propterea clauso uno oculo plus altero videmus quia spiritus animales qui ad utrumque dirigebantur ad unum confluunt. Humores sunt tres crystallinus vitreus aqueus sive albugineus: Crystallinus est humor impellucidus in medio oculi residens et locatur juxta, circa illum est humor vitreus, tandem est aqueus et hi omnes intercepti sunt tunicis seu membranis. Tunicas aliquot numerantur prima quae circumdat humorem crystallinum et vocatur aranea 2da quae circumdat humorem vitreum dicitur reticularis a similitudine retis sic dicta propter venulas et arterias quas habet 3tia est uvea quia habet similitudinem pelliculae uvae nigrae cui ablatus est pediculus, unde in anteriore parte habet foramen ut species possint intromitti; haec in parte extima variis imbuta est coloribus a quibus denominantur oculi glauci caesii nigri etc. et haec tunica comprehendit humorem vitreum et crystallinum Tandem ultima est tunica dicta adnata et consolidativa quae humorem aqueum et totum oculum complectitur. Haec adnata duas habet partes alteram quae dicitur cornea et est in anteriori parte tegens foramen uveae et est diaphana; in reliquis partibus est alba et opaca et vocatur album oculi. Haec breviter vide autores Toletum hic q 16 Conimbricenses c 7 q 6 Rubium tract. de sensu visus q 8 qui alios citant et observant debuisse oculos esse figurae sphaericae tum ut facilius huc illucque moverentur ut plures possent radii specierum incidere in unum locum et consequenter maius obiectum videri. His positis quaeritur in qua parte oculi fiat visio, nam aliqui volunt illa fieri in nervis opticis, alii ut Toletus in tunica aranea alii in toto organo. Pro quo

Supponendum est visionem non fieri per extramissionem ut volunt aliqui sed per receptionem specierum in oculo causatarum ab obiectis patet tum quia obiectum causat species in medio. Ergo etiam in potentia tum ex reflexione quae fit in speculo ratione cuius videtur obiectum quod est retro

Si autem visio fieret per extramissionem, fieret solum visio per lineam rectam ante potentiam

Dicendum visionem fieri in humore Crystallino sive in pupilla ita communiter citati autores, et Joannes 3 de Anima c 18. probatur primo ex Arist. 3 text. c 3 dicente humorem oculi interiorem quo videmus pupillam est. probatur 2do est accommodatissima pupilla pro visione rei fienda. Ergo. Antecedens probatur Est humor diaphanus et nullo colore imbutus in medio oculi post foramen unde nigrum situs habetque a tergo opacum humorem qui species transeuntes sistat sicuti in speculo est plumbum.

Obijcies Si in pupilla fit visio duplex erit organum visus et duplex visio sicuti duplex est pupilla. Ergo res dupliciter apparebit. Respondeo concedendo totum praeter ultimam consequentiam. Cur autem non semper geminata et duplicia videantur ratio potest esse quia oculi sunt in eodem situ et ordine positi et ab utroque oculo tendit linea visualis in idem punctum obiecti, abinde eodem modo mutantur ab obiecto, quo etiam ex parte idem est utriusque oculi motus. Si secus accidat res geminata videntur sicuti ex perturbatione specierum in ebrijs dum bibitur contra hinc iam vertiginem tectum ambulat et geminos conrugat mens lucernis; et dum inspicimus quaedam conspicilia multangularia vide Phil. S. 3 probl 18 et 11 et Conimbricenses problem. 33 et 34 de visu

Sectio 2

De Obiecto visus quod est Color

Suppono obiectum visus esse colorem et lucem: de posteriori sect. sequenti de colore in praesenti agemus. Dubitatur autem de illo an sit condistinctum quid a lumine, et si condistinctum quot sunt colores et quomodo inter se distinguantur.

Dico 1 probabilius esse colores saltem aliquos distingui a lumine ita Joannes Conimbric. citati c 7 q 2 Rubius citatus q 1 et alij probatur primo ex Arist. de sensu et sensili c 3 ubi ait colores distingui specie quod luci non convenit

ex ratione 2do quia in tenebris absente lumine
manent non tantum in superficie corporis verum etiam in pro
funditate sicut in dissecto ebano medium est furum 3tio
non variantur ad mutationem situs subiecti aut aspe
ctus lucis ut patet in colore albo 4to lumen non habet
contrarium ut habent colores veri albus enim et niger
contrarii sunt

Obijcies 1. multa loca Phi et omissis alijs
solum adducam binas definitiones coloris prima est hic t 67
ubi ait color est motivum eius quod est secundum actum
perspicui altera 3 est e libro de sensu et sensili c 3 color
est perspicui in corpore terminato extremitas. Respondeo ad
primum locum phum non velle aliud quam quod color mit
tendo species per medium perspicuum usque ad oculum
moveat perspicuum et actuatum, et sic non definit
colorem secundum se sed prout visibilis est. Pro secundo
loco adverte perspicuum ut definitur hic t 68 esse quod
non secundum se visibile est sed propter externum colorem
est autem perspicuum duplex aliud interminatum in quo visus
non terminatur ut aer crystallus etc et hoc est medium
visibilis et eius actum quasi colorem docet t 69 esse
lumen: aliud perspicuum est terminatum quod scilicet
ita visum terminat ut illum non sinat ulterius tendere
per se tanquam per medium, et huius perspicui actus et
extremitas est color ut clare patet ex ipso philosopho
de sensu et sensili c 3: quare Respondeo sensum defini
tionis esse colorem esse extremitatem sive esse in extre
mitate perspicui terminati, et propterea facit ut visus
terminetur et non ulterius progrediatur

Obijcies 2 In iride collo columbae vitro trigono
videntur esse varij colores quos tamen non esse nisi lumen
aliter et aliter refractum omnes concedunt. Ergo color non
est nisi lumen. Respondeo concedendo antecedens nego consequentiam
si universaliter accipiatur: sunt enim colores duplicis
generis alij apparentes et ficti alij veri. De prioribus
non controvertimus sed solum de posterioribus et propterea

dixi in Conclusione aliquos saltem distingui a lumine. Sunt autem colores veri duo extremi scilicet albedo et nigredo inter quos numerant Conimbricenses q 3 a 2 quinque simplices intermedios flavum rubrum cerulenm purpureum et viridem. Ex quibus septem coloribus alij medij componuntur per mixtionem. Dicuntur autem hi septem simplices colores quia non fiunt ex mixtione extremorum sed per se ita producuntur immediate. Et de his procedit quaestio an specie distinguantur.

Dico 2 probabilius est hos medios colores specie differre inter se et ab extremis (nam de extremis inter se nulla est controversia) ita Soares d 45 s 4 n 14 cum communi. Probatur quia alioqui nunquam posset produci ullus color medius nisi praecederet in subiecto albus aut niger, sed hoc est falsum, gramini enim unusquisque ab initio viror et rosae rubor. Deinde quando ex albo fieret transitus in nigrum deberent intercedere omnes colores possibiles, siquidem ab extremo ad extremum non fit transitus nisi per medium, hoc tamen est contra experientiam. Denique nunquam experimur ex albo et nigro fieri rubrum. Ergo hi colores medij specie differunt ab extremis et nihil in se extremorum continent neque formaliter sed virtute tantum. Dicuntur tamen medij et compositi ab extremis propter convenientiam cum extremis quam ex effectibus colligimus, nam viride nec ita disgregat visum sicut album nec ita congregat, plus tamen congregat quam disgregat, et e contra flavus plus disgregat

Sectio 3

De Obiecto visus quod est Lumen

Suppono primo contra aliquos antiquos lumen et lucem non esse corpus nam ut advertit Philosophus hic t 69 non posset in eodem loco cum corpore perspicuo id est aere aut igne reperiri; tum etiam si esset corpus vendicaret sibi certum ac determinatum spatium,

Suppono 2do lumen neque esse formam aliquam substan
tialem nam nulla forma substantialis potest esse alteri acci
dentalis uti lux est in igne et terra: deinde quia possent duae
formae substantiales esse in eodem subiecto quod fieret si lux
quae est in terra esset forma substantialis. deinde forma
substantialis non suscipit magis et minus sicut facit lumen
Suppono 3tio lumen non esse qualitatem intentionalem
quia qualitas intentionalis non est per se visibilis lumen
autem productum in pariete et distans est visibile: prae
terea si lumen esset species luminosi quod est esse
intentionale posset homo etiam postquam se averteret ab ali
quo corpore luminoso ut sole eundem nihilominus videre
ex quolibet loco ubi esset lumen quod est contra experien
tiam. Hinc patet lumen nec esse qualitatem naturalem
simul et intentionalem prout volunt Caietanus 1 p. q. 67 a 3
et Valentia 1 p. d 5 q 3 puncto 7. Ex quibus omnibus constat
lumen esse qualitatem realem pertinentem ad tertiam speciem
praedicamenti qualitatis. Definitur autem a philosopho 2 de anima t 69
Lumen est actus perspicui secundum quod est perspicuum
id est est forma qua subiectum quod est conspicuum in
potentia et diaphanum formaliter fit actu conspicuum proxime
ac ultimo dispositum ut terminet visionem. Et quidem
si est penitus diaphanum fit secundum totum conspicuum ut aer
si autem secundum partem et extremitatem uti in perspicuis
terminatis, hinc secundum eam partem fit perspicuum, ita quidem
ut lumen productum in corpore opaco nunquam solum in
extremitate seu ultima superficie recipiatur, sed semper etiam
secundum aliquam profunditatem ut vult Rubius citatus s 4
et Murcia 2 de generat d 4 q 4 et nos diximus ibidem
nam cornu etiam nigerrimum et ebanum in laminas sectum
transparens et diaphanum est. Verum quidem est quod qua
opacum non illuminatur quia sicuti qua opacum non est
perspicuum ita lumen non potest esse actus illius qua
opacum est. His positis in praesenti quaeritur An lumen
et lux specie differant item qualiter lumen requiratur ad
visionem colorum

DICO 1 probabilius est lumen et lucem non differre

Specie physica inter se, ita Suarez 3 de Anima c 14 Conimbricenses supra q 3 a 2 Rubius citatus q 2 Contra Toletum q 18 ad 7 et aliqui recentiores. Probatur 1mo Omnia haec lumina quae a causis naturalibus producuntur intendunt se mutuo ut patet in lumine lunae quod mutuatur a Sole et in lumine producto a candela in cubiculo Ergo. 2do Nulla est necessitas distinguendi lumen et lucem specie Ergo.

Obicies 1 Lux est qualitas difficile mobilis, lumen facile mobile nam lux a Sole non potest naturaliter dimoveri sicuti lumen ab aere. Ergo Respondeo distinguendo Antecedens lux non est facile mobilis a tali et certo subiecto concedo, a quocumque nego: sicuti calor est difficile mobilis ab igne ab aqua tamen vel aere facile et tamen non distinguuntur specie isti calores.

Obicies 2 Lux est causa aequivoca luminis. Ergo differunt specie Antecedens probatur tum quia lux producit lumen, lumen autem ipsum v.g. in aere existens non producit aliud lumen: unde non illuminat partes laterales. Ergo. tum quia effectus aequivocus nunquam dependet in conservari ab actuali influxu suae causae univocae ut docet Suarez d. 2 metaphysica s 3 n 5 et patet inductione, lumen autem sic dependet a luce Ergo Respondeo negando Antecedens ad probationem distinguo primam partem lux producit lumen se solo nego influente ipso corpore luminoso concedo: Hinc fit quod lumen in aere non illuminet latera quia non potest eo pertingere ut suppono influxus causae principalis ~~ad~~ corporis luminosi. Ad 2am partem ex hoc patet responsio, nam lumen respectu corporis luminosi a quo dependet in conservari est effectus aequivocus non autem respectu lucis cum a luce etiam causatur cum qua habet rationem univocam.

Dices In physica d. de Causis q 3 s 3 dixi accidens esse causam principalem accidentis. Ergo ~~et~~ lux in Sole erit causa principalis luminis in aere producti, et tamen lumen in aere non producit aliud lumen saltem ut causa principalis per se Ergo differunt specie. Respondeo distinguendo Antecedens in physica dixi accidens esse causam principalem accidentis nisi aliunde cogamur dicere substantiam id facere: necessitas autem in praesenti colligitur ex actuali dependentia luminis

a corpore luminoso cuius actuali egeat influxu, nam in omnibus aliis accidentibus productis ab accidentibus minoris vel etiam aequiorem non est videre istam actualem et determinatam dependentiam u.g. calor sive a calore sive a luce productus existit sine actuali lucis aut caloris influxu. Quare cum in lumine contrarium videamus debemus dicere illud ab ipso corpore luminoso in fieri et conservari dependere. Caeterum licet lumen et lux non differant specie distinguuntur tamen ratione connotatorum quatenus lux est id quod est in corpore luminoso ut natiua illius proprietas. lumen vero id quod est in medio aut in extraneo subiecto; radius etiam dicitur quatenus a lucido corpore secundum rectam procedit. demum splendor est lumen quod ab aliquo corpore reflectitur.

Dico 2 Ad obiecti colorati visionem necessarium est lumen tum ex parte obiecti tum ex parte medii contra Conimbricenses c 7 q 4 a 2 Soares hic lib 3 c 16 et alii. probatur prima pars ex philosopho libro de sensu et sensili c 3 ubi color in ratione visibilis definitur esse extremitas perspicui in corpore terminato ergo ut sit visibilis debet esse in parte corporis perspicua atque adeo illuminata et lib 3 de Anima t 18 dicitur lumen colores posse facere actu scilicet visibiles. Sed hoc non potest intelligi de lumine quod est in medio ergo. probatur 2do quia facere aliquid actu tale est proprium causae formalis vel quasi formalis. probatur 3o experientia qua experimur nisi obiectum sit illuminatum non videri a nobis etiamsi ante nos habeamus lumen. 2da pars etiam probatur numquam potest illuminari obiectum quin aliquid saltem de aere circumfuso illuminetur ut patet experientia etiam in iis quae sunt quidem lucida sed non videntur producere luminis ut noctilucae seu nitedulae, squamae piscium, oculi felis etc nam etiam si nitedulam prope chartam admoueas videbis seu plura et felis oculi si non emitterent aliquid lucis quomodo murem viderent?

Quaeres I An totum medium debeat esse illuminatum an vero sufficiat illuminari aliqua parte ad hoc ut in distanti videatur obiectum illuminatum?

Alii q[ue] tenent non esse opus ut toti illuminetur mediu[m] ut videre est apud Soares citatu[m] et Rubiu[m] q. 3. dicti pro aut dubio experientia illa qua accensu[m] ignem in aliquo monte remoto obscurissima etiam nocte eminus videmus et tamen non advertimus aerem intermediu[m] vicinu[m] oculis illuminari. Aliqui recentiores contra dicunt lumen per totu[m] diffundi mediu[m] etiam in dicto casu sed valde exile et quod non possit adverti: duplici autem ratione moventur ad hoc asserendu[m] 1ma est sicut obiectu[m] habet virtutem sufficientem tam procul proijciendi species ita etiam habebit virtutem in tantam distantia[m] causandi lumen, cu[m] utrumque hoc careat contrario qua species. 2da est obiectu[m] coloratu[m] sicuti non potest causare sui speciem nisi illuminetur ita nec potest illa diffundere nisi per mediu[m] illuminatu[m].

Ego libentius assentior communi sententiae et primum ratio est quia pro prima sententia est experientia et argumenta recentioru[m] non urgent. Nam ad 1mum re retorquendo sicuti obiectu[m] illuminatu[m] habet vim ut ad tantu[m] spatium satis magnae intensionis producat speciem et quae sufficiat ad satis clare videndu[m] obiectu[m] prout apparet in exemplo posito dum etiam ad miliare et amplius ignem excitatu[m] in monte conspicimus; et tamen non habet vim ut tantae intensionis lumen producat in illo spatio, ita optime potest dici q[uo]d non ubicumq[ue] producat speciem producat etiam lumen; nam uniformiter difformiter agendo opus est ut desinat in aliquo spatio lumen produci et non desinat species produci. Et quo ad 2dum dico etiamsi ad producendam sui speciem obiectu[m] coloratum requirat illuminationem, non est tamen opus ut ubicumq[ue] sit species sit lumen: sicuti obiectu[m] ipsu[m] est causa speciei non minus quam lumen et tamen non est opus ubicumq[ue] est species sit etiam obiectu[m].

AUXES 2 Quomodo lumen compleat colorem in ratione visibilis et qualiter est necessarium ad hoc ut color causet sui speciem?

Hic cum Hurtado d. 17 satis mihi probabile videri lumen tanquam concausam partialem requiri atque adeo colorem per se non esse sufficientem productionem speciei nec esse per visibilem. Cur autem non dicam esse conditionem tantum, ratio est quia non video munus quod exerceat talis conditio. Et hac ratione admittendae sunt et intelligendae locutiones Thomistarum ex S. Thoma q. 23 de veritate art. 7 desumptae dum dicunt colorem esse obiectum materiale lumen formale: item omnes colores in ratione visibilis convenire specie licet materialiter differant inter se, quatenus lumen est ultima ratio complens obiecti in ratione potentis producere speciem atque adeo in ratione visibilis

Quaestio 3

De Auditu et reliquis Sensibus Externis

Unica quaestione omnes complectemur sensus reliquos quia multa quae ad sensus reliquos pertinent dixi in q. de speciebus S. 7 reliqua hic breviter prosequemur

Sectio 1

De Auditu eius Organo et Obiecto

Organum auditus pluribus partibus constat quas explicat Cesarius et Sandinus lib. 4 de corpore animato c. 41. Post exteriorem partem quae auricula vocatur est meatus flexuosus et formatus instar cochleae terminatus in angustum foramen; hic est circulus osseus membrana et meninga tectus et dicitur tympanum; post membranam est humor quidam tenuissimus quem aerem ingenitum ob similitudinem cum aere vocant cum Philosopho hic t. 83. ibidem sunt tria ossicula unum instar incudis alterum instar mallei, tertium quasi stapes; malleolum putant plerique ad incudem allidi quando sonus ad tympanum venit et ea alisione excitari sonum in aere innato; alii negant et dicunt illa ossicula inservire ad transmittendas soni species per duas fenestellas quae post ossicula sunt

ad nervum auditorium qui a cerebro illuc protenditur, et in illo fieri auditionem. Alij cum quibus Toletus q 27 volunt audi tionem fieri in tympani membrana, alij alibi.

DICO tamen 1. Sensationem auditus fieri in illo aere innato Probatur ex Philosopho 2 de anima t 82 et libro de sensu et sensili c 2 et 2 de partibus animal. c 10; et cum nulla sit ratio in contrarium pro alijs sententijs, tenendum est cum Philosopho cui etiam assentitur Galenus 8 de usu part. c 6.

Congruentia est quia illa pars est munita et in medio sicut pupilla in oculo, deinde sicuti aer est subiectum soni ita iste humor qui nullum symbolizat cum aere erit subiectum sensationis circa sonum

Obiectum auditus est sonus de praedicamento Qualitatis Cuius naturam melius aliquot explicabimus Conclusionibus

Quare DICO 2 Causa productiva soni sunt Corpora sonantia et eorum virtus sonativa posita colisione tanquam conditione ita Arriaga d 7 q 2. Probatur prima pars quo enim corpora sunt magis sonantia eo maiorem producunt sonum ut videre est in aere et vitro. Confirmatur iuxta diversam corporum dispositionem diversum percipimus sonum gravem vel acutum vel obtusum Secunda altera pars patet experientia nam nisi fiat collisio nunquam sonus producitur. Ceterum licet Philosophus 2 de anima t 88 ad soni productionem requirat talem colisionem quae fiat a duobus corporibus solidis tenuiori aliquo intercepto et dicto vel aere vel humido. minus tamen dicendum est id tantum saepius requiri. non autem universaliter habere locum: nam constat experientia sonum fieri etiamsi unum corpus solidum allidatur fluido vel fluida inter se prout videre est si tenuis laceretur tela et unde flagellum diverberet auram et ventus allidatur aquis

DICO 3 Subiectum soni non solum est Corpus interceptum et colisum sed etiam corpora colidentia Est recentiorum aliquorum et aliorum apud Rubium contra Toletum q 20 Concl. 2 Conimbricenses q 2 a 2 Rubium q 3 Suares lib 3 c 19 qui putant in solo intermedio corpore recipi sonum. Probatur tamen Conclusio Primo Si flante vento Campana percutiatur percipitur sonus etiam postquam aer a vento fuit ablatus. Secundo Si vas vitreum cultro percutiatur satis diu sonum edit, si tamen

statim manum aplices, cessat illico sonus quod etiam in Campana et aliis evenit; cuius ratio non facile assignabitur alia nisi quod vitrum aut Campana diu tremore movendo sonum retinent, admotam vero manum ut impeditur tremor ita cessat sonus. Denique sicuti sonus factus ex violenta scissione aeris subiectatur in partibus aeris ita Causatus ex violenta scissione telae aut chartae recipitur in partibus telae aut chartae.

Obiicies sequeretur sonum esse actionem immanentem nam corpus A tactum in aliud producit in se sonum. 2do sequeretur quod sunt futuri duo soni et tamen non percipimus nisi unum. 3tio hac ratione etiam in vacuo daretur sonus. 4to hoc videtur esse contra Philosophum in multis locis quos citat Rubius.

R. ad primum negando sequelam nam corpus A non producit in se sonum sed in Corpore B et vice versa corpus B in corpore A. Ad 2dum nego similiter sequelam ratio est quia omnes soni unam proiiciunt speciem uno etiamsi plures proiicerent species, adhuc non haberent virtutem sicuti de facto utraque auris duas accipit species et tamen non duplicata audit. Ad 3tium transeat sequela neque tamen audiretur sonus quia hic non posset producere species in vacuo. Ad 4tum nego sequelam nam Philosophus numquam dixit solum medium esse subiectum soni. Est autem medium unum capacius altero tum pro receptione soni, tum ut per illud transmittantur species soni. Hinc aer est aptius medium teste etiam Philosopho t 76 et experientia etiam teste quam aqua.

Dico 4. Sonus quoad esse suum reale propagatur per aliquod spatium Conimbricenses hic lib 2 c 8 q 2 Suares citatus c 27 et alii est tamen contra Rubium q 4 Toletum q 27. Probatur 1mo ex Philosopho S 11 probl. 6 ubi id satis aperte asserit. Probatur 2do flante vento aliquo audimus sonum campanae, vento autem ad nos reflante multo longius audimus ergo signum est cum motu aeris propagari sonum alioquin aequaliter audiretur sive aer in unam partem auferatur a vento sive in aliam. Probatur 3t

Dico 5 ultra illud spatium quo extendit se sonus quoad esse reale propagatur ulterius quoad esse intentionale id est species soni ultra protenduntur Ita Toletus Rubius et alii

Prob. Conclusio 3ae ultra illud spatium ad quod pervenit motus aeris auditur sonus; sed sonus realis non procedit ultra ut patet ex dictis. Ergo intentionalis id est species. Prob. 2a pars. Sonus realiter non propagatur nisi in corporibus motis per allisionem aut scissionem hoc patet. Pisces et urinatores sub aquis mersi audiunt sonum in aere excitatum: item lapillus inclusus in vitreo globo excitat sonum et tamen aer globo inclusus non movetur extra. 2do si sonus semper realiter extenderetur tam procul quam illius species nullum esset indicium et ratio admittendi species soni et tamen plerique admittunt illas. 3io non est probabile sonum qui est qualitas magis materiatis et crassa quam species illius posse penetrare muros per quos percipimus strepitum maxime si ipse paries attingatur aut pulsetur

Dico 6. Sonus tam quoad esse reale quam quoad intentionale propagatur successive. Ita communiter autores. Prob. 1mo ex Phil. lib. de sensu et sensili c. 7 ubi hoc ponit discrimen inter obiectum visus et auditus quod illud simul movet medium et potentiam hoc vero prius movet medium et postea potentiam: et hoc non solum de posterioritate naturali intelligendum est sed temporis nam alias etiam obiectum visus posterius natura movet potentiam. Prob. 2do quo quis propinquior est corporibus edentibus sonum eo citius percipit illum. Ergo successive producitur. 3io ultra spatium soni realis adhuc qui corpori sonanti propinquiores sunt citius sonum percipiunt quam qui remotiores. Ergo etiam sonus intentionalis propagatur successive. Modus autem propagandi sonum tam quoad esse reale quam quoad intentionale habet magnam similitudinem cum eo quo lapis in aquam stagnantem iniectus excitat circulum unum post alium evanescente semper priori et viciniore centro, et sic propagat per continuam quasi undationem. est autem undatio illa quaedam pulsio seu percussio et quasi determinatio quaedam ad producendum alium circulum alterius. Sic undatio in sono est pulsio seu percussio et determinatio ad producendum sonum in percusso; ac propterea sonus in prima parte subiecti productus ubi primum produxerit sonum in secunda aeris parte perit: rursus et sic sonus ille in tertia parte produxerit sonum etiam perit et consequenter quousque producat realiter sonus

Similiter sonus in prima parte aeris productus in po
steriori naturâ causat speciem sui in illa parte quae
postea ut comprincipium concurrat cum sono reali ad
productionem soni et speciei in secunda parte aeris;
vel saltem speciei solius; et post talem productionem statim
intereat. Huius species causata in secunda aeris
parte causat speciem in tertia parte aeris una cum sono
si est in secunda parte aeris; in illa autem parte aeris
se sola causat speciem ulteriorem ubi non habet sonum se
cundum esse reale adiunctum. Ulterius sicut sonus secundum
esse reale crescit secundum partes anteriores et perit se
cundum posteriores, ita etiam species illius seu esse inten
tionale secundum anteriorem partem producitur, secundum
posteriorem perit. Cur autem talem modum in produ
ctione soni quoad utrumque suum esse admittamus ratio esse po
test haec. Nam si dicas cum communi sententia sonum ubi
per aliquod spatium secundum esse reale fuerit protensus,
postea protendi ulterius secundum esse intentionale succes
sive quidem sed sine interruptione aut iactura partium
posteriorum, sequitur quod ille qui aliquantum distaret
a corpore sonante satis diu audiret sonum per unam
continuatam auditionem, quod repugnat experientiae;
in quacumque enim distantia quis sit quando tormentum
exploditur non tantum ictum illius divide percipit. Ponatur autem
gratia maioris sit sonus a tormento editus cuius species
prima diffusione extendantur ad 20 pas. intra quos simul
audiatur ille sonus; in fine vigesimi passus sit homo
qui per illas species audiat sonum; deinde sonus realis
secundum esse reale ad secundum tertium gradum passus
accedens producat speciem ad 21 22 23 pas. Ergo homo
ille semper audiet sonum tormenti donec sonus realiter
transeat ultra passum 20 imo ultra 30 et 40. Confirmatur
in Echo bis terve eandem vocem audimus quia per refle
xionem ad corpus aptum redit toties ad aures sonus vel
illius species. Ergo quamdiu in auditu erit sonus vel species
soni fiet auditio; sed probatum est hac ratione diu conti
nuari sonum aut speciem illius. Ergo debemus dicere

propagationem soni ulterius inferre corruptionem praecedentis

Objicies 1 Si hic est modus productionis soni et speciei illius, sequitur nos non audire sonum primo productum atque adeo non audire unde veniat sonus; hoc est contra experientiam. Ergo data paritate species soni quae est in aere non est producta a sono primo producto sed vel a sono in ulteriori parte vel certe etiam ab alia sola specie anteriori producta. Ergo. Respondeo negando data ad probationem distinguo antecedens species quae est in aere est producta ab anteriori specie vel etiam a sono ulteriori tanquam ab agentibus per se et in virtute propria nego; tanquam a vicariis concedo: nam productio illa continuata soni tam quoad esse reale quam quoad intentionale fit in virtute primi soni ac proinde agentia subsequentia sunt vicaria.

Objicies 2 Nulla est ratio cur ubi ubi sonus secundum esse reale reperitur detur species illius atque adeo quando secundum reale pervenit ad aures nulla est ratio cur non seipso moveat ad auditionem sicuti diximus in odoratu aut gustu fieri. Ergo non est modus productionis soni sicut dixi. Respondeo negando antecedens ratio est quia cum sonus sit agens necessarium hoc ipso quod semel concedatur quod sit productivus speciei, optime infertur quod ubicumque est sonus ibi agat necessario et producat speciem. Confirmatur nisi dicas ubi primum primo productus est sonus in parte aeris statim ibidem produci speciem illius, non poteris assignare facile causam productivam speciei; nam cum sonus uniformiter difformiter procedat et protendatur per partes minores et minores in intensione, non potest ultima aliqua pars adaequate vel inadaequate accepta esse causa quia species repraesentat intensionem longe [illegible] quam sit illa et soni in alio loco producti quam ibi.

Dices Ex absentia obiecti quod percipimus colligitur quod detur species talis obiecti. Ergo quando obiectum est praesens nulla est ratio colligendi speciem illius. Ergo quando sonus est in aere non producit speciem. Respondeo distinguendo

Antecedens ex obiecti absentia actualiter vel actuali colli
gimus necessitatem speciei nego: ex absentia obiecti
saltem possibiliter vel possibili colligimus necessitatem spe-
ciei concedo, id est ex eo colligimus hoc obiectum movere
potentiam mediante specie quia scimus hoc obiectum percipi
aliquando etiam dum non est praesens, et sic dicimus hoc
ipso quod hoc obiectum absens et distans potest percipi,
iam est productivum speciei et quidem necessario
ac proinde etiamsi postea per accidens sit praesens,
non desinit tamen potentiam movere per suam speciem.
posset etiam dici sonum numquam esse praesentem illi parti
organi in qua fit auditio sed solum pertingere usque ad
tympanum.

Obijcies 3. In specie visiva una pars non pro
ducit aliam sed obiectum producit totam speciem. Ergo etiam
ita dicendum est fieri in specie soni. Respondeo negando consequentiam
ratio disparitatis sumitur ex diversa natura obiectorum:
nam obiectum auditus id est sonus hoc ipso quod suam speciem
producat successive teste experientia et aliunde ipse
sonus non sit permanens sed defectibile quid et transiens,
debet hac ratione fieri productio speciei ut patet
discurrenti.

Dices 1. Sonus intentionalis non habet contrarium
ergo non potest sic produci successive sed in instanti
Respondeo etiam sonus realis non habet contrarium et tamen certum est
illum successive produci ut patet experientia ex qua tanquam
a posteriori illius naturam colligimus

Dices 2. Sonus realis ideo propagatur successive
quia propagatur cum motu reali, ac proinde non nisi per
illas partes medii quae moventur. Ergo sonus intentionalis
cum propagetur sine motu locali medii, non debebit successive
produci. Respondeo negando consequentiam. Ratio est quia licet
non propagetur sonus intentionalis successive propter motum
localem medii immediate, tamen cum sit repraesentativus soni
realis debet se illi accommodare et naturae illius, et cum ille
fiat successive etiam hic debet fieri conformiter non pariter vero

experientia quam supra attulimus.

Quaeres quid sit vox quam Phus Tex. 87 ait esse sonum animati et ab eodem t. 90 definitur esse percussio Aeris respirati ad arteriam facta ab anima cum aliqua imaginatione. Brevius vox est ictus aeris respiratione attracti qui ab Anima in pulmonibus existente cum quadam imaginatione efficitur. In qua definitione assignatur Causa efficiens dum dicitur ab Anima et dum dicitur ictus qui est Causa soni, subiectum Aer, finis expressio imaginationis. Ad organum autem vocis quinque requiruntur pulmones qui excipiunt aerem musculi intercostales qui diverberant aerem compressum atque extrudunt, aspera arteria quae claudit orificium illius et gargareo qui pertingit ad fauces et linguae radices, demum lingua quae moderatur voces

Quaeres 2. Quid sit Echo de hac re vide autores in praesenti praesertim Conimbricenses Rubium etc. Ego breviter dico Echo esse sonum reflexum vel quoad esse reale vel quoad esse intentionale, et ab Arte explicatur per similitudinem pilae appulsum ad parietem ex quo resilit. item explicatur per similitudinem luminis reflexi etc.

Sectio 2

De reliquis Sensibus externis et eorum Obiectis

Quod attinet primo ad Organum odoratus illud in naribus est sed in qua parte resideat dubitatur: nam post meatus qui nares dicitur est os quoddam in morem cribri perforatum in quo sunt duo foramina, deinde cribrum tegit membrana quae etiam habet suos tubulos seu meatus foraminibus respondentes, ad quorum extremitatem sunt duo tubercula in similitudinem papillarum a cerebro deducta quae propterea processus mamillares vocantur. Dubitatur igitur in quanam ex istis resideat potentia odoratus. Secundo quod attinet ad obiectum olfactus non dubitatur verum sit odor quam qualiter propagetur et an etiam secundum esse intentionale

moveat. Dico 1 probabilius est in processibus
mamillaribus seu tuberculis residere potentiam odorandi
ibique actum exerceri. ita Conimbricenses hic c 9 q 4 a 2 Rubius
pract. de olfactu q 3 cum communi sententia. probatur exclu-
sione aliarum. Primo in cribro non potest residere pro-
pter nimiam illius frigiditatem et siccitatem. 2do neque in
membrana nam teste Aristotele hic t 200 illa non est in omnibus
animalibus quae olfaciunt sed in iis solum quae respirant
3tio etiam non in cerebro quia cerebrum est fons sensuum
externorum et adeo nullius organum, alioqui dici posset etiam
in cerebro esse organum visus. Ergo non superest alia pars
de qua rectius dici possit quod sit olfactus quam tubercula

Dico 2 obiectum olfactus odor qui est qualitas se-
cunda non propagatur per medium per realem productionem
novi et novi odoris neque etiam propagatur per species
probatur argumento supra q de speciebus § 1 ubi notato anima-
lia quae respirant non percipiunt odorem nisi attracto
per nares aere ut constat experientia et tradit Aristoteles supra
Ergo non per speciem neque per odorem realiter propagatum
in aere sed in odorifera exhalatione existentem. probatur
consequentia quia si potest odor se diffundere realiter vel
intentionaliter per novam productionem in medio, potest corpus
odoriferum applicatum naribus ita immutare totum medium
usque ad organum odoratus sine attractione aeris. Ergo
sic fieri sensatio. Restat ergo quod odor non propagetur
nisi localiter in quantum nimirum a re odorabili exhalat
substantia aliqua tenuis deferens ipsum odorem, et quia
ipsa substantia permiscetur cum aere potest satis ad longum deferri
spatium: et in hoc sensu Philosophus lib. de sensu et sensili c 7
docet odorem prius immutare medium quam sensum.
Dicitur odorem esse qualitatem secundam nam Aristoteles lib.
de sensu et sensili c 5 docet odorem non esse fumidam exhala-
tionem nisi similitudine, atque adeo non esse substantiam
sed qualitatem resultantem in mixtis ex primarum qualitatum

temperie, in qua ut hic t. 200 docet predominantur siccitas et calor adiuncta tamen moderata humiditate

Quod spectat ad sensum gustus breviter dicendum organum gustus esse linguam, praecipue secundum partem anteriorem est autem lingua caro mollis et spongiosa, ut melius salivam et humores combibat et cum illis saporem ad nervos traijciat in quibus potissima vis gustativa sita est. Est etiam in palato gustus sed obtusior ubi etiam in gula vide Conimbricenses hic c 70 q 2 a 2 Rubium q 2. Porro obiectum gustus est sapor qui est qualitas secunda orta ex mixtione primarum qualitatum predominante humido aqueo ut traditur c 4 de sensu et sensibili ubi hic definitio saporis habetur Sapor est passio in humido facta a sicco terreo alterativa gustus ex potentia in actum: unde elementa pura nullum habent saporem vide Conimbric. citatos et Rubium qui fusius etiam de varijs speciebus saporum tradunt

Quantum ad organum tactus dicendum etiam breviter quamlibet partem animatam molliorem esse organum tactus ubi est caro cutis nervus &c. De obiecto tactus et qualiter moveat sensum hic nihil opus est dicere cum supra q. de speciebus 5 j sufficienter diximus. Solum restat videre quid sit dolor et voluptas quae etiam sunt obiecta tactus et percipiuntur a sensu tali. Iam dixi eadem sectione supra dolorem et voluptatem esse qualitates quasdam condistinctas, quae autem sunt tales ut possibiles in organo tactus et causent sensationem et praeterea moveant potentiam appetitivam ut actum eliciat quo vel prosequatur nempe voluptatem, vel fugiat et recedat a dolore

Tractatus de Meteoris

Præfatio

Quatuor libris philosophus doctrinam meteorologicam comple ctitur quorum 1 de loco meteororum in communi, deinde de me teoris ignitis, aqueis concretionibus, fontium et fluminum origi nibus tractat. 2 de mari, ventis, terrae motu, coruscatio ne et tonitruo disserit. 3. de fulminibus et iis quae fiunt ex reflexione luminis ut Iride parelijs etc. 4 demum de iis quorum pleraque ad libros de generatione pertinent disputat ut pote de materiâ, mistione, communibus misti affectionibus generatione et putredine. Autores autem qui hac de re agunt prin cipaliter sunt Conimbricenses in praesenti Georgius Agricola Maiolus in Canicularibus, Seneca lib. 9. naturalium et alij. Inscribuntur porro hi libri meteorologici quod de iis meteoris id est de iis quae in sublimi fiunt tractent; vel quia hic a causis sublimioribus eduntur: vel quia spectari solent quadam cum admiratione praesertim ea quae in aere exhibentur pro quibus illud advertendum cum Phō hic lib. 1 summa 2 c 4 non esse exactas hac in doctrina demonstrationes requiren das sed sufficere si rationes probabiles reddantur. Et quia de omnibus meteoris doctrinam tradere longum nimis esset nec tempus et calores id patiantur duo solum proponemus 1mo meteora ignita 2do mare et ventos. Sit ergo

Disputatio 1

De Meteoris ad ignem spectantibus

Antequam ad meteora quae ad ignem reducuntur descenda mus in particulari, oportet meteororum causas et loca in univer sum perdiscere.

Sectio 1

De Materia Meteororum in Communi Causis et Loco

Materia meteororum in communi duplex assignari solet una remota altera proxima. Materia remota est potissimum

terra et aqua propinqua vapor et exhalatio ut docet Aristoteles c 4 lib 1. Ex his enim meteora universa oriuntur non quidem ex utraque omnia sed quaedam ex una solum quaedam ex altera pleraque mixtum ex utraque. Est autem vapor halitus sive spiratio calida et humida quae ex humore aqueo prodit qualem videre est ascendentem ex aqua quae in olla subiecto igne efferviscit ex hac autem spiratione oriuntur nebulae rores nubes pluviae nives grandines et his cognata. Exhalatio est anhelitus terrae calidus et siccus continetque sub se duas quasi species; unam quae parvo negotio flammam concipit et in ignem mutatur de quo proxime fiunt ignitae impressiones ut cometae aliique faces ardentes: alteram quae non ita facile incenditur ex qua proxime iuxta communem sententiam venti existunt prior e terra pingui oritur habetque partes sibi adhaerentes ob materiae tenacitatem cui proinde acrius solis calor imprimitur adeoque in altiorem aeris tractum evolat. posterior ex aridiori terra cuius partes minorem inter se cohaesionem habent, exhalatur, unde non tanta efficacitate calor solis sese illi imprimit. proindeque pressa pondere minus ascendit citius dissolvitur et in ventorum abit flatus

Partim autem conveniunt partim inter se differunt vapor et exhalatio. Conveniunt primo quod fumi speciem imitentur tum quod calida sint non suapte natura aut vi terrae proprietate sed ab extrinseco nimirum virtute et efficientia solis reliquorumque siderum a quibus prodeunte calore qui extenuandi vim habet, excitantur. Discrepant vero ~~tum~~ ratione formarum substantialium; est enim communis sententia vaporem ab aqua non differre specie essentiali nec exhalationem a terra; tum quia vapores in media regione aeris revocant sese ad frigiditatem et densitatem aqueae naturae congruentem ut patet in nive pluvia etc; tum quia nulla est necessitas adstruendi formas substantiales diversas cum omnia per extrinseca possint salvari. Accedit testimonium Aristotelis qui lib 1 c 3 appellat vaporem aquae se-

cretionem id est partes aqueae segregatas; tum ratio
ne corporum a quibus evocantur; vapor enim e locis hu-
mentibus, exhalatio e siccis attollitur. Differunt postre-
ma quia exhalatio est calida et sicca ut dixi vapor
calidus et humidus; qua de causa Aristoteles lib. 1 c. 3 asserit
exhalationem potestate proximam ignem esse et vaporem
nuncupavit aerem; quia exhalatio in sublime erecta
ad supremam aeris plagam frequenter devenit non item
vapor. Quodsi quispiam roget quonam pacto id
fiat siquidem terra ex qua exhalatio educitur gra-
vior est quam aqua? R. a Conimbricensibus eius rei
causam esse quia terra natura sua minus frigida
est quam elementum aquae magisque calorem excipit
et eum diutius retinere potest tum ob siccitatem quae
caloris amica est tum ob maiorem soliditatem in qua
vis impressa haeret tenacius soliditatem nonquam pinguedini
quasi oleaceae intermixta contra vero aqua modico calore
dilatatur facileque in aerem vertitur antequam loca superiora
capessat. Ubi tamen observa eiusmodi halitus
sibi invicem aliqualiter permisceri humumque attolli neque enim
vapor sine sicco in altum levaretur et nisi exhalatio
habeat aliquid humoris glutinosi eius partes non cohaererent
ut patet in cineribus atomis etc.

Causae efficientes et extrinsecae huiusmodi meteororum
ut aiunt Conimbricenses c. 1 sunt ea quae huiusmodi materiam
vaporum et exhalationum ab imo in sublime evocant qua-
lia sunt praecipue corpora caelestia quae mediante vel
saltem calore huiusmodi vapores ex aqua et exhala-
tiones e terra eliciunt easdemque attenuando in sublime
faciunt elevari.

Locus in quo huiusmodi elementariae impressiones
fiunt triplex assignari solet terrae sinus aquae gremium
et regio aeris. In terra terrae motus metalla et similia
exhibentur, in aqua augmenta et decrementa in aere ubi
propria meteora nominantur varia spectacula et portenta
eduntur. Quia vero aeris amplitudo tribus veluti partibus

et regionibus distinguitur ita ut una dicatur infima altera media tertia suma necesse etiam est in his varias vicissitudines, et affectiones contingere; suprema enim cum sit igni proxima est pro ignitis meteoris, media cum sit frigidior ob varias Causas tum propter vapores eo perve nientes qui sublatis impedimentis bidem ad nativum frigus reducuntur tum ob antiperistasim circumstantis aeris ca lidi seu superioris et inferioris, tum quia reflexio radiorum eo non pertingit aliquas impressiones nivium gran dinum habet. Infima demum cum calidior sit ob exhalatio nes terreas calidiores et ob radiorum reflexorum vim atque actionem, exhibet etiam suas mutationes

Sectio 2

De Face, Capra saltante, Lancea, Sydere discurrente et cadente, igne perpendiculari, Fatuo, lambente, volante et Castore et Polluce.

Fax teste Arist. lib. 1 c. 4 Concretio quidam ignis est quae tunc apparet cum multa exhalatio in longum et latum aeque distensa ita subtilis est ut tota simul inflammari possit et sic igne correpta subito inardescit, nonnunquam tanto splendore ut diei species noctu luceat.

Caprae saltantes graecis αἶγες dicti hunc eveniunt quando materia in longum potius quam in latum protensa habet ad latera quaedam quasi fila distantia inter se ad quae cum simul accenditur quasdam excursiones et quasi saltus flamma efficit instar scintillarum emicantium.

Lancea fit cum materia brevi et aequali crassitie in altitudinem porrigitur et quasi immobilis stare videtur quidam hunc ignem trabem vocant alii iaculum quod hoc omnino refert similitudinem.

Sydera discurrentia duplicater accidunt, uno modo cum flamma in exhalatione ad longum protensa accenditur et per successivam aggenerationem diffundit pars alteri ignem communicat

alio modo cum exhalatio ipsa ab uno loco in alium fertur vel quia accensa fit tenuior et nullo obsistente in altum commeat videturque sydus volans seu ascendens; vel certe propter aeris nubisque frigidae compressionem in latus fertur aut deorsum vertit descenditque tanta vi ut emissa de loco superiori iaculi speciem exhibeat: unde apparent sydera in mare vel terram cadentia de quibus Virgilius 1 Georg. Saepe etiam stellas vento impendente videbis praecipites coelo labi.

Ignis perpendicularis ita dictus quod figuram perpendiculi vel pyramidalis columnae prae se ferat. Fit autem cum materia est bene cohaerens habetque partes sublimitate et crassitie inter sese dissimiles ita ut subtiliores partes denuntur simulque accendantur et quae crassiores sunt deorsum commeent.

Ignis fatuus Congregatur cum exhalatio viscosis ac bene conglutinatis in se partibus constat et est in infima regione aeris ubique accenditur propter antiperistasim nocturni frigoris vel per colisionem partium exhalationis inter se. Porro istiusmodi concretio ita accensa facile ad motum aeris cietur: unde est quod hominibus modo insequi modo fugere videtur; nam cum nos antecedit pulso anteriori aere propellitur, cum a tergo evocato ad nos aere simul trahitur. Frequenter autem apparent huiusmodi ignes in cemiteriis et supra capita suspensorum eo quod a cadaveribus viscosae exhalationes prodeant.

Ignis lambens aliud nihil est quam flamma genita ex rara subtilique exhalatione quae per aerem dispersa solet aliquando hominum aut equorum pilis adhaerere, crinibusque nonnunquam animantium pro calidi temperamenti cum velociori agitatu incalescunt et pinguem viscosumque humorem ex se proferunt qui similiter atque ignis fatuus accenditur.

Draco volans provenit ex halitu non admodum calido nec valde coagulato et compresso qui dum in sublime eveheritur occurrens frigidae nubi ab ea truditur et vel motu vel per antiperistasim accenditur. Quia vero frigidae nubis impulsu flectitur curvaturque tanquam draconis venter

quia etiam subtilior est ex parte anteriori videntur scintillas ardentes tanquam ex ore emittere et pars posterior quae nubem frigidam attingit repraesentat quasi constrictam caudam quod flamma quia aliquando nominatur vocatur volans draco

Castor et Pollux et Helena est concretio quae proveniunt ex halitu admodum viscoso et pingui inflammatur antiperistasi circumfusi aeris frigidi vel per collisionem. Nonnunquam navigantibus tempore tempestatum apparere solent ex his duo interdum unum tantum. Quare Ethnici cum eiusmodi binas inflammationes aspiciebant Castorem et Pollucem esse credebant cum unam duntaxat Helenam putabant et unam quidem infaustum exitum significare binas prosperum sed sine ullo fundamento. Verum quidem est quod dum hae concretiones hic illuc discurrunt tempestatis vim et turbulentos ventorum flatus quibus agitantur indicant si vero in antennis aliisque navium partibus insideant futurae serenitatis signa habentur quia argumentum est frangi tempestatem et desinere ventos

Sectio 3
De Cometis

Inter omnes ignitas concretiones principem locum obtinent Cometae: quarum varietatem bifariam duntaxat dividit Aristoteles lib. 1 c 7 dicens Cometam aut esse globosum qui scilicet comam habeat undique circa se in orbem sparsam aut porrigi in longitudinem et barbam caudamve appensam gerere ad quam divisionem reliqui facile reducuntur. Difficultas est de materia cometarum. Quidam enim ut refert Aristoteles lib. 1 c 6 e materia caelesti cometas constare dicebant: qui tamen hanc secuti sunt partem in varias abiere sententias dum aliqui Cometam coitum e planetis pluribus putabant alii stellam errantem, ab aliis divisam dictabant. Communis sententia cum Aristotele lib. 1 c 7 dicit cometam non constare natura caelesti sed sublunari eiusque materiam esse exhalationem multam pinguem crassam constantem partibus bene coagmentatis. Et ratio videtur esse quod

Dum cometae apparent turbulenti ventorum flatus nimiaque siccitas esse consuevit, nimirum quia magna huius exhalationis terrenae copia aerem occupant. Exemplo est tempore Anaxagorae visus cometa continuos 75 dies ardens quem tanta ventorum tempestas secuta est ut lapidem vehiculi magnitudine a rupe avulsum in sublime turbo ferret dimitteretque in Egos flumen Thraciae ut refert Aristoteles lib. c. 7. Ego loquendum puto cum distinctione iuxta dicta in libris de Caelo nimirum quosdam planetas esse supra Lunam ac proinde a materia caelesti seu caelorum quae natura sua incorruptibilis et capax alterius formae ac per consequens inflammationis est, conflatos, alios vero plurimos cometas esse sub Luna eosque constare materia sublunari crassa et pingui prout voluit Aristoteles et communiter cum eo auctores. Quare locus cometarum qui sunt infra Lunam erit suprema Regio Aeris nam quod nec in infima nec in media gignantur, testatur eorum motus ab oriente in occasum quo una cum aere possunt moveri qui motus non pertingit ad mediam regionem. Idem ostendit illorum altitudo et frigiditas secundae regionis quae non est apta ad generationem tam magnae et inflammatae concretionis. Horum etiam accensio fit vel motu quo ignis et suprema aeris sphaera vertitur vel ut quibusdam placet decidentibus ab elementari igne in subiectam exhalationem flammulis vel incitandum etiam vibrato ex aliqua nube in altiorem aerem fulmine. Locus vero cometarum supra Lunam varius est aliqui enim sunt in firmamento nisi alii inferius quorum accensio potest fieri supposita dispositione materiae vel a solo Deo vel etiam a motu. De motu autem cometarum certi statui nihil potest cum diversi diversis moveantur motibus. Communis fere omnibus motus est circularis quo ab Oriente in Occidentem volvuntur. 2do saepe habent motum ab Occasu ad Orientem vel potius retardantur dum ab Oriente in Occidentem moventur ne totum circulum perficiant 3tio habent aliquando motum a Septentrione ad Austrum 4to aliquando videntur sursum conscendere aliquando deorsum. plura de his vide apud Mathematicos

Quid si hic solet ad Cometas huiusmodi aliquid pronuncient? R. physicam praesignificationem esse magnae siccitatis praecedentis et saepe etiam concomitantis; item turbines ventorum tempestatem maris, sterilitatem quae comes est siccitatis, suo vero intemperiem aeris quam siccas et venenosus halitus inducit, praesignificant atque ideo hic inferiora morbos praecipue qui causas siccas calidasque sortiuntur, ut pestem et similia causant. Quod vero opinione tantum multorum confirmatum sit huiusmodi Cometas principum mortem portendere si quid veritatis habet intelligi debet quando tanquam signum divinitus exhibetur quo etiam modo S. Damascenus lib 2 Orthodoxae fidei c 27 putat. Albertus vero Magnus lib 2 tract. 3 c 11 advertit ideo hanc per suasionem excitari quia potentum magis quam vulgarium hominum mors notari solet vel etiam accidere nunc facilius propter magnatum talium teneriorem complexionem, qui sunt malignis exhalationibus magis obnoxii

Sectio 4

De Tonitru Fulgure et Fulmine

Quoniam haec ad ignem spectant et cum igne coniuncta sunt breviter de singulis agendum.

Fit autem tonitru (ut veterum priorum placita hac de re omittam quae videre est apud Phum lib 2 c ult. et Senecam lib 2 natural. quaest c 17) hunc in modum. Cum sicca et calida expiratio in nubem magnam et lateribus crassam ac densam includitur accidit ut per nubis cavitatem huc illuc diffugiat et vel motu vel antiperistasi vel ab utraque causa simul incalescat et magis rarefiat proindeque ampliorem locum poscat. Tum vero dum magis magisque frigore coarctatur nubes spiritus inclusus incitato impetu fugam quaerens id vehementi in nubem impingit eamque disrumpit, sicque ingens sonitus exsurgit quem tonitru vocamus: (uti etiam accidit in bombardis et his similibus. Fieri vero tonitrua praedictarum exhalationum interventu argumento est quod ea tunc potissimum accidant cum magna suppetit exhalationum copia et in iis regionibus

quæ eiusmodi spirationibus abundant. Non est tamen necessarium accendi semper et ignescere exhalationem ad tonitrua cum ad sonum edendum sufficiat ictus vehemens in corpore idoneo; qui ictus sine conflagratione dari potest, vel eo argumento quod non quoties nubes intonuere fulgetra apparuerant. Item sciendum posse etiam absque exhalationum eruptione magna inter se nubium colisione tonitrum effici; si enim nubes cum a spiritu dirrumpuntur sonum excitant, cur non inter se magno conatu alisæ idem faciant. Nec obstat quod nubes impactæ montibus sonum non edant quia non quocumque modo impulsæ tonant de diversitate autem tonitruum et diverso eorum sono vide Conimbricenses in fine cap. 3

Fulgur aliud nihil est quam prædictæ exhalationis egredientis e nube inflammatio quæ circa ipsam pene nubem deficit. Non semper autem hæc deflagratio contingit quia non semper materia est ad ardorem concipiendum disposita. Quare nec semper ante tonitru nubes fulgurant. Quoniam vero colisione ac motu exhalatio inardescit et fulgetram exhibet, planum est tonitru quod per motum editur prius tempore esse quam fulgur, et tamen fulgur prius conspicitur quam tonitru editur. Causam reddit Aristoteles quia aspectus auditum prævertit: quod quidem experientia docet, nam secante aliquo ligna in loco remoto non prius ab eodem transmittitur ad aspectum nostrum secunda securis elevatio quam prioris ictum percipiamus. Accidit tamen non raro, ut coruscatio detur absque ullo tonitru, quando nimirum nubes adeo tenuis est ut discurrenti exhalationi non multum resistat habeat nihilominus eam concretionem quæ excitando igni sufficiat. Fulguris porro seu coruscationis colores ex varietate vel densitate exhalationis quemadmodum et siccitate colligendi sunt; sicut et lignorum siccorum flamma candidior est humidorum rubicundior.

Fulmen est exhalatio ignita e nube magno impetu excussa. Dicitur exhalatio ignita quia fulmen ut

A.toles lib 3 c 7 ostendit est ignis non lapis ut vulgo putant alioqui non esset tam subtile nec posset ita subtiliter corpora traijcere: tametsi non sit negandum exhalationes aliquando intra nubem concrescere in lapidem qui una cum fulmine tanquam bombardae globus trudatur quemadmodum et aliquando exhalationes in metalla concrescunt ut advertit Albertus M. lib. 3 tract. 3 c 23. Itaque ea fulmina quae non penetrant sed terebrant et diffindunt saepenumero lapidem relinquunt, quem Cuneum vocant. Motus fulminis irregularis est quia ipsum sequitur quidquid halitus fluminis et flatus conglobatus quo in varias partes resilit: ab his enim vehementer commotus aer et hinc illuc efflictans fulmen pellit. plerumque tamen teste Seneca c 28 oblique fertur quia natura ignis sursum vocat, vis impressa deorsum quia ex reluctatione mediam quasi viam nanciscitur; unde etiam altiora frequentius ferit iuxta illud feriunt summos fulmina montes. Vehementia autem impetus tanti ex causis fere ijsdem quibus reddi solent pro tormenti seu globi excussione petenda est.

Fulminum genera et differentias tradit inter reliquos Seneca c 40 nempe quod terebrat quod discutit quod urit; quod terebrat est nimium subtile et flamen cui per angustissima effugium sit ob puram flammae tenuitatem: quod dissipat valde conglobatum est et spiritus coacti admixtionem habens itaque ictu rumpit. quod urit igneum magis est et per cussis notas inurit. Porro fulminum varij sunt effectus; experientia enim compertum est fulmen non eodem modo omnem materiam impetere nam sacculis nullo modo combustis aurum ac argentum conflat; manente vagina ensem liquat; integra carne et intercute nulla ignis aut ictus nota exterius apparente ossa comminuit; et plerumque fortiora vehementius dissipat et obterit. Cuius rei causa est ut advertit Theophrastus

lib. 5 de Causis plantarum c 17 et Aristoteles lib 3 c 7 quia in iis quae ignis tractui obsistunt, qualia sunt dura et densa necesse est fulmen dum eorum contumaciam vincit moram trahere atque adeo in ea vim suam imprimere; in aliis vero quae tenuiora et rariora sunt ubi fulmen vim sibi resistentem non invenit per poros et multa foramina celerrime atque adeo sine iniuria transvolat. Accidit etiam nonnunquam referente Alberto tractatu de tonitru c 22 dolium fulmine correptum frangi et comburi, ipsum autem vinum subito concretum stare videlicet quia calor potest liquores addensare, si ii siccam exhalationem admixtam habeant; hac enim vapore gignitur halitus sulphureus et ita fulmen quasi pelliculam vino obducit. Si vero vase integro exsiccetur vinum quod aliquando fit in causa est natura ignea fulminis quae inveniens rimas vasis laxiores subintrat. Ferunt autem vinum ictum fulmine esse venenosum imo plerasque res tactas fulmine noxias contrahere qualitates

Remedia contra fulmina naturalia vix certo assignari possunt. Communiter ferunt fulmen non nocere lauro ut Plinius lib 2 c 55 nec aquilam, neque pelles vitulorum marinorum a fulmine tangi. Similiter Cardanus 2 de subtilitate fol. 47 asserit hyacinthum arcere fulmen. Verum quae de lauro passim dicuntur Coimbricenses fictitia putant; nam ante paucos annos de cœlo tactam narrat Vicemercatus ad 10 caput lib 3; et illud de hyacintho fabulam esse docet Scaliger exercit. 113 Ego non dubito quin aliqua habeant maiorem vim repellendi fulmina et quasi antipathiam quandam, non tamen ita ut nunquam sed quod raro tangantur: quemadmodum enim quercus e contrario est plurimum obnoxia prae caeteris arboribus fulmini: ita etiam potest dari arbor quae maxime sit immunis; et idem dici posset de hyacintho et reliquis

Disputatio 2

De Meteoris aqueis hoc est de Mari

Duo sunt quae solent tractari in hac disputatione. Primum est de maris eius motibus, de fluxu et refluxu. Secundum est de fontium et fluviorum origine. Sed praetermisso secundo solum de primo agemus

Sectio Unica

De Motu Maris Vario

Maris motus alius spontaneus et a natura est, alius a vi extrinseca impellente vel trahente. A natura est motus deorsum quo propria gravitate ad loca humiliora et viciniora centro defluit. talis est motus quo secundum Aristotelem et pene omnes recentiores mare proprio alveo a Septentrione in meridiem delabitur, vocaturque hic motus depressionis quia eo fine fit ut superficies aquae undique coaequetur et pari intervallo distet a centro gravitatis. Cur autem mare a Septentrione in Austrum declinet ratio est quam Libertus Fromondus Meteor. lib 5 affert, quia fundus maris in septentrione altior est: si autem noris inquit ille fundum Septentrionis paulo elatiorem et clementi devexitate in meridiem declinare, causa defluxus erit multitudo fluminum et rivorum. altera vimque aquarum quae uberius in zonis frigidis proveniunt coacti rigore caeli. Admirationem etiam movet quod in euchiridio lib 4 c 8 narrat Bartolinus physicus et medicus mare Balticum cui Oceanus inter Daniam et Norvegiam se infundit non solum a Septentrione in Austrum, sed vicenversa aliquando ab Austro in Septentrionem defluere; illa autem fieri ideo existimat quia nunc Oceanus a Septentrione in meridiem fluminibus Norvegiae Finmarchiae Islandiae Groenlandiae etc. maximus et rapidissimus incitatus Balticum influit. Nunc contra Balticum fluvius a Germania Livonia Lituania Curlandia Finlandia etc. aquis auctum et intumescens postquam aliquandiu in aequilibrio sustentato Oceani fluxu dubium pependit, tandem se super

fundit et tota mole sicto. Oceani in alveum suum
retro agit; quo tempore etiam necesse est Oceanum flan-
dricum paulo incitatius delabi in meridiem. Quare prae-
dictus Bartolinus causam istius defluxus a Septentrione
in Austrum praecipuam assignat incursus fluminum; deinde
etiam devexitatem; motus autem Oceani a Septentrione in Au-
strum qui iuxta Britanniam et alias partes Septentrionales obser-
vatur forte non semper potest reddi ratio de fluminibus in-
currentibus; ideo potest dici oriri ex motu reflexo ipsius Oceani
ab ora maritima Indiae Occidentalis. Quod sic explico.
Mare Oceani primo fertur ab Oriente in Occidentem ut dice-
mus postea deinde illo impetu percurrit oram Occidentalem
usque ad Septentrionem quia obiectu ipsius Indiae Occidentalis
ulterius versus Occidentem ferri non potest; neque etiam ad Au-
strum propter terram Australem incognitam. Ergo in Septentrionem
a Septentrione deinde revertitur ad Austrum naturali sua gra-
vitate. Confirmari hoc potest duplici coniectura; nam
mare quod est ultra Indiam Occidentalem et vocatur a
modernis Mare de Zur inter Peruviam et Philipinas est
placidissimum unde etiam vocatur Pacificum: deinde mare
quod interiacet inter littora Floridae et Insulam Cubam
est rapidissimum et turbulentissimum et ut testatur Ortelius
in descriptione Insulae Cubae in Canali qui dicitur Bahame
inter Floridam et Insulam Bahamon semper fluit in Septen-
trionem.

Motus ab externo movente tres solent enumerari
Libratio a littore uno in aliud et motus raptus ab ortu
in Occasum. Librationem vocant motum quo mare page-
no a littore uno in oppositum alternis vicibus vacillat seu
sicuti lances quae aequo pondere se attollunt deprimuntque.
Causa eius incurrentia utrinque flumina sunt, venti etiam
et repulsus ab uno littore in adversum. Unde tantum in fretis
et angustiis hic libratio deprehenditur. Omnes etiam
ut inquit Fromondus qui in Insulis et maritimis habi-
tant fatentur in summa etiam malacia nulloque vel
tenuissimo flatu mare tamen perpetuo nocte dieque assilire
et flagellare littora. Causa inquit non videtur in promptu

an perturbasse quia una parte maris mota ceteras omnes
etiam in longinquo vibrari et sollicitari necesse est.
ita enim docet Plinius probl. 23 S. ni fallor 1. non enim
est aqua similis aeri qui minimo leve impulsu contrahi
et densari potest, ipsa enim aqua quia crassior et densior
magis etiam contumax; unde pars una fluctu impulsa
aliam deinde loco submovet et hic item consequentem
et ita catenatim; itaque motus in distinctis et ubi venti aliquid
turbarunt cient procul inde et in tranquillo referri ac perven-
ire potest nisi motus alius ei veniat obviam qui inhibeat
aut veniat in contrarium

De motu raptus ab ortu ad occasum dico cum Fromondo
et aliis illum motum maris ab ortu in Occidentem non accidere
ratione primi mobilis aut caelorum qui deferuntur ab ortu in Oc-
casum: caelum enim tantam aquarum molem promovere non
potest licet totum aerem a Luna ad superficiem maris raptaret
secum in orbem; mollis enim et fluxus aer non est sufficiens
ad trahendam aquam quae crassior est. Adde raptum primi
mobilis non pervenire ad nubes et secundam regionem aeris
ut plerique volunt. Quare hac in re ita est philosophandum
primo palam esse mediterraneum ab ortu versus fretum Herculeum
in occasum ferri. Colligunt id nautae ex celeriori naviga-
tione obvius enim secundo et deque valente flatu Alexandria
in Hispaniam reditur quam ex Hispania eo navigatur.
Causa est continuus et instar fluminei agminis Maeotidis
Euxini Propontidis in Aegaeum et mediterraneum defluxus ut
Gilius apud Fromondum testis oculatus scribit. Motus
igitur iste aquarum in littora Africae decumbit et inde re-
pulsa, quia directe sursum et adversus fluxum redire non va-
let, oblique versus Adriaticum, Siciliam, Sardiniam, Italiam
Gallias et Hispanias se in Oceanum retorquet: unde etiam necesse
fuit dari mari mediterraneo exitum in Oceanum per Herculis
angustias ne aquae a Septentrione affluentes Africam et Euro-
pae littus submergerent. Pars tamen aquarum freto non
evolvitur sed a littoribus Hispaniae iterum in Africam re-
flectitur; atque ita magna mediterranei pars quasi

circulatim ab Ortu per Septentrionem in Occasum et deinde in Meridiem contorquetur. Similem in Adriatico circuitum est cernere; ascendit enim per littora Illyrici et Dalmatiae Venetias usque ac deinde in Italiam recumbit et secundum Apuliae littora refluit in ortum.

De Oceano etiam passim ferunt illum moveri ab Oriente in Occasum quia inquiunt ex Hispania in Occidentem et Americam navigantes intra singularem mensem cursum absolvunt cum tribus aut quatuor vix redire valeant. Sic Lusitani superato bonae Spei promontorio difficulter et morose in Moluccas et ortum eluctantur cum tamen facili et proclivi lapsu revertantur in Occidentem. Igitur Oceanus ab Ortu ad Occasum in zona torrida usque ad tropicos ubi raptus primi mobilis — est concitatior, circuire terram cum caelo videtur.

Ad quod respondet Fromundus Oceani perpetuum ab Ortu in Occasum sub torrida aut alibi fluxum non damus, facilioris enim ab ortu in Occasum quam contra navigationis Causa non est quam Columbus et primi illi Indiarum repertores confinxere Oceani in Occidentem raptus, sed subsolanorum ubi toto anno molles et vix unquam interpolati flatus, hoc enim a posterioribus nautis cursus huius et veritatis diligentioribus inquisitoribus didicimus. Idem diserte affirmat Josephus Acosta lib 3 hist. indicae et colligitur ex diario nautico Hollandorum navigationis in Iavitas et Orientem An 1595. Hinc igitur classis Indica cum ex Hispaniis in Americam navigat rectissimo cursu ad Insulas Canarias seu fortunatas ut brevissima linea Tropicum Cancri et torridam intret contendit quia statim in limine excipiunt eam ab ortu adspirantes subsolani qui continuo et lenissimo flatu in occasum et Americam expirabant. Cum vero eadem classis repetit Hispaniam viam init plane contrariam: nam quamdiu potest in Occidentem versus Novam Hispaniam, ut tantisper saltem iuvatur beneficio subsolanorum vela obliquat, exitque demum Torridam et Tropicum Cancri iuxta Havanam ubi statim a 27 gr. elevationis poli usque ad 37 regnant et afflant ab occasu Favonij qui vela in Hispaniam implent. Circa 40 vero elevationis gradum omnes venti suis vicibus spirant tanta inconstantia in mari quanta in terra ut docet Josephus Acosta lib 3 c 7. Unde autem proveniunt illi isti subsolani et continui Favonij? forte aliquid

post in Materia de ventis. Quod si tamen non placet hic explicatio, potes dicere motum illum maris ab Ortu in Occasum provenire à Sole qui pergens in Occasum sua virtute attrahit multos vapores ex aqua et ad replendum locum quem illi occupabant affluit unda sequens

Sectio 2
De Aestu Maris

Aestus maris unum ex abditissimis naturae arcanum est in qua difficultate desperasse fertur Aristoteles et ut refert Justinus Martyr, Gregorius Nazianzenus cum Chalcydem propugisset admirans ibi Euripi reciprocationem visitasse fertur in illum et dixisse quandoquidem Aristoteles non cepit Euripum Euripus capiat Aristotelem Quo quo Adveniente suo ex Fromondo et alijs Maeotidem pontem Euxinum, Propontidem, Aegeum, Caspium nullo qui sentiri possit aestu reciprocari. Maeotis enim in pontum manifesto Caspium occulto ut putant meatu, Pontus in Propontidem et Aegeum more fluminum delabuntur nunquam sursum refluo mari. Mediterraneum tamen aestuat maxime freto Siculum, evidenter etiam in Africae littoribus deprehenditur aestus. Adriaticum etiam Venetias usque satis manifeste et ad duas Orgyias etiam attollitur deprimiturque. De Oceano vero loquendo in toto Septentrione Norvegia Dania Holandia Anglia aestus est cum maxime insignus. Hoc minus est mare Balticum cui se inter Norvegiam et Daniam infundit Oceanus ne quidem tam illum aestu ut scribit Bartholinus Danus se movere. In littore etiam Africae a freto Herculeo ad Cancri tropicum exiguus ut referunt nautae est fluxus; ultra vero satis notabilis. Circa Terceras aliquanto inferior est Hispanico. Denique Oceanus Occiduus maiori aestu se inflat quam Orientalis adeo ut Regem fluminum Maragnon sive Amazonum in America cuius ostium latitudinem maris mediterranei superat ad 100 leucas sursum reflectat. In Indijs Orientalibus tamen ad Cabatam quae nunc Cambaia in regis Janaicis Indi amnis maximus et insolens aestus est, qui flumen

ad 30 etiam leucas retro agit in modum rapidissimi tor-
rentis. Alibi etiam multis locis flumina recedunt versus
fontes suos cum marino aestu ut Scaldis in Belgio, Betis
in Hispania, Tamesis in Anglia etiam ad 50 milliaria
repellitur.

Adherente vero plerosque autores aestum maris tribuere Lunae
et certe si quae causa est maxime est Luna quia
experimur iuxta Lunae incrementa et decrementa varios
esse huiusmodi motus in mari. Docent autem ideo sexties
quaque hora mutari fluxum et refluxum quia Luna habet qua-
tuor inclinationes ab Oriente ad verticem diei, ab hoc ver-
tice ad occasum, ab Occasu ad verticem noctis, et inde
ad Orientem. Confirmatur quia in pleniluniis maxi-
me aestuat mare praesertim in quibusdam fretis. Optima
etiam est coniectura quia singulis diebus tardius fere
una hora ascendit mare eo quod Luna viginti quinque
horis conficiat suum circulum seu motum diurnum. Denique
magnum argumentum adfert Godignus de rebus Abassinorum
c. 10 Erythraeum seu rubrum mare 14 diebus quibus Luna cre-
scit continenter fluere, 14 aliis diebus quibus Luna de-
crescit continenter refluere. Ratio a priori assignari
potest quia Luna dominatur corporibus humidis uno et plu-
ribus corporis magis humidis, cum ergo mare sit corpus
humidum in illud maxime Luna dominatur. Difficul-
tas tamen est quomodo fiat iste aestus a Luna.

Placet prae reliquis explicatio et modus philoso-
phandi Josephi Blancani in lib. de mundo ad Ale-
xandrum et lib. de mundi fabrica p. 3 tract. 4 qui ait
aestus maris est quaedam maris ebullitio ob quam ut solet
in ebullientibus aquis mare intumescit. Fiunt autem in toto
mundo duobus tantum in locis ex hoc aestu tumores duo;
quorum unus semper directe Lunae subiacet alter vero
in aversa parte terrae sive huic diametraliter opposita
Ex his marinis tumoribus fit ut aquae quae natura sua
decliviora petunt quasi exundantes ad littora fluant:
atque hic aquarum cursus fluxus maris appellatur, decrescente
deinde maris aestu et tumore ex recessu Lunae

aquae iterum ad medium mare refluunt atque hic maris refluxus dicitur. Hinc fit ut unicuique littori sex circiter horae conveniant; sex fluxui sex refluxui qui sub Luna fiunt sex vero fluxui et sex refluxui Lunae aversi quae totam Lunae circa mundum periodum 25 horarum spatio expleant. quae omnia optime in hac figura cernuntur ubi infra Lunam vides tumorem A ex quo fluxus derivatur et in parte huic aversa tumorem B ex quo alter fluxus derivatur; et quia in aliis duobus mundi lateribus non fiunt huiusmodi tumores imo mare ob refrigerationem subsidit ubi fiunt duo refluxus C D ita ut semper sint in mari praesertim Oceano quatuor praedicti effectus. His ita explicatis triplex est difficultas

1ma quod vario modo et tempore in diversis maribus hic accidant; imo in aliquibus nihil horum appareat ut supra vidimus. Ad quod respondet Blancanus id ex varia marium dispositione tum etiam vario situ quo Lunam aspiciunt provenire: hoc modo videmus vario tempore et modo in toto orbe effici dies ac noctes aestatem hyemem &c et tamen certum est Solem ista omnia efficere. Respondent alii Euxinum et totum fere mediterraneum non pati magnum aestum quia angusto alveo continentur et parum a Luna possunt rarefieri et attolli. Aestus autem qui in extremo sinu Adriatico, et in littoribus Palestinis, in freto mamertino seu siculo deprehenduntur ex Oceani aestu per Herculeum fretum irrumpentis et proximas aquas propellentis videntur oriri; unde etiam tanto segniores sunt quanto a freto Herculeo longius absunt.

2da difficultas est quae maxime torquet quanam ratione a Luna effici possit secundus fluxus primo oppositus in litera B cum tota terrae moles interiecta obstare videatur. Huic difficultati dicit se optime satisfacere Blancanus in lib. de Mundo ad Alexandrum dicendo aestum illum effici quidem a Luna et sole sed tamen per lumen ex syderibus ad partem illam aversam reflexum

quod ut melius explicetur et confirmetur illud primo Sciendum non solum Lunam verum etiam Solem ad maris aestum ciendum concurrere quamvis primas in hoc Lunae concedat: experientia enim constat maiorem fieri fluxum quando sol et Luna simul sunt coniuncta ut in novilunio accidit, quia lumina et eorum virtutes unitae fortius eandem maris partem directis radijs percellunt; similiter maior fit aestus quando luminaria sunt oposita ut contingit in plenilunio, quia tunc radij minus directi associantur cum reflexis alterius hocque modo duplicati easdem terrae partes feriunt ut patebit ex figura. Sciendum 2o lumen Solis et Lunae reflecti ex densis ac perpolitis corporibus cuiusmodi sunt omnia sydera. Sciendum 3tio ex optica si corpora plurima sphaerica lumen reflectentia fuerint in circulari ambitu constituta quemadmodum sunt stellae fixae in ambitu firmamenti, reflectere plurimum lumen ad unum et idem punctum quod sit inter lumen et ambitum illum. Sciendum 4 Ex opticis dato corpore luminoso et sphaerico reflectente et puncto quovis ad quod possit reflecti lumen potest inveniri in sphaera reflectente punctum reflexionis.

Sit ergo sol et Luna simul ut in figura. Sit octavae sphaerae portio ABC cum innumeris in ea fixis syderibus; unde patet ex singulis stellis Lunae et solis lumen reflecti posse nisi quid obstet ad partem terrae D luminaribus aversam et praeterea ex stellis circa B positis radij Solis repercussi possunt ad eandem terrae partem D perpendiculares qui prae ceteris maximam vim obtinent; ideo asserendum est eos aestum D excitare praecipue posse: neque terrae quantitas solis luci obest cum constet umbra terrae parum supra orbem produci ad summum usque ad Lunam unde potest Lunae esse impedimento quoad hos radios perpendiculares; sed tamen alios minus perpendiculares seu parum obliquos nullo modo impedire potest quominus ad D pertingant qui quamvis sint minus quam perpendiculares efficaces, obtinent tamen non modicam vim. Ex stellis

ygi circa A et C reflecti potest lumen utriusque luminaris ad B quod satis est efficax: quamvis ex stellis A E lumen aliquod pauculum ad B transmittatur tamen cum oblique admodum illi accidat nihil pene efficere potest

Neque dicas hac ratione deberet fieri etiam aestus in terrae lateribus H D cum etiam illuc lumen reflecti possit. Respondeo enim posse quidem aliquod lumen illic venire sed exiguum quod experientia desumpta ex illuminatione Lunae probat: videmus enim quod quanto magis Luna soli opponitur ut in plenilunio, tanto maiorem habet vim excitandi aestus; multo vero minorem in quadrato vel quadrante quia dimidiam tantum sui illuminationem nobis obvertit, idem proportionaliter de stellis dicendum; Unde fit ut quamvis nonnulli radij etiam perpendiculares ad terrae latera H D referri possint, tamen quia pauciores sunt quam alibi, propterea nullam ibi aestus provocandi vim obtinent. Ex quibus apparet duas tantum orbis terrae partes totis ac plenis astrorum luminibus impeti in quibus duo oppositi aestus ebulliunt ita quidem ut aestus apud antipodas cum Luna est in nostro hemisphaerio sit paulo minor. Cuius rei ratio est quia aestus apud nos a directis radijs alter autem a reflexis progignitur. Porro quando luminaria sunt opposita ut si Luna esset in B sol in K tunc maximus fit uterque fluxus quia radij directi utriusque luminaris cum radijs reflexis alterius ita ut uterque aestus fiat per radium reflexum et directum simul


Fromondus lib 5 c 11 ubi sententiam istam de reflexione radiorum reiecisset potissimum ex eo capite quod radij Lunae et Solis propter magnam distantiam corporis in quod dicuntur impingere nempe firmamenti, nullam possunt habere vim ciendi et commovendi mare: quare autem olim cum caelos esse solidos et excentricos Ptolomaei retinerem, sic me expediebam punctum antiselenem sive partem excentrici Lunae quae ei per diametrum semper opponitur simili virtute imbutam credebam: sic enim occidenti Lunae vicaria ista antiselene


surgit ab Ortu et mare attollit ipsa vero occidente redit ad Ortum. Sed ubi mutasset sententiam de soliditate coelorum ait sed quid facimus iam si nulli sunt in coelis orbes excentrici; fingimusne antiselenem et planetam aliquem invisibilem qui ex adverso semper licet nullo orbe devinctus aspiciat Lunam? et post si id displicet quantulum peccabimus si annulum solum aliquem circa totum orbem terrae concinnemus, in cuius parte Lunae opposita fixa sit illa antiselene maxime si relinquat interualla per quae detur ad superiora transitus. Tandem quia haec omnia figmenta esse a plerisque censentur, ad aliud modum explicandi recurrunt admittendo influentiam Lunae occidentis per totam terrae diametrum penetrare: nam lumen quidem per opacum traiici non potest, sed magnetica vis potest, cum si magnetem sub mensa moveas et agites, cultri qui in superficie iacent sequantur et subsiliant. Similiter ergo Lunae virtus nullo terrae obstaculo offensa et debilitata ex altero hemisphaerio ad maris fundum pervenire quidni potest?

Sed quia multa sunt quae videntur difficilia in hoc modo explicandi, solvunt ea. Ima difficultas est aestus nocturni quadrantis sive qui a Lunae statim occasu incipit, imbecillior et siccior semper erit quia tota terrae diametro Luna a mari longius distat, quam quando per quadrantem diurnum ad meridianum nostrum ascendit. agens vero quo longius a patiente dissitum est eo languidius ipsum agit. Ad quod respondet diametrum terrae in tanta Lunae et terrae intercapedine non esse tam insignis longitudinis ut evidens discrimen inter unum et alterum effluxum faciat. Quod similitudine hac ostendi potest. Luna cum est proxima terris 50 terrae semidiametris ex sententia Copernici a superficie maris distat; cum longissime a terra refugit septem et sexaginta semidiametris est sublimis id est superat 8 vel 9 terrae diametris, nec tamen ista distantiae varietas evidenter se in effluxu ostendit

2da difficultas est vis illa Lunae magnetica non repellet a se mare, ergo post occasum inflabit sibi subiectum apud Antipodas, mare nostrum vero resorbebit. Ad hoc post multa videns in eam inclinare sententiam virtutem Lunae non esse

proprie tractoria sed instigantem et impellentem spiritum
ac humoris. Luna igitur exoriente fundo maris et gurgitibus
magnis includuntur spiritus illi motores resiliuntque in altum
et quoquo versus dispergunturr. Forte vero similius est quod
antea insinuavit nempe quemadmodum magnes ex una
parte alliciat ex altera repellit ferrum: ita etiam Lunae cui
iam attribuerat vim aliqualiter magneticam, partem aquae
ad se trahit aliam à se repellit ita ut quasi globum aquae
in longum deducat
<u>2nda</u> difficultas est cur Lunâ a culmine altitudinis per
secundum quadrantem decadente resideat mare, quando
quidem sidus non longius absit nec alio radiorum concursu
aspiciat quam ubi per scanderet primi quadrantis clivum.
Sed dici potest tumorem illum ubi ad summum venit supprimi
debere naturaliter quando causa quae eum inflabat debilior
fit
ultima difficultas est qua virtute Lunae, aestus moveatur. Respondent <u>primo</u> plerique id fieri per rarefactionem
qua Luna una cum sole rarefacit mare et sic attollit. Sed
<u>contra</u> quia alias aestu fervente naves altius in aquam ra-
refactam deprimerentur, submergerenturque multae cum aqua
rarescens fieret levior et insufficiens ad sustinenda tanta
pondera. Deinde ratio nulla esset cur aqua marina
salinis infusa vel vase clausa et radiis lunaribus exposita
non aestuaret.
<u>2do</u> dici posset Lunam vi sua magnetica mare tumere
facere. Sed contra videtur esse ut ait Fromondus Oceanus
deberet omni aestu versus zonam torridam et mare Lunae di-
recte subiectum confluere, quia illuc a Luna advocatur, et per
consequens numquam littora septentrionalia impleret. <u>2do</u> Jose-
phus a Costa a fido nauta accepisse se dicit maris paci-
fici et Oceani orientalis aestus sibi in freto Magelanico occur-
rere, quod manifeste evincit utrumque pelagus eodem mo-
mento intumescere, cum tamen secundum hanc doctrinam Luna
undas ex freto Magelanico et mari pacifico deberet ad
Oceanum allicere.
<u>Pro</u> ipse Fromondus post longam ambiguitatem tan-


K
S
H
D
A
C
B


Fluxus
Refluxus
Refluxus
A
C
D
B
Fluxus
S

dem resolvit et dicit primo nam ista humid. extra insignē rare-
factionem spiritus in fundo maris demersos evocare in super-
ficiem, hi enim sunt qui aquā inflant et hac illacque diffugien-
tes discerpunt. Confirmat hoc ex Contareno qui testatur
Adriatici aestū e fundo ebullientem se deprehendisse, quia medi-
um Mare iam intumescere incipit sicco adhuc Venetorū portu
et inde humor in littora et portus decumbit. Signum ergo
est non totam aquā suā inflari sed istā primum quae spiriti-
bus in fundo abundat. Hinc consectaneum est inquit non
aquam maris participare sed spiritus illos e mari sollicitari
et in aerem attrahi: et inde rationem sumit cur flumina
et lacus aut maria etiā quaedā non affluant quia scilicet
spiritu isto motore copioso destituuntur; aut certe fluminū
et aquae dulcis affluentia victus illa hebetantur et extinguuntur.
Et hinc multitudine fluminū diluta maria ut Caspiū Euxi-
num Balticū sunt sine aestu. Quod deinde Oceanus Aqui-
tanicus septem horarū aestu Garumnam influit recipitque se
quinque solis horis in alveum, causa penes copiam spirituum
aut tarditatem qua se difficulter et sero aquis expediunt,
haberi debet; aquarū etiam inter scopulos hinc illinc ex
alisione reciprocatio, densitas et inaequalitas fundi; denique
venti quibusdam locis solennes et fere perpetui; ac flumi-
na inconvenientia haec et similem aliam ut in Euripo
irregularitatem faciunt aut adiuvare possunt

Sed cuius substantiae sunt inquies spiritus illi motores
maris? Rdet substantias esse natura sua aridiores et si hu-
more nequaquā leviores, putatque e bitumine esse, cuius abun-
dantiam habet mare, non quidem ex puro bitumine, nam
alias mare nostrū maxime aestuaret contra experientiam
cū abundet bitumine; sed ex aliis simul ingredientibus quali-
tatibus confectas: et hi quidem spiritus inquit a Luna solli-
citantur, sol tamen calore suo quo aquā utiliter fundit
et halitū illū marinū irritat, in parte adiuvat


Ego in tanta perplexitate rei iudico in primis solem
nullū adiumenti afferre ad aestū maris quatenus ma cū lu-


mine imprimat. qualitatem quandã Lunę adiutricem fa
ciendi talem effluxũ; quod in primis probat experientia, quia
mare vehementius estuat in pleniluniis et noviluniis ubi
Luna pleno et integro corpore vel averso vel converso ad nos
aut ab excipit Solis lumen et Qualitates alias. Deinde clarum
est mihi qd per solã rarefactionem non fiat hic effluxus; nam
alias hic estus deberet participare uno tantum adscribi soli qui
ut est productivus lucis ita etiã caloris et consequenter rarefa
ctionis; atque etiã illud mare et eo tempore deberet vehemen
tius estuare quod et quando est magis expositum radijs
solis vehementioribus. ut omittam alia inconvenientia supra
alata: esto posset concedi aliquã in effluxu intercedere rarefactione
provenientem a lumine solis et Lunę sed quę per se non sit nota
bilis. Quare puto estũ maris fieri per attractionem ali
quorũ corpusculorũ constantium terrea natura vel materia et
quę natura sua fundum petunt, eo quod Luna per qualita
tem quandã occultã sicuti est Magnetis evocet e fundo talia
Corpora et sic faciat mare tumescere. Hec enim videri de
bet talia corpora quę Fromondus Spiritus bituminosos vocat
in mari reperiri; quemadmodũ enim aer est elementũ in
terrmixtũ vaporibus et exalationibus, cur non etiã dici potest
de mari esse multas substantias terreas quas Luna occul
ta vi suorũ potest evocare et sic facere tumescere aquam
quę ubi semper est levior ita superenatat et ascendit usque dum
ob decrescentiam et abscessũ Lunę, et corpora illa subsidant in
fundũ et aqua refluat in partes seu latera

Qualiter autem cũ Luna est in nostro Semisphaerio apud
Antipodas fiat effluxus bene explicat meo iudicio Blancanus. Tum
si addas illũ non tam fieri per refractionem luminis quamvis
possit aliquid modicum adiuvare, quam per refractionem et
repercussionem qualitatis occultę quę in aqua et firma
mentũ impingens redux in mare apud Antipodas Causat
estũ sed minorem quam apud nos

Item cur aliqua maria effluant alia non ratio optime
redditur propter diversũ situm locorũ et aspectũ Lunę, item
propter multitudinem fluviorũ in convenientium aut aliorũ motuum
qui nimis in unam partem cient mare; vel denũ propter

penuriā talium Corporum. Cur autem aquæ dulces non patiantur talem æstum ratio esse potest quia carent talibus Corporibus quod ostendit ipsa raritas aquarum dulcium nempe illas non esse ita mixtam nec crassā ac proinde nec habere saporem sicuti habent aquæ marinæ, q̃d evidens signum est esse mixtam plurimum. Quanquam Nicolaus Trigautius lib. 3 de Christiana expeditione apud Sinas c. 9 Lacum quendā apud Sinas esse refert qui in novilunijs et plenilunijs fluxum et refluxum more maris patiatur. Idem refert Rodriguez ut dixi de mari rubro. Et huius rei ratio est quod in utroque reperiantur quidem Corpora illa terrea et bituminosa sed non valde multa et ponderosa atque adeo quæ non potest Luna elevare et allicere nisi quando Sol adiuvans illi Qualitatem plene communicat quod fit in plenilunijs et novilunijs. Et hæc pro temporis brevitate de hac altera materia meteorologica. Reliquum q̃d est tempori futuro committimus





Copernici Cœlorum ordo proponitur et refellitur


Licet communis semper fuerit opinio terram quiescere et in medio universi centrum continere, fuere tamen ex antiquis nonnulli qui terrae ut reliquis planetis motum concesserunt. Huius opinionis principes dicuntur apud Ciceronem quaestionum academ. lib. 2 n 124 Hicetas quidam Syracusanus apud Plutarchum de placitis philos. lib 4 n 13 Philolaus Pythagoreus Heraclides Ponticus. Ecphantus Pythagoricus apud Archimedem in arenario in initio. Aristarchus Samius. Ad horum igitur imitationem Nicolaus Copernicus vir de tota Astronomia optime meritus cum videret ut ipse dicit in praefatione nullam certam rationem hactenus traditam esse ad colligendum motuum machinae mundi rationem quae cum iis quae observabantur in coelis conveniret coepit et ipse cogitare an posito terrae motu firmiores demonstrationes quam quae habebantur possent inveniri in revolutione orbium coelestium.

Capite itaque 10 lib 1 ordinem sphaerarum ponit in hunc modum prima et suprema est omnium, stellarum fixarum sphaera seipsam et omnia continens ideoque immobilis nempe universi locus ad quem motus et positio coeterorum omnium syderum confertur. Sequitur errantium primus Saturnus qui trigesimo anno suum complet circuitum. post hunc Jupiter duodecennali revolutione mobilis. Deinde Mars qui biennio circuit. Quartum in ordine annua revolutio locum obtinet in quo terram in orbe lunari tanquam epicyclo contineri diximus. Quinto loco Venus nono mense reducitur. Sextum deinde locum Mercurius tenet octoginta dierum spatio circumcurrens. In medio vero omnium residet Sol hactenus Copernicus.

Verum licet optime ex ipsius hypothesibus motus coelestes computentur tamen omnino mihi persuadeo coelorum constitutionem talem non esse qualem ipse ponit 1mo quia in Scriptura Josue c 10 dicitur stetit itaque sol in medio coeli et non festinavit occumbere. et Isaiae c 38 et reversus est sol decem lineis per gradus quos descenderat quae in proprio sensu intelligi non possent si sol in medio universi quiesceret, sed dicendum esset Scripturam se accommodare communi hominum conceptui idque sine necessitate. 2do Euclides in phaenomenis p. 1 demonstrat terram in medio mundi esse sitam centrique ordinem obtinere respectu firmamenti quod sphaeram non errantium appellat; hoc autem secundum Copernicum falsum esset Ergo.

Copernicus ut huius demonstrationis vim effugeret et simul salvaret paralaxim, ubi, C B dicat inter semidiametrum orbis magni id est distantiam solis a terra scilicet A B (vocat enim magnum orbem quidquid inter solem et circum terrae quem ipse ponit continetur) et semidiametrum firmamenti sive distantiam stellae cuiuslibet fixae a terra scilicet B C nullam esse proportionem sensibilem. vult enim ipse tantam esse distantiam firmamenti a terra ut distantia terrae a sole ad comparationem distantiae terrae a firmamento sit plane insensibilis et plane pro nihilo reputanda.

Systema Copernici




Sed hoc absurdum esse docuit iam pridem Archimedes contra Aristarchum Samium in arenario in initio et multa absurda ostendit gignere Seiner in disquisitionibus suis mathematicis disq 17. Secundum enim sententiam Copernici semidiameter terrae continet milliaria germanica 860 sumendo milliare pro 4166 passibus hoc est plus quam quatuor milliaribus Italicis. maxima solis distantia a terra continet semidiametros 1208 hoc est milliaria germanica 1038880 mil. et illa est semidiameter magni orbis scilicet A B. Hanc autem dicit Copernicus esse tam parvam in comparatione B C lineae ut sit insensibilis, quanta ergo debebit esse linea B C Ostendit Seiner quod non sufficiat ponere lineam B C continere milliaria germ. millies millena millia ducenta quinquaginta millena millia nongenta sexaginta septem millia et quia hoc adhuc est sensibile et subiectum paralaxi: unde multo amplius est removendum firmamentum quod tamen quis credet. Item ostendit Seiner quod ex Copernici positione sequitur quod quaecunque stella primae magnitudinis diametrum habeat triplam diametri magni orbis hoc est habeat in diametro seu lineam A B quae tamen habet ut iam diximus 1038880 milliaria germ. Et stellae magnitudinis tertiae diametrum habent aequalem uno multo

maiorem diametro caeli solis quod nihil aliud est dicere quam stellam aliquam huiusmodi sextae magnitudinis ex iis quae in firmamento possunt videri si centro suo centro terrae coniungeretur occupaturam et repleturam esse totam caeli solis sphaeram, et multo amplius quaelibet vero stella primae magnitudinis trigecupla erit et amplius ad integrum caelum solis quod procul dubio incredibile esse videtur

Tanta sequi ex suis hypothesibus huius firmamenti huius stellarum magnitudinem bene advertit ipse Copernicus unde lib. 1 c 6 obiectioni ratione possibilitate respondet hanc tantam magnitudinem facilius esse ponendam quam tantam celeritatem motus firmamenti quam ponunt illi qui volunt terram in medio universi quiescere. Qui vero Copernicum secuntur ex tanta immensitate maiestatem et potentiam divinam depraedicant sed difficultas toti mundo in contrarium propendebit tantas moles astrorum cum triplici terrae motu perpenderunt.

Alii itaque ut tantam immensitatem vitent unicum terrae motum ponunt nec solem volunt quiescere nec stellas sed omnia moveri ita Origanus cum multis aliis recentioribus et ponit hoc systema quod aliquid ex Copernico reliquum ex Tychone imitatur.

Sic igitur habet Origanus tom. 1 Ephemeridum parte 2 c 1 § ad hypotases pag. 121 certum quidem est ex opticis nullos physicos in caelo esse orbes nec circulos reales sed moveri stellas sphaerice et orbiculariter in purissimo aere seu aethere virtute sibi divinitus insita. Et infra nos septem orbes non constituimus sed potius ut simul infimum quasi extendentes mundum hypotases Copernici evitaremus ad Apolonii Pergaei exemplum cuius imitator etiam est Tycho quinque tantum orbibus maioribus planetas includimus primum videlicet infimum et terrae proximum locum orbi lunae tribuimus, postea cum quaevis luna proxime ambiat varie discreptum ὑπόδρομος καὶ ὁμόδρομος τῷ ἡλίῳ ut Plato in Timeo venerem et mercurium appellat



in unum orbem cum Sole aggregamus hac tamen ratione ut Sol mediū in Solis crasso orbe locū teneat, deinde circa eundem centrum in Epicyclo proxime circumgiretur Mercurius tandem in ampliore epicyclo Venus. Reliquorū vero trium planetarū orbes tanquā e Solis centro descriptos concipimus ut proximus Martis remotior Jovis remotissimus Saturno tribuatur. ita tamen ut Martis orbis magnā in opposito Solis ab eius orbe auferat partem cū iuxta accuratissimas Copernici et Tichonis observationes terrā nonnunquā propior fiat Mars acronicus ipso Sole. Tandem cum stellae fixae non careant lento ab occasu in ortum motu et tandem inter se easdem retineant distantias ab invicem, omnes stellas attribuimus uni et eidem orbi crasso Solis ut diversimode dispositas a centro terrae stellas fixas continere possit quem vel septimum vel stellarū fixarū sphaeram appellare licet

Hos quidem omnes orbes imaginatur Origanus propter motus proprios tum planetarū tum stellarū fixarū. Motum enim diurnū seu 24 horarū et qui est causa diei et noctis vult ipse fieri ab ipsa terra. ita ut sicuti stellae habent motū propriū, quem absolvunt 36000 annorū et sicut Saturnus habet motū propriū quem absolvit 30 annis et sic de reliquis planetis ita etiam vult ipse dandū esse motū proprium terrae ita quidem ut illa maneat semper in centro et medio universi sed tamen semper polis mundi (quos ipse vult ad terrā spectare et nullo modo ad alios) singulis 24 horis semel circumferatur ex qua circumgiratione dies et nox et planetarum omniū diurnus ortus et occasus proveniat.

Nullis id probare conatur in pulsatione ad ephemerides partim experimentis desumptis ex magnete partim aliis physicis rationibus seu potius congruentiis, inter quas haec est ex primariis quam se putat facilius et naturae congruentius videri terram in hora una 15 gradus seu 225 milliaria germ. sub aequatore conficere quam ut Luna in distantia 60 semidiametrorū terrae sub aequatore praeter naturali et motu rapidus describat iisdem gradibus quindecim / 13515 milliaria Sol cuius amplitudo terram centies quadragies / fere secundū accuratissimas Tichonis observationes excedit in distantia 1150 semidiametrorū terrae die aequinoctiali percurrat una 250024 milliariā et stella aliqua fixa ut sunt in cingulo Orionis secundae magnitudinis quae liciēs secundū Tichonem uno plus secundū alios terram mole superat in distantia 20000 semidiametrorū terrae peragret una hora 45ies centena 4 millia 762 milliaria tanta enī celeritas videtur incredibilis et frustra fieri.

Nullus etiā hunc terrae motū probare conatur Gilbertus de magnete potissimum lib 6. Idem tenet Simon Stevinius tom, lib 3 motuū coelestium q rationes sunt Luna scilicet quā nō possum scilicet

impossibile esse firmamentum et reliquos planetas corpora maxima quotidie tam insano ut ipsi aiunt motu ferri. 2da terra indiget influxu astrorum. Ergo illa potius se debet convertere ad debite recipiendum illum influxum quam astra ad ipsam. 3tia Cum reliqua omnia alia corpora moveantur non est ratio dicendi terram solam quiescere.

4ta Magnes quam Gilbertus terrelam vocat hoc est parvam terram propter affinitatem quam habet magnes cum terra habet polos suos et vim habet se movendi et si in aqua in ligneo vasculo permittatur fluitare seipsum movet et collocat in situ debito. Ergo magnus magnes scilicet tota terra dicenda ~~est~~ etiam habere vim se movendi. Addit Petrus Peregrinus quod si rotundus aliquis magnes torno perfecte efformetur in globum et ea polis suis propter duas subtilissimas cuspides suspendatur et ita constituatur ut polos habeat in eadem elevatione quam habet polus mundi in ista regione ita ut poli magnetis polos mundi recta respiciant secundum lineam rectam e centro magnetis per polos eius eductam fore ut sponte sua circulariter magnes moveatur ita ut singulis 24 horis unam circumgirationem perficiat. Unde colligunt totam terram quam ipse Gilbertus magnetis naturam esse confirmat etiam vim habere seipsam hoc modo circulariter movendi. De hac tamen experientia dubitat Gilbertus lib 6 c 4.

Quinto terrae motum probant ex motu quodam peculiari maris (de quo vide Thomam Giannini disp. p 2a de stellarum efficientia c 10) quem sic refert alter maris motus est ab ortu in occasum cuius fidem faciunt nautae. nam qui ab Hispania solventes navigant Britaniam versus ad Orientem solem plus temporis ponunt in progressu quam in regressu qui ex Hispania ad Insulas Occidentales a Columbo repertas contendunt dies circiter 24 consumunt quod si illinc in Hispaniam regrediantur tres quatuorve menses vix satis esse possunt aquis adversantibus et in contrariam partem fluentibus. Idem accidit Lusitanis qui nisi venti fuerint secundi nequeunt bonae Spei promontorium superare ob maris motum in occidente qui quoque est causa ut mercatores in navigatione ex Moabar Indiae ad Insulam Madagascar 20 dies absumant atque in reditu difficili ventorum vi tres menses dissipent. plures recentiores huius motus meminerunt

Causam huius dicunt ipsi esse quod terra motu suo feratur ex occasu in ortum nec aquam secum rapiat eadem celeritate qua ipsa fertur unde navigantibus ex ortu in occasum ipsa occidentalis terra quasi obviam occurrat navigantibus vero ex occidente in Orientem Orientalis terra continuo ulterius recedat.

Dico) Haec sententia licet sit minus improbabilis quam sit Copernici hypotheses tamen ad eam partem qua terrae motum tribuit non videtur esse vera. Probatur ex Cherme in epistolis p 127 si terra singulis 24 horis circumferentiam fieri non posset ut grave aliquod ut grave aliquod ex altissima turri dimissum decideret tamen potest se in punctum illud terrae infra perpendiculariter respondens puncto in turri unde demissum est grave. Tempore enim illo quo labitur grave circumducta est terra et multum producta siquidem in uno secundo minuto temporis terra revolvi debet etiam in his Borealibus plagis sesquicentum passus maiores proxime

Respondent non solum terram moveri sed simul aerem illum maxime qui terrae vicinus est et inde fieri ut nubes simul auferantur nisi in quantum a vento deferuntur in contrarium, unde quaecumque vel projiciuntur in altum vel ex alto decidunt in idem punctum cadere debeant in quod terra quiescente cecidissent. docent enim inesse terrae vim quandam magneticam quae secum trahat aerem et reliqua quae per aerem feruntur unde dicunt proiecta sive per aerem cadentia duplici motu moveri uno circumvolutionis, altero motu illo quo deferuntur vel a gravitate vel ab impulsu, ita dicunt sagittam sursum demissam motu circumvolutionis raptam in terra motu vero impulsus ferri sursum deinde motu gravitatis relabi in terram. Relabi autem in locum unde eiecta est convenire dicunt cum experientia quotidiana in simili casu, si enim inquiunt in navi conclusa aliquid ex tabulato decidat licet navis feratur celerrime in idem punctum navis decidet in quod decidisset si navis fuisset immota. Item dum navis celerrime movetur tam procul quis in illa navi saltabit sive saltet versus puppim sive versus proram. Item aves facillime ultro citroque volitant in ipsa navi cum tamen in oceano adeo celerrime saepe volantes ut aves per multas horas navim velatam insequentes assequi tamen non possunt. Ex quibus dicunt patere aerem vim habere deportandi ea quae in ipso aere moventur dum totus aer simul movetur et defertur

Sed contra primo si verum sit terram simul rapere aerem motu suo usque tanta celeritate quanta ipsa defertur. Ergo a fortiori simul rapiet Oceanum. Ergo nihil pro ipsis facit illa experientia de motu Oceani supra posita debebat enim Oceanus simul rapi uniformiter cum terra ac proinde tam facilis et tam brevis debet esse navigatio ex Occidente in Orientem quam sit ex Oriente in Occidentem quod tamen est contra experientiam qua ipsi utuntur. Contra 2do falsae sunt experientiae quas ipsi ponunt de gravi aliquo decidente

in eandem navis partem in quam cecidisset si navis fuisset immota
licet enim forsitan vix deprehendi possit differentia aliqua id tamen
non fit quod semel grave ab aere deferatur dum cadit sed quia
etiam in navibus maximis tabulata omnia sunt valde demissa
et quae vix unquam habeant altitudinem 7 pedum hinc non est mirum
quod vix differentia aliqua adverti possit brevissimum enim est
tempus quo grave labitur per 7 pedes.

De saltu et experientia non credo licet enim multi has experi
entias in medium proferant nullum tamen vidi vel legi vel audivi
qui dicat se id expertum sed tantum nautas interrogatos respondere
ita esse illi autem res non solent tam minute praecise et philosophice
examinare. Experientiae autem plurimae certae et evidentes confir
mant aerem non habere vim tantam secum rapiendi corpora
gravia. quis enim unquam ferme ventus fuit tantus qui globum
aliquem plumbeum decidentem tantum a perpendiculo dimoveret
quantum deberet quaecumque gravia dimovere aer inclusus in navi.
De ave tamen volante per navim conclusam non negaverim
quin ferme eadem facilitate ultro citroque volitet cum enim medi
ante aere volet et imprimendo in aerem sibi imprimat gravi
tatem et impulsum volet illa ferme ita per aerem sicuti nos per
navis tabulatum ambulamus. vide sicuti nos per navis tabulatum
ambulantes simul ab illo deferimur ita avis dum in aere volat
facile intelligitur simul deferri ab aere in quo volat

Dicere posset aliquis non deferri res omnes nec gravia dum per
aera labuntur ab ipso aere sed habere terrena omnia eandem virtutem
quam habet terra ut videlicet singulis 24 horis semel circumferatur.
Sed contra non explicatur qualis sit ista virtus rebus singulis ita indita
et quomodo ita sit constans in corporibus omnibus et stabilis et non determinata
ad ponendum corpus in aliquo determinato loco universi sed tantum de
terminata ad illud corpus circumgirandum ita ut sive corpus defe
ratur in Indias sive maneat in Europa, et licet sit contrarius im
pulsus in illo producatur tamen semper maneat constans et invaria
bilis impulsus ille qui datus est ad illud corpus 24 horis semel cir
cumferendum difficulter natura istius impulsus vel naturalis propen
sionis intelligitur qd n. q lapis aliquis qui hic existens ita sponte movetur
ut post horas 12 sit futurus sub opposita parte nostri meridiani idem tamen lapis si iam
esset in opposita parte nostri meridiani venturus esset intra 12 horas ad locum
in quo iam est nisi quis velit deum facere immediatam causam istius motus nec facile
quis eius causam assignabit. Quod si quis ad deum recurrendum dicat
fateor nihil fortiter urgeri posse nisi quod tanta novitas mere gratis et sine fundamento
assumitur

Quod autē urgent aliqui fore ut aedificia ruerent si terra tanto motu moveretur nihil urget. Si enī in navi diu sine succussione deferimur navis motus nec percipitur quidē ab iis qui simul in navi sunt multo minus percipietur terrae motus uniformis maxime et sine ulla succussione.

Quae videtur cōmodissima partium universi constitutio et ordo

Dico 1 Terraqueus globus centrū universi occupat quē cingit aer in triplicem regionem divisus

Dico 2 Immediate supra aerē sequitur aether fluidus et protenditur usque ad firmamentū nec aliā sphaerā ignis distinctā ab aethere agnoscimus. Est haec sententia omniū fere celebriorū philosophorū antiquorū ante Aristotelem ut habetur ex Scheiner in Sole illustrato p 73 nam Plato in Timaeo et omnes Platonici et Stoici caelū dixerunt esse ignem et ex hoc astra esse facta sed Aristoteles eos refutare conatur et suam quintam essentiā introducat ad stabiliendam mundi aeternitatem. Cicero lib 2 de natura deorū ubi pulchre de constitutione universi disserit post mediū sic habet. Huic autem (aeri) continens aer fertur ille quidem tenuitate sublimi sed tamen in omnes partes se ipse ~~di~~fundit itaque et mari continuatus et iunctus est et natura fertur ad caelū cuius tenuitate et calore temperatus vitalem et salutarem spiritū praebet animantibus, quem complexa summa pars caeli quae aether dicitur (aetherē autē toto illo libro esse vult ignē) et suū retinet ardorē tenuem et nulla admixtione concretū et cū aeris extremitate coniungitur in aethere astra volvuntur, quae se et nisu suo conglobata continent et forma ipsa figuraque sua momenta sustentant. Sunt enī rotunda quibus formis ut ante dixisse videor nihil noceri potest. Sic ipse. Non est autem putandū qd licet Cicero cū antiquis ponat caelū ignē qd posuerint caelū ignem nostro similem minime enī id faciunt. Dixerat enī ante Cicero loquens de sole necesse est autem ei similis sit igni quem adhibemus ad usū atque ad victū aut ei qui corporibus animantiū continetur, atque hic noster ignis quem usus vitae requirit confector est et consumptor omniū quia ille corporeus vitalis et salutaris omnia conservat et fovet et huic solem similem affirmat

Patet hinc quam parū in antiquorū lectione versati sunt qui sententiā de fluiditate caelorū novā plane et ante paucos annos excogitatā audacter affirmant cū fuerit sententia antiquissima et ante Aristotelem celebris et quam semper multi tenuerunt. Quod bene agnovit

Pererius in Genesim lib 2 q 9 n 37 ubi ait verius est complurium Scriptorum Ecclesiasticorum autoritate nobilis opinio stellas non esse inhaerentes et affixas caelo sed propriis motibus per spatium caelestium circumagi. Hanc tamen opinionem non sequitur rationem autem quare non sequatur ponit q 4 n 19 manifestis et necessariis rationibus philosophi et mathematici concludunt esse octo aut novem aut etiam plures caelos. Sed in hoc ipse deceptus fuit cum contrarium manifestis rationibus concludant Mathematici.

Probatur itaque rationibus ex Astronomia petitis caelum planetarum fluidum esse ac proinde unicum et extensum usque ad firmamentum. Imo impossibile est posita soliditate caelorum planetarum explicare phaenomena sive apparentias et motus planetarum qui observantur. Ergo. Antecedens probatur primo quia hactenus nullum systema ullum potuit cum circulis solidis explicans simul omnes motus planetarum et omnia phaenomena; quod si dicant posse dari et explicari, det aliquis et explicet et credimus. Probatur secundo Antecedens ostendendo unde sit difficultas Mars aliquando est infra solem aliquando supra ut accuratissimi et peritissimi Astronomi recentiores ponunt. Copernicus, Tycho, Rottmannus, Landgravius Hassiae et alii. Unde secundum ponentes caelos solidos caelum Martis debet transire solis caelum. Deinde Clavius pro explicando motu solis attribuit ipsi Soli tres Orbes, Item pro explicando motu Veneris et Mercurii duo adhuc epicicli ad minimum sunt adiungendi, Si omnes circuli non possunt moveri uti deberent sine penetratione corporum. Ergo. Minorem Jure Astronomus probabit ex eo quod omnes isti circuli continuo inter se debeant variare situm.

Probatur 3tio. Cometae plurimi fuerunt supra Lunam ut tenent omnes periti Astronomi de Cometa Anni 1618 et affirmat Tycho de Cometa Anni 1585 de quo luculenter tractat tom 3, in epistolis autem et de ipso et de quatuor aliis cometis a se visis pag 16 17 et 18 et 37 affirmat et probat eos fuisse in altissimo aethere sic enim habet pag 37: ideoque plane in eo rei veritate id ipsum exigente consentimus non in elementari orbe sed in supremo aethere genitum fuisse hunc cometam contra quam hactenus peripatetici et omnes fere philosophi ipsique adeo mathematici pro rato indubitatoque asseruerunt imo et nos in quatuor aliis cometis interea conspectis nullum eorum infra Lunam sed omnes in ipso aethere cursum suum absolvisse e certissimis observationibus Geometrica veritate demonstravimus ut ob id pronus existimem omnes Cometas in ipso caelo supra Lunam generari. Rottmannus ibidem pag 137 adeo compertam habuit hanc veritatem ut non dubitant affirmare si qui usquam tradiderint contrarium docentes pro ridiculis et stupidis esse habendos

et viam potius quam responsione esse excipiendos. Non possunt autem Cometarum motus explicari, positis caelis solidis et alias tot novi caeli et circuli essent ponendi quot novi apparent Cometae qui circulis reliquos caelos et circulos secare et dividere deberent. Ergo

Probatur 2do ex maculis Solaribus. Causantur enim illae ex interpositione diversorum astrorum inter nos et ipsum Solem, ante autem fuere mundo incognita. Horum autem motus etiam explicari non possunt. Ergo

Rident aliqui ad haec argumenta falsas esse Astronomorum observationes nec ipsis credendum quoniam ipsi inter se non conveniunt. Sed haec responsio nihil aliud facit quam ostendit insignem eorum qui hac utuntur rerum astronomicarum ignorantiam: quare cum ipsis nolo contendere iuxta Aristotelis doctrinam qui 1 post. t. 28 docet non esse disputandum apud Geometras cum imperitos de Geometria laterbit cum vitiose disserens et similiter res se habet etiam in aliis scientiis. Quare ipsis prius discant Astronomiam et intelligent quantum credendum rebus Astronomicis et unde proveniat Astronomos etiam peritos in quibusdam inter se discrepare unde tamen non sequitur in iis quae assumimus et in quibus conveniunt Astronomi ipsis non esse credendum

DICO 3 Systema Tichonis videtur tenendum estque idem cum systemate Origani excepto motu terrae. Ratio est quia secundum hoc systema commode explicantur motus caelorum et planetarum saltem quantum hucusque eos cognoscimus quod si quid etiam novi observetur quod cum hoc systemate non conveniat addendum ipsi erit vel detrahendum vel ex toto immutandum ut phaenomena explicentur.

Notandum. Circulos omnes quos ponit hoc systema non poni quasi veri circuli et reales sint in caelo sed sunt merae imaginationes. Necessario autem tantum ponuntur quia sine iis varia et inter ipsos incurrentur planetarum explicare non possumus, sicuti a multis Cosmographis in mappis vel mundi globis diversorum navigationes vel terra confecta itinera punctis notari et designari solent non quod aliquid sint vel in mari vel in terra notatis lineis per quas iter confecerint sed quod aliter itineris confecti ratio designari non possit

Notandum 2do posita fluiditate caelorum motus omnes debere poni simplices et non compositos inde ex. gr. de Veneris motu loquamur est enim par ratio de omnibus, dum dicimus Venerem motu communi deferri ab Oriente in Occidentem motu vero proprio deferri per Epicyclum et moveri circa Solem non est hoc intelligendum vere ferri per duplicem motum sed quod motu suo simplici ita feratur

et per easdem partes caeli deferatur per quas deferretur si ipsa motu suo per suum Epicyclum moveretur et iterum totus Epicyclus circa terram singulis 24 horis deferretur simplici enim motu easdem caeli partes pertransit quas pertransiret per duplicem istum motum scilicet Epicycli et deferentis epicyclum et idem est de reliquorum astrorum motibus, sed commodius viva voce et in figura ostendendo quam multa dictatione explicatur.

Ad rationes sententiae ponentis motum terrae iam responsum est partim quia ad illam quam posuimus a 2 n 8 quae ait incredibilem videri tantam motus caelorum celeritatem quam ponere cogimur in nostra sententia. Ad quam rationem dico tantam quidem celeritatem non carere iusta admiratione et fuisse quidem Deo possibile movere terram in eo enim non dico esse implicantiam neque dico physicas rationes contrarium demonstrare; probabilius tamen multo videtur de facto ita non fieri cum contraria opinio longe pluribus placeat quod signum est facilius credi tantam celeritatem caelorum quam motum terrae licet minus celerem. Adde quod magnum pondus addant huic nostrae sententiae locutiones scripturae quae motum tribuunt astris et quietem terrae. Scriptura autem est existimanda loqui proprie quamdiu nihil est quod urgeat sentire in contrarium

A qua Causa tam Firmamentum quam Planetae moveantur?

Varia circa motum caelorum quaeruntur primo an moveantur à forma aliqua intrinseca 2do an ab Angelis. 3tio an immediate ab ipso Deo? Circa primum quaeritur utrum implicet de facto dari aliquam formam alicui corpori intrinsecam quae sit isti corpori connaturalis et a qua connatura liter moveatur in orbem. Implicare putat Rubius lib 2 de caelo c 5 q 8 asserto 2 qui pro se citat S. Thomam non improbabiliter, licet alii intelligant S. Thomam tantum loqui secundum ea quae iam sunt condita et secundum ordinem naturae iam institutum. Rationes pro hac sententia sunt primo quia omnis motus proveniens ab intrinseca forma debet esse naturalis, motus autem circularis non potest esse caelis naturalis alias violenta ipsis esset quies post diem iudicii. 2da quia omnis motus proveniens à forma intrinseca est ut ponat rem quam movet in loco suo naturali. Sed in motu circulari non datur ullus terminus naturaliter intentus per istum motum. videtur enim eo unde incoeptus est motus, ac proinde nullus termi nus intendi potest tanquam locus naturaliter debitus

Dico 1. Non video implicare quia dari possent aliqua forma quae sit
connaturalis caelis et astris et quibus in orbem moveantur connaturaliter.
Experimur posse dari aliquam formam quae aliquid moveat in orbem non
videtur posse negari, cum de facto circulum aliquod lignum in aqua flumi
saltem possimus per qualitatem impressam in orbem vertere. quod si
ergo Deus vellet qualitatem illam continuam conservare, continuo circulus
ille in orbem gyrabitur, quod si ergo unum corpus sit tale ut bonum uni
versi exigat illud corpus continuo moveri in orbem et naturaliter ordi
netur ad motum in orbem, ut serviat partibus universi, talis qualitas
poterit ipsi esse connaturalis, unde et ab ipsa forma talis corporis potest
promanare et ab eadem conservari, non aliter quam gravitas ab ipsa
forma corporis gravis promanat et ab eadem conservatur; aut saltem
exigat natura ut Deus producat talem qualitatem in isto corpore
et eidem qualitati suum influxum contineet, sicuti dicunt aliqui Deum
de facto gravia extra locum naturalem movere, quando est peri
culum vacui et eadem ibi continere quamdiu durat illud peri
culum atque connaturaliter. unde etiam patet quod talis forma conna
turaliter illud corpus moveret cum id sit connaturale quod exi
git totius universi bonum et sine quo universi incolumitas
permanere non potest. unde ulterius patet non repugnare
talem formam quae etiam sit forma substantialis corporis alicuius
ordinati ad bonum totius universi quod motu suo debet pro
curare
Ad rationes igitur alterius sententiae dico talem motum vel fore
naturalem si scilicet universi bonum exigat motum talis corporis vel non
fore naturalem, si motus talis corporis nihil conferat ad bonum
universi nec ad proprium bonum corporis moti, non tamen propterea
repugnat quin Deus talem formam continuo illud corpus in orbem
moventem conservet ex mero suo beneplacito sicuti potest continuo
tenere ignem in aere conservare. unde ulterius patet falsum esse
omnem motum naturalem tendere ad aliquem terminum in quo
quiescat mobile, si enim requirat bonum universi perpetuum motum
talis corporis, perpetuo moveri erit tali corpori tam naturale
quam naturale est ligno moveri in aqua sursum et in terra moveri
deorsum.
Dico 2. Neque repugnat vel qualitas vel forma substantialis
quae moveat corpora caelestia prout de facto moventur videlicet non circulariter
perfecte sed per lineas certo modo spirales. probatur ex iisdem capitibus

ex quibus probata est superior conclusio, addendo simpathiam partium universi inter se, ex qua potest provenire ut idem principium ad aliud et aliud motum determinetur ex diversis circumstantiis ut patet ex tract. de gravitate et levitate

DICO 3 verisimilius tamen est de facto et firmamentum et reliquos planetas moveri ab Angelis sive intelligentiis. Probatur: non repugnat id fieri et conveniens existimaverunt philosophi et theologi ut ab Angelis id fieret ergo de facto probabiliter putatur ita fieri. Probatur antecedens pro prima parte quia omnes supponunt Angelos habere ad id sufficientem virtutem et conveniens est ut habeant tantam virtutem. Antecedens pro 2da parte probatur ex D. Thoma op. 10 art 3 ubi sic habet. Sed coelestia corpora a spirituali creatura moveri a nemine Sanctorum vel philosophorum negatum legisse me memini. Hoc igitur supposito quod Angeli moveant coelestia corpora hoc in dubium nulli sapienti venit. Item opuscul. 11 art 2 sic habet coelestia corpora moventur vel a Deo immediate vel mediantibus Angelis. sed quod mediantibus Angelis ea moveat magis congruit rerum ordini. Conveniens existimavit D. Thomas cum reliquis philosophis Angelos isto munere fungi. In hac sententia facile est explicare motus planetarum per fluidum, facillimum enim est Angelo movere planetas motu certo et regulari et quem exigit ordo universi.

Quod recentiores objiciunt indignum videri Angelos ita adstringere ut continuo unus Angelus debeat habere curam unius astri, est damnare totam antiquitatem et non nullum ex ratione urget cum per hoc non subtrahuntur nec a visione beatifica vel a quibuscumque actionibus impediuntur. Habent enim longe majorem virtutem quam requiratur ad motionem unius astri, et si indignum non putemus Angelis aliquem unum Angelum continuo assistere pessimo totius mundi nebuloni et quem praecognoscit in aeternum damnandum, non videtur adeo esse indignum ut assistant astris ea movendo in bonum totius universi, et plurimorum bonorum et quos praeviderit esse salvandos

Falsum tamen videtur quod docent aliqui ut hanc rem addant Angelis facitiorem eadem virtute qua movetur unum astrum posse moveri omnia in debita celeritate eo quod astra non resistant motui nec habeant levitatem vel gravitatem, ac proinde dicunt posse moveri a quacumque virtute in quacumque celeritate; hoc enim repugnat cum experientiis quas habemus hic in sublunaribus a quibus debemus tamen argumentari ad coelestia. Navis enim vel quodcumque aliud corpus fluitans in aqua quieta non resistit motui vel a quacumque virtute moveri potest sed non quacumque celeritate et licet virtus quidcumque permanens quid sufficit ad movendam navem sufficiat ad movendum quotcumque naves non tamen sufficit ad eas omnes movendas tanta celeritate quanta posset moveri unica illarum ab ista virtute sed semper tardius et tardius

in infinitum quo plures et plures naves ponantur movendae
et ita est etiam de astris, maior enim virtus requiritur ad
movendum aliquod astrum celeriter quam ad idem astrum moven
dum tarde, et maior virtus requiritur ad movendum eadem cele
ritate multa astra, quam ad movendum unicum ipsorum.

Ratio autem huius videtur haec esse, quod agens omne
excepto Deo habet determinatam et limitatam virtutem, limi
tatio autem virtutis agentis non consistit in eo quod simplici
ter possit solum certum et limitatum et determinatum effectum
hoc enim nihil est dicere abstrahendo a tempore, quodlibet
enim agens quantumvis exiguum potest producere effectum
quolibet dato effectu maiorem, modo illud agens sit perma
nens et possit quantumlibet longo tempore applicari ad
agendum, et in hoc errant multi philosophi quod loquantur
de virtute agentium abstrahendo semper a tempore quo agunt
cum non possit virtus agentium aliter determinari quam hoc
modo, ut agens A in tempore B potest effectum C in subiecto
non repugnante vel potest effectum D in subiecto E haec enim
omnia debent venire in considerationem dum agimus de determinata
virtute agentium. Ho

Hoc ergo posito sic reddo rationem dictorum supra. Omnis
virtus motiva est determinata sit ergo virtus data motiva navis
A quae sit talis ut summum quod possit sit in tempore B producere
in subiecto non resistente quale ponitur navis iam librata in
aqua quieta, effectum C qualitatem scilicet motivam, qualitas
autem motiva C si ponatur tota in parvo aliquo subiecto
erit multum qualitatis in eadem parte subiecti ac proinde ha
bebit illud subiectum per totum intensam qualitatem motivam
unde celeriter movebitur. Si vero eadem qualitas motiva C
ponatur in magno subiecto erit parum qualitatis in eadem parte
subiecti, ac proinde habebit illud subiectum per totum qualitatem
remissam unde tarde movebitur, quia ergo quo plura subiecta
ponuntur movenda eo minor producitur qualitas in singulis
subiectis cum agens A ponatur in tempore B non posse producere
nisi qualitatem C ideo etiam fit ut quo agens A pluribus subie
ctis movendis applicatur eo tardius ea debeat movere, nec
possit illa movere celerius, licet nulla sit in ipsis positiva
resistentia quia ergo quantumvis parva qualitas divisibilis
est in infinitum, ideo potest poni semper in pluribus et pluribus
subiectis in infinitum ita tamen ut totum illud quod est in


pluribus subiectis simul sumpti non sit nisi qualitas C et etiam in hoc conveniunt. Qualitas motiva cum aliis qualitatibus calore frigore etc. Quantumvis enim parvus calor sufficit ut sit in omnibus corporibus totius mundi est enim divisibilis in infinitum ac proinde semper potest minus et minus de illo accipi pro aliquo subiecto reliquum vero potest poni in alio


Hic despicio hic tamen an dentur in quantitate minima naturalia sed loquor in sententia negantium huiusmodi minima naturalia alibi autem videbimus an aliis de causis illa sint admittenda, quo posito non posset quodvis agens movere quodcumque dati subiectum, sed ibi esset terminus, quando tot subiecta forent movenda ut totum quod potest illud agens non sufficeret ad producendum in singulis minimum naturale qualitatis

Dices si quodvis agens modo duret possit producere quocumque dato maius quo modo ergo fit quod unum agens sit alio fortius. R. duplicis generis esse agentia sicuti sunt duplicis generis effectus, quidam effectus producuntur instantanee, ita quaedam agentia agunt instantanee hoc est producunt totum simul quantum producere possunt, et sicuti quidam effectus producuntur successive ita etiam quaedam agentia agunt successive, inter agentia autem illa quae agunt instantanee illa sunt fortiora quae simul producunt maiorem effectum, inter autem agentia successive illud est fortius quod quocumque tempore accepto aequali pro utroque agente semper producit amplius quam aliud. Conservatio autem est per modum actionis instantaneae unde illud etiam agens est fortius quod potest simul maiorem etiam effectum conservare.

Petes An Angeli moveant astra mediante qualitate motiva? R. probabilius videri quod sic, debemus enim argumentari de corporibus caelestibus eodem modo quo de sublunaribus cum nihil obstet

Petes 2 An Angeli debeant moveri cum astris? R. Affirmative sed licet debeat semper praesens esse astro cum sit indivisibilis non tamen est opus ut ibi sit praesens totaliter sed probabile est quod possit se diffundere usque etiam ad oppositas partes universi, et sic probabile est non esse ullum locum in toto universo ad quem non possit Angelus se extendere et tamen adhuc praesens manere suo astro,


II



[illegible]

sancto et